

Digitized by Google


10
7 - 1
25

Digitized by Google

10
I
25

13 56 9.2.b.1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON CHRONICORVM ECCLESIASTICO-POLITICVM,

EX HVIVS SVPERIORISQVE ÆTATIS SCRIPTORIBVS CONCINNATVM;

Quo non modò

PONTIFICVM, CARDINALIVM, ARCHIEPISCOPORVM; ABBATVM; &c. IMPP: Regum, Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, &c. ſed & Nobilium, ſed & Doctorum, armis literiſq; illuſtrium, dies natalis, dies nuptialis, dies emortualis, egregiaq; eorum vel ſecus facinora toto Orbe bello ac pace geſta breuiter delineantur:

Auctorum nomina inueniuntur tomi cuiuſq; initio.

COLLECTORE
JOHANNE GVALTERIO BELGA.

Adiecto Indice rerum ac verborum accurato.

Bibliotheca ... Coll. Rom. ... Soc. Jesu
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Proſtat Francoforti in Officina AVBRIANA.
ANNO M. DC. XIV.

Digitized by Google

10 7 1 · 25

Digitized by Google

REVERENDO CLARISSIMOQVE VIRO DOMINO ANDREÆ SCHOTTO, Societatis Jesv

S. P.

IAM multi ſunt anni, quod ſummæ Nobilitatis adoleſcentes, librum aliquem ſubinde me præſente ſibi optarent, quo omnia, in quibus opus eſt Chronologiâ, ſimul & ſemel congererentur; vt ſic vno obtutu inter peregrinandum memoriæ haberent ſubſidium perpetuum. Cùm præ me ferrem, nunquam alicubi adhuc editum eſſe quod ſibi vouerent; ſed poſſe tamen ſimile quid vtcunque concinnari, ex plurib. Scriptorum monumentis: nõ deſtitere iidem iuuenes, donec minutatim ipſis nominarem auctores quos heic vides, nominis tui præſcriptione, ho-

¶ 2

neſtatos; vir venerande. cui enim potius hos commendem quàm tibi, ſiue cupiam à pluribus legi, ſiue adeo emendari, exornarique? Triginta ferè ſunt anni quod egregiè verſaris in omni genere ſcriptorum Græcorum Latinorumque; ſed hactenus, vt interim non reiicias auctores noſtri ſuperiorisque ſæculi; quos quali proſequaris cura, teſtatur & Hiſpania, & Italia, à te illuſtrata, velificatione feliciſſima aliquot per annorum luſtra Europæum hunc Orbem circumambulante. Sanè perſuaſus, æquè iſta probanda, quibus titulus tuus præponitur, quàm ea quæ ipſemet in lucem emittis, feci quod vides; cùm ſpe, ſuggerenda per te his, ſi non meliora, at certè nihilo peiora, quibus operi iſti vltima adponatur manus, digneque tueatur vocabulum ſuum CHRONICON CHRONICORVM. Quæ heic modo digeſſi, vix reperi poſt excuſſas plurium Bibliothecas vel coram, vel interuentu amicorum. Si quæ alia ſunt quæ ei accedere poſſunt, pro eâ qua hactenus fuiſti in literas literatosq; affectio-

affectione, libens ſcio ſubmittes per occaſionem, optimi patris, melioris aui filiis nepotibusque Aubriis: eo ipſo demeriturus non hos modò, ſed & mundum hunc humaniorem. Tot profectò prodeuntibus libris in publicum, qui aut nouæ quaſi vitæ auſpicium, aut ſanitatem meliorem, aut famam potiorem deberent R. P. Andreæ Schotto; facinus malum arbitratus ſum, eo etiam non vti arbitro in conſtituendâ Hiſtoriæ omnigenæ Epitoma. Scis autem nulli non rei ſuum eſſe principium, præterea, vt vſurpem Apuleiana, *haud quidquam omnium eſſe, quod poßit in primordio ſui perfici; ſed in omnibus ferè ante eſſe ſpei rudimentum, quàm rei experimentum.* Spero tamen non omninò vituperandam tibi promiſcuam ſcriptorum iſtorum congeriem. Quippe auſpicaturus à natiuitate Saluatoris noſtri, omnia diuiſi in Eccleſiaſtica ac Politica. Et quia gens mortalium ante Ieſum Chriſtum, alia omnia ſequebatur circa religionem quàm quæ debebat, primum ferè locum dedi Theatro conuerſio-

nis Gentium, quamuis id ipſum ſcriptum pro huius ętatis eruditione accurata, videri queat commatis protritioris. Præterea cum nihil perennare poteſt in rerum naturâ, ſine diſciplinâ & Inſpectoribus; exhibui Notitiam Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani; quem inſequitur deinde Catalogus Pontificum Maximorum, vnaque Cardinales ab ipſis creati. Locum habet deinde Epitome de Archiepiſcopatibus atque Epiſcopis Germaniæ; adiecto ſpecimine eorum, qui Eccleſiis pręfuerunt in Hiſpaniâ, Galliâ, Italiâ, &c. de quibus ſolis integer conſtitui poſſet commentarius, ſi ea quis eſſet felicitate, vt nomenclaturas vniuerſorum ſingulorumq; eruere poſſet. Continentur altero tomo Ordines Religioſorũ, eorum origines ac progreſſus: nec eorum tantum qui ſe pacis artibus inuoluunt, ſed qui manu armatâ Equites pro Relligione noſtrâ ſtrenuè pugnant in quemcumque hoſtem. Proxima ab his eſt Enarratio conciliorum; cui adſidet Hæreticorum omnium vſque ad exulceratum iſtud ſæcu-

lum

Digitized by Google

lum noſtrum elenchus: quod ſanè tangi noluit Typographus, ita nimirum animatus, vt neminem cupiat offendere, demereri potius quemlibet; tanto quidem magis, quoniam contrario iacturam ſuam ſuo ſibi quærere videretur iumento; excluſurus ſcilicet non vnâ ditione merces has ſuas. quo malo quid opus? Quin potius eorum loco repræſentauit nobis Bibliothecam Philoſophorum, Patrum, Scholaſticorumque, quæ non contenta indicare tempus quo ferè vixere, adiicit verbulo quid & ſcripſerint. Claudit horum agmen dies natalis emortualiſque plerorumque huius ſuperiorisque ætatis literis armisque illuſtrium, vnà cum Calendario Eccleſiaſtico, item Martyrologio Romano. At tertium volumen complectitur Cæſares, Imperatores, Reges, Tyrannos, Romanos, Græcos, Francos &c. ita quidem vt non ſolùm præ ſe ferant quo die ad imperium peruenerint, ſed etiam quo nati, quo coniugati, quo denati. Hos excipiunt Reges

Digitized by Google

totius ferè Orbis; certè vniuerſi Europæi, item Sarracenici, & Æthiopici. Intermixti iſtis Electores, Palatini, Saxones, Brandeburgici, nec non Principes Reipublicæ Venetæ. Ab illis incipit ordine Alphabetico ingens Index genealogicus Regum, Principum, Ducum, Marchionum, per Europam inſignium. Subſequuntur dies natales, dies nuptiales, dies denique emortuales, Regum, Principum, Ducum, Comitumque, deſumpti non modò ex hiſtoricorū ſcriptis, ſed etiam ex Genethliacis Manuſcriptis. Quartus tomus inſignitur Prodigiis, Oſtentis, Eclipſibus, Cometis, Terræmotibus, Inundationibus, Tempeſtatibus, aliiſque præter naturam factis. Idem etiam habet per integrum centenarium Perſonas Iudicii Cameræ Imperialis; hoc eſt, Præſidum, Iudicum, Aduocatorum, Procuratorum, Pedellorum, Nunciorumque nomina; quando videlicet ad eam dignitatem peruenerint, quamdiu in ea permanſerint, &c. Complectitur præterea Chronologiam Eccle-

ſiaſtico-

Digitized by Google

ſiaſticopoliticam rerum variarum pace belloque geſtarum, ad annum hunc 1613. incluſiuè: quibus ſeorſim accedunt Anni inſtitutarum toto orbe Academiarum, Ludorumq; Equeſtrium per Germaniam exhibitorum tempora: denique Nundinarum aliquot per Europã celebriorum. Extra hæc, nihil mihi occurrit in rerum naturâ memorabile, quod iſti florilegio neceſſariò adiici debere videatur. de quo tamen tu, vir eximie, iudicabis. totum enim permittitur cenſuræ atque auctoritati tuæ. Vt vt fuerit, Aubriorum conatus ac ſtudia beneuolẽti fauore promoue ac ſuſtine. Id autem fiet, ſi, vt pollicitus es, proximè, Rhetorica ac Critica Dionyſii Halicarnaſſæi Latinè reddita, ipſis ſubmiſeris, edenda hac æſtate in 8. cum eiuſdem Hiſtoricis, vno volumine. Nam quod attinet ad obſeruationum Humanarum libros quinque, in Philologos, Poetas, Hiſtoricos, Oratores ac Philoſophos, Græcos & Latinos veteres, Iuuenantis ingenii tui monumenta egregia, ea profectò ſtatim

vt nacti fuerint prælis ſuis meritò lubenteſque committent : demerituri eo ipſo Rempublicam literariam omnem. neque enim poterit proles hæc, nata tibi in vere Iuuentæ, deterior eſſe à poſteriore, quam totus Orbis excipit, amat, colit, ſuo bono. Nimirum cùm Aubrii in eo ſint ne degenerent à Patre, ab Auo, magno, inquam, Andrea Wechelo, literas humaniores, & quidquid circa ipſas verſatur, pro mediocritate ſua ornare atque obſeruare nunquam deſinent: tu modò etiam, tuiq; ſimiles, laudabile eorum deſiderium fauenti lumine proſequi ne grauere. Ita viuas, ita valeas! Scribebam præfeſtinè Francfurti ad Mœnnm, 1614. 25. Martii.

Johannes Gualterius.

SERIES

SERIES SCRIPTORVM TOMI PRIMI.

I.

NOtitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, ſiue Codex Prouincialis Romanus. Aubertus Miræus ex vetuſto Codice ante annos ferè D. ſcripto publicabat, Notisq́ illuſtrabat. pagina 1.

II.

Theatrum conuerſionis Gentium totius Orbis, ſiue Chronologia de vocatione omnium Populorum, & propagatæ per vniuerſum Orbem fidei Chriſtianaq́ religionis deſcriptio: Auctore Arnoldo Mermanno. 96.

Digitized by Google

SERIES

III.

Onuphrii Panuinii Romanorum Pontificum pars prima, ſecunda, tertia, &c. additis Epiſcopis, Cardinalibusq;, &c. 189.

IV.

Epiſcopi Cardinales Oſtienſes à Leone Papa IX. ad Paullum Papam IV. 640.

V.

Epiſcopi Cardinales Silua Candidæ, aliàs Sanctarum Virginum Rufinæ & Secundæ. 644.

VI.

Epiſcopi Cardinales Portuenſes à Leone nono ad Paulum Papam IV. 644.

VII.

Epiſcopi Cardinales Portuenſes & S. Rufinæ. 645.

VIII.

Epiſcopi Cardinales Sabini à Leone Papa IX. ad Paulum Pap. IV. 648.

IX. *Epi-*

Digitized by Google

IX.

Epiſcopi Cardinales Praneſtini à Leone Papa nono ad Paulum Papam IV. 652.

X.

Epiſcopi Cardinales Tuſculani à Leone Papa IX. ad Paulum Papam IV. 656.

XI.

Epiſcopi Cardinales Albani à Leone IX. ad Paulum Papam IV. 660. vbi & additus PP. Maximorum & Cardinalium omnium index accuratiſsimus: item liber de Epiſcopatib. Titulis & Diaconiis Cardinaliũ. 660. & ſeqq.

XII.

De omnibus Germaniæ Archiepiſcopatib. ac Epiſcopatib. Epitome Caſparis Bruſchii. 742. quib. accedunt

XIII.

Fabianenſes, ſiue Fauianenſes, aut Wigennenſes, qui ſunt Viennenſes, Epiſcopi. 1109.

Digitized by Google

SERIES

XIV.
Parochi Viennenſes. 1113.
XV.
Præpoſiti Cathedralis Eccleſiæ Viennenſis. 1114.
XVI.
Epiſcopi Wiennenſes. 1115.
XVII.
Præpoſiti Wiennenſes. 1116.
XVIII
Abbates Fuldenſes. 1117.
XIX.
Archiepiſcopi Bremenſes. 1129.
XX.
Epiſcopi Verdenſes. 1133.
XXI.
Epiſcopi Halberſtadenſes. 1136.
XXII.
Archiepiſcopi Magdeburgenſ. 1139.
XXIII.
Epiſcopi Raceburgenſes. 1142.
XXIV.
Epiſcopi Marsburgenſes. 1144.
XXV.
Epiſcopi Salisburgenſes. 1150.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

Epiſcopi Friſingenſes. 1157.

XXVII.

Epiſcopi Warmienſes. 1164.

XXVIII.

Epiſcopi Culmenſes. 1168.

XXIX.

Epiſcopi Samlandiæ. 1171.

XXX.

Epiſcopi Pomeſanenſes. 1172.

XXXI.

Epiſcopi Pomeraniæ & Caminenſes. 1174.

XXXII.

Epiſcopi Olomucenſes. 1176.

XXXIII.

Archiepiſcopi Mediolanenſes. 1194.

XXXIV.

Archiepiſcopi Rhemenſes. 1224.

XXXV.

Epiſcopi Trecenſes. 1229.

XXXVI.

Præſules Toletani. 1238.

XXXVII.

Epiſcopi Barcinonenſes. 1242.

Digitized by Google

XXXVIII.

Electorum Eccleſiaſticorum, id eſt, Colonienſium, Moguntinenſium, ac Treuirenſiũ Catalogus, cum ſuccincta rerũ à ſingulis geſtarũ narratione. itẽ: Epiſcoporum qui ſub Archiepiſcopatu Colonienſi ſubſunt, id eſt, Leodienſium, Vltraiectinorum, Monaſterienſium, Oſnabrugenſium ac Mindenſium, &c. opera Petri Merſſæi Cratepolii Minoritæ. 1247.

XXXIX.

Franciſci Modii liber ſingularis, in quo cuiuſq; Ordinis Eccleſiaſtici origo, progreſſus & veſtitus ratio breuiter delineatur.

1611.

NOTITIA

Digitized by Google

10-7-1-26

NOTITIA
EPISCOPATVVM
ORBIS CHRISTIANI.

Siue

CODEX
PROVINCIALIS
ROMANVS.

AVBERTVS MIRÆVS
ex vetuſto codice ante annos fere
quingentos ſcripto publicabat,
Notiſq; illuſtrabat.

Digitized by Google

LECTORI CANDIDO

S. D.

DE Chriſtiani orbis Epiſcopatibus antequam dicere incipiam libet pauca quædam de veteris Eccleſiæ politia præfari. Iam inde à primis naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ exordiis, tres exſtitere ſedes Patriarchales, auctoritate Apoſtolicâ in præcipuis orbis Romani ciuitatibus cõſtitutæ; nimirũ ROMANA, ALEXANDRINA, ANTIOCHENA. Acceſſit poſt CONSTANTINOPOLITANA, decreto Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis concilii; ac demum IEROSOLYMITANA, decreto Chalcedonẽſis & quintæ Synodi Oecumenicæ. Ambitione tamen Patriarchæ Conſtantinopolitani, ordo poſtea mutatus: qui ſola vrbis regiæ dignitate ſubnixus ſecundam ſedem inuaſit.

Patriarchæ quinque.

Quinq; igitur prçcipui orbis Patriarchç à multis retro ſæculis iſti ſunt hábiti, ROMANVS, CONSTANTINOPOLITANVS, ALEXANDRINVS, ANTIOCHENVS, & IEROSOLYMITANVS. Omnium princeps Romanus: adeoque *Patriarcharum Epiſcopus* à Caſſiodoro, Variarum libr. IX. epiſt. XV. & eadem ſententia, *Pater Patrum* à magno illo Athanaſio aliiſque Epiſcopis, epiſtola ad Liberium, merito

meritò nuncupatus. Huic, præter ſummam vni-
uerſæ in terris Eccleſiæ præfecturam ac procura-
tionem, totius inſuper Occidentis cura peculia-
ris incumbit. Habuit autem Occidens omnis ſex
olim diœceſes; *Italiam*, *Illyricum*, *Africam*, quas *Roman. ſubſunt Occidentis diœceſes.*
Præfectus prætorio Italiæ: *Gallias*, *Hiſpanias*, & *Bri-
tannias*, quas Præfectus prætorio Galliarum ad-
miniſtrabat. In Italia decem & ſeptem fuere, o-
mnium fere conſenſu, prouinciæ: *Campania*,
Tuſcia cum Vmbria, *Picenum*, *Flaminia*, *Æmilia*, *Ve-
netia*, *Liguria*, *Sicilia*,] quæ octo à cōſularibus re-
gebantur: *Samnium*, *Valeria*, *Sardinia*, *Corſica*, *Rhe-
tia prima*, *Rhetia ſecunda*, *Alpes Cottiæ*: quæ ſe- *Italiæ prouinciæ.*
ptem Præſidibus ſuberant. At Paullus Diaco-
nus decem & octo numerat. Et ſane Alpes Graiæ,
in Sconhouiano quoque prouinciarum Indice
(ſic nuncupo incerti auctoris Indicem, ab Anto-
nio Sconhouio Belga cum Eutropii hiſtoria Ro-
mana primum, poſt & ab Andr. Schotto cum
Antonini Itinerario editum) Italiæ adſcribuntur:
ſed eas cum Pœninis coniunctas in Galliarum
diœceſi collocant Notitia Imperii (quam Maria-
no Scotto nonnulli adſcribunt, ſed nullo teſte)
& omnes Gallicæ deſcriptiones. Atque ita non
eſt quod Italicarum prouinciarum numerum
augeamus. Miror tamen in Schonhouiano In-
dice omitti Valeriam, quam Arcadius & Hono-
rius Impp. *l. vltim. Cod. Theod. quib. equor. vſ. conceſſ.*
Italiæ prouinciis adnumerant. Illyrici ſeptem *Illyrici.*
ſunt prouinciæ, in Sexti Rufi Breuiario (quod

Valenti Imperatori auctor dicauit) & Indice Sconhouiano: *Dalmatia*, *Pannonia prima*, *Noricum mediterraneum*, *Noricum Ripenſe*, *ad Danubium flu. Pannonia ſecunda*, *Sauia*, *& Pannonia tertia*, ſeu *Valeria*, à Diocletiano inſtituta, filiæque nomine inſignita. Dalmatiæ metropolis fuit *Aquileia*: Pannoniæ primæ, *Sirmium*, Pannoniæ ſecundæ, *Sabaria*, S. Martini Epiſcopi Turonenſis patria, Norici mediterranei, *Iuuauia*, Norici Ripenſis, *Laureacum*, niſi fallor.

Africa. In Africa ſex prouincias, *Carthaginienſem*, *Bizacium*, *Numidiam*, *Tripolim*, *Mauritaniam Cæſarienſem*, & *Mauritaniam Sitifenſem*, agnoſcunt Sextus Rufus, Notitia Imperii, & Index Sconhouianus. Ex his prima fuit & *Proconſularis*, itemque *Zeugitana* promiſcue nuncupata: vt ex actis Collationis Carthag. & ex Victore Vticenſi lib. *1*. datur intelligi. At Juſtinianus Africam, à Vandalorũ tyrannide liberatam, in prouincias ſeptem diuiſit, *Carthaginienſem*, *Bizacenam*, *Tripolitanam*, *Tingitanam*, *Numidiam*, *Mauritaniam*, & *Sardiniam*. Ceterum vt ciuiles, ſic & ſacras olim ſex in Africa prouincias fuiſſe, patet ex conciliis Carthaginienſi VI. & VII. itemque ex Africano. Vbi inter alia ſic legitur: *Ne diutius Epiſcopi teneãtur, placuit ternos iudices de ſingulis prouinciis eligi, & electi ſunt, de prouincia Carthaginienſi Vincẽtius &c. de prouincia Numidiæ N. de prouincia Byzacena N. Mauritania N. Sitifenſi N. Tripolitana, &c. N.* Fuit autẽ *Carthaginienſis Eccleſia Africæ* olim *caput*; vt Auguſtinus epiſtola C. LXII. loquitur: adeoq;

Digitized by Google

eoque *poſt Romanum Pontificem primus Archiepiſcopus,& totius Africæ maximus Metropolitanus fuit Carthaginienſis Epiſcopus*: vt Leo IX. Pont. Max. in epiſtolis ad Thomam alioſque Africanos Epiſcopos multis diſſerit, Carthaginiẽſis Archiepiſcopi priuilegia commemorans. De quibus vide & Baronium in Annalibus nõ vno loco. Byzacenam porro prouinciam circa *Adrumetum* fuiſſe, ex poſteriorum temporum ſcriptoribus intelligitur. Numidiæ metropolis fuit *Conſtantina*: vt ex D. Auguſtino & canonibus concilii Carthag. datur intelligi. Epiſcopi *Idacenſis* in Numidia mentio eſt apud Vict. Vticenſem, vt & aliorũ plurimorum Africæ Antiſtitum. In Tripolitana regione quinque olim Epiſcopi fuere: vt conciliũ Carth III. cap. XXXIX. diſerte teſtatur. In Mauritania Cęſarienſi fuit *Iol*, vrbs maritima, Iubę, olim regia, quę & *Cæſarea* Ptolomæo, Plinio, & Pomponio teſtibus poſt eſt nuncupata.

Gallias in decẽ & ſeptem prouincias Cęſar diſtribuit, quas hoc ordine (variant enim veteres in enumerando) nobis liceat recenſere, 1. *Lugdunenſis prima*, cuius metropolis Lugdunũ, caput Galliarũ, ad Rodanũ fluuiũ. 2. *Lugdunenſis ſecunda*: cuius metropolis Rotomagũ, ad Sequanã fluuium 3. *Lugdunenſis tertia*: cuius metropolis, ciuitas Turonũ, ad Ligerim fluuiũ, 4. *Lugdunenſis quarta*: cuius metropolis, ciuitas Senonũ. V. Lugdunenſis 5. ſiue Maxima Sequanorũ: cuius metropolis, Veſuntio ad Dubim fluuium 6. *Belgica prima*: cuius metropolis *Galliarum.*

ciuitas Treuerorũ, ad Moſellam fluuium. 7. *Belgica ſecunda*: cuius metropolis, ciuitas Remorũ. 8. *Germania prima*, cuius ciuitas Maguntiacũ, ad Rhenũ fluuiũ. 9. *Germania ſecunda*: cuius metropolis Colonia Agrippina, ad Rhenũ fluuiũ. 10. *Viennenſis prima*: cuius metropolis Vienna, ad Rhodanũ fluuiũ: 11. *Viẽnenſis ſecũda*: cuius metropolis NarboMartius. 12. *Viennenſis tertia*: cuius metropolis, Aquæ Sextiæ. 13. *Viennenſis quarta*, in Alpib. maritimis: cuius metropolis, Ebrodunũ. 14. *Viennenſis quinta*, ſiue *Alpiũ Graiarum ac Pœninarũ*: cuius metropolis, ciuitas Centronũ. h. e. Tarantaſia. 15 *Aquitania prima*, ſeu *Viẽnenſis ſexta*: cuius metropolis, ciuitas Biturigũ. 16. *Aquitania ſecũda*, ſeu *Viennenſis ſeptima*, cuius metropolis, Burdigala, ad Garumnã fluuiũ. 17. *Aquitania tertia*, ſeu *Viennẽſis octaua*, quæ & *Nouẽpopulana* eſt dicta: cuius metropolis, ciuitas Auſciorũ.

Hiſpaniarum. Hiſpaniarum prouincias ſex enumerat Rufus Feſtus in Breuiario, *Tarraconenſem*, *Carthaginiẽſem*, *Luſitaniam*, *Gallæciam Bæticam*, *Tranſ-fretanam*, ſeu *Tingitanam* in Africa. Notitiæ Imperii auctor, & index Sconhouianus, addunt ſeptimam, nimirum *Balearem*, ſeu Balearium inſularum. Tarraconenſis prouinciæ metropolis olim fuit, Tarraco Carthaginienſis, *Carthago*. Luſitaniæ, *Auguſta Emerita*: Beticæ autem *Hiſpalis*.

Britanniarum. Britanniarum prouincias quinque agnoſcunt auctor Notitię Imperii, & Index Sconhouianus, *Britãniam primam*, *Britanniam ſecundam*, *Maximam Cæſarienſem*, *Flauiam Cæſarienſem*, & *Valentiam*. Britannia-

tanniarum metropolis quondam fuit *Eboracum:* ſed a Gregorio Magno Papa duæ poſtea Britanniarum metropoles ſeu ſedes Archiepiſcopales, *Cantuaria* & *Eboracum* ſunt inſtitutæ.

Hactenus de ſex Occidentis diœceſib. locuti ſumus nunc in Orientē, alterum velut orbem, tranſeamus. Cuius quidē diœceſes ſeu regiones ſeptē numerantur: *Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia.* l. 2. de milit. veſt. vt nem. ad ſu. patroc. in quib. vices Imperatoris Præfectus prætorio Oriētis exercebat: *Macedonia,* & *Dacia,* quæ à præfecto prætorio Illyrici regebātur. Oriētis metropolis fuit *Antiochia,* Ægypti *Alexandria,* Aſianæ *Epheſus,* Ponticę *Cæſarea,* Thracię *Conſtātinopolis,* Macedonię ac Daciæ *Theſſalonica:* idq; ad Iuſtiniani Imp. æuū, qui *Iuſtinianam primā* Daciæ metropolim conſtituit. Oriētis porro diœceſes inter ſe velut partiti ſunt Cōſtātinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ieroſolymitanus, *Patriarchæ. Cōſtantinopolitano* quidem tres diœceſes, *Aſianā,Ponticā, Thraciam,* cōcilium Chalcedonenſe adtribuit. Aſianæ vndecim ſunt prouinciæ, in Notitia Imperii: *Aſia* princeps eo nomine prouinciā, *Pamphylia, Helleſpōtus, Lidya, Piſidia, Lycaonia, Phrygia prima* ſeu *Pacatiana, Phrygia ſecunda* ſeu *Salutaris, Lycia, Caria,* & *Inſulæ.* Index Sconhov. addit *Galatiā,* mox Pōticæ adnumerādā. In Pōtica vndecim quoq; prouincię receſentur: *Galatia prima, Galatia ſecunda ſeu ſalutaris, Bithynia, Paphlagonia, Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia ſecunda, Hellenopontus, Pontus Polemoniacus, Armenia*

prima ſeu *maior*, *Arnia ſecũda* ſeu *minor*. Iuſtinianus Imp. poſtea *Cappadociam tertiam*, itemq; *Armenias tertiam & quartam* adiecit.

Thacia. Thraſiæ prouincias ſex numerãt, *Europen, Thraciam, Hæmimontum, Rhodopen, Mæſiam, Scythiam.*

Macedonia. Haut abs re fuerit Macedoniæ & Daciæ prouincias pręmiſſis ſubnectere. In Macedonia ſex quidẽ olim fuere prouincię numeratę. *1. Achaia. 2. Macedonia prima. 3. Creta. 4. Theſſalia. 5. Epirus vetus. 6. Epirus noua, cũ parte Macedoniæ ſecundæ ſeu Salutaris.*

Dacia. In Dacia quinque: 1. *Dacia mediterranea. 2. Dacia Ripenſis. 3. Mæſia prima. 4. Dardania. 5. Præualitana, cũ parte Macedoniæ Salutaris.* Alii Macedoniæ, Dacię; & Illyrici prouincias omnes vno Illyrici nomine cõplectuntur: vt & ab vno Illyrici Pręfecto omnes olim regebãtur. Quinimo vnus idemq; olim Macedonię & Dacię Primas fuit, Theſſalonię nimirũ Metropolita: idq; ad tẽpora Juſtiniani Imperatoris, qui vt patriã ſuã Achridem, Dardanię ſeu Bulgarię vrbẽ, Iuſtinianam primã à ſe nuncupatã, nobilitaret atq; illuſtriorem redderet, *nouell. 119. l. 508.* ſic ſtatuit: *Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ habeat ſibi ſubiectos Epiſcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripẽſis: item Præualenos* (ſeu Præualitanos) *& Dardaniæ, & Myſiæ* (ſeu Mœſię) *ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem iura ſuper eos habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.*

Itaq; notet hic Lector quaſdã metropoles olim autocephalas, i. e. ſibi ipſis capita exſtitiſſe: quod diſerte tradit Theodorus Ballamo in Reſponſ. de Pa-

de Patriarch. *Exceptis*, inquiens, *Archiepiſcopis, qui caput ſibi ipſis ſunt, Bulgariæ ſcilicet & Cypri.* Sic & metropolis Iberiæ ſeu Iberorum in Aſia (qui hodie *Georgiani* dicuntur) ſibi caput exſtitit: vt ex ſynodo Antiochena diſcimus. Sic item Carthago Africæ metropolis (quam Iuſtinianam à Iuſtiniano Imp. dictam teſtatur Balſamo) ſibi caput eſſe voluit. Vt tres eo nomine vrbes iſtud libertatis priuilegium velut ſtudio adfectaſſe videantur.

Alexandrino patriarchæ canon VI. ſynodi I. Nicænæ *Ægyptum*, *Lybiam*, & *Pentapolim* adtribuit. Tres enim Ægypti primum prouinciæ, poſtea ſex numeratæ: *Ægyptus*, *Thebais*, *Libya ſuperior*, *Lybia inferior* ſeu *Pentapolis*, *Arcadia*, & *Auguſtamnica.* Acceſſere poſtea *Ægyptus ſecunda*, *Thebais ſecunda*, & aliæ: adeo vt decem Ægypti demum fuerint prouinciæ. Tot enim ex hac diœceſi Metropolitanos conuocari iubent Theod. & Valent. epiſtola ad Dioſcorum, quæ act. I. concilii Chalced. recitatur: *Igitur & tua Sanctitas ſumptis ſecum decem reuerendiſſimis metropolitanis Epiſcopis, qui ſub tua degunt diœceſi, & aliis ſimiliter decem ſanctis Epiſcopis, Kalendis Auguſtis, Epheſum metropolim Aſiæ conuenire feſtinet.* Victor certe Tunnunenſis in chronico, *Frontinum Epiſcopum, Antionenſi in prima Thebaide ciuitati, exilio deputatum* memorat. Quæ omnia eruditiſſimus Berterius recte obſeruauit.

Alexandrino patriarchæ ſubſunt Ægypti prouinciæ.

Septem in Oriente diœceſes exſtitiſſe paulo ante diximus: *quarum* primam *Orientis* nomine

Patriarchæ Antiocheno parent Orientis prouinciæ.

inſignem, *Antiocheno* Patriarchæ adtributam teſtantur concilii Nicæni, itemque Conſtantinopolitani primi & ſecundi decreta. Vt is iure optimo à veteribus *Orientis Patriarcha* nuncupetur. Fuere autem in Orietis diœceſi prouinciæ quindecim, ſi fides Notitiæ Imperii habenda: I. *Syria prima.* II. *Syria ſecunda ſeu Salutaris.* III. *Palæſtina prima.* IV. *Palæſtina ſecunda.* V. *Palæſtina ſalutaris.* VI. *Phœnice prima.* VII. *Phœnice Libani ſiue ſecunda.* VIII. *Cilicia prima.* IX. *Cilicia ſecunda.* X. *Cyprus.* XI. *Euphratenſis.* XII. *Meſopotamia.* XIII. *Oſrhœna.* XIV. *Arabia.* XV. *Iſauria.* Miror autem in Indice Sconhouiano non niſi decem Orientis prouincias recenſeri. Addit is *Sophenam* vt Syriæ prouinciam: ſed Armeniæ ipſam annumerandam, eandemq; eſſe cum Armenia quarta, docet Berterius ex Strabone, Stephano, & Procopio.

Syria prima, quæ & Syria Cœle dicitur, metropolim habuit *Antiochiam magnam.*

Phœnices primæ metropolis fuit *Tyrus*, ſecundæ autem *Berytus.* Ciliciæ primæ caput fuit *Tarſus.* Cilicia ſecunda iuxta montem Taurum in Indice Sconhouiano conſtituitur: vnde & *Trachea* appellatur. Iſauria, niſi fallor, metropolim habuit *Seleuciam.*

Ieroſolymitano Patriarch. parent tres Palæſtinæ.

Atque hic quidem ſtatus primum fuit Antiochenæ ſeu Orientalis diœceſis: à qua poſtea tres Palæſtinæ, *prima, ſecunda & ſalutaris*, ſunt detractæ, & *Ieroſolymitano* Patriarchæ recens inſtituto adſignatæ: idque decreto Chalcedonenſis, & quinti con-

concilii œcumenici, vt ſupra diximus. Quod poſterioribus ſæculis obtinuiſſe, docent acta concilii Ieroſolymitani, celebrati *in colonia Aelia metropoli & Ieroſolymis, præſidente Patriarcha Petro, & aſſiſtentibus Epiſcopis trium Palæſtinarum.* Guilielmus Tyrius lib *14.* cap. *12.* veteris cuiuſdam ſcripti auctoritate permotus, duas inſuper ex Antiochena ſeu Ægyptiaca diœceſi prouincias Ieroſolymitano Patriarchæ traditas narrat: *Subſtraxerunt*, inquiens, *Antiocheno Cæſarienſem & Scythopolitanum metropolitanos: Alexandrino vero Rubenſem & Berytenſem.* Quæ ſententia doctiſſimo Berterio minime probatur: quod Ruba à Ptolomęo in Syria ponatur, & Berytum Phœnices Libani metropolim eſſe conſtet. Syria autem & Phœnicæ Orientis prouinciæ omnibus ſunt notæ. Cæterum Palæſtinæ primę metropolis fuit *Aelia* colonia ſiue *vrbs Ieroſolymorum*: ſecundæ vero, *Cæſarea*: tertiæ autem, *Scythopolis.*

Ceterum vt ad inſtituti noſtri rationem propius accedam: exſtat liber *De Epiſcopatibus orbis Chriſtiani*, ex codice Cancellariæ, vt loquuntur, Apoſtolicę exceptus, poſt Romæ primum anno Chriſti *1503*. dein Lutetiæ, Lugduni, & alibi, itemque à Petro Rebuffo cum Praxi beneficiorum editus: quem vulgo *Prouinciale Romanum*, ſeu *Prouinciale omnium Eccleſiarum cathedralium* nuncupant. Huius exemplaria varia cum manuſcripta tum typis euulgata quærendo dum colligo, opportune mihi Pariſiis negotiorum cauſſa agenti

quattuor exemplaria calamo exarata in manus obuenerunt. Primum ex bibliotheca Cl. V. *Claudii Puteani*, Senatoris olim Pariſienſis, beneficio filiorum: accepi: quo codice frequenter vſus, atque in Iure Pontificio explicando non mediocriter adiutus eſt. *Iacobus Cuiacius*, æui noſtri Papinianus, Huic annexus eſt *Catalogus Abbatiarũ*, vt loquuntur, *orbis Chriſtiani*: quę omnia, Summorum Pontificum decretis atque epiſtolis illuſtrandis, *Carolus Labbæus* I. C. & çauſſarum in ſuprem a Pariſienſi curia Patronus, aliquando, vt ſpero, publicabit. Secundum exemplar, temporibus Gregorii IX. Papæ conſcriptum, *Iacobus Sirmondus*, Soc. Ieſu ſacerdos, vir omnis antiquitatis cum ſacræ tum profanæ peritiſſimus, mecũ communicauit. Duo poſteriora, ex publica S. Victoris Pariſiẽſis bibliotheca deprompta mihi tradidit *Ioannes Piccardus*, illius monaſterii ſodalis & Bibliothecarius. Ex his Victorinis alterum, itemque Puteanæum, atque exemplaria omnia typis edita inter ſe fere congruunt: ſuntque ea paullo poſt Ioannis XXII. Papæ æuum conſcripta. Fit enim in iis mentio Toloſani Archiepiſcopatus vt nuper ſeu recens inſtituti, aliorumque in Gallia Epiſcopatuum à Ioanne XXII. excitatorum. At vero omnium, quæ Pariſiis videre contigit, vetuſtiſſimum eſt alterum exemplar Victorinum: vtpote in quo nec Rigenſis in Liuonia, nec Glaſcoenſis in Scotia, nec alii alibi à quinque fere ſeculis inſtituti Archiepiſcopatus memorentur. Vt

taceam,

Digitized by Google

taceam, antiquiſſimi apud Hiſpanos Archiepiſcopatus Emeritani, ſediumque ſuffraganearum in eo fieri mentionem. Vetuſtiſſimus itaque codex iſte præ ceteris nobis placuit: quem ſexcentis amplius locis (vt nihil temporum iniuriæ magis obnoxium, nihilque librariorum erroribus magis expoſitum eſt, quam propria locorum nomina) emendatum, Notiſque illuſtratum, hic vides. Ceterum in prouinciis atque ipſis etiam Epiſcopatibus recenſendis, ipſum codicis Prouincialis ordinem (ſi quis tamen in eo ſit ordo) fere ſecuti ſumus. Quod præmonendum duximus, ne quid maligne aut temere à nobis ſcriptũ quis ſuſpicetur. Vale, mi Lector, atque iſtis fruere tantiſper dum Curis noſtris ſecundis auxiliares copias ſubmiſeris. Lutetiæ Pariſiorum,

x. Kal. Iunias CIↃ. IↃ CX.

Digitized by Google

NOTITIA

EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI.

Siue

CODEX

PROVINCIALIS ROMANVS.

SANCTA Romana Eccleſia, mater Eccleſiarum omnium & magiſtra, habet ſub ſe Epiſcopos infra notatos.

Epiſcopi Cardinales ſunt iſti.

I. Oſtienſis.
II. Portuenſis.
III. S. Rufinæ, ſiue Siluæ candidæ.
IV. Sabinus.
V. Prænestinus.
VI. Tuſculanus.
VII. Albanus.

NOTATIO.

SS. Ruffinæ & Secundæ, alias Siluæ Candidæ epiſcopatum (deficientibus incolis ob crebras barbarorum incurſiones) Calixtus II. Portuenſi adiunxit, adeoque non niſi ſex hodie Epiſcopi Cardinales exiſtunt.

Oſtienſis Pontificem Romanum conſecrare ſolet, pallioque in ipſa conſecratione vtitur. Eidem epiſcopatui Eugenius III. Veliternum adiunxit.

De his omnibus lege Onufrii Panuinii librum de Epiſcopatibus, titulis & diaconiis Cardinalium.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopatus ſub Pontifice Romano, nec ſub alio, vel in alterius prouincia conſtituti.

IN LATIO ET CAMPANIA.

Tiburtinus.	*Tiuoli.*
Anagninus.	*Anagna.*
Signinus.	*Segna.*
Ferentinus.	*Ferentino.*
Alatrinus.	*Alatro.*
Verulanus.	*Veruli.*
Soranus.	*Sora.*
Fundanus.	*Fondi.*
Caietanus.	*Gaietta.*
Terracinus.	*Terracina.*

IN MARSIS.

Furconenſis.	*Aquila.*
Marſicanus.	*Marſico.*
Valuenſis.	*Sulmona.*
Theatinus.	*Ciuita di Chietti.*
Pennenſis.	*Penna.*
Aprutinus.	*Theramo.*

Furconio exciſo, Alexander IIII. ſedem epiſcopalem Aquilam tranſtulit.

IN TVSCIA.

Nepeſinus.	*Nepi.*
Sutrinus.	*Sutri.*
Ciuitatenſis.	*Ciuitella.*
Ortanus.	*Orti.*
Balneoregienſis.	*Bagnarea.*
Vrbeuetanus.	*Oruieto.*
Viterbienſis.	*Viterbo.*
Caſtrenſis.	*Caſtro.*
Suanenſis.	*Soana.*
Cluſinus.	*Chiuſe.*
Peruſinus.	*Perugia.*

Digitized by Google

Caſtellanus	*Ciuita di Caſtella.*
Aricinus.	*Rizza, ſiue Lariſſa.*
Groſſetanus.	*Groſcto.*
Volaterranus.	*Voltara.*
Senenſis.	*Siena.*
Lucenſis.	*Luca.*
Piſtorienſis.	*Piſtoia.*
Florentinus.	*Fiorenza.*
Feſulanus.	*Fiezole.*
Lunenſis.	*Luna.*

IN VMBRIA ET MARCA Anconitana.

Spoletinus.	*Spoleto.*
Aſſiſinas.	*Aſciſi.*
Fulginas.	*Foligno.*
Nucerinus.	*Nocera.*
Eugubinus.	*Agubio.*
Reatinus.	*Rieti.*
Tudertinus.	*Todi.*
Amerinus.	*Amelia.*
Narnienſis.	*Narni.*
Interamnenſis.	*Terni.*
Eſculanus.	*Aſcoli.*
Firmanus.	*Fermo.*
Camerinenſis.	*Camerino.*
Auximanus.	*Oſmo.*
Numanenſis.	*Humana.*
Anconitanus.	*Ancona.*
Æſinus.	*Gieſi.*
Senogallienſis.	*Senigaglia.*
Fanenſis.	*Fano.*
Piſaurienſis.	*Peſaro.*
Foro-Sempronienſis.	*Foſſumbruno.*
Calienſis.	*Cagli.*
Vrbinas.	*Vrbino.*

Ariminen-

Digitized by Google

ṇịnenſis. *Rimini.*
ntanus. *Ferento.*

'unc Romanæ prouinciæ ſtatũ circa annum Chriſti 1057. , ex vetuſto ſacrorum rituum codice MS. Vaticano do- aronius in annalibus, in rebus geſtis anni eiuſdem. Po- ribus ſæculis nonnihil mutata eſt rerum facies, Theatina um, Senenſi, Florentina, Firmana & Vrbinate Eccle- Archiepiſcopalem ſeu metropolitanam dignitatem eue- ıibus & aliæ ex commemoratis tanquam ſuffraganeæ ſignatæ.

'atinæ metropoli ſunt adtributæ Aquilenſis, Pennen- Sulmonenſis ſeu Valuenſis eccleſiæ, in regno Neapoli-

nſem archiepiſcopali titulo donauit Pius II. anno cıuus prouincia ſunt Epiſcopatus Suanenſis, Cluſi- oſſetanus, Maſſanenſis, montis Alcinoi, & Col- ſi fallor, à Clemente VIII. inſtitutus. Montis autem Epiſcopatus eſt à iuriſdictione archiepiſcopali ex-

ıtinum Archiepiſcopum agnoſcunt Feſulanus, A- Piſtorienſis, Burgi S. Sepulcri, ciuitatis Solis, & Cor- Epiſcopi.

no parent Maceratenſis, Ripæ Tranſonis, Huma- nenſis, Anconitanus, Piſaurienſis, Camerinenſis, Foroſempronienſis, Auximanenſis, Senogallienſis, ſis, Lauretanus & Montaltenſis, Epiſcopi.

IN SICILIA.

ıolis ſiue Archiepiſcopatus Panormitanus. *Pa-*

Epiſcopatus Suffraganei.

ıus. *Gergenti.*
ı. *Mazara.*
Malta.

Digitized by Google

Archiepiſcopatus Montis regalis.
Monreale.

Syracuſanus. *Siracuſa.*
Catanenſis. *Catana.*

Montem Regalem metropolitico honore anno 1183. Lucius Papa donauit: vt Baronius in Annalibus commemorat. Huius Eccleſiæ hiſtoriam nuper conſcripſit Ioannes Ludouicus Pellus.

Archiepiſcopatus Meſſanenſis.
Meſſina.

Cephalœdienſis. *Cifalu.*
Pactenſis. *Patti.*
S. Marci.

IN CALABRIA.

Archiepiſcopatus Rhegienſis.
Reggio.

Epiſcopatus Suffraganei.

Caſſanenſis. *Caſſano.*
Neocaſtrenſis. *Nicaſtro.*
Catharenſis. *Catanzano.*
Cotronienſis. *Cotrona.*
Tropienſis. *Tropia.*
Oppidanus. *Oppido.*
Bouenſis. *Boue.*
Giracenſis. *Geraci.*
Scyllacenſis. *Squillace.*
Miletenus eſt domini Papæ. *Mileto.*

Addunt nonnulli hodie Caſtelli maris, & Nicoteranenſem, Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Conſentinus. *Coſenza.*
Marturanenſis Epiſcopatus. *Martorano.*
Archiepiſcopatus Roſſanenſis. *Roſſano*, nullum habet ſuffraganeum.
Epiſcopatus Biſinianus eſt domini Papæ. *Biſignano.*

Epiſcopatum domini Papæ vocant rerum pontificiarum ſcripto-

Digitized by Google

ſcriptores, qui Papæ in ſpiritualibus (vt loquuntur) immediate ſubeſt, & à iuriſdictione metropolitana ſeu archiepiſcopali liber eſt, ſiue exemptus, vt vulgo loquuntur.

Archiepiſcopatus S. Seuerinæ. *San Seuerina.*

Vmbraticenſis.	*Vmbriato.*
Strangulenſis.	*Strongoli.*
Geneocaſtrenſis vel Bellocaſtrenſis.	

His addunt hodie S. Leonis, Miletenſem, & Cariatenſem Epiſcopatus.

Seuerenæ vetuſto Calabriæ oppido vulgus indoctum Sanctæ Seuerinæ nomen indidit; vt & Laurentum, veterem Latii vrbem, S. Laurentii oppidum imperite nuncupant: quod ante nos Gabriel Barrius lib. 2. de Calabriæ antiquitatibus obſeruauit.

IN APVLIA.

Archiepiſcopatus Conſanus. *Conza.*

Murenſis.	*Muro.*
Cagianenſis.	*Cagiano.*
Montis viridis.	*Monte verde.*
Alcedonienſis.	*Alcedonia.*
Sancti Angeli.	*S. Angelo di Lombardi.*
Biſacienſis.	*Biſaccia.*

Ex his duo poſteriores Epiſcopatus hodie ſunt vniti.

Archiepiſcopatus Acherontinus. *Acherontia.*

Potentinus.	*Potenza.*
Tricaricenſis.	*Tricaria.*
Venuſinus.	*Venoſa.*
Grauinenſis.	*Grauina.*
Aqqilonenſis, vel Anglonenſis.	

Digitized by Google

Acherontinus hodie Materanum ſe Archiepiſcopum ſcribit & nuncupat.

Archiepiſcopatus Tarentinus.

Tarentino.

Mutilenſis.	*Motula.*
Caſtellanetenſis.	*Caſtellaneta.*

Archiepiſcopatus Brundiſinus.

Brindiſi.

Aſtunenſis.	*Hoſtuni.*

Archiepiſcopatus Hydruntinus.

Otranto.

Caſtrenſis.	*Caſtro.*
Gallipolitanus.	*Gallipoli.*
Licienſis.	*Leccio.*
Vgentinus.	*Vgento.*
Leucenſis.	*Capo di Leuco.*

Archiepiſcopatus Barenſis.

Bari.

Bitontinus.	*Bibonto.*
Melphitanus.	*Malſetta.*
Iuuenacenſis.	*Gionenazzo.*
Rubenſis ſeu Rubentinus.	*Runo.*
Salpenſis.	*Salpe.*
Canenſis.	
Bitterenſis.	*Bitetti.*
Conuerſanus.	*Conuerſano.*
Mineruienſis.	*Moneruino.*
Poligniacenſis.	*Palignano.*
Catarenſis.	
Lauellinus.	*Lauello.*

Catarenſis Epiſcopatus ſitus eſt in Sclauonia, Raguſinæ, niſi fallor, metropoli poſtmodum adtributus.

Archiepiſcopatus Tranenſis.

Vigilienſis.	*Biſegli.*
Andrienſis.	*Andri.*

Archi-

Archiepiſcopatus Sipontinus.
Siponto.

Veſcianus.	*Vieſte.*
Troianus eſt D. Papæ.	*Troia.*
Melphienſis eſt D. Papæ.	*Melſi.*
Monopolitanus eſt D. Papæ.	*Monopoli.*
Rapollenſis eſt D. Papæ.	*Rapollo.*

IN TERRA LABORIS.

Archiepiſcopatus Beneuentanus.
Beneuento.

Teleſinus.	*Teleſe.*
S. Agathæ.	*S. Agatha.*
Aliphanus.	*Aiſe.*
Montis Mariani.	*Monte Marano.*
Montis cornuti.	
Auellinus.	*Auelino.*
Vicanus.	*Vico della Baronia.*
Arianenſis.	*Ariano.*
Boianenſis.	*Boiano.*
Aſculanus.	*Aſcoli.*
Lucerinus.	*Luceria.*
Tertibulenſis.	*Turribia.*
)ragonarienſis.	*Dragonaria.*
'ulturanus.	*Vulturana.*
annenſis.	*Canne.*
orentinus.	*Firenzola.*
iuitatenſis.	*Ciuitella.*
ermulanus.	*Termuli.*
ſinenſis.	*Leſina.*
equentinus.	
iuentinus.	*Triuento.*
mienſis.	*Bomia.*
inenſis.	*Larino.*
anenſis.	*Guardia Alſana.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Præter hos ſunt qui Montis Viridis & Marſici veteris Epiſcopatus in prouincia Beneuentana collocant.

Archiepiſcopatus Salernitanus.
Salerno.

Caputaquenſis.	*Capaceia.*
Policaſtrenſis.	*Policaſtro.*
Nuſcanus.	*Nuſco.*
Sarnenſis.	*Sarno.*
Acernenſis.	*Acierno.*
Marſicenus.	*Marſico.*
Rauellenſis eſt D. Papæ.	*Rauello.*

His adiungunt nonnulli hodie Campanienſem, & Cauenſem, ſed exemptum.

Archiepiſcopatus Amalphitanus.
Amalfi.

Capricanus.	*Capri.*
Scalenſis.	*Scala.*
Minorenſis.	*Minori.*
Siteranenſis.	*Lettre.*

Archiepiſcopatus Surrentinus.
Surrento.

Lobrenſis.	
Equenſis ſiue Aquenſis.	
Caſtelli maris, vel Stabienſis.	*Caſtel à mare.*

Non nemo his Maſſenſem adnumerat, & Aquenſem dicit eumdem eſſe cum Vicenſi.

Archiepiſcopatus Neapolitanus.
Neapoli.

Auerſanus.	*Auerſa.*
Nolanus.	*Nola.*
Puteolanus.	*Pozzuolo.*
Cumanus.	*Cuma.*
Acerranus.	*Cerra.*
[illegible]alanus vel Inſulanus.	*Iſchia.*

Auerſa-

Digitized by Google

Auerſanum à iuriſdictione Archiepiſcopali exemptum eſſe; notant recentiora Codicis Prouincialis mſ. editaque exemplaria.

Archiepiſcopatus Capuanus.

	Capua.
Theanenſis.	*Theanoc.*
Caluenſis.	*Calui.*
Carinulenſis.	*Cariuola.*
Caſertanus.	*Caſerta.*
Sueſſanus.	*Sueſſa.*
Venafranus.	*Venafri.*
Aquinas.	*Aquino.*
Iſernienſis.	*Sergina.*

Eſt in eadem prouincia Montis Caſini epiſcopatus, ſed exemptus; à Ioanne XXII. inſtitutus. Cuius quidem monaſterii, à S. Benedicto Nurſino inſtituti, idem & Abbas & Epiſcopus exiſtit.

Capuam nouam, ex veteris capuæ ruinis excitatam, Archiepiſcopali honore condecorauit Joannes XIV. cum Othoni II. Imp. coronam imponeret. Huic metropoli nonnulli quoque adtribuunt Soranum & Caiacenſem Epiſcopatus.

Dictis regni Neapolitani Archiepiſcopatibus acceſſere poſtea Lancianenſis & Theatinus.

Archiepiſcopatus Lancianenſis.

	Lanciano.
Soranus.	*Sora.*
Aprutinus.	*Theamo.*

Archiepiſcopatus Theatinus.

	Ciuita di Chietti.
Aquilenſis.	*Aquila.*
Pennenſis.	*Ciuitta di Penna.*
Sulmonenſis ſeu Valuenſis.	*Sulmonia.*

Pennenſi Epiſcopus Atrienſis eſt vnitus.

Sulmo Ouidii patria, hodie Sulmona principem habet ex Belgica Lannoiorum familia. Cuius urbis Epiſcopus dicitur

Digitized by Google

& Valuenſis, quod Sulmonenſis ager cum vicinis hodie Valua nuncupetur.

IN TVSCIA.

Archiepiſcopatus Piſanus.

Piſa.

Maſſenſis, in Corſica inſula. *Maſſa.*
Aiacenſis, ibidem. *Aiazzo.*
Alerienſis, ibidem. *Aleria.*

Adde Ciuitatenſem, Populonienſem & Liburnenſem Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Genuenſis.

Genoua.

Bobienſis. *Bobio.*
Bruniacenſis, in Corſica inſula.
Maranenſis, ibidem.

Addantur Albingaunenſis, Nebienſis, Accienſis, & Niolenſis, Epiſcopatus. Ceterum diſſidentes inter ſe Genuenſes & Piſanos Innocentius II. Pontifex cum conciliaſſet, vrbis vtriuſque Eccleſiam archiepiſcopali dignitate auxit circa annum XI. 1133. partitis Corſica inſula oppidis: vt Platina tradit, itemque rerum Genuenſium ſcriptores.

IN FLAMINIA.

Archiepiſcopatus Rauennas.

Rauenna.

Hadrienſis. *Adria.*
Cimaclenſis. *Comachio.*
Ceruienſis. *Ceruia.*
Foro-Liuienſis. *Forli.*
Foro-Popilienſis. *Forimpopulo.*
Cæſenas. *Ceſenna.*
Saſſinas. *Sarzana.*
Fauentinus. *Farenza.*
Imolenſis. *Imola.*
Bononienſis. *Bologna.*

Muti-

Mutinenſis.	*Modena.*
Rhegienſis.	*Reggio.*
Parmenſis.	*Parma.*

His adde Faneſtrienſem Epiſcopatum. Ceterum Imolenſis olim foro-Cornelienſis eſt dictus: foro-Popilienſis autem hodie Britonorianus nuncupatur.

Bononienſem porro Epiſcopatum Rauennati Anno 1586. Gregorius XIII. patria Bononienſis detraxit, Bononiamque archiepiſcopali titulo nobilem reddidit: ſuffraganeis ſex, Placentino, Parmenſi, Regienſi, Mutinenſi, Imolenſi & Ceruienſi adtributis. Quibus adde Cremenſem epiſcopatum ab eodem anno 1585: Carpenſem à Clemente VIII. inſtitutum itemque S. Domnini.

IN INSVBRIA.

Archiepiſcopatus MedioIanenſis.

Milano.

Bergomenſis.	*Bergamo.*
Brixienſis.	*Breſcia.*
Cremonenſis.	*Cremona.*
Laudenſis.	*Lodi.*
Nouarienſis.	*Nouara.*
Vercellenſis.	*Vercelli.*
Iporienſis.	*Iurea.*
Taurinenſis.	*Turino.*
Aſtenſis.	*Aſte.*
Aquenſis.	*Aich.*
Albenſis.	*Alba.*
Dertonenſis.	*Tortona.*
Sauonenſis.	*Sauona.*
Albingaunenſis.	*Arbenga.*
Intimilienſis.	*Vintimilia.*
Placentinus eſt D. Papæ.	*Piacenza.*
Papienſis eſt D. Papæ.	*Pauia.*
Ferrarienſis eſt D. Papæ.	*Ferraria.*

Mediolanenſis metropolis totam pæne Galliam Ciſalpinam cum Liguribus Alpiniſque populis continuit. Quod patet ex

S. Euſebii Epiſcopi Mediolanenſis Epiſtola quæ inter opera S. Leonis Papæ, & in tomis Epiſtolarum Pontificiarum legitur cui quidem hi coepiſcopi ſubſcripſerunt.

Rhegienſis, Placentinus, Brixillenſis, Dertonenſis, Ticinenſis, Taurinas, Iporienſis. Auguſtanus, Laudenſis, Comenſis, Curienſis in prima Rhetia, Genuenſis, Aſtenſis, Nouarienſis, Cremonenſis, Brixianus, Vercellenſis, Albingaunenſis, Bergomas. Bononienſem *quoque cum* Foro-Cornelienſi & Fauētina *Æmiliæ Eccleſiis ad metropolim olim Mediolanenſem pertinuiſſe contendunt. Sed Æmiliæ Eccleſias pleraſque Valentinianus III. Imperat. cum Placidia matre in Rauennam propenſior, poſtea Rauennati metropoli curauit adiungendas: vt Blondus ex Agnello ſcriptore Rauēnate retulit, decadis 1. lib. 2. Eccleſiam Genuenſem Innocentius II. teſte Platina, Taurinenſem Sixtus IV. & Leo X. teſte Pingonio ſui iuris fecerunt & Archiepiſcopali honore condecorarunt. Decurſu temporis detractæ ſunt & Auguſtana, Comenſis, aliaque nonnullæ Eccleſiæ. Ad ſynodos tamen à Carolo Borromæo patrum memoria celebratas ii Epiſcopi nulla controuerſia conuenerunt:* Vercellenſis, Albenſis, Vigeblanenſis, Dertonenſis, Caſalenſis, Aquenſis, Brixienſis, Cremonenſis, Alexandrinus, Bergomenſis, Laudenſis, Nouarienſis, Aſtenſis, Sauonenſis, & Intimilienſis. *Ex his Alexandriæ vrbi recens excitatæ anno 1189. primum dedit Epiſcopum Alexander II. Papa.*

IN DALMATIA
ſuper mare.

Patriarchatus Aquileienſis
Aquileia.

Mantuanus.	*Mantoua.*
Comenſis.	*Como.*
Tridentinus.	*Trento.*
Veronenſis.	*Verona.*
Patauinus.	*Padua.*
Vicentinus.	*Vicenza.*

Taruiſ-

Taruiſinus.	*Treuizi.*
Concordienſis.	*Concordia.*
Cenetenſis.	*Cenete.*
Feltrenſis.	*Feltro.*
Bellunenſis.	*Belluno.*
Polenſis.	*Pola.*
Parentinus.	*Parenzo.*
Tergeſtinus.	
Petinenſis.	
Iuſtinopolitanus.	
Æmonienſis.	

Hi omnes Epiſcopi ſynodo Aquileienſi, anno 1596. Vtini celebrata, interfuerunt; excepto Mantuano.

Cæterum Aquileia fuit olim Iſtriæ Venetiæque metropolis: ſed quo primum tempore Epiſcopus ille nomen Patriarchæ adſumpſerit, diſputant ſcriptores: Paulus certe diaconus meminit Pauli & Seueri Patriarcharum Aquileienſium.

IN ISTRIA.

Patriarchatus Gradienſis,
Grado.

Caſtellanus	*Venize.*
Clodienſis.	*Cioghia.*
Ciuitatis nouæ.	*Cita noua.*

Gradum vrbem temporibus Caroli Magni Imp. metropoli eo honore auctam ſcribunt Eginhartus & Rhegino. Creditur autem, Aquileia à Langobardis capta, Patriarcham, qui profugus in paruam hanc inſulam conceſſerat, noui huius Patriarchatus auctor extitiſſe. At Venetorum vrbs clariſſima patriarchatum tandem (Gradienſis nomine exſtincto) adepta eſt Anno 1450. Beneficio Eugenii IV. Pontificis max.

Archiepiſcopatus Iaderenſis.
Zadra.

Auſurenſis, vel Anſarenſis.

Digitized by Google

Vegienſis.	*Vegia.*
Arbenſis.	*Arbe.*

Iadera Liburnorum eſt metropolis, aduerſus Turcarum incurſus hodie munitiſſima. Cincta inſula hodie Vegia *dicitur.* Arbe *item inſula opidum habet eiuſdem nominis.*

Archiepiſcopatus Spalatenſis.
Spalato.

Traguriensis.	*Trau.*
Segnenſis.	*Segna.*
Scardonenſis.	*Scardona.*
Nonenſis.	*Nona.*
Tunenſis.	*Tina.*

Adde Sebenicenſem *Epiſcopatum à Bonifacio VIII. inſtitutum. Eſt autem* Sebenicum, *Ptolemæo* Sicum *in ſinu Scardonico, arce aduerſus Turcas munitum.*

Traginius *à continente ſeparatur exiguo euripo.* Senia *vulgo* Segno, *vrbs eſt in plano ad mare Adriaticum ſita* Scarlonæ *meminit Ptolemæus.*

IN SCLAVONIA.

Archiepiſcopus Raguſinus.
Raguſi.

Stagnenſis.	*Stagno.*
Roſſanenſis.	*Riſine.*
Tribunienſis.	*Trebigna.*
Catarenſis eſt ſuffraganous Barenſi.	*Cataro.*
Boſenſis vel Rocenſis.	
Biduanenſis.	*Budoa.*

Archiepiſcopatus Antibarenſis.
Antiuari.

Dulcinienſis.	*Dolcigno.*
Suatinenſis.	
Drinaſtenſis.	*Drinaſtro.*

Pola-

Polatenſis.
Scodrienſis.
Arbanenſis.
Sardenſis.
Scutarenſis. *Scutari.*

Dulcinium *Ptolemæo eſt* Vlcinium, *aliis* Olchinium. Scodra *Illyrici oppidum eſt eidem Ptolemæo & Liuio: quod hodie* Scutari *nuncupari quidam volunt: an recte, Ortelium in Geographia conſule.*

Ceterum ab Alexandro II. Papa, in diplomate ad Dioclienſis & Antibarenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum miſſo, vna cum pallio, hi Epiſcopatus ſuffraganei numerantur: Eiaterenſis, Palechienſis, Suatinenſis, Scoirenſis Dinaſtinenſis, Polatinenſis, Sierbienſis, Bolonienſis, Tibunienſis. Vide Baronium anno 1062. §. 115.

IN HVNGARIA.

Archiepiſcopatus Strigonienſis, ad Danubium fl. *Gran.*

Agrienſis. *Agria.*
Nitrienſis, vel Litrienſis.
Vacienſis, ſeu Vvacienſis.
Iaurinenſis, ad Danubium fl. *Raab.*
Quinqueeccleſienſis, ad Drauum fl.
Veſprinienſis. *Vveſprin.*

Strigonienſis eſt Legatus Apoſtolicus natus, & regni Hungariæ Primas, ſummuſque Secretarius: qui & Regem ſolet inungere. Veſprinienſis autem Reginæ eſt Cancellarius, quam & coronare ſolet.

IN PANNONIA.

Archiepiſcopatus Colocenſis. *Colocze.*

Albæ Iuliæ, in Tranſiluania. *Vviſenburg.*
Zagrabienſis. *Zagrab.*
Varadienſis. *Vvaradin.*

Digitized by Google

Chanadienſis. *Chzonad.*

His addunt alii, Sirmienſem, *ſeu* Sirmiſchenſem, Bonenſem, & Cibinienſem *ſiue* Hermanſtadenſem *in Tranſiluania, Epiſcopatus.*

IN POLONIA.

Archiepiſcopatus Gneſnenſis.

Vratislauienſis *in Sileſia.*
Lubuſſenſis, *in Marchionatu Brandeburg.*
Camenenſis, *in Pomerania.*
Plocenſis, *in Maſouia. Ploczsko.*
Cracouienſis, *in Polonia minore.*
Poſnanienſis, *in Polonia maiore.*
Culmenſis, *in Pruſſia.*
Pomeranienſis ſeu Vladislauienſis.

Camenenſis & Culmenſis hodie Gneſnenſi non ſubſunt: teſt Cromero. Sex itaque reliquis ſupra commemoratis adde Vilnenſem *in Lithuania*, & Mednicenſem *in Samogitia, Gneſnenſi nunc pariter ſuffraganeos.*

Eſt inſuper in Ruſſia, regni Poloniæ prouincia, Archiepiſcopatus Leopolienſis, *cui ſunt ſuffraganei* Præmislienſis, Chelmenſis, Camenecenſis, Lucenſis, *ſeu* Lucerrienſis, & Kiouienſis.

IN ALAMANNIA.

Archiepiſcopatus Moguntinus.
Ments.

Pragenſis, in Bohemia. *Prag.*
Olomucenſis, in Morauia. *Olmuntz.*
Eiſtatenſis. *Aichſtet.*
Herbipolenſis. *Vvurtzburg.*
Conſtantienſis. *Coſtnitz.*
Curienſis. *Chur.*
Argentinenſis. *Straſburg.*
Spirenſis. *Speir.*

Vvorma-

Vvormatienſis.	*Vvormbs.*
Verdenſis.	*Ferden* ſiue *Uverden.*
Hildeſimenſis in Bauaria.	*Hildeſem.*
Halberſtadienſis.	*Halberſtat.*
Paderbornenſis, in Vveſtfalia.	*Padborn.*
Bambergenſis.	*Bamberg.*
Auguſtanus	*Augſpurg.*

Pragam Archiepiſcopali honore inſigniuit Clemens VI. Papa, Olomucenſi vt ſuffraganeo contributo: petente Carolo IV. Imperatore.

Bambergenſem Epiſcopatum anno 1006. S. Henricus Imp. inſtituit ac dotauit: vt Ditmarus & Marianus Schottus teſtantur.

Moguntinorum Antiſtitum hiſtoriam fuſe ſcripſit Nicolaus Serrarius, Soc. Ieſu Theologus: qui lib. 1. cap. 23. multa narrat de Suffraganeis.

Ceterum hoc loco ſemel monuiſſe ſuffecerit, multos hodie in Germania Epiſcopatus liberos, & ab omni iuriſdictione Archiepiſcopali exemptos cenſeri. Sunt in his Bambergenſis, Ratiſponenſis, Miſnenſis.

Archiepiſcopatus Colonienſis.

Cologne. Cöln.

Leodicenſis.	*Liege. Ludick.*
Traiectenſis.	*Vtrecht.*
Monaſterienſis.	*Munſter.*
Mindenſis.	*Mindem.*
Oſnaburgenſis.	*Oſnabrug.*

Ex his tres poſteriores in Uveſtphalia epiſcopatus Carolus Magnus Imp. inſtituit. Traiectum ad Rhenum fl. ſiue Vltraiectum in Batauis ſitum archiepiſcopali dignitate auxit Paulus IV. vt infra dicemus, cum de Archiepiſcopatu Remenſi agemus.

Archiepiſcopatus Bremenſis.

Bremen.

Barduicenſis. *deſiit.*	*Bardevuiſ.*

Sleſuicenſis.	*Sleſvvich.*
Raceburgenſis, ſiue Raſeburgenſis.	*Ratzenburg.*
Lubecenſis.	*Lubeck.*
Rigenſis, ſeu Liuonienſis.	*Righe.*

Gaſpar Bruſchius addit Suerinenſem *ſeu* Mechelburgenſem.

Olim Hamburgum fuit ſedes Archiepiſcoporum huius tractus: de quibus vide M. Adami hiſtoriam Eccleſiaſticam. Rigenſi *porro metropoli hi olim Epiſcopatus fuere ſuffraganei.*

Reualienſis, in Liuonia.	*Reuel.*
Curienſis ſiue Gerlandenſis, ibidem.	
Oiſelenſis ibidem.	*Oiſel.*
Derptenſis ſiue Topatenſis, ibidem.	*Derpt.*
Culmenſis, in Pruſſia.	
Sambienſis, ibidem.	
Pomeſanienſis, ibidem.	
Varmienſis, in Ruſſia, eſt exemptus.	

Quatuor priores Epiſcopatus cõmemorat Gaſpar Bruſchius; tres autem poſteriores Martinus Cromerus adiungit.

Renalia ad mare Balthicum habet portum celebrem. Epiſcopi autem ſedes eſſe ſolet Borcholmia.

Culmenſem *Epiſcopatum prouinciæ Gneſnẽſi per Equites Teutonicos Marianos detractum, & Rigenſi adiectum fuiſſe, ſcribit Cromerus.*

Sambienſem & Pomeſanienſem *Epiſcopatus ſuppreſſit Albertus Brandeburgicus, qui abdicato ordinis equeſtris Teutonici magiſterio, Pruſſiam inuaſit. Solet autem Sambienſis in Regio-Monte vulgo Kouingsberg, Pomeſanienſis autem in Inſula B. Mariæ, vulgo* Marie vverder *reſidere: vt tradit Eraſmus Stella in libris de Boruſſiæ antiquitatibus.*

Olim

Olim & Varmienſis Epiſcopus imperium Rigenſis Archiepiſcopi, ſed nunc ſolius Romani Pontificis agnoſcit teſte eodem Cromero.

Archiepiſcopatus Magdeburgenſis. *Meydburg.*

Hauelburgenſis.	*Hauelburg.*
Brandeburgenſis.	*Brandeburg.*
Miſnenſis.	*Meiſſen.*
Merſeburgenſis.	*Merſburg.*
Ciczenſis vel Naumburgenſis, in Miſnia.	*Cicz. Naumburg.*

Archiepiſcopatus Salisburgenſis. *Salſburg.*

Patauienſis.	*Paſſaw.*
Ratiſponenſis.	*Regenſburg.*
Friſingenſis.	*Friſingen.*
Brixinenſis.	*Brixen.*
Gurcenſis.	*Guitz* vel *Goritz.*
Lauentinenſis.	*Lauenmund.*
Seccouienſis.	*Seckaw.*
Chiemenſis.	*Chiemſe.*

Sunt qui huic Prouinciæ adnumerant Nouæ ciuitatis *in Auſtria Epiſcopatum, à Paulo II. anno 1468. inſtitutum. Illius tamen nulla mentio apud Viguleum Hundium in Metropoli Saliſburgenſi.*

Archiepiſcopatus Treuerenſis. *Trier.*

Metenſis.	*Metz.*
Tullenſis.	*Toul.*
Verdunenſis.	*Verdun.*

Archiepiſcopatus Tarentaſienſis. *Tarentaiſe.*

Sedunenſis.	*Sion. Sitten.*
Auguſtanus.	*Oſta.*

Archiepiſcopatus Veſontionenſis.
Beſanzon.

Baſileenſis.	*Baſel.*
Lauſannenſis.	*Loſanne.*
Bellicenſis.	*Bellay en Breſſe.*

Archiepiſcopatus Ebrodunenſis.
Embrun.

Dinienſis.	*Digne.*
Nicienſis.	*Nice.*
Antipolitanus.	
Glandeuenſis.	*Glandeſue.*
Senetenſis.	*Senez.*
Vencienſis.	*S. Paul de Vence.*

Antipolitanus Epiſcopatus Graſſam Prouinciæ vrbem tertio inde miliari tranſlatus eſt.

Archiepiſcopatus Aquenſis.
Aix en Prouence.

Aptenſis.	*Apt.*
Reienſis.	*Ries.*
Foro-Iulienſis.	*Freiuls.*
Vapincenſis.	*Gap.*
Siſtaricenſis.	*Siſteron.*

Archiepiſcopatus Arelatenſis.
Arles.

Maſſilienſis.	*Marſeille.*
Auenionenſis.	*Auignon.*
Arauſicenſis.	*Orange.*
Vaſionenſis.	*Vaiſon.*
Cabellicenſis.	*Cauaillon du Contat.*
Tricaſtinus.	*Tricaſtin.*
Carpentoractenſis.	*Carpentras.*
Tolonenſis.	*Tolon.*

Aueni-

Digitized by Google

Auenionenſem Comitatum Ioanna Caroli Calabriæ Ducis filia ceſſit Clementi VI. Papæ, ad compenſationem tributi Romanæ Sedi per annos multos non ſoluti, nomine regni Neapolitani. Auenionenſi autem Archiepiſcopatui hodie ſubſunt Carpentoractenſis, Vaſionenſis & Cabellicenſis ſeu Cabellionenſis, Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Viennenſis.
Vienne.

Valentinus.	*Valence.*
Viuarienſis.	*Viuarey.*
Dienſis.	*Die.*
Gratianopolitanus.	*Grenoble.*
Maurianenſis.	
Gebennenſis ſeu Geneuenſis.	*Geneue.*

Albenſi Heluiorum vrbe à Croco Alamannorum Rege euerſa, ſedes inde Viuarium eſt tranſlata.

Geneuâ à Nouatoribus anno 1535. occupatâ, ſedes hodie Epiſcopi eſt Aneſſiacum Sabandiæ opidum.

Archiepiſcopatus Lugdunenſis.
Lyon.

Eduenſis ſeu Auguſtodunenſis.	*Autun.*
Matiſconenſis.	*Maſcon.*
Cabillonenſis.	*Chalon ſur Saone.*
Lingonenſis.	*Langres.*

Archiepiſcopatus Senonenſis.
Sens.

Pariſienſis.	*Paris.*
Carnutenſis.	*Chartres.*
Aurelianenſis.	*Orleans.*
Niuernenſis.	*Neuers.*
Antiſſiodorenſis.	*Auſſerre.*
Trecenſis.	*Troyes en Champagne.*
Meldenſis.	*Meaulx.*

Digitized by Google

Archiepiſcopatus Remenſis.
Reims en Champaigne.

Sueſſionenſis.	*Soiſſons.*
Catalaunenſis.	*Chaal'on ſur Marne.*
Cameracenſis.	*Cambray.*
Siluanectenſis.	*Senlis.*
Tornacenſis.	*Tournay.*
Ambianenſis.	*Amiens.*
Morinenſis.	*Teroane.*
Nouiomenſis.	*Noyon.*
Atrebatenſis.	*Arras.*
Bellouacenſis.	*Beauuais.*
Laudunenſis.	*Laon.*

NOTATIO.

Hodie pauciores in Rhemenſi prouincia ſunt ſuffraganei, Archiepiſcopatibus tribus in Germano-Belgica, quem exteri vulgò Flandriam vocant, anno 1559. à Paullo IV. inſtitutis, Cameracenſi nimirum, Machlinienſi, & Vltraiectino.

Archiepiſcopatus Cameracenſis.
Cambray.

Atrebatenſis, in Arteſia.	*Arras en Artoys.*
Audomaropolitanus, ibidem.	*S. Omer.*
Namurcenſis, ad Moſam fl.	*Namur.*
Tornacenſis, apud Neruios, ad Scaldim fl.	*Tournay.*

Machlinienſis Archiepiſcopatus.
Malines, Mecchelen.

Antuerpienſis in Brabantia ad Scaldim fl.	*Anuers.*
Brugenſis, in Flandria.	*Bruges.*
Gandenſis, ibidem, ad Scaldim fl.	*Gand.*
Iprenſis, ibidem.	*Iper.*
Ruremundenſis in Geldria, ad Moſam fl.	*Rurmonde.*
Siluiducenſis, ſeu Buſcoducenſis in Brabantia.	*Bolduc. Hertoghenboſſch.*

Vltra-

Vltraiectinus Archiepiſcopatus.
Vtrecht.

Dauentrienſis.	*Deuenther.*
Groningenſis, apud Friſios.	*Groninghe.*
Harlemenſis,in Hollandia.	*Harlem.*
Leouardienſis,in Friſia.	*Leeuwarden.*
Middeiburgenſis,in Zelandia.	*Middelbourg.*

Archiepiſcopatus Rotomagenſis.
Roan.

Baiocenſis.	*Baieux.*
Abrincenſis.	*Auranches.*
Ebroicenſis.	*Eureux.*
Sagienſis.	*Sais. Sees.*
Lexouienſis.	*Liſieux.*
Conſtantienſis.	*Contances.*

Archiepiſcopatus Turonenſis.
Tours.

Cenomanenſis.	*Mans.*
Redonenſis.	*Rennes.*
Andegauenſis.	*Angiers.*
Nannetenſis.	*Nantes.*
Coriſopitenſis.	*Cornouaille, Quinpercorantin.*
Venetenſis.	*Vannes,Vennes.*
Maclouienſis.	*S.Malo.*
riocenſis.	*S.Brieu.*
recorenſis.	*Triguier.*
eonenſis.	*S.Paul de Leon.*
olenſis.	*Dol.*

Archiepiſcopatus Bituricenſis.
Bourges.

aromontenſis.	*Clairmont en Awergne.*
tenenſis.	*Rodez.*
durcenſis.	*Cahors.*

Lemouicenſis. *Limoges.*
Mimatenſis. *Mende de Giuauldan.*
Albigenſis. *Alby.*
Anicienſis eſt D. Papæ. *Le Puy en Vellay.*

His poſtea acceſſerunt Caſtrenſis, Vabrincenſis, Tutelenſis, & S. Flori, *Epiſcopatus, Beneficio Ioannis xxii. Papæ. Ceterum deſtructis Gabalis, ſedes Mimatum eſt tranſlata.*

Archiepiſcopatus Burdigalenſis.
Bourdeaux.

Pictauienſis. *Poictiers.*
Santonenſis. *Saintes.*
Engoliſmenſis. *Engoleſme.*
Petracoricenſis. *Perigueux.*
Aginnenſis. *Agen.*

His addidit idem Ioannes xxii. Condomenſem Malleacenſem, Lucionenſem, & Sarlatenſem, *Epiſcopatus.*

Archiepiſcopatus Auſcenſis, vulgo Auxitanus.
Auch.

Aquenſis. *Aqs.*
Lectoratenſis. *Letoure. Laitour.*
Conuenenſis. *S. Bertrand de Cominges.*
Conſoranus. *S. Legier de Conſerans.*
Bigoricenſis, vel Tarbienſis. *Tarbe.*
Oloronenſis. *Oleron en Bearn.*
Laſcurienſis. *Leſcar en Bearn.*
Vaſatenſis. *Baſas.*
Baionenſis. *Bayonne.*
Adurenſis. *Aire en Armignac.*

Fuit in hoc tractu olim & Eluſenſis Epiſcopatus: exſtatque opidum hodie in Vaſconia, vulgo Euſe nuncupatum.

IN GOTHIA.

Archiepiſcopatus Narbonenſis.
Narbonne.

Carcaſſonenſis. *Carcaſſonne.*

Biterren-

Biterrenſis.	*Beſiers.*
Agathenſis.	*Agde.*
Luteuenſis ſeu Lodeuenſis.	*Lodeue.*
Toloſanus.	*Toulouſe.*
Magalonenſis.	*Maguelone.*
Vceticenſis.	*Vzes.*
Elnenſis.	*Elna.*

Hodie Toloſana Eccleſia gaudet titulo metropolitano: habetq; ſuffraganeos Mirapicenſem, Montalbanenſem, Vaurenſem, Riuenſem, Lõberienſem, & S. Papuli, Epiſcopatus: beneficio Joannis XXII. Papæ. Quibus adde Apamienſem à Clemente VII. inſtitutum. Narbonenſi autẽ hodie ſubſunt, Carcaſſonenſis, Biterenſis, Agathenſis, Lodeuenſis, Montis-Peſſulani Nemauſenſis, Vceticenſis, S. Põtii Tomeriarum, & Aletenſis: ex quibus poſteriores duo à Joanne XXII. ſunt excitati. Ex inſula vero Magalona ſedes anno 1536. ad Montem-Peſſulum eſt tranſlata; Paullo III. probante.

IN HISPANIA.

Archiepiſcopatus Tarraconenſis.

Tarragona.

Barcinonenſis	*Barcelona.*
Gerundenſis.	*Girona.*
Auſonenſis vel Vicenſis.	*Oſona. Vique.*
Ilerdenſis.	*Lerida.*
Oſcenſis.	*Hueſca.*
Turiaſonenſis.	*Tarazona.*
Calagurritanus.	*Calaborra.*
Vrgelitanus.	*Vrgel.*
Cæſarauguſtanus.	*Saragoſa.*
Dertuſanus.	*Tortoſa.*
Pampilonenſis.	*Pamplona.*

Inter ſuffraganeos hodie numeratur & Helenenſis *vulgò* ...nenſis, *Epiſcopus. De Pampilonenſi Epiſcopatu vide An...s Baronii, ad annum 1032. § 4.*

Archiepiſcopatus Toletanus.

Toledo.

Seguntinus. *Siguenza.*
Vxamenſis. *Oſma.*
Burgenſis eſt D. Papæ. *Burgos,*
Palentinus. *Palentia.*
Segobricenſis. *Segorue.*
Segobienſis. *Segouia.*
Conchenſis. *Cuonca.*

Toletanum hodie agnoſcunt Cordubenſis, Conchenſis, Seguntinus, Iaënſis, Murcienſis ſeu Carthaginienſis, *&* Vxamenſis, *Epiſcopi.*

Archiepiſcopatus Emeritanus.

Merida.

Abulenſis. *Auila.*
Placentinus. *Plazentia.*
Salmanticenſis. *Salamanca.*
Elborenſis.
Caurienſis. *Coria.*
Oliſiponenſis. *Liſbona.*
Legionenſis eſt D. Papæ. *Leon.*
Ouetenſis. *Ouiedo.*
Zamorenſis. *Zamora.*
Ciuitatenſis. *Ciuita Roderigo.*
Egitanus.

Leonenſis *&* Ouetenſis *nullum hodie agnoſcunt Metropolitanum, adeoque ſedi Apoſtolica (vt loquuntur) tantummodò ſubſunt. Sunt qui* Ouetenſem *metropolitico iure à Ioanne VIII. donatum ſcribunt.*

Archiepiſcopatus Bracarenſis.

Braga.

Portulacenſis. *Portalegre.*
Aliubrienſis.
Iſſenſis, vel Viſenſis, in Luſitania.
Lamecenſis. *Lamego.*

Aurienſis

Aurienſis ſiue Orenſis.	
Tudenſis.	*Tuii.*
Lucenſis.	*Luca.*
Aſturicenſis.	*Aſtorga.*
Dumienſis vel Mindonienſis.	*Mondonedo.*

NOTATIO.

Epiſcopatuum diſpoſitio ſæpè in Hiſpaniis eſt immutata: vt fusè docet Garſias Loaiſa in Notis ad Concilia Hiſpaniæ, & Ioannes Mariana lib. 6. Annalium Hiſpaniæ cap. 15. & 16. In vniuerſis autem Hiſpaniarum regnis iſti hodie Archiepiſcopatus numerantur:

Toletanus, Bracarenſis, Tarraconenſis, Valentinus, Cæſarauguſtanus, Hiſpalenſis, Compoſtellanus, Burgenſis, Oliſiponenſis, Eborenſis, Granatenſis.

Ceterum Bracarenſis *Archiepiſcopus vnicum hodie habet ſuffraganeum, ſcilicet* Algarbienſem *ſeu* Siluenſem *Epiſcopum.* Valentino *ſuffragantur* Carthaginienſis, Oriolanus, Segorbienſis & Setabenſis *in maiore Balearium inſula.*

Cæſarauguſtanum *in ſacris hodie agnoſcunt* Olcenſis, Balbaſtrenſis, Iacentanus, Turiaſonenſis & Calagurritanus.

Hiſpalenſi *ſubſunt* Malacitanus, Gaditanus, & Canarienſis.

Compoſtellam *metropolitico honore an. 1094. adfecit Vrbanus IV.* Iriæ Flauiæ, *ſiue* Irienſis *Eccleſiæ iuribus eò translatis.* Compoſtellano *autem ſeu* S. Iacobi *Archiepiſcopo (ſic dicto, quod S. Iacobi Apoſtoli corpus ibi quieſcat) parent* Salmanticenſis, Corienſis, Placentinus, Aſturicenſis, Zamorenſis, Orenſis, Pacenſis *ſeu* Badaiocenſis, Mindonienſis, Lucenſis, & Ciuitatis Roderigenſis, *Antiſtites.*

Granatenſi *obtemperant* Almerienſis & Guadicenſis *ſeu* Guaditanus, *Præſules, olim etiam* Accitanus.

Eborenſem *Epiſcopatum veterem Paullus III. ad Archiepiſcopalem dignitatem euexit, primumque ibi Archiepiſcopum conſtituit Henricum Cardinalem, Portugaliæ Infan-*

tem, qui poſtea regnum eius gentis obtinuit. Idem Pontifex & Lerienſem *Epiſcopatum inſtituit.*

Sunt itaque in Luſitaniæ regno tres numerari Archiepiſcopatus, nimirum Bracarenſis, Oliſiponenſis, & Eborenſis: *Epiſcopatus verò nouem, videlicet* Conimbricenſis, Guardunenſis, Viſeenſis, Portuenſis, Lamecenſis, Siluenſis *ſiue* Algarbienſis (*olim* Oſſonabenſis) Mirandenſis, Albenſis *&* Lerienſis.

IN ANGLIA.

Archiepiſcopatus Cantuarienſis. *Cantelberch.*

Londinenſis.	*Londen.*
Wintonienſis.	*Winton.*
Couentrenſis & Lichfeldenſis, iuncti.	*Couentre.*
Sarisburienſis.	*Saliſburi.*
Bathonienſis & Wellenſis, iuncti.	
Lincolnienſis.	*Lincolne.*
Petroburgenſis.	
Exonienſis.	
Gloſceſtrenſis.	*Glocheſtre.*
Herefordenſis.	*Herefors.*
Norwicenſis ſiue Nordouicenſis.	*Norwick.*
Elienſis.	
Roffenſis.	*Rocheſtre.*
Ciceſtrenſis.	*Chicheſtre.*
Oxonienſis.	*Oxford.*
Wigornienſis.	*Worcheſter.*
Briſtolienſis.	*Briſtou.*

Meneuenſis, ad fanum S. Dauidis, in Wallia, ſiue Cambria.

Bangorenſis ſiue Banchorenſis, in wallia.	
Landaffenſis ſiue Landauenſis ibidem.	*Landaff.*
Aſaphenſis ſiue Elvvenſis, ibidem.	

Archiepiſcopatus Eboracenſis. *Yorck.*

Dunelmenſis.

Caſtren-

Ceſtrenſis. *Cheſtre.*
Carleoleenſis ſeu Carliolenſis.

IN DACIA SIVE DANIA.

Archiepiſcopatus Lundenſis.
Londen.

Roſchildenſis, in Zelandia inſula. *Roſchil.*
Othonienſis. *Othenſche.*
Sleſuicenſis. *Sleſwick.*
Ripenſis, in Iutia ſeu Cimbrica Cherſoneſo. *Ripe.*
Reualienſis. *Reuel.*
Viburgenſis, in Cimbrica Cherſoneſo. *Wiburg.*
Arhuſenſis. *Arhus.*

NOTATIO.

Adalbertus Archiepiſcopus Hamburgenſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus per Septemtrionales prouincias ab Alexandro II. Papa conſtitutus, circa annum Chriſti 1067. *In Dania nouem conſtituit Epiſcopos, Audolfum, ad Slaſuich, Odonem ad Ripam, Chriſtianum ad Arbus, Heribertum ad Viburg, Magnum & Albrithum in Vendila inſula, Edbertum in Fione inſula & Falſtria, Willelmum in Zeland, Egionem in Scania prouincia. In Suedia vero conſecrauit ſex, Adaluardum & Accilinum, item Adaluardum & Tadicum, nec non Simeonem atq; Ioannem. In Noruegia duos conſecrauit, Tholf. & Siuardum. Idem poſuit Turolfum ad Orcadas, & Iſleph ad Iſland inſulam:* vt Adamus Bremenſis Canonicus lib. 4. c. 42. & ſeqq. commemorat, *qui* his ipſis temporibus floruit. Meminit idem Epiſcoporum *Roſchildenſis, Sictonienſis, Farienſis, & aliorum.*

Cæterum Lundenſis Eccleſia, olim Hamburgenſi ſubiecta, anno 1092. facta eſt Metropolitana per Legatum Vrbani II. vt ex Saxone Grammatico Baronius commonſtrat in Annalibus.

IN NORWEGIA.

Archiepiſcopatus Nidroſienſis.

Bergenſis.	*Bergen.*
Strauangarenſis.	*Straſſanger.*
Hamarienſis.	*Hamar.*
Ansloënſis.	*Anslo.*
Orcadenſis.	
Sodrenſis.	
Gronelandenſis.	*Groënlandt, inſula.*
Scalholtanus, in Islandia inſula.	*Scalholt.*
Holamenſis, ibidem.	*Holam.*

Nidroſienſem Archiepiſcopatum circa annum 1167. *Eugenius III. inſtituit; ſuffraganeis nouem adtributis: de quibus Baronii Annales conſule.* Scalholtanorum & Holamenſium *Epiſcoporum ſeries legitur apud Amgrimum Ionam Iſlandum.*

IN SVECIA.

Archiepiſcopatus Vpſalenſis.

Vpsholm.

Scarenſis, ſeu Scaranenſis.	*Schar.*
Lincopenſis.	*Lincop.*
Stirnemienſis vel Straginienſis.	*Strengnis.*
Aboënſis.	
Aroſienſis.	

Scaranenſi *Eccleſiæ primus Epiſcopus Trugotus datus eſt circa annum 1026. petente Olauo Sueciæ Rege: vt Adamus Bremenſis lib. 2. cap. 41. tradit.* Vpſalam *verò Alexander III. metropolitico honore condecorauit: vt Ioannes Magnus commemorat in hiſtoria Epiſcoporum Vpſalenſium.*

IN SCOTIA.

S. Andreæ Epiſcopatus eſt Domini Papæ.

S. Ander.	
Glaſcoënſis.	*Glaſco.*

Candidæ

Digitized by Google

Candidæ caſæ.
Cathanenſis. *Cathnes.*
Aberdonenſis. *Aberdon.*
Dumblanenſis. *Dumblan.*
Brechinenſis.
Morauienſis.
Roſſenſis.

Olim in Scotia nullus erat Archiepſcopatus, adeoq; Epiſcopatus Scotiæ Domino Papæ in ſpiritualibus immediate ſuberant: vt in mss. exemplaribus noſtris notatur. Hodie duo in ea prouincia Archiepiſcopatus numerantur, Sanct-Andreanus *à Sixto IV. inſtitutus, &* Glaſcoënſis. *Ex his Primas Scotiæ habetur* Sanct-Andreanus, *eiq; ſubſunt* Dunckeldenſis, Aberdonenſis, Morauienſis, Dumblanenſis, Brechinenſis, Roſſenſis, Cathanenſis, & Orcadenſis. *Glaſcoënſem verò agnoſcere ſolent tres Epiſcopi, nimirum* Candidæ Caſæ, Liſmorienſis, & Inſularum: *vt in ſua Britannia Guillelmus Camdenus commemorat.*

IN HIBERNIA.

Archiepiſcopatus	Armachanus, in Vltonia.	*Armach.*
	Dublinienſis, in Lagenia.	*Dublin.*
	Caſſilienſis, in Media.	*Caſſel.*
	Tuamenſis, in Momonia.	*Toam.*

NOTATIO.

Eugenius III. Pont. Max. anno 1151. Ioannem Paparonem Cardinalem Legatum in Hiberniam miſit, vt in eam inſulam pallia quattuor archiepiſcopalia, totidem Archiepiſcopis creandis, deferret. Quattuor itaque Archiepiſcopi à Paparone in Hibernia ſunt conſtituti, Armachanus, Caſſilienſis, Dublinienſis, & Connatienſis ſeu Tuamenſis: vt Rogerius, res ſuo tempore geſtas deſcribens, in Annalibus commemorat. Exſtat & in Vaticana bibliotheca Deſcriptio Eccleſiarum eiſdem metropolibus id temporis ſubiectarum, hoc titulo: *Tempore Domini Eugenii Papæ III. facta eſt diuiſio totius Hiberniæ in quattuor metro-*

Digitized by Google

poles per Joannem Paparonem preſbyterum Cardinalem tit. li S. Laurentii in Damaſo, Apoſtolicæ Sedis Legatum, vt a annum Chriſti 1151. Baronius in Annalib. teſtatur. Qua quidem Deſcriptionem vtinam quis Hibernus, aut ali antiquitatum eius inſulæ ſtudioſus in lucem proferat! Pa paronem hunc S. Bernardus epiſt. 290. eximiè laudat: ex ſtititq; nobilis Paparona Romæ familia ad noſtram vſqu ætatem, qua in Franciſco Paparone V. clariſſimo defeci vt citato loco Baronius deplorat.

IN SARDINIA.

Archiepiſcopatus	Calaritanus.	*Calari.*
	Turritanus.	*Torre.*
	Arbonenſis.	

PATRIARCHATVS IEROSOLYMITANVS IN PALÆSTINA.

Ieroſolymitano Patriarchæ ſedes iſtæ Epiſcopales ſunt ſuffraganeæ.

LIDDA.
Ioppe.
Aſcalon.
Gaza.
Mennas.
Diocletianopolis.
Bergrobin.
Neapolis.
Sebaſtea.
Hiericuntis.

Tibe-

Digitized by Google

Tiberiadis.
Diocæſarea.
Legionum.
Capitolina.
Mauronenſis.
Gedera.
Nazareth.
Thabor.
Citæa, vel Ptrea.
Hadroga.
Aphra.
Helem.
Faran.
Helenopolis.
Mons Syna.

Bethlehem *epiſcopali honore à Paſchali II. donatam, petente Balduino Rege Hieroſolymorum tradit Tyrius lib. 11. cap. 12.*

In Hebron cathedralem ſedem anno 1167. collocatam tradit idem Tyrius lib. 20. cap. 3.

Sedes I. Cæſarea Palæſtinæ: ſub qua ſede ſunt Epiſcopatus XX.

Dora.
Antipatrida.
Iamnias.
Nicopolis.
Onus;
Sorutis.
Raphios.
Regium Apatos.
Regium Hierico.
Regium Liuas.
Regium Gadaron.
Azolus.
Hiaralias.

Azotus.
Hippum.
Eſtomaſon.
Triconias.
Taxus.
Saltum.
Conſtantinianum.

Cæſarea Paleſtinæ *urbs olim celeberrima, mercatu nobilis, vulgò Chaiſar, inter Aconem & Joppem ſitum habuit.*

Sedes II. *Scythopolis*: ſub qua ſunt Epiſcopatus IX.

Capitoliados.
Miru.
Gadaron.
Pelon.
Philippus.
Terraconias.
Clima.
Gallanis.
Comanas.

Scythopolis, *vulgò* Bethſan, *urbs in Judæa & Galilææ confinibus, ad Jordanem fluuium, nobilis exſtitit.*

Sedes III. Ruba Moabitis: ſub qua ſunt Epiſcopatus XII.

Auguſtopolis.
Arnidilla.
Carah.
Hierapolis. *Aleppo.*
Memſidos.
Eluris.
Zora.
Viroſſam.
Pentacomia.
Mamapſon.
Mitrotomias.
Saltum Hieraticon.

Ruba

Ruba à *Ptolemæo in Syria diſerte ponitur.*

Hierapolis, *quæ & Bambyca, hodie* Aleppo, *Syriæ vrbs hodie ampliſſima, inter Turcici imperii nobiliores cenſetur.*

Petracenſem *vrbem, quæ ſecundæ Arabiæ metropolis eſt, trans Iordanem in finibus Moabſita, an. 1167. epiſcopali dignitate inſignitam narrat Tyrius lib. 20. cap. 3.*

Sedes IIII. Berytus: ſub qua ſunt Epiſcopatus XXXV.

Adraſſon.
Dias.
Medauon.
Hieraſſon.
Nein.
Philadelphia.
Hierapolis.
Eluos.
Neapolis.
Phenuſtus.
Philopopolis.
Dionyſius.
Conſtantianis.
Pentacomias.
Tricomias.
Conafados.
Saltum Vocaneos.
Hexacomias.
Enacomias.
Comoganeas.
Comogeros.
Comoſtanis.
Comis.
Mahederon.
Comioçoreatos.
Comiſcopion.
Comis Iulianos.

Digitized by Google

Comiſpygmarethon.
Comis Petius.
Comis Anathon.
Comis Neotis.
Clima anatalis quæuiſinon.
Comis Anochis.
Comis Tralicones.
Comis Nephdomos.

Berytum *Phœnices Libani metropolim eſſe conſtat ex ve tuſtis geographis.*

NOTATIO.

Hæc eſt diſpoſitio ſedium epiſcopalium Patriarchæ olim Ieroſolymitano ſubiectarum: quæ & apud Guilielmum Tyrium lib. 14. cap. 12. De bello ſacro legitur. De cuius Patriarchatus initiis ſic idem citato loco: *Iuxta traditiones veterum, & quadam alia ſcripta, qua auctoritatem habent non modicam apud Palæſtinos, & maxime Græcos Hieroſolymitana Eccleſia, vſque ad tempora Iuſtiniani ſacra recordationis Auguſti, Epiſcopum habuit, nulla vel modica dignitatis prærogatiua gaudentem. Tempore vero prædicti Deo dilecti Principis, congregata eſt Synodus generalis apud Conſtantinopolim, tempore Domini Vigilii Papa, Eutychii Conſtantinopolitani, Apollinarii Alexandrini, Pauli Antiocheni, Euſtochii Hieroſolymitani, Patriarcharum, ſuper tribus capitulis: videlicet ſcriptis Theodoreti Syri, item ſcriptis Theodori Mopſpheſtiæ Epiſcoporum, & Epiſtolis Hiberæ ad Marin Perſam. In qua Synodo poſt alias Dei Eccleſiæ inſtitutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat ſanctorum Patrum, qui ad eam conuenerat, auctoritas, prædictam peramabilem honorare Eccleſiam, & eius Epiſcopo locum inter Patriarchas dare communi ſanxit voluntate, reuerentiam exhibens ſanctæ Reſurrectioni. Et quoniam prædicta Dei cultrix ciuitas, quaſi in limite Alexādrini & Antiocheni Patriarchatuum erat, nec haberet vnde illi vrbes ordinaret ſuffraganeas, niſi vtrique Patriarchæ aliquid detraherent, viſum eſt expedire, ab vtroque aliquid decerpere, vt eidem*

iuxta

iuxta formam aliorum Patriarchatuum ordinare i ſubiectat. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cæſarienſem & Schytopolitanum, Metropolitanos; Alexandrino vero Rubenſem & Berythenſem etiam Metropolitano. Et quoniam eundem Patriarcham oportebat habere præter ſupradictos Metropolitanos, familiares ſuffraganeos, quos Græci Syncellos vocant, ſubtraxerunt prædictis Metropolitanis quoſdam Epiſcopos & quoſdam de nouo creauerunt, vſque ad 25.

Hæc iiſdem prorſus verbis recitantur in editis atque in quibuſdam mſ. exemplaribus codicis Prouincialis Romani. De re autem tota qui plura atque exactiora volet, Baronium in Annalibus alioſque conſulat.

Silere tamen hoc loco non poſſum nec debeo, Syria à Latinis Principibus occupata, Innocentium III. Papam Antiocheno Patriarchatui *Tyrenſem* Archiepiſcopatum, cum ſuffraganeis ſedibus, detraxiſſe, & Patriarchatui Ieroſolymitano ſubieciſſe: vt idem Tyrius commemorat.

Ceterum antiquitatem ipſius Epiſcopatus Ieroſolymitani loquitur ac teſtatur longa Epiſcoporum ſeries à S. Iacobo Apoſtolo per Euſebium Cæſarienſem alioſq; hiſtoricos deducta. Idemque Euſebius lib. 3. hiſt. ſcribit, vrbe Ieroſolymorum euerſa, Eccleſiam Ieroſolymitanam inde *Pellam* vrbem Decapoleos traductam fuiſſe. Ælia autem in fundo Ieroſolymorum condita, nomenque ſuum ſub Conſtantino Imperatore (cum à perſecutionum tempeſtatibus Eccleſiæ iam reſpirarent) repetente, ſedes quoq; epiſcopalis ad veterem locum eſt reducta.

PATRIARCHATVS ANTIOCHENVS.

Sedes prima Tyrus: ſub qua ſunt Epiſcopales vrbes XIII. aut XIV.

Porphyreon.

Archis.
Ptolomais ſiue Acon.
Sydon.
Sarepta.
Biblium.
Botrienſis.
Ortoſia.
Aradenſis.
Antaradenſis, ſiue Tortoſana.
Paneas, ſeu Cæſarea Philippi. *Cheſar.*
Et Bellinas nonnullis. *Bolbec.*
Maraclea Araclia.
Tripolis.

Tyrus *vulgo* ſur, *urbs Pœnicis olim clariſſima cum ſuis ſuffraganeis, ante tempora Innocentii III. Papæ, vt dixi Antiochenum agnoſcebat Patriarcham. Mutauit id Innocentius III. Papa, primumque Tyrenſi inter ſuffraganeos Ieroſolimitanæ Eccleſiæ locum dedit: vt fuſe commemorat Guilielmus Tyri Archiepiſcopus, lib. 14. belli ſacri cap. 12.*

Ceterum Pariſiis in Bibliotheca collegii Nauarræi, vidi manuſcriptam Guilielmi Tyrii de bello ſacro hiſtoriam, in qua propria nomina hic & alibi nonnihil variant, vt ſuis infra locis dicam. Atque in primis nulla in mſ. Maracleæ, *ſed tantum* Araclia *fit mentio.* Notandum quoque cenſeo, ſeriem ſiue nomina Epiſcopatuum ſuffraganeorum vniuerſi *Patriarchatus Antiocheni, itemque Ieroſolymitani, tantummodo* ad calcem mſ. codicis *legi* non autem libro 14. cap. 12. vt in *editis* exemplaribus. Sic vt in mſ. codice non *niſi libro* 14. metropoles ſeu ſedes Archiepiſcopales enumerantur.

Sedes II. Tharſus: ſub qua ſunt
Epiſcopatus V.

Sebaſta. *Sauſtia.*
Mallos.
Thina.

Cho-

Choricos.
Poderados.

Tarſus *noſtris* Tarſo, *incolis* Teraſſa, *Ciliciæ ad Cydunum fluuium vrbs hodieque non ignobilis haut procul mari diſtat.*

Sebaſte *hodie* Sauſtia *Armeniæ minoris vrbs olim celebris, ad montis Argei radices ſita, inter Aſiæ totius nobiliores cenſebatur: ad quam Imperatores Romani non raro ſoliti diuertere.*

Sedes III. Edeſſa: ſub qua ſunt
Epiſcopatus X.

Virchi.
Conſtantia.
Capron.
Marcopolis.
Varnon.
Cedmaron.
Himeria.
Querquenſia.
Tapſaron.
Celimeos.

Edeſſa, *hodie* Rhoais *ſeu* Rhaſi, *vrbs Meſopotamiæ olim nobiliſſima, vltra Euphratem fl. ſita.*

Sedes IIII. Apamia: ſub qua ſunt
Epiſcopatus VII.

Epiphania.
Seleuconuilla.
Lariſſa.
Valanea.
Mariania.
Ruphania.
Arethuſa.

Apamia, *vulgo* Apamis *vrbs Phrygiæ magnæ, ad amnem Marſiam, Laodiceæ & Antiochiæ ad Mæandrũ eſt finitima.*

Sedes Hierapolis: ſub qua ſunt
Epiſcopatus VIII.

Zeuma.

Digitized by Google

Surron.
Varnalis.
Neocæſarea.
Perri.
Ormion.
Dolichi.
Europe.

Hierapolis *urbs Phrygiæ quondam celebris, inter Laodiceam Cybiram & Apamiam ſita eſt, Antiochiæ ad Mæandrum finitima.*

Sedes VI. Boſtra: ſub qua ſunt Epiſcopatus XIX.

Ceraſſon.
Philadelfia.
Adraon.
Midanon.
Anſtamidon.
Belmindon.
Zoroyma.
Herri.
Iceny.
Eutimii.
Conſtantia.
Paramboli.
Dionyſia.
Conohaton.
Maximopolis.
Philippopolis.
Heylon.
Lorea.

Sedes VII. Anauarza: ſub qua ſunt Epiſcopatus IX.

Epiphania.
Alexandris.

Ireno-

Irenopolis.
Cambriſopolis.
Flauias.
Roſſas.
Caſtraualet.
Egnas.
Syſia.

Sedes VIII. Seleucia: ſub qua ſunt Epiſcopatus XXIV.

Claudiopolis.
Diocæſarea.
Oropi.
Dalyſanidos, ſeu Daliſandi.
Seriula, *in mſ.* Seuila.
Celenderis vel Celeuteris.
Anemory, vel Anemoæ.
Titopolis, ſeu Tityopolis.
Lamoſy, vel Lamorum.
Antiochia parua.
Nephelia.
Riſtra.
Selinuntis.
Hieropy, *in mſ.* Iotapii.
Philadelphia parua.
Hermopolis, *in mſ.* Irenopolis.
Germanicopolis.
Moſoda.
Demenopolis, *in mſ.* Dometiopolis.
Sbydi.
Synopolis. *in mſ.* Synonopolis.
Adraſſon, vel Adraſi.
Myim.
Neapolis.

Seleucia, *vrbs in prouincia Babylonia ad Tigridis & Eubratis confluentem ſita Patriarcham olim habuit: cui ſexto*

loco ſiue poſt Patriarcham Ieroſolymitanum in concilio ſedere, atque excellere ſuper omnes Archiepiſcopos Græciæ, atque omnes Archiepiſcopos Orientales ordinare, conceſſum eſt per canones Nicanos Arabicos, qui vulgo circumferuntur. At quinam illi Orientales? Armeni, vt amicus noſter Ioannes Fileſacus doctor Theologus Pariſienſis, libro de auctoritate Epiſcoporum, interpretatur.

Eſt autem Seleucia hodie ingens & celebris vrbs Bagded *nuncupata, quæ Babylonem veterem propter viciniam exhauſit, vt teſtis eſt Plinius. Errant enim qui Bagded Babylonem eſſe dicunt: teſte Ioſepho Scaligero in notis ad Euſebii Chronicon.*

Cæterum Seleucienſis metropolis, cum 23. ſedibus ſuffraganeis, ab Orientali diœceſi ſeu Patriarchatu Antiocheno auulſa, Conſtantinopolitanum aliquando Patriarcham agnouit: vt patet ex diſpoſitione Leonis Philoſophi Imperatoris, à Leunclauio edita in iure Græco-Romano. In qua quidem diſpoſitione ſuffraganei Epiſcopi hoc ordine recenſentur: 1. Celenterenſis. 2. Anemoæ. 3. Tityopolitanus. 4. Lamorum. 5. Antiochiæ, alias Artinchæ. 6. Selinuntius. 7. Helii Sebaſtæ. 8. Zenopolitanus. 9. Lauſadenſis. 10. Diocæſarienſis. 11. Olbenſis. 12. Claudiopolitanus. 13. Neapolitanus. 14. Daliſandi. 15. Philadelphiæ. 16. Adraſi. 17. Melorenſis. 18. Irenopolitanus. 19. Germanicopolitanus. 20. Domitiopolitanus. 21. Sibelorum, alias Sybalorum. 22. Codacenſis, 23. Synedenſis.

Sedes IX. Damaſcus: ſub qua ſunt Epiſcopatus XI.

Ably.
Palimpon.
Laodicea.
Euria.
Renocora.
Hiabanda.
Danabi.
Carathea.

Hardam.

Hardam.

Surra.

Quini.

Damaſcus, *quam Turci* Scham, *noſtri* Damaſco nuncupant, *Syriæ olim clariſſima, hodieque inter Turcici imperii primarias habetur.*

Sedes X. Amida: ſub qua ſunt Epiſcopatus VII.

Hynilon.

Valentium.

Arſamoſata.

Sophin.

Caytaris.

Ryphi.

Zeuma.

Amida, *vulgo* Caramit, *hodieq; maxima eſt Meſopotamiæ vrbs, ad Saocaram fl. inter Carras & Merdinum, vrbes eiuſdem prouinciæ nobiles. Meſopotamia autem regio Euphrate & Tigri fluminibus continetur, &* Diaborch *à Turcis nominatur.*

Sedes XI. Sergiopolis: ſub qua ſunt Epiſcopatus IV.

Bizononias.

Marcopolis.

Venethal.

Ermenia.

Sergiopolis, *ſic dicta à S.* Sergio, *martyrii palmam illos adepto ſub Maximiano Imperatore, olim* Barſalo *nuncupabatur, vrbs Armeniæ minoris, ad Euphratem fl. inter Melitam & Samoſata.*

Sedes XII. Theodoſiopolis: ſub qua ſunt Epiſcopatus VII.

Oricos.

Maznimi.

Maureo caſtron.

Agyamaria.

Digitized by Google

Axieri.
Taroſia.
Palitinios.

Sedes XIII. Emeſa ſiue Emiſa: ſub qua ſunt Epiſcopatus IV.

Arqui.
Oriſſon.
Hergem.
Oragiſon.

Emeſa *ſiue* Emiſa, *vulgo* Ems, *urbs Syriæ nobilis in Apamena regione, apud montem Antilibanum.*

Metropoles per ſe ſubſiſtentes VIII.

Piericus, *in mſ.* Berytus.
Heliopolis.
Laodicia.
Samoſata.
Cyros.
Pompeiopolis.
Mopſpheſtia.
Adama.

Archiepiſcopatus XIII.

Verea.
Calquis.
Gabula.
Seleucia.
Piperia.
Anaſar.
Phon.
Paltos.
Germanicia.
Salamias.
Varcoſos.
Faſſos.
Ananagarthon.

NOTATIO.

Diſpoſitio iſta Epiſcopatuum, Patriarchatui olim Antiocheno ſub-

no ſubditorum, legitur quoq; apud Guilielmum Tyrium libr. 14. cap. 12. de bello ſacro. Ceterum Antiochia cognomento ma-gna, Turcis Tachia, *apud Europaeos hodieq; nomen retinet, ad Orontem fl. inter Hierapolim vulgo Aleppum, & Tripolim. Ab aliquot tamen ſaculis hodieq; ſedes Antiochena non eſt in urbe iſta, vnde nomẽ habet, ſed in Maredin, ad ripam Chobar in finibus Meſopotamiæ; quæ vrbs longiſſime diſtat ab Antiochia: vt Joſephus Scaliger in notis ad Euſebii Chronicon tradit.*

PATRIARCHATVS CONSTANTINOPOLITANVS.

Joannes Leunclauius tomos duos Iuris Græco-Romani tam Canonici quam Ciuilis concinnauit, in quibus multa ad Eccleſiaſticæ ac politicæ antiquitatis illuſtrationem ſpectantia continentur. Inter alia legitur Leonis Imperatoris, cognomento Sapientis ſeu Philoſophi decretum, ſiue *Diſpoſitio, per ipſum facta quem ordinem habeant throni Eccleſiarum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiectarum.*

METROPOLES.

Cæſarea, Cappadociæ.
Epheſus in Aſia.
Heraclea in Thracia vel Macedonia.
Ancyra, in Galatia.
Cyſicus, in Helleſponto.
Sardes, in Lydia.
Nicomedea, in Bithynia.
Nicæa, in Bithynia.
Chalcedon, in Bithynia.
Sida, in Pamphylia.
Sebaſtea, in Armenia.
Amaſſea, in Helenoponto.
Melitene, in ſecunda Armenia.

Digitized by Google

Tyana, in ſecunda Cappadocia.
Gangra, in Paphlagonia.
Theſſalonica, in Theſſalia.
Claudiopolis, in Honoriade.
Neocæſarea, in Ponto Polemoniaco.
Piſſinus, in ſec. Galatia.
Myra, in Lycia.
Stauropolis in Caria.
Laodicea, in Phrygia, Cappatiana,
ſeu Pacatiana.
Iconium, in Lycaonia.
Synada, in Phrygia ſalutari.
Antiochia, in Piſidia.
Sylæum ſiue Perga, in ſecunda Pamphylia.
Corinthus, in Peloponneſo,
Athenæ, in Hellade.
Mociſſus, in Cappadocia.
Creta, inſula.
Seleucia, in Pamphylia.
Rhegium, in Calabria.
Patræ, in Peloponneſo.
Trapezus, in Lazica.
Lariſſa, in ſecunda Hellade.
Naupactus, in Ætolia.
Philippopolis, in Thracia. (prouincia.
Traianopolis, in Rhodopa Thraciæ
Rhodus, inſula.
Philipporum, in Macedonia.
Hadrianopolis, in Hæmimonto
Thraciæ prouincia.
Hierapolis, in Phrygia Cappatiana.
Pyrachyum.
Smyrna, in Aſia.
Catana.
Ammorium, in Phrygia.

Cam-

Camachus, in Armenia.
Cotyaium, in Phrygia.
S.Seuerinæ, in Calabria.
Mitylena, in Lesbo.
Neopatræ, ſeu Nouæ Patræ, in Hellado.
Euchaita.
Amaſtris.
Chonæ.
Hydrus, ſiue Hydruntum, in Calabria.
Kelzene.
Colonia.
Thebæ.
Serræ.
Pompeiopolis.
Roſſia.
Alania.
Ænus.
Tiberiopolis.
Achaia.
Ceraſus.
Nacolia, in Phrygia magna.
Germanicia, ſiue Carmania.
Madyta.
Apamea.
Baſileum.
Dryſtra.
Nazianzus.
Corcyra.
Abydus.
Methymna.
Chriſtianopolis.
Ruſium.
Lacedæmonia.
Naxia.
Attalia.

Digitized by Google

SCHOLIVM.

Poſt Corcyra *erant hæ tres poſtrema* Sebaſtopolis, Euripus, Cybiſta, *quæ &* Herculis, *quæq; ex Epiſcopatu ſubiecti Tyanorum Metropolitano in Archiepiſcopatum tranſiit, ſub Conſtantino Patriarcha.*

Archiepiſcopatus.

Bizya.
Leontopolis.
Maronea.
Germia.
Arcadiopolis.
Parium.
Miletus, in Ionia.
Prœconeſus.
Selybria.
Chius ſiue Chion inſula. *Chios.*
Apros.
Cypſella.
Nice.
Neapolis, in Italia, niſi fallor.
Selga.
Cherſon.
Meſſana, in Sicilia.
Garella.
Bryſis.
Dercos.
Carabizia.
Lemnus inſula. *Stalimene.*
Leucas.
Miſthea.
Cudræ.
Soteropolis.
Pedachthoa.
Germa.
Boſporus.
Cotradi

Eroins

Eroina.
Carpathus.
Mezembria.
Cotthia.
Sugdaia.
Phullæ.
Ægina.
Pharſala.
Matracha.

His addantur

Melitopolis, in Helleſponto.
Cybiſtra, ſiue Cybiſta, in ſecunda Cappadocia.

Ceterum hæc diſpoſito, vt dixi, facta eſt tempore Leonis cognomento Sapientis Imperatoris. Subſecuta eſt deinde *Expoſitio Imperatoris Andronici Palæologi ſenioris, quo ſe ordine habeant ſubiecta metropoles throno Patriarchæ Conſtantinopolitani.* De qua legendus Georgius Codinus, ſiue vt vulgo nuncupant, Curopalates, libro de Officialibus palatii Conſtantinopolitani, & officiis eccleſiæ eiuſdem.

Hæc viſum fuit breuiter commemorare, quod pauca admodum in Prouinciali codice Romano habeantur de ſtatu Patriarchatus Conſtantinopolitani. Qui vero Epiſcopatus ſingulis Metropolitanis & Archiepiſcopis ſupra à me commemoratis olim fuerint ſuffraganei, liquet ex diſpoſitionibus dictorum Imperatorum Leonis & Andronici.

Ex quibus & id Lector diſcet, Metropolitanos in Græcanica Eccleſia Archiepiſcopis dignitate potiores cenſeri: & quæ dignitatum nomina ſeu tituli pro iiſdem in Latina Eccleſia habeantur.

De Africæ Epiſcopatibus.

Poſt enumeratos Græciæ Epiſcopatus in edito codice Prouinciali Romano, Epiſcopatus aliquot Africæ ſeu Barbariæ, vt nuncupant hodie, enumerantur.

Digitized by Google

Ceterum Africanos inter Epiſcopos primas olim tenu Carthaginienſis: vt ſuo loco à nobis demonſtratur. Hod duo reſtant in Africa Epiſcopatus *Septenſis & Tingenſis*, paucis aliquot monaſteriis, & collegiis Canonicorũ; in nimirum opidis, quæ ſuperioribus ſæculis Reges Luſitani Mauris eripuerunt, quæq; nunc Rex Catholicus aduerſ barbaros pręſidiario milite tutatur. Septenſis hodie eſt ſu fraganeus Oliſiponenſi; Tingenſis autem ſeu Tingitanu vulgo *Tanger*, eſt ſubditus Eborenſi in Portugallia Arch epiſcopo. Vtraq; eccleſia cathedralis Deiparæ eſt ſacra. Hę ex Actis ſeu Recitationib. publicis in cõceſſu Cardinaliun de Epiſcopatibus vacantibus Romæ fieri ſolitis, accepimu

In Hipponenſi eccleſia anno 1076. Gregorius VII. Ser uandum Epiſcopum conſtituit, petente Anzir Rege Mau ritaniæ: vt in Annalibus Baronius commemorat.

NOTATIO.

De Cypri inſulæ Epiſcopatibus.

Cyprus ad annum vſq; Chriſti CIↃ.IↃ LXX. Venetis pa ruit: quo anno Selimus Turcarũ Imp. eã Chriſtianis eripuit. De notiſſimæ illius inſulæ Epiſcopis cum Gręci tũ Latini ri tus, multa legũtur apud Maginum in Geographia, & alios.

De Moſcouia Epiſcopatibus.

In ampliſſima Moſcouiæ ſeu Ruſſiæ prouincia ſolent E piſcopi ex cœtu monachorum ordinis S. Baſilii fere deligi. Suntq; vndecim numero Epiſcopi in vniuerſo Moſci impe rio: quos ipſi *Vladicas*, i. e. Oeconomos ſeu diſpẽſatores ſua lingua nuncupãt. Horum Metropolita in vrbe Moſcua ſe dem habet: & ſolet à Patriarcha olim Conſtantinopolita no cõfirmari, noſtra autem ætate à Magno Moſcouiæ Du ce ſolitus eſt eligi, moxq; per duos aut tres Epiſcopos con ſecrari. Huic metropolitę duo ſubſunt Archiepiſcopi. I *No uogardiæ magnæ* ad Loutam fluuium. II. *Roſtouii*. Reliquo rum octo Epiſcoporum ſedes ſunt, I. *Smolenſca*. II. *Caſanũ*, ad Volgam. III. *Tueria*, pariter ad Volgam. IV. *Rezanum*, V. *Suſdalia*. VI. *Vvologda*. VII. *Columna*. VIII. *Cortiza*, ad Mo ſcuam. Capita porro, quibus Rutheni & Græci à Latinis in

robus

rebus Fidei diſſenſerunt, poſtquam ab Eccleſia Catholica Græci deſciuere, lege in Antonii Poſſeuini Moſcouia, atq; eiuſdem apparatu ſacro. Faxit autem Deus, vt Polonorum opera ad Eccleſię Romanę cõmunionem breui adducãtur.

PATRIARCHATVS ALEXANDRINVS.

IN mſs. noſtris codicibus Prouincialibus etſi vix aliquid commemoratione dignum de Patriarchatu Alexandrino habeatur, is tamẽ à nobis omitti non debuit. Huic olim omnes Ægypti prouinciæ ſubfuerunt, quæ ſex aliquando, poſtea decem numero exſtiterunt: vt in noſtra ad Lectorẽ præfatione docuimus. Ibidem licebit & ordinem Sedium Patriarchalium, quo collocari debent, agnoſcere. Ceterum anno 1595. Gabriel Patriarcha Alexandrinus nationis Cophtorum, legatos ſuos Romam ad Clementem VIII. miſit: quorum legatorum profeſſio Fidei exſtat apud Baronium tomo VI. in fine.

Sic & Moſes Mardenus, Aſſyrius, Iacobita, Patriarchæ Antiocheni legatus, ſuo & Patriarchæ ſui nomine, Anno 1552. Fidei profeſſionem Romæ fecit, quam ex autographo Syrico Andreas Maſius Bruxellenſis Latine reddidit, & typis Plantinianis, vna cum Moſis Syri de Paradiſo commentario publicauit.

De Neſtorianis, Iacobitis, Maronitis, Cophtis, aliiſq; Chriſtianis per Orientis prouincias habitantibus.

Qui per Syriam, Ægyptum, Perſiam, & reliquas Orientis prouincias paſſim habitant homines Chriſtianæ religionis, præter Græcos & Armenos, quatuor iſtis appellationibus hoc ſæculo fere diſtinguuntur, vt alii *Neſtoriani*, alii *Iacobitæ*, alii *Maronitæ*, alii *Ægophti* ſiue *Cophti* nuncupentur. *Iacobitæ* ab Eutyche & Dioſcoro profecti, eorum hæreſes maxima ex parte nunc abdicaſſe videntur: niſi

Digitized by Google

quod errorem illum de vnica in Chriſto natura nonnulli adhuc ſectentur. Hi paſſim quidem per Orientem ſuas habent eccleſias, ſed non admodum frequentes.

Maronitæ Romani Pontificis doctrinam obſeruant, & Libanum Syriæ montem fere incolunt: nonnulli tamen & Damaſci, Aleppi, atque in Cypro agunt. Horum omnium Patriarcha (qui Antiocheni titulum ambit) ſedem habet in monte Libano, in cœnobio monachorum ordinis S. Antonii: quod viginti paſſuum millibus diſtat à Tripoli Syriæ vrbe, mercatu hodie celebri. Huic ſuffraganei ſunt octo aut nouem Epiſcopi: vtunturque lingua Chaldæa in ſacris, Arabica autem vulgariter. Plura de iis vide in Apparatu ſacro Antonii Poſſeuini, apud Baronium tomo XII. Annalium, in fine anni 1182. apud Guil. Tyrium lib. 22. de bello ſacro, cap. 8. & apud Iacobum Vitriacum in hiſtor. Orientali. Maronitarum porro Patriarcha, Innocentio III. Pontifice, concilio Lateranenſi interfuit.

Ægophti (ſic eos Syri vocant, quos vulgo Cophtos ſiue Coptos nominamus) in Ægypto (vnde nomen eos habere dicit Andr. Maſius) viciniſque prouinciis, & apud Abyſſinos atque Æthiopes fere commorantur. De Cophtis vide Conc. Florentinum, & Baronium tom. 6. in fin.

Neſtoriani à famoſiſſimo illo hæreſiarcha Neſtorio ſic dicti, late & magno numero per vniuerſum Orientem ſuos habent cœtus: adeo quidem vt in vna Seleucia Parthorum ad fl. Tigrim, quæ hodie Mozal dicitur, quindecim templa poſſideant reliquis tribus Iacobitarum religioni dicatis. In qua quidem vrbe & Patriarcha Neſtorianorum plerumque habitat: cui non pauci hodieque ſubſunt Metropolitani atque Epiſcopi: in his Arbelæ, Salmaſti, & Ador-beigani, celebrium in Perſia opidorum Antiſtites. Anno Chriſti 1553. Slud ſiue Sulaca Neſtorianorum Patriarcha Romæ fidei profeſſionem ore & ſcripto publicauit, quam ex autographo Syrico Andr. Maſius Latinam fecit. Ceterum quos fere errores hodie Neſtoriani habeant, vide apud Poſſeuinum

num

Digitized by Google

num in Apparatu ſacro. Quod ad alios Orientales Chriſtianos attinet.

Abiſſini & Æthiopes, Preto-Ioanni ſubditi, Romanum Pontificem pro capite Eccleſiæ fere agnoſcunt. Sic & Dauid Armeniorum Patriarcha, & ſex Epiſcopi ſuffraganei cum vniuerſo populo obedientiam præſtiterunt Papæ Anno 1607. coram Eremitis Auguſtinianis in celebri Perſiæ opido, quod Aſpamum ſiue Aſpahamum nuncupant: litteraſque obedientiales, vt vocant, ad Paullum V. Pontif. Max. miſerunt. Solebant autem Armenii iſti fere habitare in confinibus Turcarum ac Perſarum, adeoque multis bellorum iniuriis eſſe obnoxii. Sed poſt Taurim Medorum vrbem à Xao Perſarum Rege, pulſis Turcis, anno 1604. expugnatam, idem Xaus in meditullio regni Perſiæ circa Aſpamum opida vicoſque plurimos ipſis incolendos tradidit: in quibus hodie cum Patriarcha ſuo commorantur. De erroribus, quibus Armenii fere detineri ſolent, vide Poſſouinum citat. loco, & Bibliothecam veterum Patrum tom. 4. Solent autem Armenii ſupremum Antiſtitem ſuum vocare Catholicum ſiue Patriarcham, quo vtroque vocabulo Syri indifferenter vtuntur: vt patet ex priore epiſtola Neſtorianorum anno 1552. ex Mozal ſcripta, atque ab Andr. Maſio publicata, itemque ex Othone Friſingenſi: qui narrat legatos ab Armeniorum Catholico anno 1145. ad Eugenium III. miſſos fuiſſe, atque ipſi mille amplius Epiſcopos illo tempore ſubfuiſſe.

Georgiani olim agnoſcere ſolent Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſed hodie ab eo ſunt alieni, vt pote inter Perſas nunc viuentes, nec à doctrina Eccleſiæ Romanæ abhorrentes. Eorum Dux Alexander Cainus cum tribus hominum millibus iuuit Perſarũ Regem ad Taurim vrbem an. 1604. Turcis eripiendã. Habebat idẽ Dux in comitatu ſuo Epiſcopũ vnum cum duobus monachis: vt ex Relationib. Auguſtinianorum ex Perſia miſſis nobis conſtat.

Sunt & alii, quos *Chriſtianos S. Ioannis Baptiſtæ* nuncupant. Hi ſedem habent circa Tigrim, & Euphra-

tem fluuios,quibus & ſui ſunt Epiſcopi. Hos opera Auguſtinianorum Eremitarum in Perſia agentium ſperamus ad communionem Eccleſiæ Romanæ paullatim reducendos.

Ceterum *Chriſtiani S. Thomæ*, à S. Thoma Apoſtolo ad Chriſtum conuerſi, habitant in India Orientali, in tractu Meliaporenſi, pari ferme ſpatio (ſi maritimos anfractus ſpectes) leucarum ſcilicet fere ducentarum a Comorino promontorio, & à flumine Gange diſtantes. Eſt autem Meliapora Luſitanorum opidum maritimum, S. Thomæ nomine & ſepulchro nobile: de quo fuſe Maffeius lib. 8. rerum Indicarum, & lib. 2. vitæ B. Franciſci Xauerii cap. 14 Porro anno 1590. cum Goënſis Archiepiſcopus prouinciam illam viſitaſſet, à variis Neſtorianorum præſertim erroribus eam expurgauit: vt tradit Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro, in verbo, Neſtorius.

Plura qui volet de Chriſtianorum Orientalium familiis ac cœtibus, conſulat R. P. Thomam à Ieſu, Carmelitarum diſcalceatorum in Belgio Præfectum, libro de conuerſione ac ſalute omnium gentium procuranda. Ex quo & aliis habe hæc pauca. Eccleſia Patriarchalis *Iacobitarum* eſt in Meſopotamia extra vrbem Moradin in monaſterio Saphran: Sed Patriarcha reſidet in vrbe Caramit ad maiorem ſui commoditatem & quietem. Sub eius obedientia viuunt ſequentes fere Prælati: Metropolitanus Ieroſolymitanus à Iacobitis dictus quintus Patriarcha, Archiepiſcop. Damaſcenus, Archiepiſc. Edeſſæ dictæ Orfa vel Raſa, Archiep. Saur, Archiepiſc. Biſuariæ, Epiſc Aatafræ, Epiſcop. S. Melchi in Iur. Epiſc. monaſterii Deiriloomor, Epiſc. in Salach, Epiſc. in Zaz, Epiſc. in Iarach, Epiſc. in Maaden, Metropolitanus in Muſal. Archiepiſc. de Miaferichin, Archiepiſc. monaſterii de Mar Abihai, Epiſc. S. Barſomi, Epiſc. de Hartbert, Archiep. Cypri, Archiep. Caramitanus.

Armena natio duobus Patriarchis principalibus ſubiacet, quorum vnus eſt Armeniæ maioris, reſidens in monaſterio Ecmeazin apud ciuitatem Eruan in Perſia: alius autem Armeniæ minoris, reſidens in ciuitate Sis in Cilicia, hodie dicta Caramania.

Geo-

Digitized by Google

Geographiæ Eccleſiaſticæ ſpecimen.

Acrida, Bulgariç metropolis, olim Iuſtiniana prima, hodie *Ochrida*, à Turcis poſſidetur.

Adicetanaurenſis Epiſcopatus. Pergenſi in ſecunda Pamphylia metropoli ſuffraganeus: in diſpoſitione Imper. Leonis.

Adigermarum, vrbs Aſiæ minoris, niſi fallor, fuit patria Eleuſii, qui vitam ſancti Theodori Archimandritæ ſcripſit.

Adqueſirenſis in Africa Epiſcopus, in Coll. Carthaginienſi.

Adrane, vrbs Epiſcopalis Bithyniæ, ſuffraganea Nicomedienſi metropolitæ: vt patet ex diſpoſitione Imp. Leonis. Hodie à Turcis *Edretes* vocari ſcribit Leunclauius.

Adraon, Epiſcopatus ſub Boſtrenſi Arabiæ ſede: apud Guil. Tyrium, & in ſynodo V. Conſtantinop.

Adraſum, Epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi: in diſpoſitione Leonis Imp & apud Guil. Tyrium.

Adrianenſis Epiſcopatus in ſecunda Pamphylia, metropolitæ Pergenſi ſuffraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Adrinus Epiſcopus Alexander, in iure Orientali nominatur ſed Calliſtus, Socrates, & Tripartita hiſtoria legunt, *Adrianos*.

Adrumelum ſiue *Hadrumelum*, vrbs Africæ Propriæ: quæ Mario Nigro *Suſſa*, Alf. Adriano *Toulb.* Mercatori *Machomelta*.

Aduerſa V.E. vulgo *Auerſa*, media inter Neapolim & Capuam, ex Atellæ ruinis enata.

Æmilia Italiæ prouincia, hodie Longobardia cis Padum, *Lombardia di qua dal Po*, à Leandro nuncupatur. Paulus Diac. libr. 2. In ea vrbes Placentiam, Parmam, Regium, Bononiam & forum Cornelii deſcribit.

Æmonia, vrbs Iſtriæ, ex cuius ruinis haud procul inde conſtructa eſt ciuitas Noua, *Citta Nona*, in ditione Vene-

Digitized by Google

ta,&Patriarchatu Aquileienſi:vt Philippus Ferrarius in ſu Topographia in Martyrologium Rom.tradit.

Ænona,Plinio & Ptolemæo,in Latinis codicibus *Enona*,Illyrici opidum,Mario Nigro eſt *Nona* vrbs Epiſcopali in ditione Venetorum,& prouincia Spalatenſi.

Æphulli,vrbs Archiepiſcopalis in Sanctionibus Orientalibus.

Æpoliorum Epiſcopatus,ſub metropolita Cæſarienſi in Cappadocia:in diſpoſitione Imp.Leonis.

Æquana,Baccho felicia celebrat Silius lib.5. Sunt qui volunt hodie *Troiam* vocari,in regno Neapolitano. Eſt in hoc tractu & vrbs Epiſcopalis,*Vicus Aquenſis* ſiue *Equenſis.*

Æſermia Straboni, Ptolemæo, aliiſque veteribus Samnitum vrbs, hodie Epiſcopalis, vulgo Iſermia, *Sermia*,in regno Neapolitano,ſub Archiepiſcopatu Capuano.

Æſis, Vmbrorum vrbs Ptolemæo, hodie in prouincia Marchiæ,&ditione Pontificia.*Gieſi*,teſte Leandro. Gaudet titulo Epiſcopali. *Æſinates* populos in Vmbria memorat Plinius.

Ætu,vrbs Epiſcop.in ſanctionibus Impp.Orientalium.

Æthiopia duplex eſt in Africa,iuxta Ptolemæum : vna, quam *ſub Ægypto* nuncupat,altera,quam *Interiorem*. Syri cuiuſdam Epiſcopi narrationem de rebus Æthiopiæ Regis, vulgo *Presbyteri Ioannis* nuncupati, vide apud Othonem Friſingenſem lib.7.cap.33.De præſenti eiuſdem prouinciæ ſtatu multa leguntur apud rerum Inicarum ſcriptores.

Africa,Græcis *Libya*,tertia orbis pars veteribus cēſetur. In ea olim CCL.amplius Epiſcopi numerabantur:vt ex conciliis Africanis & collatione Carthaginienſi conſtat. Leo IX.Papa,in epiſtolis ſuis ad Africæ Epiſcopos deplorat in ea vix quinq; ſuo æuo ſuperfuiſſe. Hodie duo aut tres tātummodo ſuperſunt, *Tingitanus* & *Septenſis*, in iis nimirū opidis,quæ Hiſpani,p̄ſidiario milite aduerſus Mauros tuentur.

Africa propria Ptolemæo pars Africæ ad mare mediterraneum,inter Mauritaniam & Cyrenem regiones. *Zeugitana*

tana Plinio dicitur: quo in tractu regnum hodie eſt Tunetanum.

Aſuſenienſis Epiſcopus apud Vict. Vticenſem. S. Agapeti Epiſcopatus, in ſecunda Galatia, Piſinuntio metropolitæ ſuffraganeus: in Diſp. Imp. Leonis.

Agatha, Ptolomæo: Straboni, & Plinio, Galliæ Narbonenſis vrbs, *Agde*, concilio ibi habito, Alarici Gothorum Reges temporibus, gloriatur. Habet Epiſcopum Narbonẽſi Archiepiſcopo ſuffraganeus.

Aggaritanus Epiſcopus apud Vict. Vticenſem. *Aggeritenſis* in Coll. Carthag.

Agatonicæa, vrbs Epiſcopalis, Philippopolitano Thraciæ metropolitano ſuffraganea: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Agathopolis Epiſcopatus Hadrianopolitano in Hæmimōte metropolitano ſuffraganeus: in diſpoſitione Leonis.

Agrii Epiſcopatus in Creta inſula: in diſpoſitione Leonis Imp.

Alabandenſis Epiſcopatus Cariæ, Stauropolitanæ metropoli ſuffraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Alania, metropolis, in diſpoſitione ſedium Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiectarum, à Leone Imperatore, cognomento Sapiente ſeu Philoſopho promulgata.

Alba Iulia, Daciæ vrbs, ſic dicta à Iulia Auguſta M. Aurelii Antonini matre: vt ex veteri eius loci inſcriptione oſtendit Stephanus Taurinus in ſua Stauromachia Germanis hodie *Vveiſſenburg*, vrbs Epiſc. in Tranſſiluania, ſub Archiepiſcopo Colocenſi.

Alba Pompeia, Plinio & aliis nota, hodie *Alba* vrbs Epiſcopalis, Mediolanenſi Archiepiſcopo ſuffraganea, in ditione ducis Montiſ-Ferrati.

Albanenſes Calabriæ citerioris incolæ, in ſacris ſuis idiomate & ritu Græcanico hodieq; vtũtur. Incolunt fere vicos diœceſis Biſignanenſis, & aliarum illo in tractu.

Albiga vrbs Cardurcorum in Gallia, Gregorio Turonẽſi nota: à qua Albigẽſes huius regionis hæretici nomẽ acceperũt. Vrbs hodie Epiſcopalis *Alby*, in prouincia Bituricenſi.

Digitized by Google

Alectryopolis, Epiſcopatus Philippenſi in Macedonia metropolitano ſuffraganeus.

Alecta ad Ataceum fl. *Alect*, vrbs Epiſcopalis in prouincia Narbonenſi: eo honore donata à Ioanne XXII. Papa, cœnobii Benedictini prædiis attributis.

Aleſa Epiſcopatus Syracuſano olim in Sicilia metropolitano ſuffraganeus: vt ex diſpoſitione Leonis Imper. liquet.

Aleta ſiue *Aletum*, vrbs olim Epiſcopalis Britanniæ Armoricæ: cuius hodie murorum ruinæ viſuntur, primo fere lapide à Maclouiopoli, *S. Malo*, opido maritimo ac mercimoniis celebri: ad quod & ſedes Epiſcopalis eſt translata.

Alexandria cognomento *Magna*, celebre Ægypti ab omni æuo emporium, ad Nilum fluuium, ſedes olim Patriarcharum Alexandrinorum.

Ceterum anno 1595. Gabriel Patriarcha Alexandrinus, per legatos ſuos ad Clementem VIII. Papam miſſos publicam fidei orthodoxæ profeſſionem Romæ fecit.

Alexiopolis vrbs Epiſcopalis Calliſto.

Algarenſis in Sardinia Epiſcopatus eſt ſuffraganeus Archiepiſcopo Calaritano, vel Turritano, in ditione Regis Catholici.

Alindorum in Caria Epiſcopus Promachius, interfuit conc. Epheſino.

Altinum clara olim Venetiæ mediterraneæ vrbs E. inter Patauium & Concordiam, Tacito, Straboni, aliiſque veteribus nota, ab Hunnis, vna cum Aquileia, euerſa: cuius hodie nihil exſtat præter turrim, quæ nomen Altini ſeruat. Sedes Epiſcopalis in Torcellum inſulam, Venetiis haud lōge diſtantem, eſt translata: vt Philippus Ferrarius in ſua ad Romanum Martyrologium Topographia teſtatur.

Amantea, Epiſcopatus olim Rhegienſi in Calabria metropolitano ſuffraganeus: diſpoſitione Imp. Leonis.

Amaſea, metropolis in Helenoponto: in diſpoſitione Leonis Imp.

Ama-

Digitized by Google

Amaſtris, Ptolemæo, Luciano in Toxari, Plinio in Epiſtolis, vrbs Bithyniæ in Aſia minore ad pontum Euxinum: metropolis, in diſpoſitione Leonis Imp. Hodie *Samaſtro* dicitur, vt vult Niger.

Amaurenſis vrbs Epiſcopalis in Mauritania Cæſarienſi, apud Vict. Vticenſem.

Amazonis in Caria Epiſcopus Philetus conc. Epheſino interfuit.

Ambaſum, metropolis Phrygum. Stephano.

Ambienſis vrbs Epiſcop. in Mauritania Cæſarienſi apud Vict. Vticenſem.

Amblada Piſidiæ vrbs. Stephano: Cariæ vrbs, Straboni.

Ambladenſis Epiſcopatus eſt ſuffraganeus metropolitæ Iconienſi in Lycaonia: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Ambracia. Straboni & Plinio *Ampracia*, per P. Ptolemæo Æliano, & Herodoto, vrbs Græciæ in Epiro.

Ambra Epiſcopatus Keltzenenſi metropolitano ſuffraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Amburenſis vrbs Epiſc. in Africa in Collatione Carth.

Amendus Cariæ vrbs Epiſcopalis in conc. Nicæno III.

Ameria vrbs E. Vmbriæ *Amelia*: Ciceroni, Ptolemæo, aliiſque nota. Hinc *Amerini*.

Amida Ætii medici patria, vrbs Meſopotamiæ ad Tigrim fl. quam à Conſtantino Imp. ampliatam inde *Conſtantiam* nuncupatam tradit Amm. Marcellinus. Hodie *Caramit* dici Petrus Gyllius teſtatur. Cedrenus & Curopalates ſcribunt eam à Saracenis *Emet* vocari.

Aminſi Epiſcopatus, in Helenoponto, metropolitæ Amaſeno ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Amira, Palæſtinæ opidum: in Hiſtoria Miſcella.

Ammæa, Meſopotamiæ vrbs, Ptolomæo: hodie *Amit*, iuxta Nigrum, vel *Emed*, iuxta Andream Maſium. Platina legit *Amet*.

Amorium, vrbs Phrygiæ maioris, Ptolemæo: metropolis in Diſpoſitione Leonis Imperatoris. Eadem *Amaros*, teſte Suida.

Ampelus, Ligurum vrbs, Stephano.

Amphipolis, vrbs Syriæ, ad Euphratem, quam Syri & *Turmedam* vocant: vt Stephanus teſtatur.

Amporenſis ſedes epiſcop. in Numidia.

Amuſu epiſcopatus Keltzenenſi metropolitano ſuffraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Amudaſa, Africę Popiræ ſeu Byzacenæ prouinciæ vrbs, apud Ptolemæum. *Amudarſa* apud Vict. Vticenſem.

Amyzon Cariæ vrbs epiſcopalis, Ptolemæo & Plinio nota: quæ in conc. Epheſino corrupte *Amazon* dicitur.

Anabiſum, ſedes epiſcopalis in Aſia alibi: teſte Metaphraſte in vita S. Ioannis Chryſoſtomi.

Anagnia, vetus Latinorum ſiue Hernicorum vrbs, titulo gaudet epiſcopali, & ſedi Apoſtolicæ immediate ſubeſt, tam in ſpiritualibus quam temporalibus, vt loquuntur.

Anaſtaſiopolis, epiſcopatus Traianopolitano in Rodope metropolitaneo ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Anaſtaſiopolis Galatiæ vrbs epiſcopalis, Ancyræ ſuffraganea: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Anatetartæ epiſcopatus Cariæ Stauropolitano metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Anazarbus Dioſcoridis patria, Ciciliæ ſecundæ vrbs è in concilio Epheſino, hodie *Axara* iuxta Nicetam Choniatem, alioſque Græcos: vel *Acſerai*, iuxta Leunclauium. Eadem dicitur Iuſtiniapolis in ſynodo Conſtantinopolitano V.

Ancuſenſis in Aſia Epiſcopus apud Vict. Vticenſem.

Ancyra, epiſcopatus, Hieropolitano in Phrygia Cappaliana ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Ancyra Galatiæ primæ metropolis: in Diſpoſitione Leonis Imp. cognomento Philoſophi.

Angoari hodie Bellonio, *Enguri* ſiue *Ancara* Leunclauio.

Andactenſis epiſcopatus, Trapezuntio in Lazica metropolitano ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Andra-

Digitized by Google

Andrapenſis epiſcopatus in Helenoponto, Amaſeno metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Andrapenorum in Hellenoponto ciuitatis fit & mentio in ſynodo VI. Conſtantinopolitana. Miror autem ab aliis in Helleſponto collocari.

Andreopolitanum in Scotia Archiepiſcopatum inſtituit Sixtus IV. Papa.

Andria, vrbs Apuliæ, in regno Neapolitano, gentis Carafæ epiſcopalis & ſuffraganea Archiepiſcopo Tranenſi.

Andrius epiſcopatus, Athenienſi in Hellade metropoli ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Andros, Ægei maris vulgo Archipelagi, inſula, inter Cyclades prima, Turcicum hodie iugum patitur. Andrenſis Epiſcopus Naxienſi ac Parenſi Archiepiſcopo eſt ſuffraganeus: vt ex Leonis & Andronici Impp. ſanctionibus liquet. In hac inſula vrbs eſt eiuſdem nominis ampla ac populoſa, in qua vt & in reliqua inſula, plurimi ſunt Chriſtiani, ritus Latini, Græcis ſchiſmaticis Turciſque mixti. Solet autem Andrenſis Epiſcopus hodieque confirmationem à Pontifice Romano petere vt ex vrbe accepimus. Ceterum vt in Andro, ſic & in Cypro, Chio, & aliis aliquot Græciæ locis hac noſtra quoque ætate, inter Turcas ac Græcos ſchiſmaticos, ſacra ritu & idiomate Latino celebrantur: vt Ioannes Macarius, Graueliinganus, Canonicus Arienſis in Arteſia, rerum Orientalium peritiſſimus nos monuit.

Anglonenſis vrbs epiſcopalis, in finibus Lucaniæ & Brutiorum, *Anglone*, in regno Neapolitano, Acherontinum agnoſcit Archiepiſcopum.

Aneorum, *Aneatorum*, ſeu *Neatarum* ciuitatis in Phrygia Epiſcopus Modeſtus Epheſini conc. parte 2. act. 1.

Angolus Veſtinorum in Italia opidum Ptolemæo notum, hodie *Citta Sant Angelo*, teſtibus Volaterrano & Blondo.

Digitized by Google

Aninatum, Epiſcopatus in Aſia, ſub metropolita Ep ſino: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Aninetum, in conc. Epheſino.

Aninuſia vrbs epiſcopalis: vt patet ex ſubſcriptioni conc. Epheſini.

Antandros, Aſiæ minoris opidum, in Myſia, ad m. Ægeum, Ptolemæo, hodie *S. Dimitri*, Sophiano. In D poſitione Leonis Imp. eſt epiſcopatus ſub Epheſino M tropolita.

Antarodus Syriæ vrbs, Ptolemæo & Plinio, quæ T rio, Vitriaco, Volaterrano, & aliis hodie *Tortoſa*.

Antibarenſis epiſcopatus, olim Dyrrachino ſuffrag neus: in Diſpoſitione Imp. Leonis. Nunc eſt Archiep ſcopatus, decreto Alexandri II. Papæ. Vide infra *An parenſis*.

Antinoe, Ægypti vrbs epiſcopalis ad Nilum fluuiũ h die *Anthios*.

Antiphelli epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeu in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Antiochia cognomento *Magna*, Turcis *Tachia*, apu Europæos hodieque nomen retinet, ad Orontẽ fluuium

Antiochea Mæandri, epiſcopatus in Caria, Stauropo litano metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Impe Leonis.

Antiochia Piſidiæ, metropolis: in Diſpoſitione Leon Imp.

Antiochia, epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi: in Diſpo ſitione Leonis Imperatoris, & apud Tyrium.

Antiparenſis, ſiue *Antibarenſis* vrbs Dalmatiæ, iugum Turcicum patitur. Sunt tamen Chriſtiani plurimi in agr habitantes, quibus hodieque præeſt Archiepiſcopus An tiparenſis à Pontifice Rom. confirmatus. Suffraganeæ ſe des omnes, duabus exceptis, à Turcis quoque ſunt occu patæ. Fuerunt autem ſuffraganeæ; *Eiaterenſis*, *Palecienſis*, *Suatinenſis*, *Scodrienſis*, *Dinaſtrenſis*, *Polatenenſis*, *Sierbienſis*, *Bo-*

Digitized by Google

ſis, *Bolonienſis*, & *Tribunienſis*: vt in diplomate Alexandri II. recenſentur, apud Baronium anno 1062. §. 115. Vide *Antibarenſis*

Antipolis vrbs Galliæ Narbonēſis, teſte Ptolemæo *Antibe* ſedes olim epiſcopalis in prouincia Ebrodunenſi: quæ poſt Graſſam Prouinciæ vrbem tertio inde milliari tranſlata eſt.

Antuerpia ad Scaldim fl. in Brabantia ſita, vrbium, quas Europa, Africa, Aſia videt, pulcherrima: vt iure optimo *Vrbs Vrbium* à Lipſio ſit nuncupata. Cui nequid deeſſet, epiſcopalem dignitatem Paullus IV. Pont. Max. an. 1559. adiecit.

Apamia ſiue *Apamea* vrbs Syriæ, Straboni, Ptolemæo, & aliis nota.

Apamea metropolis, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Apamia ſedes epiſcopalis, Antiocheno in Piſidia Metropolitæ ſuffraganea: in Diſpoſitione.

Apamia, opidum in Ducatu Fuxenſi & prouincia Toloſana ſitum, *Paſmiers*: quod Epiſcopali honore auxit Bonifacius VIII. anno 1296. vt Nangius & Bernardus Guido tradunt.

Aphrodiſias, vrbs Cariæ apud Melam: eadem epiſcopalis, in concilio Epheſino.

Apia, vrbs epiſcopalis Phygiæ Pacatianæ, metropoli Laodicenæ ſuffraganea.

Apollonia Macedoniæ vrbs quondam epiſcopalis, ad mare Ionium.

Apollonias, Epiſcopatus Bithyniæ, Nicomedienſi metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Apollonias Cariæ epiſcopatus, Stauropolitano ſuffraganeus: ibidem.

Apollonias, vrbs epiſcopalis Lydiæ, ſub Sardiano metropolita: ibidem.

Apillorum epiſcopatus in Lycia Myrenſi ſuffraganeus.

Digitized by Google

Apros colonia, opidum Thraciæ eſt, Plinio, & Iuſt Archiepiſcopatus, in Diſpoſitione Leonis Imp.

Apta Iulia, Vulgientium opidum, in Gallia Narbone ſi, Plinio. A qua Aptenſis hodie epiſcopatus, *Apte.*

Aquæ Albenſium, ſedes epiſcopalis, Mauritaniæ Sitifc ſis apud Vict. Vticenſem, & in Coll. Carthag.

Aquæ Auguſtæ, vrbs Epiſcopalis in Gallia Narbonen *Aqs*, ſub Archiepiſcopatu Auſcenſi.

Aquæ Grani, vrbs imperialis, in diœceſi Leodicenſi ta, tumulo & reliquis S. Caroli Magni Imp. celebris: Ga lis *Aix la Chapelle*, Germanis *Aken*. Barbari *Aquiſgr num* vocant.

Aquæ flauiæ, Portugalliæ opidum, hodie *Chaues* nu cupatum.

Aquæ Gradatæ non eſt *Gradus* infima, ſed vicus S. Can tiani nomine celebris, ab Aquileia III. P.M. in ora mariti ma: vulgo *S. Cantiano*, Ita Ph. Ferrarius in ſua Topogra phia Martyrologii Rom.

Aquæ Statellorum, vrbs E. Lombardiæ Ciſpadanæ i prouincia Mediolanenſi: *Arqui.*

Aquæ Sextiæ, colonia Romana, vrbs Galliæ Narbo nenſis, veteribus notiſſima, gaudet titulo Archiepiſcopa li: *Aix en Prouence.*

Aquæ Viuæ coloniæ meminit vetus Inſcriptio. Italiæ vrbs epiſcopalis ſic vocatur in conc. Rom.

Aquenſis ſedes epiſcopalis in Mauritania Cæſarienſi, a pud Vict. Vticenſem. Forte ab *Aquis Calidis.*

Aquila vrbs epiſcopalis Marſorum, in regno Neapoli tano exempta, vt loquuntur. Huc ſedem tranſtulit Alex ander IV. Papa, Furconio, veteri Marſorum opido ex ciſo.

Aquilæ Epiſcopatus, Naupactio in Ætolia metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Aquileia Iſtriæ Venetiæque olim metropolis, in ditione Venetorum ſita, à multis retro ſæculis gaudet titulo Patriarchatus.

Aquile-

Digitized by Google

Aquilonia vrbs Hirpinorum in Italia, Liuio & Ptolemæo. Ea hodie à vulgo *Laquedonia* Latine *Lacedogna*, Italice nuncupatur, in regno Neapolitano: eſtque epiſcopalis, & ſuffraganea Archiepiſcopo Compſano, in Hirpinis.

Arabia Petrea Aſiæ regio, Palæſtinæ finitima. Hæc eadem Procopio & Stephano eſt *Arabia vetus & Palæſtina tertia.* Tyrio autem lib. 11, cap. 16. eſt *Arabia ſecunda*: & lib. 13. cap. 3. item 15. cap. 21. *Petracenſis* à Petra eius metropoli ſic dicta.

Arabiſenſis Epiſcopus, in Armenia minore interfuit concilio Conſtantinopolitano I. Apud Antoninum & Calliſtum eſt. *Arabiſſum* in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Arabiſi (vnico L.) epiſcopatus eſt ſuffraganeus metropolitæ Melitenenſi, in ſecunda Armenia.

Arabracenſis epiſcopatus, Camachio in Armenia metropolitano ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Araclia Palæſtinæ vrbs epiſcopalis in prouincia Tyrenſi: teſte Guilielmo Tyrio.

Arathia epiſcopatus ſub metropolita Cæſarienſi in Cappadocia.

Araxe epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Arauſio Plinio, Ptolemæo, Sidonio, aliiſque veteribus nota vrbs Galliæ Narbonenſis, *Orange*, Principatus & epiſcopatus titulis gaudens, hodie gentis eſt Naſſauiæ.

Arabdelorum ſiue *Arabdelorum* Epiſcopus Theodorus onc. Epheſino interfuit.

Arca vrbs Phœniciæ ſeu Syriæ, generaliter loquendò ota, Ptolemæo & Antonino: patria Alexandri imperaris. Lampridius & alii vocant

Arcenam vrbem. Hieronymus Quæſtionibus in Geſim plurali numero nuncupat.

Arcas opidum contra Tripolim, in radicibus Libani im.

Arcadia vrbs epiſcopalis Cretæ inſulæ: in Diſpoſitio- Leonis Imperatoris.

Digitized by Google

Arcadiopolis vrbs Thraciæ, Curopalati & Cedreno. Eadem, vt arbitror, eſt archiepiſcopalis, in Diſpoſitione Leonis Imp.

Arcadiopolis ſedes epiſcopalis in Aſia ſub metropolita Epheſino: vt ex Synodo v. Conſtantinopolitana, & ex Diſpoſitione Leonis Imp.

Arcenſis epiſcopatus, in ſecunda Armenia ſuffraganeus Melitenenſi metropolitæ: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Argentinenſium in Germania epiſcoporum res geſtas ſcripſit & edidit anno 1608. Franciſcus Guillimanus, publicus hiſtoriarum Profeſſor Friburgi Briſgoiæ, quod eſt opidum gentis Auſtriæ apud Heluetios, Catholicam habens Academiam.

Argos vrbs Peloponneſi, Ptolemæo: vrbs epiſcopalis, Corintho ſuffraganea, in Diſpoſitione Imp. Leonis. A qua dictus Epiſcopus *Arginus* qui factus eſt metropolitanus, Iſacio Angelo imperante: vt ex ſcholiis ad citatam Leonis Diſpoſitionem liquet.

Ariarathe vrbs epiſcopalis in ſecunda Armenia Mellitenæ ſuffraganea: in Diſp.

Ariaſſus Phrygiæ in Pamphylia opidum, Ptolemæo. *Ariaſſenſis* epiſcopi in Pamphylia meminit conc. Conſtantinopolitanum. *Ariaci* Epiſcopatus, Pergenſi metropolitæ in ſecunda Pamphylia ſuffraganeus, eſt in Diſpoſitione Imp. Leonis.

vide an eadem, *Aaraſſus* quæ Straboni vrbs eſt Piſidię.

Ariſitenſis vicus Galliæ Narbonenſis: in quo epiſcopum inſtitutum ſcribit Greg. Turonenſis, lib. 5. hiſtor. Franc. cap. 5.

Ariſta epiſcopatus Bithyniæ, Nicomedienſi ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Ariſtea vrbs epiſcopalis Phrygiæ Pacatianæ, metropoli Laodicenæ ſuffraganea: ibidem.

Armenia maior ſeu *ſecunda* Mercatori hodie eſt *Turcomania*.

Arme-

Digitized by Google

Armenia Minor ſeu *Prima* Colchidi vicina, hodie eſt *Accoionlu* Leunclauio. In Armenia maiore ſunt hodieq; plurimi Chriſtiani, Latinum ritum Romanum in ſacris ſeruantes; non pauca item ſodalium ordinis S. Dominici monaſteria: qui ſoli illo in tractu ſunt ſacerdotes. His Chriſtianis præeſt Archiepiſcopus *Nactouanenſis* in *Abarano* oppido, & monaſterio dicti ordinis reſidens: in cuius diœceſi hodie viginti circiter villæ numerantur, à Chriſtianis paſſim inhabitatæ, paucis Turcis intermixtis. Nactouanenſis porrò Archiepiſcopus confirmationem vt loquuntur, ſuæ electionis ſolet petere à Romano Pontifice: quod & annis ſuperioribus eſt factum. Hæc ex Vrbe nobis ab amico ſunt ſignificata. Ceterum *legati Armeniorum Epiſcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipſi Catholicum, id eſt Vniuerſalem, propter infinitum, id eſt amplius quam mille Epiſcoporum ſub ſe habentem numerum vocant, ab vltimo penè Oriente, Eugenio III. omnem ſubiectionem anno 1145. Viterbii ex parte illius Eccleſiæ obtulerunt*, vt ex Othone Friſingenſi Baronius in Annal. commemorat.

Armianus Epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeus in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Arcenaria colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, vrbs Ptolemæo & Pomponio, hodie *Arcen*.

Arſicaritana ſedes Epiſcopalis, in Numidia, eſt apud Vict. Vticenſem.

Arſivatancon ſedem Epiſcopalem in Mauritania Cæſarienſe, habet fragmentum Vict. Vticenſis, fortè ab Arſenaria.

Arſinoë V. E. Ægypti ad ſinum Arabicum *Sues* hodie Petro Gyllio.

Arſuritana ſedes Epiſcopalis eſt apud Victor. Vticenſem.

Artzeſii ſiue S. *Nicolai* Epiſcopatus, Keltzenenſi Metropolitano ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Artzicæ ſiue *Arcerabi* Epiſcopatus Keltzenenſi ſuffraganeus: ibidem.

Digitized by Google

Aruernorum vrbs primaria E. hodie *Clarusmons*, vulgò *Clermont* nuncupatur.

Aſcalon Palæſtinæ vrbs E. Maritima Ptolemæo, cuius & mentio fit Iudicum 1.

Bononiam celebrem Italiæ vrbem, Gregorius XIII. patriâ Bononienſis, archiepiſcopali honore auxit, illique ſuffraganeas eſſe voluit, Parmenſem, Placentinam, Regienſem, Mutinenſem, Cremenſem, Imolenſem, & Ceruienſem eccleſias. Sed opponentib. ſe Rauennatib⁹, Paullus V. Imolēſem & Ceruiensē eccleſias Archiepiſcopo Rauennati demum reſtituit: Bononienſi verò adtribuit Parmam, Placentiam, Regium, Mutinam, Cremam, & Burgum S. Domnini: vt ex Actis publicis Romanæ Curiæ accepimus. De Epiſcopis Bononienſibus libros 5. ſcripſit Carolus Sigonius. Burgum porrò ſancti Domnini fuit olim nuncupatum Iulia, vt ex Martyrologio Rom. didici.

Bononia vrbs Galliæ maritima, vulgò *Boloigne*, haud longè à Caleto ſita, ante vaſtationem Normannicam proprium habuit Epiſcopum: vt didici ex Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi libro, aduerſus Hincmarum Landunenſem ſcripto, quem typis nondum editum V. Cl. Nic. Faber Pariſiis adſeruat. Multis tamen poſtea ſæculis caruit ſede epiſcopali, nimirum ad annum vſque 1553. quo Teruana Morinorum eſt exciſa, & prædia epiſcopatus Teruanenſis Bononienſi recens erecto pro parte ſunt adtributa.

Boſtra Arabiæ vrbs Stephano, & in lib. Notitia *Col. Boſtra* eſt in antiquo lapide, ſedes metropolitana.

Bouianum, Ptolemæo, Samnitum in Italia vrbs; Liuio, Pentrorum caput; *Boianum* Stephano. Hodie *Boiano*, teſte Leandro: vrbs eſt titulo Ducali & Epiſcopali inſignis, in regno Neapolitano, ſub ditione Regis Catholici.

Braſilia regio, Regi Catholico, vt Indiæ occidentalis domino, paret. Cuius quidem regionis Epiſcopus in vrbe Baxa reſidet: vulgò tamen Braſilienſis Epiſcopus nuncupatur.

patur; & eſt ſuffraganeus Archiepiſcopo Oliſiponenſi. Baxæ collegium eſt Societ. Ieſu, itemq; tria monachorum cœnobia: vt ex Vrbe accepimus.

Britanniarum, ſiue Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ ſedes epiſcopales; earumque origines ac mutationes deſcribuntur à Guilielmo Camdeno, in Britannia; itemque à Parkero in Hiſtoria antiquitatum Britannicæ Eccleſiæ, Londini & Hanouiæ 1605. excuſa: quos tamen ſcriptores cautè legendos moneo.

Britannia minor ſeu Aremorica vrbes habet IX. Epiſcopales, Rhedonenſem, Nannetenſem, Venetenſem, Corisopitenſem, Leonenſem, Trecoricenſem, Maclouienſem, Briocenſem & Dolenſem.

Burgum, vrbs archiepiſcopalis, caput regni Caſtelli veteris, ſuffraganeas habet eccleſias Pampilonenſem, Calaguritanum & Palentinam.

Burgum S. Domnini, oppidum eſt inter Parmam & Placentiam ſitum, ad Ducem Parmenſem pertinens, quod Epiſcopali honore auxit Clemens VIII. Papa; & Paullus V. Bononienſi eccleſiæ ſuffraganeum eſſe voluit. Olim *Iulia* nuncupatum fuit: vt colligi videtur ex Martyrol. Rom. 9. Octobr.

Burgum S. Sepulchri vrbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopatu Florentino, in ditione Ducis Etruriæ.

Canaria vna ex Fortunatis inſulis, Ptolemæo & Plinio nota, nomen retinet.

Iuagua vna ex inſulis Canariis habet Archiepiſcopum.

Canuſium oppidum, *Canoſa*, proprium olim habuit Antiſtitem. Hodie vnus idemq; ſcribit ſe *Archiepiſcopum Barenſem & Canuſinæ ſedis.*

Caſtrum Ptolemæo & Straboni, Picenorum oppidum, *Flauiano* hodie Leandro & Blondo

Catana, Ptolemæo & aliis, Siciliæ vrbs epiſcopalis, nomen retinet.

Cataquenſis Epiſcopi in Africa meminit D. Auguſtinus, epiſt. 129. ad Olympium.

Ceneda, Venetæ regionis oppidum, apud Agathiam, nomen retinet. Aliis dicitur *Ceneta*, vrbs hodie Epiſcopalis. Cenetenſis Epiſcopi in Iſtria meminit ſynodus Conſtantinopolitana VI.

Chalcedon vrbs Aſiatica ad Boſphorum Thracium, Concilio Oecumenico ibidem celebrato nobilis.

Carcaſſum, Galliæ Narbonenſis vrbs epiſcopalis, Plinio, *Carcaſo*, Ptolemæo, *Carcaſio* Procopio, hodie *Carcaſſone*.

Clodia Foſſa, Plinio, Venetorum hodie oppidum epiſcopale, diciturque *Chioggia*.

Colonia Agrippina ſeu *Agrippinenſis*, ſic dicta ab Agrippina Iulia, matre Neronis Imperatoris, teſte Cornel. Tacito lib. 12. Annalium, vrbs eſt Archiepiſcopalis ad Rhenum fluuium: cui ſuffragantur hodie Leodicum, Monaſterium, Minda & Oſnaburgum.

Coluſitanus Epiſcopatus in Africa: ex Concilio Carthaginenſi.

Comacula inſula, in Venetis, apud Reginonem lib. 2. hodie *Comachio* nuncupatur, cum oppido cognomine.

Compſa, Hirpinorum in Italia vrbs vetus, hodie Archiepiſcopalis.

Cophti ſiue *Copti* homines Chriſtiani in Ægypto hodieq; circumciduntur: vnde & ſic dictos putant nonnulli, vocabulo à Græcis ſumpto.

S. Dominici inſula apud Indos habet Archiepiſcopum: cui ſubiiciuntur Epiſcopi ſex, Cubacenſis, Boriquenſis, Nondurenſis, Panamenſis, Carthaginienſis, & S. Martini.

Epidaurus in Parthinis Dalmatiæ populis, hodie *Raguzi* dicitur, vrbs & Reſpublica nobilis, ex oppoſito Italiæ. *Epidaurus* in Laconia, hodie *Malvaſia*, vini generoſiſſimi ferax: à qua Cretenſe vinum illi certans paſſim Maluaſia vocatur. *Epidaurus* in Argolide, vicina Trœzeni, templo Æſculapii nobilis fuit. Ita Scaliger ad Euſeb. nu. 429.

Iaponibus in Bungo primum dedit Epiſcopum Sixtus V.

Laurea-

Laureacum ſedes olim fuit metropolitana Pannoniæ & Norici: cuius hodie rudera in Enſio Auſtriæ oppido exſtare tradit Lazius lib. 2. rerum Viennenſium cap. 2. Idem ſcribit huic olim metropoli ſubfuiſſe *Tiberinenſem, Quintanienſem, Patauienſem*, in Vindelicis, *Ouilabenſem*, in Norico Ripenſi, *Iuuauienſem, Solienſem, Celeianum, Patouienſem*, & *Tauriſanum*, in Norico mediterraneo, Epiſcopatus.

Limenſi ſiue *Vrbis Regum* Archiepiſcopis in India occidentali ſubſunt Epiſcopi.

I.	Cuſcouienſis.	*Cuſco.*
II.	Quitonenſis.	*Quito.*
III.	Guamantiacenſis.	*Guamantiaci.*
IV.	Arequipenſis.	*Arequipa.*
V.	Paſenſis.	*Pas.*
VI.	Platenſis.	*Plata.*
VII.	Trugillenſis.	*Trugilli.*
VIII.	Guanugienſis.	*Guanugio.*
IX.	Calapaienſis.	*Calapaia.*
X.	Portus veteris.	*Porto veio.*
XI.	Guaiachilenſis.	*Guaiachil.*
XII.	Popoianenſis.	*Popoiani.*
XIII.	Carchienſis.	*Carchi.*
XIV.	S. Michaëlis.	*Piura.*
XV.	S. Franciſci.	

Lima, ſiue *Vrbs* Regum, tractus maritimi Peruani metropolis cultiſſima, condita eſt à Franciſco Pizarro anno 1535. in eaque reſidet Prorex, atq; vniuerſæ prouinciæ Senatus.

Quito vrbs opulenta ac populoſa admodum, Æquatoris lineæ pænè ſubiacet.

Cuſco montanarum vrbium regina, & Peruanæ prouinciæ metropolis eſt.

Eſt & Meridenſis epiſcopatus, *Merida*, in prouincia Iucatana.

Mexicanum in India occidentali Archiepiſcopum agnoſcunt Epiſcopi ſeptem, Xalicanus, Mothoacanus, Gua-

xacanus, Tlaſculanus, Guatimalanus, Chiaxenſis, & Nicaraguanus.

Mileuitanæ vrbis, ob ſynodum in ea celebratam nobilis, Epiſcopus fuit S. Optatus, cuius exſtant libri de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum. Errant autem qui iſtud Africæ oppidum, *Mileum* ſeu *Mileuim*, cum Melitena Armeniæ metropoli, vel cum Melita inſula confundunt.

Mozarabum ſeu Chriſtianorum Arabibus in Hiſpania mixtorum Miſſa, per Leandrum Hiſpalenſem conſcripta, exſtat tomo 6. Bibliothecæ veterum Patrum.

Nexiuanum Armeniæ maioris vrbs Archiepiſcopalis, Latini ritus.

Philippinis inſulis datus eſt primus Epiſcopus an. 1579. teſte Bozio l. 4. c. 3. Archiepiſcopum poſtea iſtis in inſulis cum aliquot Epiſcopis ſuffraganeis collocatum fuiſſe, nonnemo mihi narrauit. Philippinarum porrò inſularum aliquot millia eſſe dicuntur, ex quibus non niſi triginta circiter parent Hiſpaniarum Regi.

Poloniæ hierarchia eccleſiaſtica ita ſe habet. Poſteaquam Lituani ſeſe cum Polonis penitus coniunxere, atque in vnum Reipublicæ corpus coaluere, anno 1578. in comitiis Lublinenſibus inter regni Poloniæ Senatores, primi ſunt Antiſtites nominati, atq; iſto ordine, ad ferenda ſuffragia, collocati: primùm Archiepiſcopi duo, Gneſnenſis, in Polonia maiore, & Leopolienſis, in Ruſſia. Sequuntur Epiſcopi XIII. Cracouienſis, in Polonia minore. Vladiſlauienſis, in Cuiauia.

Vilnienſis, in Lituania.
Poſnanienſis in Polonia maiore. } *alternatim*.

Plocenſis in Maſouia.
Varmienſis in Pruſſia. } *alternatim*.

Luceorienſis, ſeu Lucenſis. Præmiſſienſis in Ruſſia. Mednicenſis in Samogitia. Culmenſis in Pruſſia. Chelmenſis in Ruſſia. Kiouienſis, ibidem. Camenecenſis in Podolia.

Præter Latinos iſtos Antiſtites ſunt & tres Ruſſici, ac Græci ſchiſmatis Epiſcopi, quos ipſi Ruſſi *Vladicas* vocant, nimirum

nimirum Leopolienſis, Præmiſlienſis & Chelmenſis : qui vnà cum ſectatorib. ſuis, & aliis Ruſſicis itidem Epiſcopis, qui ſunt in ditione Lituanica, à Kiouienſi Metropolita, & à Patriarcha Cōſtantinopolitano, quò ad religionē & initiationē, dependent. Habent & ſuum Armeni Epiſcopū : ſed neq; hic, neq; Ruſſici in Senatu regio locū obtinēt. Olim, latiùs patente Polonorum regno, & Vratislauienſis itemq; Lubuſſenſis & Camenenſis Epiſcopi ſuū in Senatu ordinē habuerūt: atq; etiamnū duo priores in ꝓuincia Gneſnenſi cenſentur. Hodie verò Camenenſis epiſcopatus in Ducum Pomeraniæ, Lubuſſenſis in Marchionū Brandeburgicorū, Vratislauienſis autem in Bohemiæ Regū ditione, exiſtunt. Ita ferè Martinus Cromerus libro de Poloniæ ſitu, magiſtratibus & deſcriptione.

Ceterū poſt Cromeri tempora, an. nimirū 1596. Rutheni ſeu Ruſſi in communionē à Clemente VIII. ſunt recepti: vt patet ex fidei ꝓfeſſione ab ipſis emiſſa, & ſignata à Kiouiēſi Archiepiſcopo ſeu Metropolita, itemq; à Vulodomicienſi, Luceorienſi, Polocenſi, Præmiſlienſi, Leopolienſi, Chelmēſi & Pinſcenſi Epiſcopis. Baronii tomū 7. cōſule, in fine.

Vt ad Polonos redeam, præter Gneſnenſem & Leopolienſem Archiepiſcopatus, Rigenſis inſuper in Liuonia Archiepiſcopatus iuris hodie Polonici cenſetur: ex quo nimirum Poloni prouinciam illam Equitibus Teutonicis ſeu Marianis, adeoq; Imperio Germanico ademerunt.

Portucale, vrbs Luſitaniæ epiſcopalis, quà ſe Durius euoluit in mare. Vnde Portugaliæ nomen ipſi vrbi primum, deinde toti prouinciæ ab oppido Cale factum, quod hodie oppidum Caia dicitur: teſte Mariana l. 6. rerum Hiſp. c. 15.

Portugaliæ, ſeu Luſitaniæ regnum tres habet Archiepiſcopos, Bracarenſem, Oliſiponenſem, & Eborenſem. Bracarenſis habet ſuffraganeos Portugalenſem & Algarbienſem ſeu Siluenſem Epiſcopum. Oliſiponenſem agnoſcunt hodie Septenſis in Africa; Braſilienſis in Braſilia, & inſulæ S. Thomæ apud Æthiopes Epiſcopus.

Pragam Bohemiæ vrbem regiam archiepiſcopali honore

Digitized by Google

inſigniuit Clemens VI. Papa,& Olomucenſem Morauiæ Epiſcopum vt ſuffraganeum contribuit: Carolo IV. Imp. petente.

Raguſino Archiepiſcopo in Dalmatia ſuffraganei ſunt, Stagnenſis, Garzalenſis, Roſanenſis, Stephanenſis, & Marconenſis, Epiſcopi: vt ex Vrbe accepimus. Vide Epidaurus.

Roſſanenſem Eccleſiam, quæ antea ritum ac linguam in ſacris Græcam ſeruabat, ſuo æuo Latinam eſſe factam tradit Barrius lib. v. de antiq. Calabriæ. Idem tradit ſedem epiſcopalem *Thurio* (cùm id oppidum eſſet vaſtatum) Roſſanum eſſe translatum. Fuit in hoc tractu & *Maurum* oppidum, cathedrâ item epiſcopali olim inſigne, inter Thurium & Coriolanum.

Rutheni ſiue Ruſſi Sarmatiæ populi in communionem Eccleſiæ Romanæ anno 1596. à Clemente VIII. Papa ſunt recepti. Horum Metropolita eſt Archiepiſcopus Kiouienſis: Epiſcopi ſunt Vulodomicienſis, Luceocienſis, Polucenſis, Præmislienſis, Leopolienſis, Chelmenſis, & Pinſcenſis. Vide Baronii Tomum ſeptimum, ad Calcem, & ſupra, *Polonia*.

Sabaria, S. Martini Turonenſis Epiſcopi patria, Plinio eſt in Norico, Ptolemæo autem in Pannonia ſuperiore: Hungariæ oppidum hodie, quod *Stainamangriam* vocant Germani, *Stain am Angern*.

Sagonenſis in Corſica Epiſcopus, *Sago*, Piſanum Metropolitanum agnoſcit, & vrbe à piratis vaſtatâ hodie reſidet in oppido Vicenſi aut Caluenſi, in eadem inſula: Gregorio XIII. annuente.

Saliſburgenſem, Friſingenſem, Ratiſponenſem, & Aichſtatenſem Epiſcopatus inſtituit S. Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus: Odilone Boioariorum Duce cõſentiente. Porrò Salisburgum, olim Iuuanium nuncupatum, vetus Romanorum colonia, ſuffraganeos, ſeu Coëpiſcopos habet octo, Friſingenſem in Bauaria, Ratiſponenſem, Pataulenſem, Brixinenſem, Gurcenſem, Chiemenſem, Seccouienſem,

Digitized by Google

uienſem,& Lauentinenſem: teſte Hundio. Ex his ſuffraganeis quatuor priores vnà cum Salisburgenſi, inter Imperii Romani Principes cenſentur,locumq; publicis in comitiis habent: ceteri quatuor non item. Metropolim Salisburgenſem accuratè deſcripſit Viguleus, Hundius I. C. & ſupremi Boiorum Senatus Monachii Præſes ; additis Salisburgenſium,Friſingenſium, Ratiſponenſium, Patauienſium,ac Brixinenſium Epiſcoporum catalogis, Ingolſtadii anno 1582. *Friſinga*, medio ferè itinere inter Monachium & Landshuetam ſita,primum habuit Epiſcopum S Corbinianum,à Gregorio III P.M.circa an. 710. in Bauariam miſſum. De cuius epiſcopatus initiis ac progreſſu ſcripſit anno 1187. Conradus Friſingenſis Canonicus: quem alii poſtea vſque ad annum 1521. continuarunt. *Ratiſbona* ciuitas eſt imperialis & libera ad Danubiū poſita, in qua ferè Imperii comitia celebrari ſolent. Epiſcoporum eius vrbis res geſtas,præter Hundium , & Wolffgangus Hungerus deſcripſit. Gerardus Mercator & alii Ratisbonenſem Epiſcopum ſcribunt liberum eſſe atq; exemptum. Patauienſib. Epiſcopis Laureacenſes Archiepiſcopi dederunt originē,à Laureaco Norici oppido olim metropolitano ſic dicti. Sedes porrò metropolitica inde Patauium primò,deinde Salisburgū eſt translata. Eſt autem Patauium, vulgò *Paſſau*, ſitum ad confluentem Oeni & Danubii. *Sabiona*, Germanicè *Seben*, in Comitatu Tirolenſi inter Oenipontem & Bozanum , fuit olim ſede epiſcopali nobilis: quæ inde Brixinam per S. Albuinum circa annum 1034. tranſtulit. Ceterum Epiſcopi Brixinenſes,vt & Tridentini, tametſi iure Aduocatiæ ad Comitatum Tirolenſem pertineant,ſunt tamen Principes Romani Imperii, locumque in comitiis habent imperialibus,atque ad ſubleuandas Imperii neceſſitates contribuunt. Reliqui quatuor epiſcopatus de Salisburgenſium Archiepiſcoporum menſa, vt loquuntur,ſunt inſtituti : *Gurcenſis* nempè per Gebhardum Archiepiſcopum circa annum 1073. *Chiemenſis* verò, *Seccouienſis* & *Lauentinenſis* per Eberhardum Archiepiſcopum

circa an. 1214. & 1220. Olim & Tridentinus Epiſcopus, niſi fallor, agnouit Salisburgenſem.

Sardiniæ inſulæ Archiepiſcopatus ſunt Caralitanus, & Turritanus.

Satrianenſis & Campanienſis vrbes regni Neapolitani communem habent Epiſcopum. Prior Eccleſia eſt ſuffraganea Archiep. Salernitano: altera autem Compſano.

Saxoniæ & Vandaliæ veteris Epiſcoporum & Pſeudo-epiſcoporum ſucceſſionem ab anno 1500. vbi Albertus Cranzius deſiit, vſque ad noſtram ætatem deduxit, & Roſtochii 1592. edidit Dauid Chytræus, Lutheranus, ideoque cautè legendus.

Scotia duos habet Archiepiſcopos, *Sant-Andreanum*, & *Glaccoënſem*. Priori totius Scotiæ Primati ſubſunt, Dunckeldenſis, Aberdonēſis, Morauienſis, Dumblanēſis, Brechinēſis, Roſſenſis, Cathanenſis, & Orcadenſis. Poſteriorem agnoſcunt Epiſcopi Candidæ Caſæ, Liſmorienſis, & inſularum: teſte Camdeno.

Scodra vrbs epiſcopalis Dalmatiæ ſub Antibarenſi Archiepiſcopo, *Scutari*, olim Venetis, nunc Turcis paret.

Scyllaceum vrbs eſt Calabriæ antiquiſſima, Caſſiodori, viri ſcriptis celeberrimi patria: cuius vrbis Epiſcopi Romanis ſynodis ſub Vigilio & Hilario Papis ſubſcripſiſſe leguntur.

Segobia nouæ ciuitas eſt epiſcopalis in Philippinis inſulis apud Iapones.

Seleucia Parthorum hodie *Bagded*.

Senenſi in Etruria Archiepiſcopo ſuffragantur Epiſcopi, Ilicinenſis, Ciuitatenſis, Populonienſis, Liburnienſis, itemque in Corſica Maſſenſis, Aiacenſis, Alerienſis. Sed Montis Politiani Epiſcopus eſt exemptus.

Siſcia vrbis ad Saui ripam, è regione oſtii Colapis fluuii, Plinius, Ptolemęus, Strabo, Velleius Paterculus, aliiq; meminerunt: cuius rudera hodie in confinibus Stiriæ, Hungariæ & Sclauoniæ *Soſſed* incolæ nuncupant. Huius loci ſedes

ſedes epiſcopalis inde Sagrabiam eſt translata. *Siſcia* patronum atq; Apoſtolum habuit S. Quirinum Epiſcopum Laureacenſem: cuius martyrium egregio carmine Prudentius celebrat.

Sieſuicenſis, Ripenſis, Achuſienſis, & Aldeburgenſis in Cimbrica Cherſoneſo Epiſcopatus circa annum 948. fundati ſunt, per Othonem Magnum Imperatorem Aldeburgo ſedem Epiſcopi poſtea Lubecam curauit transferendum Henricus Leo.

Spalatenſi in Dalmatia Archiepiſcopo, ad mare Adriaticum, in ditione Venetorum, ſuffraganei ſunt, Segnienſis, Nonenſis, Pharenſis, Tragurienſis, Sanadienſis, Scardonenſis, & Tinienſis. Complectitur hæc diœceſis prouincias Pizoiæ, & Nabdobilæ Turcis hodie ſubiectas, in quibus ſunt 36. parœciæ ſeu pagi Chriſtianorum, qui proprios habent Parochos Illyrica lingua celebrantes. Nonenſis item diœceſeos pars Venetis, pars Ferdinando Archiduci Auſtriæ, pars Turcis ſubeſt. Hæc omnia nobis ex Vrbe vir eruditus ſignificauit.

Strigonienſis Archiepiſcopus, Legatus Apoſtolicus natus, & regni Hungariæ Primas, ſummusque Secretarius, ſuffraganeos habet ſex, Agrienſem, Vacienſem, Nitrienſem, Quinqueeccleſienſem ad Drauum fl. Veſprinenſem, & Iaurinenſem, *Raab*, ad Danubium.

Suerinam ex Mekelenburgo circa annum 1168. ſedem epiſcopalem transferendam curauit Henricus Leo Imperator. Fuerat autem Mekelenburgi in Ducatu Megapolitano primùm inſtituta anno 1062. per Albertum Archiepiſcopum Bremenſem.

Sutrina & *Nepeſina* Eccleſiæ Epiſcopales vnitæ ſub Dominio temporali Sedis Apoſtolicæ.

Tarentinorum Archiepiſcoporum ſeriem recitat Ioannis Iuuenis lib. 8. de antiquitate Tarentinorum, exſtatque in Tomo Italiæ illuſtratæ. Sunt autem in diœceſi Tarentina Abbatiæ quinque, vt vocant, Conſiſtoriales. I. S. Viti, Modeſti, & Creſcentiæ, quæ olim Græcorum monachorũ,

ord. S.Baſilii. II. S. Mariæ de Gelaſo, olim ord. Ciſtercienſis, III. SS.Petri & Andreæ, ord. S.Benedicti. IV. S.Mariæ de Criſpiano. V. S. Mariæ de Talſano, Græcorum monachorum. Eſt in eadem diœceſi & Abbatia Montis Oliueti quæ S.Mariæ de Iuſtitia nuncupatur, aliæq; plurimæ regulares baſilicæ; teſte eodem Ioanne Iuuene.

Tarraconenſis in Catalaunia Archiepiſcopatus habet ſuffraganeos Barcinonenſem, Gerundenſem, Elenenſem Vicenſem, Celſenenſem, Vrgellenſem, Ilerdenſem, & Dertuſanum, vt ex Vrbe nobis amicus ſignificauit.

Taurinenſi Archiepiſcopo in Pedemontio ſubſunt Salutiarum & Montis Regalis, vulgò Mondouienſis, Epiſcopi.

Ticinum hodie Papia, vrbs celebris in Ducatu Mediolanenſi. Epiſcoporũ res geſtas ſcripſit Bernardinus Saccus.

Toletano Archiepiſcopo, regni Caſtellæ Cancellario ſubſunt Epiſcopi, Cordubenſis, Conchenſis, Seguntinus, Iaenſis, Murcienſis ſeu Carthiginenſis, & Vxamenſis.

Tornacum vetus Neruiorum oppidum ad Scaldim fl. *Tournay*, proprium primò habuit Antiſtitem: poſtea Nouiomenſis & Tornacenſis Eccleſiæ fuerunt vnitæ ab anno Chriſti 520. vſque ad tempora S. Bernardi Claræuallenſis Abbatis: cuius opera rurſus proprium Tornacenſes Epiſcopum ab Eugenio III. Papa impetrarunt, an. 1146.

Traiectum inferius, ad veterem Rheni alueum, hodie Vltraiectum ferè nuncupant, *Vtrecht*: quod dignitate epiſcopali à multis retrò ſæculis illuſtre, auxit Archiepiſcopali Paullus IV. anno 1559.

Traiectum ſuperius ad Moſam fl. vulgò *Maſtricht*, ſedes olim Epiſcoporum Tungrenſium, qui nunc Leodici reſident.

Trecenſium in Gallia Epiſcoporum res geſtas ſcripſere Petrus Pithœus, & N.Camuzæus.

Treuerenſium Archiepiſcoporum hiſtoriam ſcripſit Chriſtophorus Browerus, Neomagus, Soc.Ieſu Theologus, quam auidè omnes exſpectant.

Tungo-

Digitized by Google

Tungrorum vrbs vetuſtiſſima ad Iecoram fl. *Tongeren*, tertio lapide à Leodico, cathedram olim habuit Epiſcopalem, quæ poſtea Traiectum ad Moſam, inde Leodicum eſt translata. Tungrenſium, Traiectenſium ac Leodicenſium res geſtas ſcripſere Notgerus Epiſcop. Leodicenſis, quem typis hactenus non editum breui publicabimus, & Ioannes Placentius Antuerpiæ anno 1529. euulgatus, & alii.

Tuamenſis in Hibernia Archiepiſcopus ſex habet ſuffraganeos, Eluanfertenſem, Elfnienſem, Agadenſem, Aladenſem, Duacenſem, Maionenſem.

Turitano Archiepiſcopo in inſula Sardiniæ tres ſunt Epiſcopo ſuffraganei, Algarenſis, Roſſanenſis & Ampurienſis, vt ex Vrbe accepimus.

Valentino in Hiſpania Archiepiſcopo ſuffragantur Epiſcopi, Carthaginienſis, Oriolanus, Segorbicenſis, & Sebatenſis in inſula maiore Balearium.

Valliſoletanus in Hiſpania Epiſcopatus anno 1596. à Clemente VIII. eſt inſtitutus.

Vencienſem & Graſſenſem Epiſcopatus, prouincię Ebrodunenſis, in vnum redactos, auctoritate Apoſtolica anno 1592. teſtatur Chopinus lib. 2. Monaſticon. Sic & in patrimonio Sedis Apoſtolicæ tres Eccleſiæ Caſtellana (ſeu Ciuitatis Caſtellanæ) Ortana & Galleſana ab vno Epiſcopo gubernantur.

Veneta in ditione duo hodie numerantur Patriarchæ, *Venetus & Aquileienſis*, olim & *Gradenſis*; cuius titulus ac nomen deſiit, Veneto excitato.

Verdenſem epiſcopatum ad Alleræ & Viſurgis confluentem, quatuor ſupra Bremam milliaribus fundauit Carolus Magnus.

Veſontionenſem in Burgundia Archiepiſcopum agnoſcunt Baſilienſis, Lauſannenſis & Bellicenſis Epiſcopi. Ex his Bellicenſis ad ditionem regni Galliæ pertinet.

Digitized by Google

Viennenſem, & *Nouæ ciuitatis* in Auſtria, itemque *Labacenſem* in Carniola epiſcopatus anno 1468. Paullus I inſtituit, petente Frederico III. Imperatore. Dicta eſt au tem Vienna olim Vindobomia, & Fabiana : qua in v be ſedes olim metropolitana fuit , inde Laureacu poſtea translata: vt Lazius lib. 2. rerum Viennenſium ca 2. diſſerit.

Vindoniſſa, vrbs olim epiſcopalis: cuius hodie ruinæ i cœnobio Cunighveldenſi , haut procul Sempacho apu Heluetios, vulgò *Windiſſch* dicuntur. Eius loci Epiſco variis conciliis ſubſcripſiſſe leguntur.

Vltraiectum, antiqua Batauorum vrbs, *Vtrecht*, ad ve terem Rheni alueum titulo Archiepiſcopali à Paullo IV anno 1559. aucta eſt Epiſcopis quinque ſuffraganeis attri butis, Dauentrienſi, apud Tranſiſalanos, Groningenſi apud Friſios, Harlemenſi apud Hollandos, Leouardienſi apud Friſios, Middelburgenſi apud Zelandos : quæ oppida omnia vnà cum Vltraiecto hodie ab hæreticis poſſidentur. Vltraiectinorum Antiſtitum res geſtas ſcripſere Hadrianus Barlandus, & Petrus Corneliſſonius Bockenbergius, ſed cautè legendus.

Vrbinati in Italia Archiepiſcopo ſubſunt Feretranus, & Callienſis Epiſcopi.

Vrbis S. Fidei Archiepiſcopus in tractu Braſiliæ, habet plurimas vrbes ſibi ſubiectas, inter alias *Portum omnium Sanctorum*, Epiſcopi Præſidiſque prouinciæ ſedem.

Zagabria vrbs in Sclauonia, gentis Auſtriæ, ſuffraganea Archiepiſcop. Colocenſi: cuius diœceſis maior pars à Turcis hodie occupatur.

Hactenus de quinque primariis eccleſiis Patriarchalibus breuiter diximus: præter quas ſunt & aliæ nonnullæ apud Chriſtianos Orientales, quæ titulum hunc ambiunt, vt de Europæis nihil dicam. Ex Orientalibus, Patriarcha Maronitarum in monte Libano , item Patriarcha Aſſyriorum Chaldæorum in ciuitate Caramit & Seert, vicinisque

nisque

Digitized by Google

niſque partibus agentium, itemque Archiepiſcopus Armenorum prouinciæ Nexiuanenſis in Perſia, viuunt Catholicè, ſub obedientia S Romanæ Eccleſiæ Sediſque Apoſtolicæ. Ceteri ferè errores aliquos habent: vt Iacobitæ & Armenii non prorſus accepiant Concilium Chalcedonenſe, nec expreſsè Dioſcorum damnant. Neſtoriani non recipiunt Concilium Epheſinum, nec expreſsè damnant Neſtorium. Græci in ſolitis ſuis ſchiſmatibus atque erroribus in Concilio Florentino definitis perſiſtunt. Sperandum tamen eos paulatim ad Eccleſiæ Orthodoxæ communionem reducendos, operâ præſertim eorum qui Romæ in Collegiis variarum nationum Orientalium inſtituuntur.

THEATRVM CONVERSIONIS GENTIVM TOTIVS ORBIS;

SIVE,

CHRONOLOGIA

De Vocatione omnium populorum, & propagatæ per vniuerſum orbem fidei Chriſtianæq́ religionis deſcriptio;

AVCTORE
ARNOLDO MERMANNIO.

ITALIA vniuerſa, ipſaque adeo orbis vrbi princeps Roma fidei religioniſque Chriſtianæ auſpicia atque initia cepit anno ſalutis, id eſt, à nato Chriſto, plus minus 44 Claudii Imperat. ſecundo. Claudius verò edicto publico (forte nimio Simonis magi ſtudio, cui auream ſtatuam hac cum inſcriptione nuncuparat, SIMONI MAGNO DEO) Is, inquam, Claudius
Act. 18. præcepit Iudæos omnes Roma excedere auctore S. Luca. Quos miſeratus Agrippa Iudæorum à Claudio Rex conſtitutus in Iudæam admiſit: verum mox illi res nouas moliti,

liti, & in alias & alias ſeditiones verſi, immenſam cladem atque ſtragem, teſte Ioſepho & aliis, ſunt perpeſſi, aliique morte, alii profligatione & exilio, alii proſcriptione ſunt mulctati. Interim Apoſtoli accepto nuper ſpiritu ſancto, & induti virtute ex alto, teſtes ac confeſſores & martyres Chriſti futuri; euangeliumque deportaturi ad omnes mundi ſinus, atque angulos, coacta ſynodo, commodatis communicatiſque mutuo fidei religioniſque ſententiis; capita ipſa in ſymbolum quod vocamus conflauere: vt produnt S. Clemens; Cypria. Ambro. Ruffi. Petr. Chryſol. Auguſt. Leo Papa, Iſido. & alii auctores claſſici. Atque ita demum ſumma cum conſenſione, relictis ob peruicaciam Hieroſolymis, in gentes diſperſi, prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis, inquit S. Marcus cap. 16.

Epiſt. ad Iac. frat. Domini in Compēdio fidei in expoſit. ſymb. epiſt. 81. & Ser. 38. in ſymb. Ser. 57. & ſeq. Ser. 1 in Vigil. Pentec. & lib. ad Catec.

Orbis igitur Vrbi ſupremæ atque præcipuæ, Apoſtolorum caput ſeu vertex ac primas in fidem religionemque Chriſtianam aſſerendæ vindicandæque (non ſine numine Diuum) deſtinatus eſt ab Oriente in Occidentem, à Iudæis ad Gentes; vti dudum oraculis compluribuſque vaticiniis diuinis fuerat præſagitum; S. Petrus hominum piſcator iuxta Chriſti ſponſionem auſpicatiſſimus futurus, & in ſuum rete, mundum vniuerſum felici omine Chriſtique præſidio pertracturus. Quum enim Antiochenſem fundaſſet Eccleſiam, vbi primum Chriſto qui nomen dederant vocati ſunt Chriſtiani; ibique epiſcopatum adminiſtraſſet ſex annos, prædicato interim diſperſis per orbem profugiſque Iudæis euangelio in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, Bithynia; tota Palæſtina & Syria, annoque ſeptimo appetente, expugnaturus Simonem magum ac præſtigiatorem, contendit Romam, ibique cathedram ſacerdotalem, ſedemque epiſcopalem, apoſtolicam, primam tenuit, aſſeruit, vindicauit annos XXV. vſque ad vltimum, hoc eſt XIV. Neronis, quo etiam cruci affixus eſt, corpo-

Epiſt. 13. decret. lib. 2. de diui. off. & lib. 6. ety. ca. 19. & lib 1. de ſum. bo. cap. 23.

Act 11.

S. Petr. præſedit eccleſiæ Antiochenſi ſecundum Niceph. Cōſtāt. annos 11. in ſua Chro.

Digitized by Google

re tranſuerſo, capite deorſum, pedibus ſurſum; aſſerens ſe indignum, qui, vti Dominus, crucifigeretur. Eius hiſtoriæ locupletiſſimos pariter ac grauiſſimos auctores habemus, Hieron. in Cata. ſcript. Eccleſ. Euſeb. Cæſ. Tertull. Aug. Irenæ. Cyrill. Hieroſ. Egeſipp. Paul. Oroſ. Theodorit. Fir. Lactant. Cypria. Pet. Chryſol. Abdi. Babylon. Amb. Atha-na. Phil. Brixienſ. Vincent. Lirin. Epipha. Clement. Rom. Clement. Alexand. Orige. Nicepho. Conſtant. Patriarch. Nicepho. Call. Doroth. Iuſtin. Philoſoph. Mart Io. Chry-ſoſt. Bernard. Leon. Pont. Max. Maxi. Taurinenſ. Grego. Turo. Freculph. Lexouienſ. Eutrop Io. Zona. Sulpit. Se-uer. Fulgent. Ruſpenſ. Afr. Georg. Cedren. Honor. Au-guſtudu. Optat. Mileuit. Damaſ. Pont. Max. Adon. Vien. Hiſtoric. cunctos, omnium concil. Patres, Iuſtinia. Imper. Photium Patriarch. Conſtant. qui, cum fuerit Græcus, neque parum de hæreſi ſuſpectus, à quo nihil eiuſmodi ex-pectandũ videbatur, præter cæteros elegantiſſime D. Cõ-ſtantini M. donationem S. Syluestro Pontif. Max. eiuſque ſucceſſoribus factam, deſcribit Dionyſ. Corinthi Epi-ſcop.

Ec. hiſt. lib. 2. cap. 14. & lib. 3. cap 1. & ſe-quent. & in Chronic. lib. de præſcript hær. De hæreſ ad Quod. Hæreſ. lib. 2. cont lit. Petil. cap. 51 e-piſt. 165. de ſchiſmate Do-natiſtarum. & alibi Lib. 3. cont. hær. Valent ca. 1. & ſeq. Ca-tech 2. 6 11. 17 Lib. 3. de excid. Hier. cap. 2. Lib. 7. cap 7. lib 1. Fabul. hære. Lib. 4. cap. 21. de Vera relig. Lib. 4. Epiſt. 2. ad Antonia.

Neque aliunde (per Deum immortalem) vnquam hæ-reſes emerſerunt, niſi, quod huic ſedi, in qua, teſte S. Cyp. & rerum perpetuo vſu atque experientia, nunquam hæreſes aut natæ ſunt, aut educatæ non acquieſcatur: niſi inquam, quod huic ſacerdoti, vnico & ſingulari Chri-ſti Vicario ouiliſque Dominici paſtori œcumenico ac v-niuerſali, à reliqua fraternitate vniuerſa non obedia-tur, inquit Cypr. libr. 1. Epiſt. 3. Vni Petro ſe petram conſecrauit, eumque ædificandæ Eccleſiæ, cui por-tæ inferi nullo tempore præualerent, baſim ſolidam fore diſſeruit: vni Petro claues regni cœlorum tradi-dit: vni Petro ligandorum iuxta ac ſoluendorum pec-catorum auctoritatem conceſſit. Matth. 16. In vnius Petri nauiculam ei contra omnem ventorum, aqua-rum, fluctuum, tempeſtatum iniuriam, ſuppetias la-turus,

Serm. 107. lib. 1. Hiſt. Apoſt. Lib. 5 epiſt. 32 & alias. In apol. pro ſua fuga. Lib. de hæreſ. cont. Nouato. hæret. Lib. 1. to. 2. hæreſ. 21. 27. & in anchora. Lib. recog. Lib. conſtit. Apoſt. & in compend. Lib. 4 Ar. mat. To. 2. homil. 2. in Luc. In Coronol.

titus, & opem, conſcendit Luc. 5. Pro vnius Petri fide ac perſeuerantia rogauit. Luc. 22. Vni Petro firmandorum fratrum & in fide ſeu inſtruendorum ſeu reparandorum collegarum curam commiſit. Ibid. Vnius Petri erga ſeſe affectum atq; ſtudium accurate, imo ter maxime explorauit & inquiſiuit. Cum vno Petro tanquàm pari & velut alter ipſe cenſus eſt. Denique vni Petro & paſcendos & regendos ſuos agnos oueſque credidit. Ioann. 21. Matth. 17. Quumque omnibus idem periculum immineret, pro vno Petro oratum Patrem habuit: vt reliquorum extincta, Petri vnius fides, nulla temporis intercapedine, nulla hominum iniuria, nulla mortalium barbarie, nullis diaboli artibus, nulla vi, nullo aſtu, nulla tyrannide deleretur. Luc. 22. & exauditus eſt pro ſua reuerentia Heb. 5. vt fides Petri nunquam abroganda, cæterarum Eccleſiarum fidem roboraret, aut labefactatam purgaret, ab Eccleſia S. Petri quaſi omnium matrice & parente reliquæ omnes veritatis ſempiternæ acq; inuictæ lumen acciperent, acceptum cuſtodirent, amiſſum forte, reciperent, illi poſtremo quicquid tandem æqui bonique haberent, acceptum ferrent: vti ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus liquet, quos enumerare longum eſt. Cæterum cum huic noſtræ compendioſæ tabulæ incongruum eſſet, & incommodum, vniuerſarum Eccleſiarum ſucceſſiones, omnium epiſcoporum, ſeu doctorum, ſeu paſtorum ſeries examuſſim commemorare, maximæ eiuſque antiquiſſimæ (vt D. Irenæi verbis vtar) omnibuſque cognitæ à glorioſiſſimis duobus columinibus SS. Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, annunciatamq; hominibus fidẽ per ſucceſſiones Epiſcoporũ peruenientem ad nos vſq; indicantes, confutamus ac confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui malam placentiam, ſiue philautiam, vel vanam gloriam, vel animi vitium, mentiſque cæcitatem, & malam ſententiam, aut

Lib. 2 cap. 14. & ſeq. & lib. 3. cap. 1. [illegible] In Synop. [illegible] in Pareneſ. ad g[illegible] Pſal. 48. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Serm. de Ioan. Bapt. & Ser. [illegible] S. Pet. Ser. 2. de conuerſ. [illegible] Ser. de Petro [illegible] Paul. Lib. [illegible] cap. [illegible] Lib. 9. To. [illegible] Lib. [illegible] Lib. de [illegible] & grat. [illegible] in Compen. [illegible] in Chron. Lib. 1, [illegible] Niceen. Conſtant. Epiſt. [illegible] & [illegible] Lib. 1. de ſumma Trin. [illegible] cath. [illegible] Tit. [illegible] Dionyſ. [illegible] Ceſ. lib. 1, cap. 15.

quamcumque cupiditatem , præterquam omnes colligunt, ſapiunt, credunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem , neceſſe eſt omnes conuenire Eccleſias, hoc eſt, eos qui ſunt, vndique fideles , in qua ſemper ab his qui ſunt vndique conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Ita fere ille. Et hæc quidem ita paucis de triumphante in fidei religioniſque faſtigio, rerumque Chriſtianarum potiunte Roma, dicta ſunto. Iam nunc cæteras Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum Eccleſias, inde deriuatas atque oriundas inſpiciamus.

Palæſtina & cuncta Iudæa, ipſaque Hieroſolyma epiſcopum, & Apoſtolum ſortita eſt ſtatim à Domini paſſione communi totius ſenatus Apoſtolici conſtitutione atque ſuffragiis S. Iacobum fratrem Domini, cognomento Iuſtum, Anno Chriſti nati XXXIII. ibique ſacerdotis munere functus eſt XXX. annos, id eſt, vſque ad Domit. Neronis ſeptimum, eius cathedra aſſeruata eſt ſummo cum honore, ſicut & S. Petri, Pauli, aliorumque Apoſtolorum icones: vti legere eſt apud Euſeb. Cæſ. hiſt. Ecc. libr. 2. cap. 1. & 23. & lib. 7. cap. 14. & 15. Nicepho. Conſtant. patri. in Chrono. Hieronym. in Catalog. Ioſeph. libr. 20. Antiq. Iudaic. cap. Egeſipp libr. 5. Abdi. Babylon. lib. 6. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 38. Clem. Alexand. lib. 6. & 7. Strom. Io. Zona. To. 3. Ado. Viennenſ. de 6. ætat. Georg. Cedren. in Compend. Hiſt. Auguſt. To. 4. lib. expoſit. in epiſt. S. Paul. ad Gal. lib. 2. cont. Creſcon. Grammat. cap. 157. Hippolyt. Epiſc. Portuenſ.

In Iudæa item fidem Chriſti deprædicarunt & propagarunt S. Matthæus ex publicano apoſtolus, ibique Euangelium Hebraice ſcripſit anno 41. apud Capernaitas, & S. Iacobus frater Ioannis Zebedæi filius prædicauit 12. tribubus quæ erant in diſperſione, quem ſecuri percuti iuſſit Herodes Iudæorum Tetrarcha Anno 36. Simon quoque Chananæus Chriſti Euangelium Iudæis

Al. Simeon Cleophæ filius.

pro-

prouulgauit, & Iacobo è pinnaculo templi præcipitato, & fullonis fuſte interfecto, in Epiſcopatu ſurrogatus eſt anno 63. vt habet Chronol. Niceph. Conſt. Euſeb. Cæſ. libr. 3. Ecc. Hiſtor. cap. 11. & in Chro. Hieron. in Cata. Nice. Call. lib. 2. cap. 12. Clem. Alex. 7. Strom. Egeſip. Io. Zona. Georg. Cedre. Ado. Viennenſ.

Ferunt Matthiam etiam in Iudæ Iſcariotis locum ſuffectum, populum Iudaicum docuiſſe, Sophro. Hiſtoria Treueriana, ſcriptor quidam Hebræus vitæ S. Matthiæ nuper Abdiæ Babylo. adiectus. Hic mihi obiter adnotandum putaui, id quod prodit Euodius, ſecundus à S. Petro Antiochenſium epiſcopus, explicans illud Actor. 8. de eccleſiæ Chriſti diſperſione, nimirum omnes diſcipulos 72. diaconos, fideles huc illuc timore perſecutionis graſſantis, vertiſſe ſolum, & relicta vrbe Hieroſolymitana, in diuerſas terras diremptos, exceptis apoſtolis, quibus edicto diuino cautum fuerat, & inhibitum ante annum 12. Hieroſolymis excedere: & interea eos paſſim communi ſtudio atque conatu mutuam commodaſſe omnes operam diuulgando Euangelio Iudæis, quod refert Euſ. Cæſ.

Inde mundi partitione quodammodo facta, ad ſuas quiſque prouincias ſorte obtingentes abierunt, iuxta illud Pſalm. 18. Rom. 10. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: & primum quidem per diſcipulos profugos & diſperſos Iudeæ, Galileæ, & Samariæ ciuitates Chriſtum didicerunt, Act. 8. & ſequ. demum vero catechizatos quoſque, fideique rudimentis imbutos, & ſeu per Philippum, ſeu alios Euangeliſtas Baptiſmi ſacro fonte luſtratos, Apoſtoli Petrus, Ioannes, & alii firmarunt, roborarunt, ac Spiritu ſancto donarunt, vti ex Actis Apoſtolicis liquet. *Act. 8. 19.*

Samaria, Gaza, Azotus, Eunuchus Candacis reginæ Æthiopum, Cæſarea per Philippum diaconum Euangeliſtam; Phœnices, Cyprii, Cyrenaici, Antiocheni per alios

vero teſtium duos primos lapides ſecum tumulo dari, Imp. Claud. S. Petr. Pont. Max. anno, & quod excurrit, 40. auctor. Sophro. in Cat. Niceph. Call. lib. 2. cap. 40. Doroth. Synopſ. auctor vitæ Hebræ.

Reliqua Æthiopia, Felix Arabia, Erythra, Taprobana inſula, mari rubro clauſa, habuit euangelii præconem Eunuchum Reginæ Candacis à S. Philippo edoctum, Luc. Act. 8. Tib. principe A. S. Petr. Pont. Max. anno Domini XXXIII. teſte Euſ. Ec. Hiſt. libr. 2. cap. 1. Doroth. Synopſ. Niceph. lib. 2. cap. 6.

Parthi, Medi, Perſæ, Magi, Bactri, Hircani, Indi, Æthiopes, Taprobani, Edeſſæi, Bragmani, Germani per pædagogiam S. Thomæ Apoſtoli ad Chriſti fidem perducti ſunt, & extincta idolomania, ædificatis templis compluribus auguſtiſſimis, conſecratis aris, deuotis Deo animis, perceptis Euchariſtiæ myſteriis (& quidem ſub altera, panis inquam, ſpecie) omnem barbariem exuerunt anno XLV. & quod excurrit, partim Claud. partim Domit. Nero. Impp. A. A. S. Petr. Pontif. Max. id quod legere eſt in Cat. Sophro. apud Euſeb. lib. 1. cap. vltim. libr. 3 cap. 1. in Chron. Niceph. Call. libr. 2. capit. 40. libr. 3. capit. 1. Adon. Vienn. Io. Zona. Georg. Ced. Doroth. Synopſ. Abd. Babyl. lib. 9.

Numidiam, Mauritaniam, Barbariam, reliquamque Africam, vna cum Æthiopia, quam à meridie reſpicit, ab ipſis Apoſtolis Chriſto conſecratam exiſtimo; deinde 22. Martyrum ſanguine, imperante Valeriano A. Anno CCLVI. in fide firmatam aſtruit D. Io. Schomer. & Auguſtinus alibi refert ſuo tempore fidem Chriſti in Africa CCCC. annos duraſſe, perpetuamque Pontificum Max. ſucceſſionem, S. Cyprianum quoque præfuiſſe Carthagini anno CCL. Fabiano & Corne. Pontif. Max. & tunc quidem Africam pluſquam LXXX. habuiſſe epiſcopos ex Concil. Cartha. 1. conſtat, quod videtur circa Stephani 1. Pont. Max. tempora celebratum anno plus minus CCLVI. Sæuiente item perſecutione Vandalica in Chriſtianos

præſer-

Digitized by Google

præſertim catholicos, & eccleſiaſticos fuiſſe viros præſtantiſſimos in Africa Antiſtites, qui plebem continebant in officio, quum paſſim & Itali & Hiſpani & Galli & Germani ad Deorum idolorumque cultum redirent, variis hiſtoriis demonſtrari poteſt: & hæc fuit S. Auguſtino Afro cauſa ſcribendorum librorum 22. de ciuitate Dei, & Oroſio Hiſpano 7 & Saluiano Maſſilienſi 8. de iudicio & prouidentia Deĭ. Arnobium quoque & Tertullianum in Africa floruiſſe nemo neſcit. Prætereo illam prolixam hiſtoriam de traditione ſacrorum codicum, de qua ſæpe Auguſt. Optat. Mileuit. & alii.

In Africa fuiſſe olim quinque metropoles cum ex Synodo Mileuitana, tum D. Optato Mileuitano libro 1. & 2. liquet, tametſi Iuſtinianus lib. 1. & 2. C. de offic. præf. præto. Afric. & Paul. Oroſ. lib. cap. 2. ſeptem Africæ prouinciis ſeptem reſpondere metropoles inſinuent. identidemque ſignificat Optatus libr. 4. Africam vero totius orbis opum fuiſſe ditiſſimam, Carthaginemque alteram in Africa Romam appellari ſolitam, & ab ipſis Apoſtolis fidei Chriſtianæ nuncupatam aſſerit D. Saluianus libr. 7. Eccleſias autem Africanas vſque adeo dotatas fuiſſe à Diuis Auguſtis Principibus, præter alios prodit D. Optat. libr. 1. & 3. contra Parmenia. & Diuus Auguſt. libr. 3. cont. Creſcon. cap. 29. Vt calices reliquaque vaſa ſacra fere aurea & argentea fuerint, & veſtimenta vel aurata vel auro argentoque intexta, & eiuſmodi quoque ſupellectilem eccleſiaſticam extitiſſe Conſtantinopoli, Hieroſolymis, Romæ, Mediolani, Nolæ, Campaniæ, & per omnes ferme eccleſias, vel ex hoc probatum eſt, quod non raro, vel alendorum pauperum, vel redimendorum captiuorum cauſa, ſæpe diſtracta ſint, ſæuientibus paſſim in Chriſtianos ſeu Hunnis, ſeu Gothis, ſeu Vandalis, ſeu aliis Barbaris. Diuus Hieronymus refert etiam libros ſacroſque codices inauratos, & purpura ac byſſo veſtitos, auroque argentoque cælatos, nonnul-

Digitized by Google

Viennenſem & *Nouæ ciuitatis* in Auſtria, itemque *Labacenſem* in Carniola epiſcopatus anno 1468. Paullus II inſtituit, petente Frederico III. Imperatore. Dicta eſt autem Vienna olim Vindobomia, & Fabiana: qua in vrbe ſedes olim metropolitana fuit, inde Laureacum poſtea translata: vt Lazius lib. 1. rerum Viennenſium cap. 2. diſſerit.

Vindoniſſa, vrbs olim epiſcopalis: cuius hodie ruinæ in cœnobio Cunighveldenſi, haut procul Sempacho apud Heluetios, vulgò *Windiſſch* dicuntur. Eius loci Epiſcopi variis conciliis ſubſcripſiſſe leguntur.

Vltraiectum, antiqua Batauorum vrbs, *Vtrecht*, ad veterem Rheni alueum titulo Archiepiſcopali à Paullo IV. anno 1559. aucta eſt Epiſcopis quinque ſuffraganeis attributis, Dauentrienſi, apud Tranſiſalanos, Groningenſi apud Friſios, Harlemenſi apud Hollandos, Leouardienſi apud Friſios, Middelburgenſi apud Zelandos: quæ oppida omnia vnà cum Vltraiecto hodie ab hæreticis poſſidentur. Vltraiectinorum Antiſtitum res geſtas ſcripſere Hadrianus Barlandus, & Petrus Corneliſſonius Bockenbergius, ſed cautè legendus.

Vrbinati in Italia Archiepiſcopo ſubſunt Feretranus, & Callienſis Epiſcopi.

Vrbis S. Fidei Archiepiſcopus in tractu Braſiliæ, habet plurimas vrbes ſibi ſubiectas, inter alias *Portum omnium Sanctorum*, Epiſcopi Præſidisque prouinciæ ſedem.

Zagabria vrbs in Sclauonia, gentis Auſtriæ, ſuffraganea Archiepiſcop. Colocenſi: cuius diœceſis maior pars à Turcis hodie occupatur.

Hactenus de quinque primariis eccleſiis Patriarchalibus breuiter diximus: præter quas ſunt & aliæ nonnullæ apud Chriſtianos Orientales, quæ titulum hunc ambiunt, vt de Europæis nihil dicam. Ex Orientalibus, Patriarcha Maronitarum in monte Libano, item Patriarcha Aſſyriorum Chaldæorum in ciuitate Caramit & Seert, viciniſque

niſque partibus agentium, itemque Archiepiſcopus Armenorum prouinciæ Nexiuanenſis in Perſia, viuunt Catholicè, ſub obedientia S. Romanæ Eccleſiæ Sedisque Apoſtolicæ. Ceteri ferè errores aliquos habent: vt Iacobitæ & Armenii non prorſus acceptant Concilium Chalcedonenſe, nec expreſsè Dioſcorum damnant. Neſtoriani non recipiunt Concilium Epheſinum, nec expreſsè damnant Neſtorium. Græci in ſolitis ſuis ſchiſmatibus atque erroribus in Concilio Florentino definitis perſiſtunt. Sperandum tamen eos paulatim ad Eccleſiæ Orthodoxæ communionem reducendos, operâ præſertim eorum qui Romæ in Collegiis variarum nationum Orientalium inſtituuntur.

Digitized by Google

THEATRVM CONVERSIONIS GENTIVM TOTIVS ORBIS;

SIVE,

CHRONOLOGIA

De Vocatione omnium populorum, & propagatæ per vniuerſum orbem fidei Chriſtianæq́ religionis deſcriptio;

AVCTORE

ARNOLDO MERMANNIO.

ITALIA vniuerſa, ipſaque adeo orbis vrbs princeps Roma fidei religionisque Chriſtianæ auſpicia atque initia cepit anno ſalutis, id eſt, à nato Chriſto, plus minus 44. Claudii Imperat. ſecundo. Claudius verò edicto publico (forte nimio Simonis magi ſtudio, cui auream ſtatuam hac cum inſcriptione nuncupatat, SIMONI MAGNO DEO) Is, inquam, Claudius
Act. 18. præcepit Iudæos omnes Roma excedere auctore S. Luca. Quos miſeratus Agrippa Iudæorum à Claudio Rex conſtitutus in Iudæam admiſit: verum mox illi res nouas moliti,

liti, & in alias & alias ſeditiones verſi, immenſam cladem atque ſtragem, teſte Ioſepho & aliis, ſunt perpeſſi, aliique morte, alii profligatione & exilio, alii proſcriptione ſunt mulctati. Interim Apoſtoli accepto nuper ſpiritu ſancto, & induti virtute ex alto, teſtes ac confeſſores & martyres Chriſti futuri; euangeliumque deportaturi ad omnes mundi ſinus, atque angulos, coacta ſynodo, commodatis communicatiſque mutuo fidei religioniſque ſententiis, capita ipſa in ſymbolum quod vocamus conflauere: vt produnt S. Clemens, Cypria. Ambro. Ruffi. Petr. Chryſol. Auguſt. Leo Papa, Iſido. & alii auctores claſſici. Atque ita demum ſumma cum conſenſione, relictis ob peruicaciam Hieroſolymis, in gentes diſperſi, prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis, inquit S. Marcus cap. 16.

Epiſt. ad Iac. frat. Domini in Compedio fidei in expoſit. ſymb. epiſt 81. & Ser. 38. in ſymb. Ser. 57. & ſeq. Ser. 1 in Vigil. Pente. & lib. ad Catec.

Orbis igitur Vrbi ſupremæ atque præcipuæ, Apoſtolorum caput ſeu vertex ac primas in fidem religionemque Chriſtianam aſſerendæ vindicandæque (non ſine numine Diuum) deſtinatus eſt ab Oriente in Occidentem, à Iudæis ad Gentes, vti dudum oraculis compluribuſque vaticiniis diuinis fuerat præſagitum; S. Petrus hominum piſcator iuxta Chriſti ſponſionem auſpicatiſſimus futurus, & in ſuum rete, mundum vniuerſum felici omine Chriſtique præſidio pertracturus. Quum enim Antiochenſem fundaſſet Eccleſiam, vbi primum Chriſto qui nomen dederant vocati ſunt Chriſtiani, ibique epiſcopatum adminiſtraſſet ſex annos; prædicato interim diſperſis per orbem profugiſque Iudæis euangelio in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, Bithynia, tota Palæſtina & Syria, annoque ſeptimo appetente, expugnaturus Simonem magum ac præſtigiatorem; contendit Romam, ibique cathedram ſacerdotalem, ſedemque epiſcopalem, apoſtolicam, primam tenuit, aſſeruit, vindicauit annos xxv. vſque ad vltimum, hoc eſt xiv. Neronis, quo etiam cruci affixus eſt, corpo-

Epiſt. 13. decret. lib. 2. de diui. off. & lib. 6. ety. ca. 19. & lib. 1. de ſum. bo. cap. 23.

Act. 11.

S. Petr. præſedit eccleſiæ Antiochenſi ſecundum Niceph. Conſtãt. annos 11. in ſua Chro.

Digitized by Google

re tranſuerſo, capite deorſum, pedibus ſurſum; aſſerens ſe indignum, qui, vti Dominus, crucifigeretur. Eius hiſtoriæ locupletiſſimos pariter ac grauiſſimos auctores habemus, Hieron. in Cata. ſcript. Eccleſ. Euſeb. Cæſ. Tertull. Aug. Irenæ. Cyrill. Hieroſ. Egeſipp. Paul. Oroſ. Theodorit. Fir. Lactant. Cypria. Pet. Chryſol. Abdi. Babylon. Amb. Atha-na. Phil. Brixienſ. Vincent. Lirin. Epipha. Clement. Rom. Clement. Alexand. Orige. Nicepho. Conſtant. Patriarch. Nicepho. Call. Doroth. Iuſtin. Philoſoph. Mart Io. Chry-ſoſt. Bernard. Leon. Pont. Max. Maxi. Taurinenſ. Grego. Turo. Freculph. Lexouienſ. Eutrop. Io. Zona. Sulpit. Se-uer. Fulgent. Ruſpenſ. Afr. Georg. Cedren. Honor. Au-guſtudu. Optat. Mileuit. Damaſ. Pont. Max. Adon. Vien. Hiſtoric. cunctos, omnium concil. Patres, Iuſtinia. Imper. Photium Patriarch. Conſtant. qui, cum fuerit Græcus, neque parum de hæreſi ſuſpectus, à quo nihil eiuſmodi ex-pectandũ videbatur, præter cæteros elegantiſſime D. Cõ-ſtantini M. donationem S. Syluestro Pontif. Max. eiuſque ſucceſſoribus factam, deſcribit Dionyſ. Corinthi Epi-ſcop.

-cc. hiſt. lib. 2. cap. 4. & lib. 3. cap. 1. & ſequent. & in Chronic. lib. de praſcript hær. De hæreſ. ad Quod. Hæreſ. lib. 2. cont. lit. Petil. cap. 51 epiſt. 165. de ſchiſmate Donatiſtarum & alibi. Lib. 3. cont. hær. Valent. ca. 1. & ſeq. Catech. 2. 6. 11. 17. Lib. 3. de excid. Hier. cap. 2. Lib. 7. cap. 7. lib. 1. Fabul. hære. Lib. 4. cap. 21. de Vera relig. Lib. 4. Epiſt. 2. ad Antonia.

Neque aliunde (per Deum immortalem) vnquam hæ-reſes emerſerunt, niſi, quod huic ſedi, in qua, teſte S. Cyp. & rerum perpetuo vſu atque experientia, nunquam hæreſes aut natæ ſunt, aut educatæ non acquieſcatur: niſi inquam, quod huic ſacerdoti, vnico & ſingulari Chri-ſti Vicario ouiliſque Dominici paſtori œcumenico ac v-niuerſali, à reliqua fraternitate vniuerſa non obedia-tur, inquit Cypr. libr. 1. Epiſt. 3. Vni Petro ſe petram conſecrauit, eumque ædificandæ Eccleſiæ, cui por-tæ inferi nullo tempore præualerent, baſim ſolidam fore diſſeruit: vni Petro claues regni cœlorum tradi-dit: vni Petro ligandorum iuxta ac ſoluendorum pec-catorum auctoritatem conceſſit. Matth. 16. In vnius Petri nauiculam ei contra omnem ventorum, aqua-rum, fluctuum, tempeſtatum iniuriam, ſuppetias la-turus,

Serm. 107. lib. 1. Hiſt. Apoſt. Lib. 5 epiſt. 32 & alias. In apol. pro ſua fuga. Lib. de hæreſ. cont. Nouato. hæret. Lib. 1. to. 2. hæreſ. 21. 27. & in anchora. Lib. recog. Lib. conſtit. Apoſt. & in comend. Lib. 4 Ar. mat. To. 2. homil. 2. in Luc. In Coronol.

turus, & opem, conſcendit Luc. 5. Pro vnius Petri fide ac perſeuerantia rogauit. Luc. 22. Vni Petro firmandorum fratrum & in fide ſeu inſtruendorum ſeu reparandorum collegarum curam commiſit. Ibid. Vnius Petri erga ſeſe affectum atq; ſtudium accurate, imo ter maxime explorauit & inquiſiuit. Cum vno Petro nunquam pari & velut alter ipſe cenſus eſt. Denique vni Petro & paſcendos & regendos ſuos agnos oueſque credidit. ioann. 21. Matth. 17. Quumque omnibus idem periculum immineret, pro vno Petro oratum Patrem habuit: vt reliquorum extincta, Petri vnius fides, nulla temporis intercapedine, nulla hominum iniuria, nulla mortalium barbarie, nullis diaboli artibus, nulla vi, nullo aſtu, nulla tyrannide deleretur. Luc. 22. & exauditus eſt pro ſua reuerentia Heb. 5. vt fides Petri nunquam abroganda, cæterarum Eccleſiarum fidem roboraret, aut labefactatam purgaret, ab Eccleſia S. Petri quaſi omnium matrice & parente reliquæ omnes veritatis ſempiternæ ac inuictæ lumen acciperent, acceptum cuſtodirent, amiſſum forte, reciperent, illi poſtremo quicquid tandem æqui bonique haberent, acceptum ferrent: vti ex probatiſſimis quibuſque ſcriptoribus liquet, quos enumerare longum eſt. Cæterum cum huic noſtræ compendioſæ tabulæ incongruum eſſet, & incommodum, vniuerſarum Eccleſiarum ſucceſſiones, omnium epiſcoporum, ſeu doctorum, ſeu paſtorum ſeries examuſſim commemorare, maximæ eiuſque antiquiſſimæ (vt D. Irenæi verbis vtar) omnibuſque cognitæ àglorioſiſſimis duobus columinibus SS. Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, annunciatamq; hominibus fidẽ per ſucceſſiones Epiſcoporũ peruenientem ad nos vſq; indicantes, confutamus ac confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui malam placentiam, ſiue philautiam, vel vanam gloriam, vel animi vitium, mentiſque cæcitatem, & malam ſentẽtiam, aut

Lib. 2 cap. 14. & ſeq. & lib. 2. cap. 1. [illegible] hiſt. In Synop. in Paren[illegible] [illegible] Pſal. 48. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Serm. de Ioan. Bapt. [illegible] S. Pet. Ser. 2. de [illegible] [illegible] Ser. de Petro & Paul. Lib. [illegible] cap. [illegible] Lib. 9. To. [illegible] Lib. [illegible] Lib. de [illegible] & [illegible] in Compen[illegible] in Chron. Lib. 1. [illegible] cent. [illegible] Niceph. [illegible] Eph. [illegible] & [illegible] Lib. 1. de [illegible] Tit. [illegible] Dion. [illegible] Celſ. lib. 2. [illegible] 15.

quamcumque cupiditatem, præterquam omnes colligunt, ſapiunt, credunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnes conuenire Eccleſias, hoc eſt, eos qui ſunt, vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique conſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Ita fere ille. Et hæc quidem ita paucis de triumphante in fidei religioniſque faſtigio, rerumque Chriſtianarum potiunte Roma, dicta ſunto. Iam nunc cæteras Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum Eccleſias, inde deriuatas atque oriundas inſpiciamus.

Palæſtina & cuncta Iudæa, ipſaque Hieroſolyma Epiſcopum, & Apoſtolum ſortita eſt ſtatim à Domini paſſione communi totius ſenatus Apoſtolici conſtitutione atque ſuffragiis S. Iacobum fratrem Domini, cognomento Iuſtum, Anno Chriſti nati XXXIII. ibique ſacerdotis munere functus eſt XXX. annos, id eſt, vſque ad Domit. Neronis ſeptimum, eius cathedra aſſeruata eſt ſummo cum honore, ſicut & S. Petri, Pauli, aliorumque Apoſtolorum icones: vti legere eſt apud Euſeb. Cæſ. hiſt. Ecc. libr. 2. cap. 1. & 23. & lib. 7. cap. 14. & 15. Nicepho. Conſtant. patri. in Chrono. Hieronym. in Catalog. Ioſeph. libr. 20. Antiq. Iudaic. cap. Egeſipp libr. 5. Abdi. Babylon. lib. 6. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 38. Clem. Alexand. lib. 6. & 7. Strom. Io. Zona. To. 3. Ado. Viennenſ. de 6. ætat. Georg. Cedren. in Compend. Hiſt. Auguſt. To. 4. lib. expoſit. in epiſt. S. Paul. ad Gal. lib. 2. cont. Creſcon. Grammat. cap. 137. Hippolyt. Epiſc. Portuenſ.

In Iudæa item fidem Chriſti deprædicarunt & propagarunt S. Matthæus ex publicano apoſtolus, ibique Euangelium Hebraice ſcripſit anno 41. apud Capernaitas, & S. Iacobus frater Ioannis Zebedæi filius prædicauit 12. tribubus quæ erant in diſperſione, quem ſecuri percuti iuſſit Herodes Iudæorum Tetrarcha Anno 36. Simon quoque Chananæus Chriſti Euangelium Iudæis

Al. Simeon Cleophæ filius.

pro-

prouulgauit, & Iacobo è pinnaculo templi præcipitato, & fullonis fuſte interfecto, in Epiſcopatu ſurrogatus eſt anno 63. vt habet Chronol. Niceph. Conſt. Euſeb. Cæſ. libr. 3. Ecc. Hiſtor. cap. 11. & in Chro. Hieron. in Cata. Nice. Call. lib. 2. cap. 12. Clem. Alex. 7. Strom. Egeſip. Io. Zona. Georg. Cedre. Ado. Viennenſ.

Ferunt Matthiam etiam in Iudæ Iſcariotis locum ſuffectum, populum Iudaicum docuiſſe, Sophro. Hiſtoria Treueriana, ſcriptor quidam Hebræus vitæ S. Matthiæ nuper Abdiæ Babylo. adiectus. Hic mihi obiter adnotandum putaui, id quod prodit Euodius, ſecundus à S. Petro Antiochenſium epiſcopus, explicans illud Actor. 8. de eccleſiæ Chriſti diſperſione, nimirum omnes diſcipulos 72. diaconos, fideles huc illuc timore perſecutionis graſſantis, vertiſſe ſolum, & relicta vrbe Hieroſolymitana, in diuerſas terras diremptos, exceptis apoſtolis, quibus edicto diuino cautum fuerat, & inhibitum ante annum 12. Hieroſolymis excedere: & interea eos paſſim communi ſtudio atque conatu mutuam commodaſſe omnes operam diuulgando Euangelio Iudæis, quod refert Euſ. Cæſ.

Inde mundi partitione quodammodo facta, ad ſuas quiſque prouincias ſorte obtingentes abierunt, iuxta illud Pſalm. 18. Rom. 10. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: & primum quidem per diſcipulos profugos & diſperſos Iudeæ, Galileæ, & Samariæ ciuitates Chriſtum didicerunt, Act. 8. & ſequ. demum vero catechizatos quoſque, fideique rudimentis imbutos, & ſeu per Philippum, ſeu alios Euangeliſtas Baptiſmi ſacro fonte luſtratos, Apoſtoli Petrus, Ioannes, & alii firmarunt, roborarunt, ac Spiritu ſancto donarunt, vti ex Actis Apoſtolicis liquet. Act. 8. 19.

Samaria, Gaza, Azotus, Eunuchus Candacis reginæ Æthiopum, Cæſarea per Philippum diaconum Euangeliſtam; Phœnices, Cyprii, Cyrenaici, Antiocheni per alios

Digitized by Google

& alios extorres il os & diſperſos (quos diximus) Chriſtũ diſcere atq; ionare cœperunt anno Chriſti 34. Tib. Aug. S. Petro Pontif. Max. quod eſt apud Luc. Act. 8. 11. Euſeb. Cæſ. lib. 2. cap. 1. & in Chro. Sophron. Nicepho. Call. libr. 2. cap. 6.

Europæi Scythæ, Thraces, Theſſali, Macedones, Sogdiani, Sacci, ldeſſeni, Achaici, Byzantini, qui nunc ſunt Conſtantinopolitani, vnius Æthiopiæ indigenæ, aliique Euxini maris accolæ, Amaſæi, Synopenſes, Niceni, Perinthii, Philippenſes, Theſſalonicenſes, Patrenſes, aliique Aſiæ populi, ab Andrea apoſtolo Chriſti Euangelium edocti ſunt anno XL. & quod excurrit, vt ita loqui liceat. Eius rei auctores ſunt Sophron. Euſeb. Cæſ. lib. 3. cap. 1. & in Chro. Hiero. in Cata. Niceph. conſt. in Chron. Niceph. Call. lib. 2. cap. 39. lib. 3. cap. 1. lib. 8. cap. 6. Io. Zona. Georg. Ced. Tib. Caio & Claudio Romanis Impp. S. Petro Pont. Max. Idē de S. Andrea ſcribit D. Abdias primus ab apoſtolis Babyloniæ conſecratus apoſtolus idemque epiſcopus, quem diu olim ex Hebræo D. Eutropius S. Petri auditor, genere Perſa, Græcum fecit, ac deinde Iulius Africanus, cuius ſubinde meminit S. Hieronymus, ex Græco reddidit Latinum.

Verbo illo & quod excurrit, ter optatus, ſemel atq; iterũ S. Auguſt. li. 7. de bapt. cap. 7. & Iſtius l. 26. Par. vlt. depoſ. pro eo quod dicimus plus minus; aut ſicut Hieron. contra Luciſ. eo amplius. vſi leguntur item Vict. Vtic. libr. 3. Oroſ. lib. 7.

Lib. 3 hiſt. apoſt.

Maior Armẽnia, Syria tota (nam trium Syriarum meminit Optat. Mileuit. libr. 2. duarumque Armeniarum) Scythia Orientalis, Aſiatica, & Aſia ſuperior in naſſam S. Petri Chriſtique fidei, ſatagente S. Philippo apoſt. allecta eſt vnà cum collega Bartholomæo. Item iiſdem apoſtolis iugum Domini ſuaue ſubiit Phrygia, India Fortunata, quæ ad Æthiopiã vergit; & altera quæ Oceano alluitur; & tertia, quæ Medis contigua, euerſisque vbique idolorum delubris, lucis exciſis, aris dirutis, ſimulacris exuſtis, Diuino Numini βασιλικάς, tanquam regias ac templa & altaria, eccleſiiſque ſacerdotes & antiſtites conſecrarunt, quemadmodum S. Pet. Iaco. Andr. aliique & alii, alibi & alibi, anno ob apoſtolici cœtus diuiſione LXX. & quod excurrit, principibus Ro. variis, S. Petro potiſſimum Pont. Max. vti reperire

κυριακὰ Vnde adhuc nomen retinemus apud Germanos Kirchen, Latine Dominica hinc Dombherren Dominos cathedrales dicimus.

perire

Digitized by Google

perire eſt apud Abdiam Babylo.lib. 8. Euſeb.libr.3. cap.1. Sophron.in Cita.Nicepho.Call.lib.2.cap.39.Ioan.Zona. habuerunt illi ſecum copiam Euangelii teſte Sophro. κτ' ματθαῖον. *Hiſt.apoſt.*

Æthiopia altera,citerior, (ni fallor) in ſortem prædicationis obtigit S.Matthiæ apoſtolo,& quędam cum Iudęæ, ſum Galilææ,diœceſes,teſtibus Sophro.Niceph.Call.libr. 2.cap 40.Scriptore eius vitæ Hebræo, qui pridem hiſtoriæ D.Abdiæ,vt præfati ſumus, acceſſit S.Pontif. Maxim. Tibe. Caio & Claud. Impp. Anno & quod excurrit, XXXIV.

Ad Anthropophagos in Æthiopiam interiorem (poſtquam ſuis Hebræis Hebraice tradidiſſet, ſcripſiſſetque Matthæus apoſtolus euãgelium) apoſtolicam functionem obiturus penetrauit, dæmonum cultum aboleuit, ſtatuas eorum eſt demolitus, & focos & aras, vmbroſos lucos,libidinis omniſque impudicitiæ ſcholas ſuccidit, erexit ſacrauitque Eccleſias,altaria,ſacerdotes,virgines caſq; velatas perpetuæ caſtitati mãcipauit, inſtituit ritum Miſſæ:ſicut S.Iacobus Hieroſolymis, & alii in ſuis quiſque prouinciis. Inter ſacrificandum pugione à tergo petitus fortiter pro Chriſto occubuit anno plus minus LX.S.Petr.Pontif. Max.Claud.Aug.Vide mihi Euſ Cæſ.in Chro.lib. Ec.hiſt. 3.cap.29.Abdi.Babyl.libr.7.Sophro. Catal.Doroth. Synopſ.Niceph Call.lib.2.cap.4.lib.3.cap.25.Adon.Viennẽſ. ætat.6.Io.Zona.To.3.Georg.Ced.

Æthiopiæ illi, vbi eſt oſtium & irruptio Apſari al. Phaſis portuſque Hyſſi, fidem Chriſti denunciauit Matthias,apoſtolicum ad ordinem ex diſcipulorum claſſe aſcitus. Qui homines barbaros & agreſtes, eoſque anthropophagos, ad mitioris manſuetioriſque vitæ conſuetudinem reducens, præſtigiatoribus & maleficis incantoribus ſuperatis, extructis Eccleſiis, multiſque fidei Chriſtianæ ſuſcitatis candidatis & alumnis, poſtremo criminationibus oppreſſus, primum lapidibus petitus teſtium, dein capite truncatus interiit. Mandauit

Digitized by Google

vero teſtium duos primos lapides ſecum tumulo dari, Imp. Claud. S. Petr. Pont. Max. anno, & quod excurrit, 40. auctor. Sophro. in Cat. Niceph. Call. lib. 2. cap. 40. Doroth. Synopſ. auctor vitæ Hebræ.

Reliqua Æthiopia, Felix Arabia, Erythra, Taprobana inſula, mari rubro clauſa, habuit euangelii præconem Eunuchum Reginæ Candacis à S. Philippo edoctum, Luc. Act. 8. Tib. principe A. S. Petr. Pont. Max. anno Domini XXXIII. teſte Euſ. Ec. Hiſt. libr. 2. cap. 1. Doroth. Synopſ. Niceph. lib. 2. cap. 6.

Parthi, Medi, Perſæ, Magi, Bactri, Hircani, Indi, Æthiopes, Taprobani, Edeſſæi, Bragmani, Germani per pædagogiam S. Thomæ Apoſtoli ad Chriſti fidem perducti ſunt, & extincta idolomania, ædificatis templis compluribus auguſtiſſimis, conſecratis aris, deuotis Deo animis, perceptis Euchariſtiæ myſteriis (& quidem ſub altera, panis inquam, ſpecie) omnem barbariem exuerunt anno XLV. & quod excurrit, partim Claud. partim Domit. Nero. Impp. A. A. S. Petr. Pontif. Max. id quod legere eſt in Cat. Sophro, apud Euſeb. lib. 1. cap. vltim. libr. 3 cap. 1. in Chron. Niceph. Call. libr. 2. capit. 40. libr. 3. capit. 1. Adon. Vienn. Io. Zona. Georg. Ced. Doroth. Synopſ. Abd. Babyl. lib. 9.

Numidiam, Mauritaniam, Barbariam, reliquamque Africam, vna cum Æthiopia, quam à meridie reſpicit, ab ipſis Apoſtolis Chriſto conſecratam exiſtimo; deinde 22. Martyrum ſanguine, imperante Valeriano A. Anno CCLVI. in fide firmatam aſtruit D. Io. Schomer. & Auguſtinus alibi refert ſuo tempore fidem Chriſti in Africa CCCC. annos duraſſe, perpetuamque Pontificum Max. ſucceſſionem, S. Cyprianum quoque præfuiſſe Carthagini anno CCL. Fabiano & Corne. Pontif. Max. & tunc quidem Africam plusquam LXXX. habuiſſe epiſcopos ex Concil. Cartha. 1. conſtat, quod videtur circa Stephani I. Pont. Max. tempora celebratum anno plus minus CCLVI. Sæuiente item perſecutione Vandalica in Chriſtianos præſer-

præſertim catholicos, & eccleſiaſticos fuiſſe viros præſtantiſſimos in Africa Antiſtites, qui plebem continebant in officio, quum paſſim & Itali & Hiſpani & Galli & Germani ad Deorum idolorumque cultum redirent, variis hiſtoriis demonſtrari poteſt: & hæc fuit S. Auguſtino Afro cauſa ſcribendorum librorum 22. de ciuitate Dei, & Oroſio Hiſpano 7 & Saluiano Maſſilienſi 8. de iudicio & prouidentia Dei. Arnobium quoque & Tertullianum in Africa floruiſſe nemo neſcit. Prætereo illam prolixam hiſtoriam de traditione ſacrorum codicum, de qua ſæpe Auguſt. Optat. Mileuit. & alii.

In Africa fuiſſe olim quinque metropoles cum ex Synodo Mileuitana, tum D. Optato Mileuitano libro 1. & 2. liquet, tametſi Iuſtinianus lib. 1. & 2. C. de offic. præf. præto. Afric. & Paul. Oroſ. lib. cap. 2. ſeptem Africæ prouinciis ſeptem reſpondere metropoles inſinuent. identidemque ſignificat Optatus libr. 4. Africam vero totius orbis opum fuiſſe ditiſſimam, Carthaginemque alteram in Africa Romam appellari ſolitam, & ab ipſis Apoſtolis fidei Chriſtianæ nuncupatam aſſerit D. Saluianus libr. 7. Eccleſias autem Africanas vſque adeo dotatas fuiſſe à Diuis Auguſtis Principibus, præter alios prodit D. Optat. libr. 1. & 3. contra Parmenia. & Diuus Auguſt. libr. 3. cont. Creſcon. cap. 29. Vt calices reliquaque vaſa ſacra fere aurea & argentea fuerint, & veſtimenta vel aurata vel auro argentoque intexta, & eiuſmodi quoque ſupellectilem eccleſiaſticam extitiſſe Conſtantinopoli, Hieroſolymis, Romæ, Mediolani, Nolæ, Campaniæ, & per omnes ferme eccleſias, vel ex hoc probatum eſt, quod non raro, vel alendorum pauperum, vel redimendorum captiuorum cauſa, ſæpe diſtracta ſint, ſæuientibus paſſim in Chriſtianos ſeu Hunnis, ſeu Gothis, ſeu Vandalis, ſeu aliis Barbaris. Diuus Hieronymus refert etiam libros ſacroſque codices inauratos, & purpura ac byſſo veſtitos, auroque argentoque cælatos, nonnul-

los habuiſſe aureis, argenteiſque characteribus iiſque vncialibus micantes, præfat. in Iob. fuiſſe vero nominatim ſacrorum vaſorum cuſtodes Conſtantinopoli, eoſq; eo in precio habitos, vt non raro ad patriarchatū acciti fuerint, prodit D. Nicephor. Conſtantinopolitanus in ſua Chronologia. Vide mihi D. Photium Conſtant. patriarch. tit. 2. cap. 2. Gratian. de conſecrat. diſt. 1. Hieronymum epiſt. ad Ruſticum, Concilium Remenſe, cap. 6. Burchard. VVormac. libr. 5. cap. 96. Iuon. Carnot. part. 3. cap. 282.

Abgarus ſiue Augarus Toparcha & regulus Edeſſenorum, quem ſingulari & epiſtolii & ſuæ imaginis beneficio Chriſtus præter alios mortales eſt dignatus, cum vniuerſa vulgi nobilitatiſque pariter multitudine, idololatriam dedidicit, Chriſtique molle capiſtrum ſubiit pædotribæ Thaddæo illuc à S. Thoma apoſtolo deſtinato anno Domini, & quod excurrit, XXXII. al. XXXIII. Tiber. Imp. A. S. Pet. Pont. Max. quod eſt apud Euſeb. libr. 1. c. 15. in Chron. Niceph. Call. lib. 2. cap. 7.

Alexandria, quam ob cultum diuinum iſthic florentem, plebiſque ſanctimoniam, non infrequenter Paradiſum Domini veteres nuncupant, ſicut & Antiochiam Theopolim, tota quoque Ægyptus fidem Chriſti percepit, præceptore S. Marco, S. Petri Romæ diſcipulo. Is ſecundus Euangelium ſcripſit; quod cum S. Petro probaretur, apoſtolica auctoritate eccleſiæ legendum reliquit: fundauit multas eccleſias apoſtolico more, docuit abſtinentiam, continentiam, ſpontaneam paupertatem, & ſeculi fugam atque contemptum, anno XLIV. & quod excurrit, Nero. Imp. S. Pet. Pont. Max. Vt narrant S. Hieron. in Cat. Euſeb. libr. 2. cap. 15. & in Chron. Clemens Alex. VI. Hypotypoſ. Philo Iud. Papias. Niceph. Conſt. in Chron. Niceph. Call. libr. 2. cap. 15. & ſeq. Doroth. in Synopſ.

Indiæ orientali, & apud Brachmanas, quos Abrahæ ex concubinis poſteros quidam arbitrantur, Magi illi, qui

ſtella

Digitized by Google

ſtella duce Chriſti cunabula ſunt venerati, doctrinam Euangelicam tradidere: vnde apud Diuum Io. Presbyterum (quem Sophum vocant) ciuſque hactenus poſteritatem religionis Chriſtianæ non obſcura remanere veſtigia omnibus in confeſſo eſt, inquit D. Ottho Friſingenſ. libr. 2. cap. 33. Quum enim eſſent Magi, vt nonnullis viſum eſt, oriundi ex genere Balaam, qui de apparitura aliquando ſtella fuerat vaticinatus, iuſſerunt ſenatuſconſulto, vt 12. Satraparum filii quotannis in monte Victoriali ſidus obſeruarent: & vna cum ſtella denique viſus eſt puerulus crucifer, quo pergendum eis eſſet indicans: profectique biennium, 13. die Chriſti nati venerunt Bethleem; indeque in patriam Euilath, & Sabam reuerſi, Chriſti Euangelium ſuis ciuibus & contribulibus denunciant; ac poſtremo Thomæ aliiſque Apoſtolis iuncti in fide ſolidius inſtituti Sacramentis Chriſtianis ſunt inaugurati, plurimumque propagandæ religioni profuere anno, & quod excurrit, XL. Caio Calig. Imper. S. Pet. Pontif. Maxim. id quod reperire eſt apud Euſeb. libr. 1. cap. 7. Epiphan. hær. 30. cont. Ebion. & hær. 51. cont. Alog. Chryſoſtom. homil. 2. ſuper Matth. in opere imperfecto, Nicephor. Call. libr. 1. cap. 13. & 14. Vincent. ſpecul. hiſt. lib. 7. cap. 91. & 92. Io. Zona. Georg. Ced. *Num. 24.*

S. Paulus anno Chriſti nati plus minus XXXIV. Tiberii Auguſt. XIX. autore D. Hieron. & hiſtoricis pleriſque ad fidem Chriſti vocatus, perque Ananiam Damaſci catechizatus Actor. 9. ſiue poſt Chriſti apotheoſin, & in cælos relationem anno ſeptimo, vt placet Euodo primo poſt S. Petrum Antiochenſium Epiſcopo, ſtatim à S. Stephani perſecutione, menſe ſexto, ilico Euangelicus pugil effectus Damaſci Chriſti fidem prædicat, Iudæorum perfidiam confutat: inde Arabiæ religionem Chriſti intulit, expleroque illic & inſumpto diligenter promulgationi Euangelicæ triennio, pertranſita Damaſco, contendit Hieroſolymam: hinc vbi Petrum, Ia- *Al. Euodio. Niceph. Call. lib. 2. cap. 3.*

cobum fratrem Domini, & Ioannem conueniſſet, legatione accepta, Cæſaream, & inde Tharſum, vbi fuerat natus, eſt miſſus. hinc à S. Barnaba accitus Antiochiam, vbi Cepham Caniæ præſulem vnum ex 70. diſcipulis palam omnibus refellit, vt habet in ſua Synopſi Doroth. oraculo diuini flaminis, tum etiam totius ſenatus apoſtolici S. Petro præſide Pontif. Maxim. Claud. Imper. anno, & quod excurrit XLIII. decreto, poſt indictum ieiunium, poſt fuſas ad Deum preces, poſt manuum apoſtolicarum impoſitionem delegatus eſt, varias ſubiturus peregrinationes terra marique, ad Gentes. Hæc eſt 2. poſt Arabicam profectionem anno conuerſionis 40. & numero 3.

Tametſi plerique Cepham, Petrum interpretentur.

Tertium igitur profectus Paulus Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphum, Pergen, Pamphyliam, Antiochiam Piſidiæ, Ionium, Lyſtram, Derben, aliaſque Lycaoniæ, Pamphyliæ, & Piſidiæ, ciuitates, Attalia, egregie ſuo functus munere, & ordinatis conſtitutiſque eccleſiis quibuſque preſbyteris, Antiochiam Syriæ eſt reuerſus. Oborta vero quæſtione de lege Moſaica, S. Paulus & Barnabas, Titus, & alii aliquot rem ad apoſtolos Hieroſolymam deferunt. Coacto igitur concilio, & S. Petro, S. Iacobo, aliiſque apoſtolis cenſoribus quæſtione dirempta, legeque Moſaica abrogata, denuo S. Paulo, Barnabæ, Silæ, & aliis claſſicis legatio ad Gentes demandata eſt anno Chriſti XLVIII. al. LII. Neque id repugnat ei quod anno XLIV. ſecundo Claudii, Petrum Romam veniſſe, probatum voluimus. Nam apoſtolos omnes per diuerſas mundi prouincias ſeparatos, oraculis diuinis admonitos, vt Hieroſolymam properarent, & S. Virgini Mariæ θεοτόκῳ parentarent, iuſtaſque exequias perſoluerent, locuples teſtis eſt Dionyſ. Areo. & quidem oculatus. Factumque eſt iſtuc anno Claudii quinto, ſi Nicephoro Call. fides habenda eſt, hoc eſt Chriſti nati XLIV. al. XLVI. paſſi XVII. Vide Epiſt. Dionyſii Areo. ad Timotheum, qui cum ſanctiſſimo Hierotheo affuerat parentationi. Nicepho-

Digitized by Google

cephorus Call. 2. cap. 3. 21. & ſeq. libr. 15. cap. 14. Epiphan. hæ. 78. aduerſus Antidicomariauitas. Euſebius in Chron. Serm. Hiero. ad Paulam & Euſtoch. de Aſſumptione Mariæ. D. Auguſtin. Tom. 9. lib. de Aſſumptione Virgin. Mariæ, & Serm. 34. de Sanctis ſ. de Mariæ Aſſumpt. Io. Zona. Georg. Ced. qui putat Mariam anno ætatis LXXII. aut LVIII. poſt paſſum Chriſtum XXIV. obiiſſe mortem. Defuncta eſt hac mortali vita beata Maria, teſte D. Euodio, in domo Ioannis euangeliſtæ & apoſtoli in Sion, in loco cœnaculi, anno ætatis, LIX. Chriſti nati, XLIV. paſſi, XII. al. XI. Stephani lapidati, ac Pauli conuerſi, III. Vt habet Niceph. Call. libr. 2. cap. 3. Verum hæc πάρεργα ſunto.

Soluto concilio apoſtolico, quod diximus, & editis canonibus & conſtitutionibus elegantiſſimis, dimiſſus iterum ad Gentes S. Paulus cum Barnaba, Iuda ſiue Barſaba, Luca, & Sila rediit Antiochiam Syriæ, & peragrata Syria, intrat Ciliciam, ac deinde Lycaoniam pertranſiens, Phrygiam, Galatiam, Macedoniam, * Miſiam, Philippos, Troadem, Samothracem, Neapolim, Theatirum, Amphipolim, Apolloniam, Theſſalonicam, Berrhœam, Athenas, Corinthum, Cenchras, Epheſum, Cæſaream, demum Antiochiam ſeſe recipit, firmatis vbique eccleſiis, propoſitiſque concilii Apoſtolici ſanctionibus, quas octo libris perſtringit S. Clemens Rom. Pont Maxim. apoſtolicíſque canonibus LXXXV. al. LXXXIV. à S. Clemente Pont. Max. editis, & à Theodoro Balſamone patriarcha Antioch. ſcholiis illuſtratis, item Liturgicis religionibus, & Miſſæ canone, omnique ritu Chriſtiani cultus tradito, ſiue ore tenus, & quaſi lampas curſu, per manus, ſiue ſcripto. Nam vtroque modo ſeſe euangelicam doctrinam tradidiſſe ipſemet S. Paul. profitetur, & Dionyſ. Areopa. & alii.

Al. Meſiam — *Act. Ap. 16.* — *1 Cor. 11. 15.*

Quintum S. Paul. adornat profectionem tranſita Galatia, Phrygia, Epheſo, Macedonia, Achaia, aliiſque Aſiæ prouinciis: in votis (inquam) habet ire Hieroſolymam

Gal 1. — *1. Theſſ. 2.* — *2. Theſſ. 2. 3.*

&c inde Romam. Cæterum cum id iter ei diuino quodam nutu eſſet prohibitum Rom. 1. quemadmodùm ſæpe alias, moram longius trahit apud Aſianos, Græcos, Syros, reuerſus per Philippos, Troadem, Aſſon, aliaſque Macedoniæ vrbes. Hinc nauigio deportatus eſt Mitylenen, inde Chium, poſtridie Samum, & ſequenti die Miletum, quam hodie Maltham appellant; & coacta Synodo Epheſi, habita concione de ſua doctrina, & de fugiendis hæreticis ac nouatoribus paræneſi, nauigat Coum, & poſtridie Rhodum, & inde Pataram; hinc in Phœniciam, & inde relicta ad ſiniſtram Cypro appulit in Syria, inde profectus Tyrum, deinde Ptolemaidem, hinc Cæſaream: Denique appetente Paſchæ feſtiuitate Hieroſolymam venit, ex animi ſententia, anno Chriſti nati LV. paſſi XXII. Claudii Imp. A. XII. Felice Claudii liberto legionum Iudaicarum præfecto, trium reginarum (teſte Tranq. Sueton.) marito, Clau. Lyſia cohortis Hieroſolymitanæ tribuno, Anania ſummo ſacerdote apud Iudæos.

Act. 26.

In Claudio.

Hieroſolyma S. Paulus, appellato Cæſare, deportatur Romam, poſtquam biennium egiſſet Cæſareæ in libera cuſtodia, commiſſuſque Iulio Centurioni cohortis Auguſtæ à Feſto Felicis ſucceſſore Iudææ procuratore, poſt multa diſcrimina rerum, denique terris iactatus & alto, ſalutatis libereque conuentis, ac in fide vbique firmatis fratribus, applicuit ad vrbem 2. Neronis anno, Chriſti paſſi, ſuique conuerſi, XXV. Chriſti nati, LVIII. anno mundi, M.CCLVIII. vrbis conditæ VIII. VIII. Olympiade, CCVIII.

Cum vero duos Romæ exegiſſet annos clementer benigneque habitus, necdum Neronis Imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ, dicta accurate apud Cæſarem cauſa abſolutus eſt, & à Nerone dimiſſus, anno pontificàtus max. in vrbe Roma S. Petri XVIII.

Quarto itaque Neronis anno, S. Paulus Romanis cum

Digitized by Google

cum ciuibus, tum patriciis & palatinis ſatis in Chriſti fide inſtructis, ſcriptis quoque huc illuc de carcere epiſtolis ad Epheſ. Philipp. Timoth. Philemon. poſtremum iter ingreſſus peragrauit tertium aut quartum Syriam, Pamphiliam, Lycaoniam, Phœnicen, Myſiam, Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Achaiam, Macedoniam, reliquamque Græciam pariter & Aſiam, Illyricum vſque Chriſtianæ religionis prorogans pomæria, ac velut deducens colonias, collocatis paſſim firmis quaſi præſidiis, ædificatiſque fanis ſacris, ordinatiſque epiſcopis. Demum ad Occidentis & Europæ climata importare euangelium ſtudens, Hiſpaniam primum, hinc Galliam, inde Britanniam, pridem à Claudio Imper. triumphatam anno Chriſti XLVI. Orchades, cæteraſque Oceani regiones ſeu inſulas extremas quaſque petens, id quod etiam alii apoſtoli fecerunt, per Germaniam in Italiam contendit, partim relictis hic ibi myſtis, partim huc illucque deſtinatis apoſtolis, euangeliſtis, prophetis, doctoribus, paſtoribus. Sæuiente vero Neronis tyrannide eodem anno, & die, quo S. Petrus Romæ palo affixus, Paulus capite plexus eſt, auctore Egeſippo, Hiero. Euſeb. Niceph. & aliis quibuſque, tametſi D. Abdias Paulum biennio poſt Petrum martyrium ſubiiſſe ſentiat, anno Neronis ſecundum Euſeb. XII. at ſecundum D. Hieronymum & alios XIV. & vlt. Chriſti nati, LXVIII. paſſi, XXXVI. Conuerſionis, XXXVI. Pontificatus Max. S. Petri, anno XXV.

Lib. 3. de excid. Hier. c. 2. In Catal. Lib. 2. ec. hiſt. c. 25. Lib 2. cap 36. Libr. 3. hiſt. apoſt.

Ioanni apoſtolo in ſortem prædicationis obtigit Aſia, cuius omnes fundauit, rexitque eccleſias vſque ad decrepitam ætatem, id eſt Traianum principem.

Quum igitur hactenus eccleſia fuiſſet inſtar virginis, nulliſque hæreſeon notis maculata, coactus eſt aduerſus Cerinthum & Ebionem euangelium ſcribere; quum alii [illegible]es pridem ſua euangelia ſcripto commendauiſſent ediſſentque.

S. Io. hæreticorum conſuetudinem tantopere aſperna-

Digitized by Google

batur, vt ne communi quidem cum Cerintho aut Ebione vti balneo voluerit. Cum eſſet annorum XCVII. iuxta Abdiam, vel CXX. ſecundum Dorotheum, apparuit ei Chriſtus, & horam atque diem mortis denunciauit, & roboratis in fide & charitate eccleſiis, viuus deſcendit in foueam, tanta ſubito luce & claritate redimitus atque coruſcans, vt nemo fulgorem ferre valeret. Sepulcrum vero cœpit ilico ſpecie quadam mannæ ſcaturire; & contra dæmonas, morboſque omnigenos virtutis cuiuſdamque latentis energiæ ceu numinis multa exempla edere. Mortuus eſt anno Chriſti nati CII. paſſi, LXVIII. Traiano Imp. Euariſto Pont. Max. Vide Hieron. in Catal. Dorot. in Synopſ. Euſebium lib. 3. cap. 1. & ſequent. & in Chro: Abdi. libr. 5. hiſtor. apoſtol. Epiphan. hær. 30. cont. Ebion. Nicephor. Cal. libr. 3. cap. 14. Ado. Viennenſ. Io. Zona. Quando vel vbi canon apoſtol. 84. de ſacræ ſcripturæ albo editus ſit, mihi incertum eſt; euangelium vero ſemper traditum fuiſſe, neminem fugit.

Iam vero mortuis & ad meliora translatis Apoſtolis; fundatiſque paſſim eccleſiis, cœnobiis, monaſteriis, Chriſti apoſtolorumque diſcipuli apoſtolica munia obierunt; & Timotheus quidem Epheſiorum à S. Paulo conſtitutus epiſcopus, Chriſti euangelium per Illyricum vniuerſamque Helladem promulgauit; Titus Cretenſibus à S. Paulo datus eſt epiſcopus, & inſulis circumiacentibus. Neque id prætereundum eſt S. Paulum hiſce epiſcopis præcepiſſe, vt presbyteros & epiſcopos ciuitatibus, atque prouinciis quibuſque nuncuparent. 1. Tim. 3. Tit. 1. anno, & quod excurrit, XL.

Vide Doroth. in Synopſi. Hiero. in Cata. Euſeb. Niceph. Call Abdiam, Placent. Democha. Faſcic. temp. Gregor. Turon. Adon. Viennenſ. Adã Sterixe. Maſſe. Camera. Sabellic. Meyer. Antonin. Petrum de natal. Richar. Waſſebourg. Sigebert. Franciſc. Irenic.

Barnabas primus Romæ Chriſtum prædicauit, poſtea Mediolani epiſcopus fuit.

Ananias Damaſcenorum apoſtolus fuit & epiſcopus eodem tempore.

Philippus primum diaconus ab apoſtolis cum Stephano, deinde epiſcopus Trallenſium in Aſia factus eſt, eodem tempore.

Procho-

rochorus diaconus quoque primum, demum Nico-
æ, Bithyniæ datus eſt epiſcopus eodem tempore.
icanor & ipſe vnus ex ſeptem, Iudææ apoſtolus fuit,
mque die quo S. Stephanus, vna cum ſyndiacono ac
martyre, aliiſq; promiſcui ſexus & conditionis 2000.
:m pro Chriſto ſubiit.
ıon item ex ſeptem vnus Boſtri apud Arabes epiſco-
it.
olaus quoque diac. Sapriæ epiſcopus & apoſtolus
t. Verum poſtea in ſpurciſſimam hæreſim lapſus
cribunt Epipha. Tom. 2. lib. 1. hær. 25. Philaſt. &
cen. de hæret. Theodorit. de fabu. hæret. libr. 3.
. ad Quod. de hæreſ. 5. Tertull. libr. de præſcript.
& libr. 1. cont. Marcion. Niceph. Call. lib. 3. ca. 15.
ib. 3. cap. 29. & alii.
Corinthiorum præſul fuit, conſtitutus à S. Paulo.
nus Theſſalonicenſium primus epiſcopus creatus
'aulo.
ens Chalcedone in Galliis à S. Paulo antiſtes cre-
.
etus S. Pauli auditor in capite Africæ Carthagini
s præſedit.
ɔnicus S. Pauli quoque in fide alumnus, primus
e apoſtolus, atque epiſcopus eſt declaratus.
as Odyſſæ fuit epiſcopus, Pauli item diſcipulus.
us, cuius quoque S. Paul. meminit ad Rom. Ma-
piſcopum egit.
s ab Andrea apoſtolo primus Byzantii, quæ nũc
inopolis à Conſtantino Magno, auctore voca-
pus deſignatur, vti etiam Niceph. Conſtant. in
ıo. commemorat.
Smyrnenſium epiſcopus extitit.
ulus Brettanniæ eſt inauctoratus.
is Patrarum, cui defuncto ſurrogatus eſt He-

'hebarum epiſcopatum geſſit.

Digitized by Google

Aſyncritus Hyrcaniæ.

Phlegon Marathonæ.

Hermes Dalmatiæ.

Hermas Philipporum. hunc auctorem aſſerunt libri qui Paſtor inſcribitur.

Patrobas Nepotiolani.

Linus, Cletus, & Clemens Romæ, de quibus magna inter Græcos Latinoſque quæſtio eſt.

Caius Epheſinę eccleſiæ poſt Timotheum adminiſtrationem ſuſcepit.

Philologus Sinopæ ab Andrea apoſtolo epiſcopus decernitur.

Olympas Italiæ euangelium intulit.

Rhodion quoque Italis Chriſtum prædicauit.

Iaſon Tarſi epiſcopus à S. Paulo conſecratus eſt.

Soſipater Iconii.

Lucius Laodiceæ Syriæ.

Tertius ſecundus Iconii.

Eraſtus Paneadis.

Phigellus Epheſiorum XV. à fide deſciuit, ſicut & Hermogenes epiſcopus, quem S. Iacobus conuerterat.

Megarenſium Demas.

Quartus Beryti eccleſiæ miniſter fuit.

Apollo Cæſareæ.

Cephas Caniæ.

Soſthenes Colophoniadis.

Epaphroditus Adrianæ.

Cæſar Dyrrachii.

Marcus Apolloniadis.

Ioſeph Eleutheropolees.

Artemas Lyſtrenſium.

Clemens, qui primus ex gentibus & Græcis in Chriſtum credidiſſe fertur, Sardicæ, quæ nunc eſt Triaditza.

Oneſiphorus Coroniæ.

Tychicus Chalcedoniæ Bithyniæ.

Carpus Berrhœæ Thraciæ.

Poly-

Polycarpus Smyrnæ.
Euodus Antiochiæ.
Philemon Gazæ.
Zenas Dioſpoleos.
Aquila Heracliæ.
Priſcas Colophonæ.
Iunias Apamiæ Syriæ.
Marcus, qui & Ioannes, Bybli.

Caliſtum S. Andreas Apoſtolus primum Niceæ epiſcopum dedit.

Apollinaris primus Rauennatium à S. Petro ſacratur epiſcopus.

Quum S. Marcus cunctam Ægyptum, Libyam, Marmaricam, Ammonicam, Pentapolim fidei Chriſtianæ myſteriis inauguraſſet, Alexandrinæ eccleſiæ Anianum, al. Annianum, Cyrenenſium vero Lucium Chriſti & apoſtolorum diſcipulum, epiſcopos nominauit; Melium, Sabinum, & Serdonem preſbyteros, diaconos ſeptem, & alios atque alios cum epiſcopos, tam reliquos euangelii promulgandi miniſtros.

Papias à S. Ioanne Hieropolitanus epiſcopus deſignatur.

Ignatius Antiochenus. Iulianus Cenomanus, Vrſinus Bituricenſis. *Iſte Iulia... idem e... Simon l... ſu...*

Et quidem in Gallia, Græcis Galatia à lacteo gentis colore dicta (γάλα enim Græcis, Latinis lac ſignificat) quæ nunc à Teutonum genere Francia appellatur, prædicatum fuit euangelium Chriſti per varios compluresque apoſtolos, per Eutropium Perſam certe S. Petri diſcipulum paſſim, Lutetiæ Pariſiorum per S. Dionyſ. Areopa. Athenienſium epiſcopum S. Pauli auditorem, Eleutherium preſbyterum & Ruſticum diaconum à S. Clemente Rom. Pont. Max. illuc deſtinatos, anno & quod excurrit, x c. Traiano principe. quod habent Gregor. Turo. lib. 1. hiſt. Demochar. Surius in vit. S. Genouefæ, & cæteri rerum Gallicarum ſcriptores. Niceph. Call. re-

fert Dionyſium reſectum ſuum caput, ad duo paſſuum millia manibus tuliſſe, & occurrenti forte matronæ cuidam velut depoſitum tradidiſſe & commendauiſſe, lib. 2. cap. 20.

S. Paulus Hiſpaniam Chriſto vindicauit, anno LIX. S. Pet. Pontif. Max. ſtatim poſt primam ſuam ſatisfactionem, & apud Neronem purgationem; tranſitaque Gallia Trophimum Arelatæ, Creſcentem vero Viennæ Galliæ reliquit apoſtolos, auctore Adone Viennenſ. Hieron. in Cat. 2. Tit. 4. Rom. 15. Sunt qui exiſtiment Hiſpaniam atque Luſitaniam, ſiue Portugalliam, vnicas illas Romanæ eccleſiæ baſes fidei Chriſtianæ initiatas, anno III. & quod excurrit Claudii Imp. Chriſti, XL. opera ſtudioque cum S. Pauli, tum S. Iacobi fratris S. Ioannis ab Herode Agrippa capite plexi Hieroſolymis ante dies azymorum, S. Iacobo fratre Domini Hieroſolymitano epiſcopo, S. Pet. Ponf. Max. Vide mihi Vaſeum, Marinæum Siculum, Marium Aretium, Io. Bair cap. I. decad Aſi. Franciſ. Taraph. Barcino. canonicum in Chronic. Primumque S. Iacobi diſcipulum fuiſſe inquiunt Andaletum Almariæ epiſcopum. S. Paulũ totum orbem volucris inſtar peruolaſſe, teſtatur Niceph. Call.

Act. 12.

Lugdunenſes primum fidei Chriſtianæ antiſtitem & apoſtolum ſortiti ſunt S. Photinum S. Ioannis apoſtoli & Polycarpi diſcipulum, deinde Irenæum, anno, & quod excurrit, XCIX. Victore (ni fallor) Pont. Max. Traiano Aug. Decio & Grato Coſſ. auctore Gregor. Turon. libr. 1. hiſtor.

Sub eadem tempora ciuitas Toloſana Saturninum, Turonenſes Gratianum, Narbonenſes Paulum quendam, Aruernenſes Stremonium, Lemouicini & Burdegalenſes Martialem, Meldenſes Sanctinum, Aurelianenſes Altinum, Siluanectenſes Regulum, Biſuntini Anthidium Nicetii collegam, Matiſconenſes Nicetium, Lingonenſes Senatorem, Senonenſes Sauinianum, Potentianum, Altinum, Erdardum ſacerdotes atque myſtas ſacros

cros habuere partim Nerone, partim aliis atque aliis imperantibus; Carnotenſes militiæ Chriſtianæ aſſcripti ſunt pædagogia Aduentini, Sauiniani, Potentiani & eius claſſis aliorum à S. Petro apoſtolo tempore Claudii illuc directorum, anno plus minus, XLIV. Biturigum regio, per illorum apoſtolorum diſcipulos Chriſto nuncupata eſt, Clemente Pont. Max. Domitiano Imp. anno, & quod excurrit, LXXXIX.

In campis Catalonicis, apud Heduos, Trecenſes, & alibi fidei incunabula ac rudimenta tradita ſunt à S. Amatore Potentiani & Sauiniani Chriſti diſcipulorum auditore, anno XCIX. Clemente Pont. Max. Tito & Veſpaſiano Imper. Primus Catalonenſium epiſcopus fuit Menius.

Maſſilienſes religionis prima elementa acceperunt induſtria Lazari, Maximini, Mariæ Magdalenæ, Marthæ & Marcellæ ſuis ſedibus & bonis exutorum, ferociente perſecutione, quæ S. Stephanum abſtulit, Tiber. Imp.

Aquenſibus præfuit epiſcopus Maximinus qui Lazari domum baptizauerat.

Sub eadem tempora Andegauenſes Chriſto videntur vendicati apoſtolis S. Defenſore & Apothemio. fuit certe Tallaſſius ſextus eius ſedis epiſcopus in conciliis Venetico & Turonico primo, anno circiter CCCCXLVIII. Leone I. aut Hilario Pont. Max.

Virdunenſes hauſerunt religionem à S. Sanctino S. Dionyſii Areopa. diſcipulo, anno, aut paulo amplius, XCIX. Domitiano Aug. Euariſto. Pont. Max.

Baiocenſes S. Exuperium, Ebroicenſes S. Taurinum epiſcopos à S. Clemente accepere.

Biturigum circumquaque viciniam * Vrſus, Nathanael & alii Chriſti diſcipuli erudierunt anno, & quod excurrit, LXX. Tit. & Veſp. AA. Eleuthe. Pont. Max. *al. Vrſinus.*

Britones, Normandos, Rothomagenſes, Picardos, omnemque maris Oceani tractum inſtruxit, formauitque fide S. Nicaſius à S. Clemente illuc apoſtolus dele-

Digitized by Google

gatus, anno, & quod excurrit, XL. Imp. Nero. & poſt eum Firminus Ambianenſium epiſcopus anno CC.

Rhemenſes, Sueſſiones, aliique & alii Galliæ populi, partim per Xiſtum, Simicium, Amanſium collegas, partim per Maternum, eiuſque ſocios, ad fidem acciti ſunt. fuerunt etiam in Galliam deſtinati Zacharias, Martinus quidam, Verus, Eucharius, Valerius, Mennius, Donatianus, Domitianus, & alii non pauci apoſtolorum diſcipuli. Equidem haud certo ſcio, an vſpiam gentium (Italiam excipio) tot, tantique apoſtoli euangelicam operam nauarint. Galliam S. Hieronymus vſque adeo laudibus celebrat, vt cum Titanes, Centauros, Cyclopes, Cerberos, Hydras, Chimeras, Minotauros, Cacos, Circes, Sirenes, Stymphalidas, Apros Erymanthios, Leones Nemæos, triformes Geryones, aliaque id genus, toto terrarum orbe, rerum prodigia atque portenta ſint nata, ſolam Galliam ſemper à monſtris aſſerat fuiſſe immunem: vnum vero Vigilantium Barcinonenſis eccleſiæ preſbyterum, natione Gallum, peſtilentiſſimam ſcabiem affricuiſſe, perpetuæque (inde vſque ad apoſtolos, primamque eccleſiarum apoſtolicarum, quas diximus, fundationem) innocentiæ inuſſiſſe maculam. Erat Vigilantius ſuo generi reſpondens, & ex Celtiberis conuenis, & quaſi Brutiis ſicariis, & latronibus oriundus. ſerpentis inſtar in eccleſias Galliarum ſtridens ac ſibilans exufflabat virus contagioſum, teſte D. Hiero. Inuectiua 2. in Vigilant. Neque facile reperias citra illa D. Hieronymi, ſiue haud multo poſt Clodouei Criniti Chriſtianiſſ. regis tempora, Gallos vnquam à fide religioneque Chriſtiana hactenus deſciuiſſe, vſque ad Io. Caluinum, qui toti ordini confuſionem, pacatiſſimæ patriæ bellum, florentiſſimæ prouinciæ ærumnas & clades ac ſtrages, elegantiſſime conſtitutæ Reip. tempeſtatem, ornatiſſimo ſemel, ampliſſimo, maximo regno inuexit perniciem, præſentiſſimumque exitium, niſi numen aliquod diuinum prohibeat.

Lib. aduerſus Vigilant.

Gallia-

Digitized by Google

Gallia Belgica olim complectebatur Mempiſcum,
bactos, Neruios, Hannoniam, Morinos, Lutzem-
gum, Lotharingiam, Alſatiam, in qua Nemetes quo-
ſiue Spirenſes; Suetiam ſiue Heluetiam; Vectones,
oracos, Celtiberos, quos Cn. Pompeius, edomita
ania, & Romam triumphaturus properans, ad ra-
Pyrenæi depoſuit, atque reliquit; reliquumque
onum agrum, vſque ad Allobroges, cis citraque
ium: eaque ditio vniuerſa peragrata eſt, ac fide Chri-
illuſtrata à S. Clemente S. Clementis Pont. Max.
patruo: quod prodit D. Io. Schomer. preſb. De-
n Neruiis Aloſto conterminis & Morinis, vnde bre-
ius in Britanniam, nunc Angliam, eſt traiectus (vti
& Iul. Cæſ. meminere) Marco Antonino Vero &
Aurel. Commodo. AA. Impp. auctore Antoni-
etro de Natalib. Iac. Meyero, fidei Chriſtianæ re-
t diuulgata, cum primis apud Taruannã, omnem-
iniam, antiſtitibus S. Fuſciano, Victorico, Piato-
iſque ſociis, quos poſtea percenſebimus, anno, &
xcurrit, CLXXIV. Pont. Max. Sotere. Acceperunt
iſcopum S. Eleutherium anno CCCCLXXX. ac de-
no, & quod excurrit, V'XXX. Antimundum,
rio Francor. rege Dagoberti patre, quo tempore
Remigius D. Vedaſtum Atrebatibus epiſcopum
ti ex Meyer. & Democh. probatum eſt. De-
Auguſtinus monachus cum aliis aliquot à S. Gre-
apa in Angliam deſtinatus, procul dubio inſtar
rum, quibus moris erat, per quas tranſibant
eulogiis ſalutare, & parænesibus roborare; in
Mempiſco totique Flandriæ euangelium depræ-
priuſquam in Dorouerenſem ripam Oceani
portu, ſiue Caletio transfretaret; qui fuit
ex quo Angli in Britanniam venerant, plus mi-
Mauritio Aug. vti reperire eſt apud V. Bedam.
Flandria, quæ olim apud C. Tacit. Mempiſcus
it, Ambactorum quoque territorium, quos

S. Superior Neruiorum epiſcopus vna cũ S. Seruatio Tungrorum epiſcopo fuit in Synodo Agrippinenſi I. tempore Iulii I. Pont. Max. Conſtantio A. anno 340.

Lib. 1. Angl. hiſt. cap. 23.

allegat Cæſar in comment. prima quidem Chriſtianæ fidei tyrocinia à Clemente quem diximus, acceperunt: quæ ſiue perſecutionum tyrannide obliterata atque deleta, ſiue temporum morumque nequitia, velut ſitu obducta, iterum temporibus Diocletiani reparata, iterumque per D. Antimundum firmata, poſtremo per S. * Audomarum anno, & quod excurrit, VI'. LXXV. Rege Francorum Pipino, S. Amandum, Allouinum, ſiue Bauonem, Florebertum, Vrſinarum, Bonum, S. Aldegundem, S. Gertrudem, alioſque Pipini demum poſteros, S. Amandi in fide alumnos, vt habent Meyer. Democh. & Milo monachus clarus anno VIII'. LXX. qui ſcribit Gandauum id temporis pagum vicumque dumtaxat fuiſſe, & arbores iſthic Deorum inſtar coli ſolere. Sunt qui aiant Tornacenſes Melchiade Pontif. Maxim. Chriſto nomen dediſſe ſub Conſtantii Chlori Conſtantini M. patris, quem Chriſtianum fuiſſe omnes hiſtorici aſſerunt, tempora, & per S. Theodorum, Chryſolium, Eleutherium, Medardum, alioſque Piatonis collegas, ſalutis vnda luſtratos anno, & quod excurrit, CCCXX. Sortiti ſunt vero epiſcopum anno circiter V'. XXX. quo tempore vna erat ſedes epiſcopalis Viromandenſium, Nouiomenſium & Neruiorum ſiue Tornacenſium. Cœperunt autem habere proprium anno M.CXLVI. Eugen. Pontific. Max. D. Anſelmum. Atrebatenſes & Cameracenſes dicuntur item apoſtolos habuiſſe primum Diogenem temporibus Alarici Gothorum, aut certe Genſerici Vandalorum Regum Teuthonum, deinde S. Remigium, Vedaſtum, Dominicum, Gaugericum, anno plus minus V'. XL. Hormiſda Pont. Max. Anaſtaſ. Imper. quo æuo in Scotia S. Brigida prodigioſa raraque admodum ſanctitate celebris fuit. Denique S. Vedulphus, qui Clotharium Chriſtianiſſimi Clodouei filium fidei inaugurauit, paulo poſt ſedem epiſcopalem Atrebato Cameracum tranſtulit, aut, ſi mauis, vnam in duas recudit, fuditq;: id quod apud Chriſt. Maſſ. Democh. & in Prouinciali Atrebat. & Camerac. legere eſt.

Al. Othmarū.

Olim Gant. ſecundum Aimoinum.

Atrecht. Camerijck.

Treuiri,

Treuiri, Vbii, ſiue Agrippinenſes, qui nunc Colonienſes, Aquiſgranenſes, Tungri, Hasbani, Landi, Luppilii, vnde Pippinum & Carolum Magn. ferunt oriundos, Traiectenſes ad Moſam, totus Eburonum ager ſiue hodie Leodienſium, Dionantum quæ & Theodonis villa, Namurcum, locaque vicina, opera S. Materni, Eucharii, Valerii, Mennii, a S. Petro in Gallias deſtinatorum, fidei Chriſtianæ auſpicia cœperunt, Nerone Imp. anno, & quod excurrit, XCVIII. vti habent Placentius in Cata. epiſcoporum Tungrenſ. Bruſthem. Demòch. & annales Leodienſ.

In cauſſa certe D. Cæciliani epiſcopi Carthaginenſis de traditione ſacrorum codicum, aduerſus calumnias criminationeſque Donatiſtarum diiudicanda affuit S. Maternus epiſcopus Agrippinenſis Miltiade Pont. Max. Conſtantino M. Aug. Imper. in concilio Lateranenſi, & Cæcilianus à 19. epiſcopis inſons inculpatuſque cenſus eſt; & Donatiſtæ cauillatores condemnati. Meminit eius ſynodi D. Auguſt. epiſt. 161. 166. & alias ſubinde: quantum vero laboris hac in re exantlarit aduerſus Donatiſtas, nemo neſcit qui vel à limine Auguſtinum ſalutarit (vt ſic dicam) vel primoribus labris eius volumina guſtarit. In illa vero hiſtoria de lite Donatiſtarum cum Cæciliano, id obiter notandum exiſtimaui, Conſtantinum Magnum taxauiſſe cum primis Donatiſtarum inſolentiam, quod negocium eccleſiaſticum retuliſſent ad forum iudicemque profanum, deinde conuictos mendaciorum, & Auguſtum principem appellantes, repulſam denunciauiſſe: quod ſcribit D. Optat. Mileuit. l. 1.

Metenſibus fidei religioniſque antiſtes fuit annos XXV. S. Clemens Roma. anno & quod excurrit, XL. S. Petro Pont Max. Caio Calig. Imp. Clemente vero Romam euocato ſuffecti ſunt in eandem cathedram Celeſtius, Felix, Patiens, & alii, qui cunctam Lotharingiam plurimis fanis ſacriſque delubris ornarunt: id quod in ipſo Prouinciali reperire eſt. Suberant vero id temporis Argentinates &

Alſatii Metenſium epiſcopo, teſte Gaſp. Bruſch. Moguntinis ad fidem reducendis operam dedit S. Creſcens, al. Creſcentius S. Pauli diſcipulus, anno, & quod excurrit, LX. Nerone Imper. S. Petro Pontif. Max. quod prodit Gaſpar Bruſch. Erat porro ea ætate vnus epiſcopatus Moguntinenſis & Wormacienſis, eademque diœceſis. Denique S. Bonifacius ex Anglicanis regibus oriūdus, primum monachus, hinc primus archiepiſcopus poſt multos exantlatos labores in prædicando per omnem Germaniam euangelio, à Greg. 3. Pont. Max. creatus eſt, Pippino & Carolomanno Franc. Reg. anno, & quod excurrit, VII^c^. Idem Germaniæ apoſtolus Herbipolenſem, Eyſtetenſem, & Friſingenſem epiſcopatus, opitulante Carolo Magn. inſtituit anno plus minus, VII^c^. XLV. Germaniam omnem cum paganiſmo, tum Arianiſmo, quibus non parum laborabat, expurgauit. Poſtremo quum Moguntinenſem eccleſiam XXXV. annos adminiſtraſſet, Friſonibus euangelium deprædicans, martyrium ſubiit anno VII^c^, LIV. Sigeberto, Gaſpar. Bruſſ. Democh. teſtibus. Tullenſes habuere apoſtolum, ſuæque in Chriſtum fidei primum antiſtitem S. Manſuetum S. Petri apoſtoli diſcipulum S. Clementis collegam origine Scotum, anno, & quod excurrit, LX. Imper. Nerone: quod legere eſt apud Democh.

To. 1. de epiſcopis German.

Auſtraſiam & Alſatiam vniuerſam, cūctumq; Argentinatum, Baſileam, Heluetiam, & Cantonum populum omnem vltra citraque Rhenum, S. Pet. Pont. Max. Nerone Imp. anno, & quod excurrit, LV. S. Euchar. Matern. Valer. aliique id genus apoſtolici viri Chriſto eiuſque nomini ac fidei aſſeruere. Verum relapſi illi partim in idolomaniam, partim in Arianiſmum, per S. Amandum Traiectenſem epiſcopum ad orthodoxiam ſunt reuocati, Clodoueo & Clothario Francis imperantibus, anno, & quod excurrit, D. Vti ex Gaſp. Bruſſ. Surio, Democh. liquet. Prædicauit etiam iſthic Leodegarius Francus teſte Laz.

In Boiis ſiue Boiariis, nunc Bauaris, Churienſibus, atque

que Rhetiis, apoſtolum egiſſe ferunt Lucium quendam, quem nonnulli Simonem illum Cyrenæum fuiſſe contendunt, qui vna cũ Chriſto crucem geſtauit, quem Ratiſponæ, Salisburgi, Auguſtæ Vindelicorũ, & Churiæ prædicaſſe, ſatis in confeſſo eſt, anno, & ꝙ excurrit, CLIV. Alii Lucium hunc Britanniæ regem eſſe aſſerunt, patria ob fidem regnoque extorrem, Eleuthe. Pontif. Max. Seuero principe, anno, & quod excurrit, CLVI. Eius Lucii poſtea meminerimus. Churienſium primus epiſcopus extitit S. Azimo, qui interfuit Synodo Chalcedonenſi, Leone Pont. Max. Marciano Imp. anno plus minus CDLII. Vide mihi Gaſp. Bruſch. Democh.

† Britannia, quæ nunc Anglia, conceſſit in fidei religioniſque Chriſtianæ ſententiam Eleutherio Pontif. Maxim. Marco Antonino Vero & Aurelio Commodo fratre Impp. AA. Lucio rege, Ariſtobulo, Fugatio, & Damiano apoſtolis, anno ſecundum V. Bedam, CLVI. aut quod magis placet Hectori Boëth. CLXXXVII. Eam vero fidem indeprauatam tenuiſſe inſulam vſque ad Diocletiani & Maximia. tyrannorum Impp. tempora teſtatur V. Beda. & quidem Scoti, Picti, Hyberni, cæterique eius climatis inſulares, videntur eodem tempore fidem accepiſſe, ſed epiſcopum non ita, ſi V. Bedæ credendum eſt. Putat enim Scotis primum epiſcopum fuiſſe Palladium diaconum, Pontif. Max. Celeſtino, Theodo. Iunio. Imper. anno CDXX. Vel iuxta D. Proſp. in Chro. CDXXXIV. Baſſo & Antiocho Coſſ. Labefactarant ſiquidem non parum omnem Britonum prouinciam Pelagius, Iulianus, Celeſtius, & alii quidam; eamque ob cauſſam Celeſtinus Papa S. Germanum Antiſiodorenſem & Lupum Trecenſem epiſcopos illuc deſtinat, & Scotiæ antiſtitem præficit quem diximus Palladium Anno CCCCXXXIV. Non deſunt tamen qui exiſtiment Scotos Epiſcopum habuiſſe D. Palladium, ſiue illum ipſum, ſiue eiuſdem nominis aliũ, Victore Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. & Seuero, rege Donaldo, anno, & quod excurrit, CXCVI.

Al. Brettania.

Lib. 1. hiſt. Anglic. cap. 4. Sigebert. P. 057. Democh.

Lib. 1. cap. 13

Donaldus primus omnium regum Scoticorum cudit ñmos, eoſq; cruce eſſe inſignes voluit, velutq; religionis eſſerã cenſeri. Et forte hæc religionis mutatio meditandæ cõtra Romanos rebellionis occaſionem dedit. Nã id temporis Britones à Romanis defeciſſe probatiſſimum eſt, eiſque bellum intuliſſe Seuerum, quem Eboraci Britanniæ mortuum teſtatur Euſeb. Cæſ. in Chro. aliique hiſtorici. fuiſſe enim ſæpenumero ipſos Palatinos ac Auguſtales prouinciarum præfectos fide imbutos Chriſtiana, etiam apoſtolorum temporibus, literis diuinis, cum veteris, tum noui teſtamenti compertum eſt; vnde non ſolum familiæ, verumetiam integræ prouinciæ eandem induerunt & opinionem & religionem. Quum vero reciproca viciſſitudine pro inſularium cum inconſtantia, tum malitia, dudum nunc religio, mox ſuperſtitio rerum potiretur, denique anno v'.LXXXII. Imperatoris Mauritii anno XIV. aduentus Anglorum in Britanniam Anno circiter CL. D. Greg. Papa diuino inſtinctu admonitus, miſit in Angliam S. Auguſtinum monachum, cum aliis aliquot eiuſdem inſtituti viris; vt gentem barbaram partim gentiliſmo priſco, partim Arianiſmo, demum Pelagianiſmo corruptam, cultiorem meliorisque frugis redderent, omnemque vſque ab radicibus barbariem extirparent. Picti itaque culturæ euangelicæ accommodarunt aurem, & ad manſuetudinem Chriſtianam perducti ſunt anno, & quod excurrit, DXXX. per D. Columbanum presbyterum Scotum, vel, vt aliis placet, Hibernum, Bridio rege, Iuſtino II. Imper. Gregor. I. Pont. Max. Tametſi pridem indefeſſam operam illis in fide excolendis nauauiſſet S. Miuanus Venedola Britannus anno plus minus CD. Theodo. ſeniore, aut certe Arcad. & Hono. Imper. AA. Anaſtaſio Pont. Max. Scotos quoque è ſchiſmate reuocauit S. Hecbertus Anglus anno VII'.XVII. graſſantibus Imperatoribus Conſtantin. paſſim in iconas.

Viennenſ.

Saxones Orientales ad fidem Cathol. redierunt anno

& quod

& quod excurrit, DLXIX. induſtria S. Melliti primi Londinenſis epiſcopi; deinde S. Iuſti epiſcopi, & S. Wilfridi epiſcopi Eburicenſis, rege † Siberto & Carpinaldo fratribus Catholicis. Demum Angloſaxonibus Orientalibus ſiue Clunocenſibus in fide Cath. firmandis rerum ſategit S. Felix epiſcopus Hono. I. Pontif. Maxim. Anno, & quod excurrit, DCXX. Imper. Phoca.

Al. Geberto.

Nordanhumbri, id eſt, Septentrionales, ſeu Aquilonares Angloſaxones, receperunt orthodoxiam primum prædicante S. Iuſto epiſcopo, ac eius deinceps diſcipulo S. Paulino Italo, rege Eduino vna cum tota domo Baptiſmi Sacramento abluto, Pont. Max. Bonifacio II. Mauri. Imp. anno, & quod excurrit, DLXV. Fuit item apoſtolus occiduis Angloſaxonibus S. † Byrinus epiſcopus a S. Aſterio epiſcopo Genuenſi conſecratus, Tyingilſo apud eos principe, Hono. I. Pont. Max. anno aut amplius VI'. XXIV. Regna Beruiciæ & Deiræ in vnum Nordthumbrie coaluerunt anno plus minus V'. VII. Middelangli, id eſt Mediterranei, docti & baptizati ſunt in fide ortho. à S. Finano epiſcopo, principe Penda, qui ſtatim vt hac fidei gratia donatus eſt, eam ſuis Merciis, ex quibus erat oriundus, communicauit, eiſque ſacerdotes epiſcopoſque ordinari curauit anno, & quod excurrit, VI'. LV. Rege Oſvvi, Conſtantino Heraclii A. filio Imp. aut certe Heracleona & Martina nouerca A. A. Pontif. Max. Theodoro. Vti produnt V. Beda, Hector Boeth. Democh. Proſp. Palmer. Hiberniæ diu olim vna cum reliqua Britannia ad fidem vocatæ I. epiſc. deſtinatus eſt S. Patricius, à Romanis ita dictus ob morum ciuilitatem vrbanitatemque natione Brito, Scotorum à S. Palladio ſecundus epiſcopus. Is vt efferum incultumque populum metu percelleret, mitioremque redderet, præmiſſis ieiuniis & precibus, pœnas eis inferorum oſtendit. Vnde Purgatorium Patricii eſt vocitatum vulgo. Incidit iſtuc in annum V'. LII. Vigilio Pontif. Max. Iuſtinia. I. Imper. teſte Vincentio, aut, vt alii volunt, anno CDXXXII. Celeſtino

Affuit Iuſtus legatus Galli Synodo Aquileienſi Damaſo Pont. Max. anno 420.

Al. Berinus.

Hic Galba imperium imo tyrannidem inuaſit anno 71. teſte Euſeb. in Chro. poſtea capite truncatus in medio Romano vrbis foro.

Digitized by Google

fert Dionyſium reſectum ſuum caput, ad duo paſſuum millia manibus tuliſſe, & occurrenti forte matronæ cuidam velut depoſitum tradidiſſe & commendauiſſe, lib. 2. cap. 20.

S. Paulus Hiſpaniam Chriſto vindicauit, anno LIX. S. Pet. Pontif. Max. ſtatim poſt primam ſuam ſatisfactionem, & apud Neronem purgationem; tranſitaque Gallia Trophimum Arelatæ, Creſcentem vero Viennæ Galliæ reliquit apoſtolos, auctore Adone Viennenſ. Hieron. in Cat. 2. Tit. 4. Rom. 15. Sunt qui exiſtiment Hiſpaniam atque Luſitaniam, ſiue Portugalliam, vnicas illas Romanæ eccleſiæ baſes fidei Chriſtianæ initiatas, anno III. & quod excurrit Claudii Imp. Chriſti, XL. opera ſtudioque cum S. Pauli, tum S. Iacobi fratris S. Ioannis ab Herode Agrippa capite plexi Hieroſolymis ante dies azymorum, S. Iacobo fratre Domini Hieroſolymitano epiſcopo, S. Pet. Ponf. Max. Vide mihi Vaſeum, Marinæum Siculum, Marium Aretium, Io. Bair cap. 1. decad Aſi. Franciſ. Taraph. Barcino. canonicum in Chronic. Primumque S. Iacobi diſcipulum fuiſſe inquiunt Andaletum Almariæ epiſcopum. S. Paulū totum orbem volucris inſtar peruolaſſe, teſtatur Niceph. Call.

Act. 12.

Lugdunenſes primum fidei Chriſtianæ antiſtitem & apoſtolum ſortiti ſunt S. Photinum S. Ioannis apoſtoli & Polycarpi diſcipulum, deinde Irenæum, anno, & quod excurrit, XCIX. Victore (ni fallor) Pont. Max. Traiano Aug. Decio & Grato Coſſ. auctore Gregor. Turon. libr. 1. hiſtor.

Sub eadem tempora ciuitas Toloſana Saturninum, Turonenſes Gratianum, Narbonenſes Paulum quendam, Aruernenſes Stremonium, Lemouicini & Burdegalenſes Martialem, Meldenſes Sanctinum, Aurelianenſes Altinum, Siluanectenſes Regulum, Biſuntini Anthidium Nicetii collegam, Matiſconenſes Nicetium, Lingonenſes Senatorem, Senonenſes Sauinianum, Potentianum, Altinum, Erdardum ſacerdotes atque myſtas ſacro-

cros habuere partim Nerone, partim aliis atque aliis imperantibus; Carnotenſes militiæ Chriſtianæ aſſcripti ſunt pædagogia Aduentini, Sauiniani, Potentiani & eius claſſis aliorum à S. Petro apoſtolo tempore Claudii illuc directorum, anno plus minus, XLIV. Biturigum regio, per illorum apoſtolorum diſcipulos Chriſto nuncupata eſt, Clemente Pont. Max. Domitiano Imp. anno, & quod excurrit, LXXXIX.

In campis Catalonicis, apud Heduos, Trecenſes, & alibi fidei incunabula ac rudimenta tradita ſunt à S. Amatore Potentiani & Sauiniani Chriſti diſcipulorum auditore, anno XCIX. Clemente Pont. Max. Tito & Veſpaſiano Imper. Primus Catalonenſium epiſcopus fuit Mennius.

Maſſilienſes religionis prima elementa acceperunt induſtria Lazari, Maximini, Mariæ Magdalenæ, Marthæ & Marcellæ ſuis ſedibus & bonis exutorum, ferociente perſecutione, quæ S. Stephanum abſtulit, Tiber. Imp.

Aquenſibus præfuit epiſcopus Maximinus qui Lazari domum baptizauerat.

Sub eadem tempora Andegauenſes Chriſto videntur vendicati apoſtolis S. Defenſore & Apothemio. fuit certe Tallaſſius ſextus eius ſedis epiſcopus in conciliis Venetico & Turonico primo, anno circiter CCCCXLVIII. Leone I. aut Hilario Pont. Max.

Virdunenſes hauſerunt religionem à S. Sanctino S. Dionyſii Areopa. diſcipulo, anno, aut paulo amplius, XCIX. Domitiano Aug. Euariſto. Pont. Max.

Baiocenſes S. Exuperium, Ebroicenſes S. Taurinum epiſcopos à S. Clemente accepere.

Biturigum circumquaque viciniam * Vrſus, Nathanael & alii Chriſti diſcipuli erudierunt anno, & quod excurrit, LXX. Tit. & Veſp. AA. Eleuthe. Pont. Max. *al. Vrſinus.*

Britones, Normandos, Rothomagenſes, Picardos, omnemque maris Oceani tractum inſtruxit, formauitque fide S. Nicaſius à S. Clemente illuc apoſtolus dele-

Digitized by Google

gatus, anno, & quod excurrit, XL. Imp. Nero: & poſt eum Firminus Ambianenſium epiſcopus anno CC.

Rhemenſes, Sueſſiones, aliique & alii Galliæ populi, partim per Xiſtum, Simicium, Amanſium collegas, partim per Maternum, eiuſque ſocios, ad fidem acciti ſunt. fuerunt etiam in Galliam deſtinati Zacharias, Martinus quidam, Verus, Eucharius, Valerius, Mennius, Donatianus, Domitianus, & alii non pauci apoſtolorum diſcipuli. Equidem haud certo ſcio, an vſpiam gentium (Italiam excipio) tot, tantique apoſtoli euangelicam operam nauarint. Galliam S. Hieronymus vſque adeo laudibus celebrat, vt cum Titanes, Centauros, Cyclopes, Cerberos, Hydras, Chimeras, Minotauros, Cacos, Circes, Sirenes, Stymphalidas, Apros Erymanthios, Leones Nemæos, triformes Geryones, aliaque id genus, toto terrarum orbe, rerum prodigia atque portenta ſint nata, ſolam Galliam ſemper à monſtris aſſerat fuiſſe immunem: vnum vero Vigilantium Barcinonenſis eccleſiæ preſbyterum, natione Gallum, peſtilentiſſimam ſcabiem affricuiſſe, perpetuæque (inde vſque ad apoſtolos, primamque eccleſiarum apoſtolicarum, quas diximus, fundationem) innocentiæ inuſſiſſe maculam. Erat Vigilantius ſuo generi reſpondens, & ex Celtiberis conuenis, & quaſi Brutiis ſicariis, & latronibus oriundus, ſerpentis inſtar in eccleſias Galliarum ſtridens ac ſibilans exufflabat virus contagioſum, teſte D. Hiero. Inuectiua 2. in Vigilant. Neque facile reperias citra illa D. Hieronymi, ſiue haud multo poſt Clodouei Criniti Chriſtianiſſ. regis tempora, Gallos vnquam à fide religioneque Chriſtiana hactenus deſciuiſſe, vſque ad Io. Caluinum, qui toti ordini confuſionem, pacatiſſimæ patriæ bellum, florentiſſimæ prouinciæ ærumnas & clades ac ſtrages, elegantiſſime conſtitutæ Reip. tempeſtatem, ornatiſſimo ſemel, ampliſſimo, maximo regno inuexit perniciem, præſentiſſimumque exitium, niſi numen aliquod diuinum prohibeat.

Lib. aduerſus Vigilant.

Gallia

Gallia Belgica olim complectebatur Mempiſcum,
bactos, Neruios, Hannoniam, Morinos, Lutzem-
gum, Lotharingiam, Alſatiam, in qua Nemetes quo-
ſiue Spirenſes; Suetiam ſiue Heluetiam; Vectones,
oracos, Celtiberos, quos Cn. Pompeius, edomita
ania, & Romam triumphaturus properans, ad ra-
: Pyrenæi depoſuit, atque reliquit; reliquumque
:onum agrum, vſque ad Allobroges, cis citraque
ium: eaque ditio vniuerſa peragrata eſt, ac fide Chri-
i illuſtrata à S. Clemente S. Clementis Pont. Max.
· patruo: quod prodit D. Io. Schomer. preſb. De-
n Neruiis Aloſto conterminis & Morinis, vnde bre-
ius in Britanniam, nunc Angliam, eſt traiectus (vti
& Iul. Cæſ. meminere) Marco Antonino Vero &
Aurel. Commodo. AA. Impp. auctore Antoni-
etro de Natalib. Iac. Meyero, fidei Chriſtianæ re-
ſt diuulgata, cum primis apud Taruannã, omnem-
:iniam, antiſtitibus S. Fuſciano, Victorico, Piato-
iſque ſociis, quos poſtea percenſebimus, anno, &
xcurrit, CLXXIV. Pont. Max. Sotere. Acceperunt
piſcopum S. Eleutherium anno CCCCLXXX. ac de-
no, & quod excurrit, V'XXX. Antimundum,
rio Francor. rege Dagoberti patre, quo tempore
Remigius D. Vedaſtum Atrebatibus epiſcopum
vti ex Meyer. & Democh. probatum eſt. De-
Auguſtinus monachus cum aliis aliquot à S. Gre-
'apa in Angliam deſtinatus, procul dubio inſtar
orum, quibus moris erat, per quas tranſibant
; eulogiis ſalutare, & paræneſibus roborare; in
Mempiſco totique Flandriæ euangelium depræ-
priuſquam in Dorouerenſem ripam Oceani
portu, ſiue Caletio transfretaret; qui fuit
ex quo Angli in Britanniam venerant, plus mi-
Mauritio Aug. vti reperire eſt apud V. Bedam.
: Flandria, quæ olim apud C. Tacit. Mempiſcus
it, Ambactorum quoque territorium, quos

S. Superior Neruiorum epiſcopus vna cũ S. Seruatio Tungrorum epiſcopo fuit in Synodo Agrippinenſi I. tempore Iulii I. Pont. Max. Conſtantio A. anno 340.

Lib. 1. Angl. hiſt. cap. 23.

allegat Cæſar in comment. prima quidem Chriſtianæ fidei tyrocinia à Clemente quem diximus, acceperunt: quæ ſiue perſecutionum tyrannide obliterata atque deleta, ſiue temporum morumque nequitia, velut ſitu obducta, iterum temporibus Diocletiani reparata, iterumque per D. Antimundum firmata, poſtremo per S. * Audomarum anno, & quod excurrit, VI'. LXXV. Rege Francorum Pipino, S. Amandum, Allouinum, ſiue Bauonem, Florebertum, Vrſinarum, Bonum, S. Aldegundem, S. Gertrudem, alioſque Pipini demum poſteros, S. Amandi in fide alumnos, vt habent Meyer. Democh. & Milo monachus clarus anno VIII'. LXX. qui ſcribit Gandauum id temporis pagum vicumque dumtaxat fuiſſe, & arbores iſthic Deorum inſtar coli ſolere. Sunt qui aiant Tornacenſes Melchiade Pontif. Maxim. Chriſto nomen dediſſe ſub Conſtantii Chlori Conſtantini M. patris, quem Chriſtianum fuiſſe omnes hiſtorici aſſerunt, tempora, & per S. Theodorum, Chryſolium, Eleutherium, Medardum, alioſque Piatonis collegas, ſalutis vnda luſtratos anno, & quod excurrit, CCCXX. Sortiti ſunt vero epiſcopum anno circiter V'. XXX. quo tempore vna erat ſedes epiſcopalis Viromandenſium, Nouiomenſium & Neruiorum ſiue Tornacenſium. Cœperunt autem habere proprium anno M.CXLVI. Eugen. Pontific. Max. D. Anſelmum. Atrebatenſes & Cameracenſes dicuntur item apoſtolos habuiſſe primum Diogenem temporibus Alarici Gothorum, aut certe Genſerici Vandalorum Regum Teuthonum, deinde S. Remigium, Vedaſtum, Dominicum, Gaugericum, anno plus minus V'. XL. Hormiſda Pont. Max. Anaſtaſ. Imper. quo æuo in Scotia S. Brigida prodigioſa raraque admodum ſanctitate celebris fuit. Denique S. Vedulphus, qui Clotharium Chriſtianiſſimi Clodouei filium fidei inaugurauit, paulo poſt ſedem epiſcopalem Atrebato Cameracum tranſtulit, aut, ſi mauis, vnam in duas recudit, fuditq; : id quod apud Chriſt. Maſſ. Democh. & in Prouinciali Atrebat. & Camerac. legere eſt.

Al. Othmarū.

Olim Gant. ſecundum Aimoinum.

Atrecht. Caſſyck.

Treuiri,

Treuiri, Vbii, ſiue Agrippinenſes, qui nunc Colonienſes, Aquiſgranenſes, Tungri, Hasbani, Landi, Luppilii, vnde Pippinum & Carolum Magn. ferunt oriundos, Traiectenſes ad Moſam, totus Eburonum ager ſiue hodie Leodienſium, Dionantum quæ & Theodonis villa, Namurcum, locaque vicina, opera S. Materni, Eucharii, Valerii, Mennii, a S. Petro in Gallias deſtinatorum, fidei Chriſtianæ auſpicia cœperunt, Nerone Imp. anno, & quod excurrit, XCVIII. vti habent Placentius in Cata. epiſcoporum Tungrenſ. Bruſthem. Demòch. & annales Leodienſ.

In cauſſa certe D. Cæciliani epiſcopi Carthaginenſis de traditione ſacrorum codicum, aduerſus calumnias criminationeſque Donatiſtarum diiudicanda affuit S. Maternus epiſcopus Agrippinenſis Miltiade Pont. Max. Conſtantino M. Aug. Imper. in concilio Lateranenſi, & Cæcilianus à 19. epiſcopis inſons inculpatuſque cenſus eſt; & Donatiſtæ cauillatores condemnati. Meminit eius ſynodi D. Auguſt. epiſt. 161. 166. & alias ſubinde: quantum vero laboris hac in re exantlarit aduerſus Donatiſtas, nemo neſcit qui vel à limine Auguſtinum ſalutarit (vt ſic dicam) vel primoribus labris eius volumina guſtarit. In illa vero hiſtoria de lite Donatiſtarum cum Cæciliano, id obiter notandum exiſtimaui, Conſtantinum Magnum taxauiſſe cum primis Donatiſtarum inſolentiam, quod negocium eccleſiaſticum retuliſſent ad forum iudicemque profanum, deinde conuictos mendaciorum, & Auguſtum principem appellantes, repulſam denunciauiſſe: quod ſcribit D. Optat. Mileuit. l. 1.

Metenſibus fidei religioniſque antiſtes fuit annos XXV. S. Clemens Roma. anno & quod excurrit, XL. S. Petro Pont Max. Caio Calig. Imp. Clemente vero Romam euocato ſuffecti ſunt in eandem cathedram Celeſtius, Felix, Patiens, & alii, qui cunctam Lotharingiam plurimis fanis ſacriſque delubris ornarunt: id quod in ipſo Prouinciali reperire eſt. Suberant vero id temporis Argentinates &

Alſatii Metenſium epiſcopo, teſte Gaſp. Bruſch. Moguntinis ad fidem reducendis operam dedit S. Creſcens, al. Creſcentius S. Pauli diſcipulus, anno, & quod excurrit, LX. Nerone Imper. S. Petro Pontif. Max. quod prodit Gaſpar Bruſch. Erat porro ea ætate vnus epiſcopatus Moguntinenſis & Wormacienſis, eademque diœceſis. Denique S. Bonifacius ex Anglicanis regibus oriūdus, primum monachus, hinc primus archiepiſcopus poſt multos exantlatos labores in prædicando per omnem Germaniam euangelio, à Greg. 3. Pont. Max. creatus eſt, Pippino & Carolomanno Franc. Reg. anno, & quod excurrit, VII^c. Idem Germaniæ apoſtolus Herbipolenſem, Eyſtetenſem, & Friſingenſem epiſcopatus, opitulante Carolo Magn. inſtituit anno plus minus, VII^c. XLV. Germaniam omnem cum paganiſmo, tum Arianiſmo, quibus non parum laborabat, expurgauit. Poſtremo quum Moguntinenſem eccleſiam XXXV. annos adminiſtraſſet, Friſonibus euangelium deprædicans, martyrium ſubiit anno VII^c, LIV. Sigeberto, Gaſpar. Bruſſ. Democh. teſtibus. Tullenſes habuere apoſtolum, ſuæque in Chriſtum fidei primum antiſtitem S. Manſuetum S. Petri apoſtoli diſcipulum S. Clementis collegam origine Scotum, anno, & quod excurrit, LX. Imper. Nerone: quod legere eſt apud Democh.

To. 1. de epiſcopu German.

Auſtraſiam & Alſatiam vniuerſam, cūctumq; Argentinatum, Baſileam, Heluetiam, & Cantonum populum omnem vltra citraque Rhenum, S. Pet. Pont. Max. Nerone Imp. anno, & quod excurrit, LV. S. Euchar. Matern. Valer. aliique id genus apoſtolici viri Chriſto eiuſque nomini ac fidei aſſeruere. Verum relapſi illi partim in idolomaniam, partim in Arianiſmum, per S. Amandum Traiectenſem epiſcopum ad orthodoxiam ſunt reuocati, Clodoueo & Clothario Francis imperantibus, anno, & quod excurrit, Ɒ. Vti ex Gaſp. Bruſſ. Surio, Democh. liquet. Prædicauit etiam iſthic Leodegarius Francus teſte Laz.

In Boiis ſiue Boiariis, nunc Bauaris, Churienſibus, atque

que Rhetiis, apoſtolum egiſſe ferunt Lucium quendam, quem nonnulli Simonem illum Cyrenæum fuiſſe contendunt, qui vna cũ Chriſto crucem geſtauit, quem Ratiſponæ, Salisburgi, Auguſtæ Vindelicorũ, & Churiæ prædicaſſe, ſatis in confeſſo eſt, anno, & ꝙ excurrit, CLIV. Alii Lucium hunc Britanniæ regem eſſe aſſerunt, patria ob fidem regnoque extorrem, Eleuthe. Pontif. Max. Seuero principe, anno, & quod excurrit, CLVI. Eius Lucii poſtea meminerimus. Churienſium primus epiſcopus extitit S. Azimo, qui interfuit Synodo Chalcedonenſi, Leone Pont. Max. Marciano Imp. anno plus minus CDLII. Vide mihi Gaſp. Bruſch. Democh.

† Britannia, quæ nunc Anglia, conceſſit in fidei religioniſque Chriſtianæ ſententiam Eleutherio Pontif. Maxim. Marco Antonino Vero & Aurelio Commodo fratre Impp. AA. Lucio rege, Ariſtobulo, Fugatio, & Damiano apoſtolis, anno ſecundum V. Bedam, CLVI. aut quod magis placet Hectori Boëth. CLXXXVII. Eam vero fidem indepravatam tenuiſſe inſulam vſque ad Diocletiani & Maximia. tyrannorum Impp. tempora teſtatur V. Beda. & quidem Scoti, Picti, Hyberni, cæterique eius climatis inſulares, videntur eodem tempore fidem accepiſſe, ſed epiſcopum non ita, ſi V. Bedæ credendum eſt. Putat enim Scotis primum epiſcopum fuiſſe Palladium diaconum, Pontif. Max. Celeſtino, Theodo. Iunio. Imper. anno CDXX. Vel iuxta D. Proſp. in Chro. CDXXXIV. Baſſo & Antiocho Coſſ. Labefactarant ſiquidem non parum omnem Britonum prouinciam Pelagius, Iulianus, Celeſtius, & alii quidam; eamque ob cauſſam Celeſtinus Papa S. Germanum Antiſiodorenſem & Lupum Trecenſem epiſcopos illuc deſtinat, & Scotiæ antiſtitem præficit quem diximus Palladium Anno CCCCXXXIV. Non deſunt tamen qui exiſtiment Scotos Epiſcopum habuiſſe D. Palladium, ſiue illum ipſum, ſiue eiuſdem nominis aliũ, Victore Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. & Seuero, rege Donaldo, anno, & quod excurrit, CXCVI.

Al. Brettania.

Lib. 1. hiſt. Anglic. cap. 4. Sigebert. P. 189. Democh.

Lib. 1. cap. 13

& quod excurrit, DLXIX. induſtria S. Melliti primi Londinenſis epiſcopi; deinde S. Iuſti epiſcopi, & S. Wilfridi epiſcopi Eburicenſis, rege † Siberto & Carpinaldo fratribus Catholicis. Demum Angloſaxonibus Orientalibus ſiue Clunocenſibus in fide Cath. firmandis rerum ſategit S. Felix epiſcopus Hono. I. Pontif. Maxim. Anno, & quod excurrit, DCXX. Imper. Phoca.

Al. Geberto.

Nordanhumbri, id eſt, Septentrionales, ſeu Aquilonares Angloſaxones, receperunt orthodoxiam primum prædicante S. Iuſto epiſcopo, ac eius deinceps diſcipulo S. Paulino Italo, rege Eduino vna cum tota domo Baptiſmi Sacramento abluto, Pont. Max. Bonifacio II. Mauri. Imp. anno, & quod excurrit, DLXV. Fuit item apoſtolus occiduis Angloſaxonibus S. † Byrinus epiſcopus a S. Aſterio epiſcopo Genuenſi conſecratus, Tyingilſo apud eos principe, Hono. I. Pont. Max. anno aut amplius VI'. XXIV. Regna Beruiciæ & Deiræ in vnum Nordthumbrie coaluerunt anno plus minus V'. VII. Middelangli, id eſt Mediterranei, docti & baptizati ſunt in fide ortho. à S. Finano epiſcopo, principe Penda, qui ſtatim vt hac fidei gratia donatus eſt, eam ſuis Merciis, ex quibus erat oriundus, communicauit, eiſque ſacerdotes epiſcopoſque ordinari curauit anno, & quod excurrit, VI'. LV. Rege Oſvvi, Conſtantino Heraclii A. filio Imp. aut certe Heracleona & Martina nouerca A. A. Pontif. Max. Theodoro. Vti produnt V. Beda, Hector Boeth. Democh. Proſp. Palmer. Hiberniæ diu olim vna cum reliqua Britannia ad fidem vocatæ I. epiſc. deſtinatus eſt S. Patricius, à Romanis ita dictus ob morum ciuilitatem vrbanitatemque natione Brito, Scotorum à S. Palladio ſecundus epiſcopus. Is vt efferum incultumque populum metu percelleret, mitioremque redderet, præmiſſis ieiuniis & precibus, pœnas eis inferorum oſtendit. Vnde Purgatorium Patricii eſt vocitatum vulgo. Incidit iſtuc in annum V'. LII. Vigilio Pontif. Max. Iuſtinia. I. Imper. teſte Vincentio, aut, vt alii volunt, anno CDXXXII. Celeſtino

Aſſuit Iuſtus legatus Galli. Synod. Aquitenſi Damaſ. Pont. Max. anno 420.

Al. Berinus.

Hic Galba imperium imo tyrannidem inuaſit anno 71. teſte Euſeb. in Chro. poſtea capite truncatus in medio Romana vrbis foro.

Pontif. Max. Theodo. Iuniore Aug. Orchades XL. Britanniæ inſulæ, præter apoſtolicos illos viros primos, qui totum orbem habitabilem curſim fide inſtruxerunt, primum ſymmyſtem epiſcopum ſunt nacti S. Seruanum Scotum S. Palladii Archiepiſcopi auditorem, Anno, & quod excurrit, V^c. XLV. Pont. Max. Agapeto, Iuſtinia. I. A. Britannia olim in multos regulos erat diſtributa, eoque difficilius aut fidem accepit, aut tenuit, ſeruauitque acceptam.

Quoties autem Britonum prouinciæ fidem repudiarint, quomodo iterum repudiatam receperint: quam pii Reges iſthic fuerint, quam S. Petro & Romanæ eccleſiæ deuoti; quanta ſanctitate præluxerint aliis epiſcopi; quantis virtutibus excelluerint monachi: denique quantum iſthic promouerit bonorum Regum pietas, fideique prorogarit pomæria, quantum remouerit impietas, & V. Beda in ſuis annalibus proſequitur, & rerum euentus, temporumque ſeries declarant. Hinc S. Hiero. Britanniam vocat fertilem tyrannorum prouinciam.

Epiſt. ad Cteſiphontem cont. Pelagium Brit.

Britanniam totius Occidentis omnium inſularum maximam, olim Valentiniano I. Imp. ingreſſi ſunt Angli origine Saxones anno, & quod excurrit, CCCLXX. Damaſo Pontif. Maxim. ſuoque de nomine Angliam appellarunt; eamque fide dudum ab apoſtolicis temporibus ſuſcepta, exuerunt, flamma & ferro permiſcentes omnia. Dudum antea quoque anno CCLXXXVI. Dioclet. & Maxim. Impp. Francos ac Saxones Britannis fuiſſe infeſtos teſtis eſt V. Beda & Aimoinus alibi: fuiſſeque olim veteri Britanniæ nomen Albion, affirmat, multiſque cum epiſcopis & martyribus & reliquo clero, tum monaſticæ vitæ profeſſoribus celebrem: id quod tot epiſcoporum ſiue Scoticorum ſiue Anglicorum, qui paſſim per vniuerſam Germaniam eccleſiis præfuere, exemplis manifeſtum eſt. Britannia Straboni à Britone rege, Anglia ab Angela Francorum Saxonumque regina, Albion ab albis rupibus mari vndique ablutis & albicantibus nuncupata, primum quidem

Lib. I. cap. 6. & I. & 14. & lib. 4 cap. 77. 78.

Digitized by Google

dem igitur Ariſtobulum, ſiue illum, cuius meminit S. Paul. *Rom 16.*
quod Dorotheo probatur, ſiue alium, vnum certe ex *In Synopſ.*
LXXII. diſcipulorum claſſe apoſtolum eſt nacta, anno, &
quod excurrit, XCIX. Clemente Pontif. Max. Domitiano
Imper. A. Deinde Fugatium & Damianum, qui ordinem
hierarchicum eccleſiæ iſthic fundatæ ab illo inchoatum
conſtituerunt, ſanxeruntq; more nimirū apoſtolico.

Primas enim Angliæ archiepiſcopus Cantuarienſis Legatus natus corepiſcopos ſuffraganeos olim habuit XX. archiepiſcopos vnum & alterum, præter Metropolitas Hiberniæ iam Irlandiæ, & Scotiæ. *Vide V. Bedam lib. 1.*

Primus epiſcopus poſt illa feliciſſima ſanctiſſimaque apoſtolicorum epiſcoporum tempora, poſt Diocleriani tyrannidem, poſt ſopitos Pelagii, Agricolæ, Seueriani, aliorumque eius farinæ, reſtinctoſque ignes, S. Auguſtinus Dorouerenſem adminiſtrauit eccleſiam; deinde Cantium commigrans, veteremque expurgans eccleſiam, conſecrato illic Laurentio, primariam totius regni eſſe iuſſit, Edelberto rege, Tiberio II. A. Benedicto Pontif. Max. anno, & quod excurrit, DLXXVIII. S. Ruſticus epiſcopus Londinenſis fuit in 2. Concilio Arelatenſi, Syluestro Pont. Max. anno CCCXXVI. Voluſiano & Anniano Coſſ. D. Conſtantin. Mag. A. Londonienſium primus archiepiſcopus fuit S. Mellitus, Eboracenſium Metropolitanus fuit Paulinus, ſiue Nordanhumbrorum, cui ſucceſſit S. Aidanus Scotus apoſtolus Lindisfarnenſis, idemque epiſcopus ibidem. Roffenſium primus antiſtes fuit Romanus à S. Iuſto ordinatus, Candidæ caſæ vel Pictorum Auſtralium & Beruiciorum S. Nima, Doriceſtrenſiū S. Acila, Merciorū Diurna Scotus, Hinccioru Tatfridus, Lindiſſenſium apud Mercios ac Mediterraneos cōmunis epiſcopus fuit Sexnulfus, monachi omnes. Erāt autē ex cōſtitutione Greg. Papæ, ſingulis Metropolitis XII. epiſcopi ſuffraganei. *Democh.*

Primas Scotiæ archiepiſcopus S. Andreæ, item diu olim habuit epiſcopos ſuffraganeos XII. quos repudiatos, reſtituit Xiſtus IV. Pont. Max.

Hibernia dimidio minor eſt Anglia, & ætate poſterior fidem accepit, attamen & plures habet metropoles, ſedeſue archiepiſcopales, & religionem tenet conſtantius: Anglia perpetua mobilitate ſurſum, deorſum, ventis inconſtantior, affectu magis quam ratione mouetur, ſui oblita, ſuęque religionis parum memor, quam ab Apoſtolis, quos diximus, olim tam obuiis animis pariter atque vlnis accepit.

V. Bed. lib. 1. cap. 29. In Hibernia ſunt interim quatuor Metropolitæ ſeu archiepiſcopi, ſinguli ſortiti XII. pro ſanctione antiqua, epiſcopos ſuffraganeos. Omiſi interim Conſtantium Chlorum, Conſtantinum M. Maximum tyrann. Chriſtianos, Britannos natione & profeſſione catholicos, S. Vrſulam cum XI^m. ſuis, Impp. Gratia. vel Arcad. & Hon. A. A.

Hactenus de gentium illarum, ad quas ipſimet apoſtoli eorumve diſcipuli penetrarunt, vocatione, iſtęc ita habentor. Iam nunc quomodo & per quos, Imperatoribus ipſiſque principibus A. de fide Chriſtianaque religione inſinuatum ſit, & quando reliqui poſtliminio populi in eandem fidem conſpirarint, perſequamur.

Lib. cont. Iudæos. Niceph. Grego. lib. 8. de Paſc. Correc. Tiberius A. Imper. cuius anno XV. paſſus eſt Chriſtus (vti Tertull. & alii ſcribunt) Senatus populuſque Romanus de Chriſto, eiuſque cum doctrina, tum miraculis certior factus fuit, ſcriptis à Pontio Pilato Iudaææ præſide literis eodem imperii Tiberii anno, id eſt, Chriſti XXXIV. id quod produnt Euſeb. Cæſ. eccle. hiſt. lib. 2. cap. 2. in Chronic. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 8. Georg. Cedren. Io. Zonar. Ado Viennenſ Paul. Oroſ. lib. 7. cap. 4. Tertul. in Apologet. aduerſus gentes cap. 5. Refert Niceph. Call. Mariam Magdalenam, item Romam contendiſſe, reſq; Chriſti ad Tiberium cont. Pilatum retuliſſe.

Lib. 2. cap. 10. Apud Caium Caligulam A. de Chriſto relatio facta eſt in primis per L. Vitellium Syriæ præfectum, ſubornatum à Lazaro, aliiſque ſiue profanis, ſiue eccleſiaſticis *Niceph. Ibid.* in Chriſtum credentibus, qui iniuriam à Pilato Iudææ præſide Chriſto illatam, cum ſcripto, tum ore tenus apud Vitel-

Digitized by Google

Vitellium cum primis, deinde apud Impp. AA. Tiber. & Caium depoſuerant. Vnde & Romam purgandi ſui ergò Pilatum euocatũ, cauſſâ verò cadentē ſibi manus intuliſſe, teſtes ſunt hiſtorici vniuerſi. Deinde Caio quoq; relatio de Chriſto, eiuſq; geſtis facta eſt anno plus minus 41 per Philonem illum Iudæorum diſertiſſimum, de quo abiiſſe in prouerbium refert D. Hieron. Aut Plato philonizat, aut Philo platonizat. Iterum anno plus minus 55. per regem Agrippam Iudæorumq́; procuratorem Cumanum, ſecundo per Felicem præſidem & Tribunum Liſiam, Claudius Imp. A. de Chriſto relationem accepit. Per Feſtum, Albinum, Ceſtium Florum eiuſdem prouinciæ, ſeu prætores Auguſtales ſeu præſides, per Luc. Ann. Senecam præceptorem ſuum anno, & quod excurrit, 60. Nero Imp. per Flauium Ioſephum, Quiri. Aſcon. Pedianum, aliosq́ue eius temporis annalium hiſtoricos cum primis, tum Iudices & exarchos regionum Titus & Veſpaſ. AA. Impp. anno aut circiter 80. per Flau. Ioſephum, Egeſippum hiſtor. Herennium Graniam Aſiæ proconſulem, Brutium martyrum Chriſtianorum ſcriptorem notarium, & alios atque alios, aliarum aliarumq́ue prouinciarum ſeu præſides, ſeu præfectos, Domitianus Imp. A. anno plus minus 90. Neque operæprecium eſt hic recenſere Seianos, Flacc. Æmilios, Guſſo, Fado, Sergios, Paulos, Lisbios, Lentulos, Plinios, Ægeates, Stratocles, Cumanos, & cæteros prouinciarum quarumq; vel in Aſia, vel India, vel Africa, vel Europa, toto (inquam) orbe, qui id temporis Romanis parebat, ſeu prætores Auguſtales, ſeu præfectos, quorum intererat quicquid rerum vbiuis locorum, gentiúmue ageretur, Imperatori A. Senatui populoq́ue Rom. perſcribere. Neque mihi commemorandos exiſtimo Athenagoras, Iuſtinos, Quadratos, Ariſtides, Agrippas, Melitones, Theophilos, Apollinarios, Tertullianos, Tatianos, Bardeſanes, Irenęos, Dionyſios, Clementes, Miltiades (vt apoſtolos quoque omittam) ac reliquos eius claſſis ſeu antiſtites, ſeu religionis Chriſtianæ principes viros, qui multis voluminibus Apo-

logiiſq; editis pro Chriſtiana fide, gentilium errores, Græcorumque affectiones refutarunt. Res ſiquidem Chriſtianas vniuerſo mundo liquidiſſimè notas fuiſſe, hac tum ætate vel iſthoc argumento licet colligere. Singulis nanque prouinciis præter illos ſiue Conſules, ſiue Proconſules, ſiue Proreges & Exarchos, creabantur quoque quinquennio Cenſores, qui luſtrum diu olim à Tarquinio Priſco inſtitutum anno vrbis plus minus, 135. Olymp. 45. ac deinceps obſeruatum, cenſumque ciuium Ro. indicerent atque haberent, vti ex tabulis Romæ Capitolinis, quas nuper vidimus, compertum eſt. Erant (inquam) præterea Chartophylacii & tabularii fiſci, quorum Sueto. in ſuo Auguſto & Domitiano, Iulius Capitolin. in Cæſare, Abdias Babylonius lib. 6 Theodorus Balſam. Patriarcha Antiochen. Grego. Turonic. lib 5 6. 8. hiſt Franc & Nicepho. Call. meminerunt, qui cenſa bona pariter & ſingulorum nomina, in codices referebant. Iam verò facultates Chriſtianorum publicari, ipſoſque adeò proſcribi à tyrannis ſolere, nemo eſt qui ignoret, qui vel lippis oculis apologeticos, quos retulimus, inſpexerit. Poſtremò etiam noſtris noſtrorum cura inceſſebat. Iam enim inde ab Apoſtolorum temporibus Linus, Cletus, Clemens Rom. Anacletus, Euariſtus & alii Pont. Max. ſingulas diœceſes atque epiſcopatus in ſeptem regiones diſtinxerunt ſeu titulos, adhibitis epiſcopis quibusque ſeptem diaconis, propter ſtylum veritatis obſeruandum. Singulis verò regionibus præfecerunt presbyteros primum quidem ſingulos, quos demum gliſcente fidelium multitudine ſacerdotumque aucto numero Higino Pont. Max. vocare cœperunt Cardinales, ſiue Primarios. Cęterum parœchiis ſingulis ſinguli clerici alii admoti ſunt, quos hodieq; Paſtores appellamus.

In Comment. cir. c. t. 8. Photii patriarch Conſtant. lib 1. hiſt. eccl c 11 Eutrop. & Fl. Vopiſc. de Aureliano Imp.

S. Clemens exulans apud Pontiam inſulam fertur extruxiſſe eccleſias 75.

Illis porrò presbyteris, additi ſeptem diaconi: his quoq; ſeptem notarii qui, in ſua quiſque regione, primùm baptizandorum, quorumq; nomina ſacris codicillis exciperent, deinde res geſtas martyrumque agones, ac certamina examuſſim conſcriberent: id q; apud Damaſ. Pont. M. Cypria. Onuph

Anaſtaſ. Biblio. thecar. Democh.

Onuphr. Pata. alioſq; ſcriptores claſſicos conſpicuum eſt.

Propagata autem latiùs Chriſtiana religione & tituli auctiores facti ſunt, frequentioreſque & Presbyteri & Diaconiæ. & quia eccleſia iuxta Dominicam ſponſionem erat proroganda vſque ad omnes fines mundi, regiones & numero plures & intercapedine vaſtiores ſunt redditæ.

Nam vt aliquid hac de re dicam, quo noſtri intelligant, quàm magna ſit domus Dei, & quàm ingens locus poſſeſſionis eius, quamque ſit fortis columna, eccleſia Dei viui, 1 Timoth. 3. quam Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo, Act. 20. contra quam portæ inferi nunquam ſunt prævalituræ, Matth. 16. Romanus quidem Pontifex præter communes quinque patriarchales vrbis eccleſias, vnam indigenam totius orbis matricem atque parentem, quatuor peregrinas, quatuor mundi partes, orientem, occidentem, meridiem, ſeptentrionem referentes, Conſtantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenſem, Hieroſolymitanam, præter communes alios quoſque ſuffraganeos in partem ſolicitudinis accitos per omnes eccleſias; habebat præterea (inquam) Pont. Max. Roman. octo Epiſcopos qui Archipresbyteri dicebantur ſtatim poſt Apoſtolorum tempora Hygino Pont. Maxim. anno 142. ceu Cardinales, Oſtienſem qui Papam conſecrat, Valletienſem ſiue Velletenſem, Albanẽſem, Tuſculanum, Portuenſem, ſeu S. Ruffinæ & Secundæ, Tiburtinũ, Reatinum, Sabinenſem, tametſi aliter paulò eas enumeret Onuph. eaſque ſeptem duntaxat, duabus in vnam conflatis.

Campania, cuius patriarcha eſt Oſtienſis, ſortiebatur Epiſcopos ſuffraganeos 10. Anagnienſem, Saginenſem, Ferentinenſ. Alatrinenſ. Verulanenſ. Terracin. Soron. Fundan. Aquitan. Gaietan.

Regnum Siciliæ præter Papales, habebat tres Metropolitas, quorum primus Panormitanus tribus præeſt ſuffraganeis, Agrigentino, Mazarenſi, Meleuitano ſiue Maltenſi: ſecundus duobus Corepiſcopis præficitur S. Marci, & Miletenſi, ſiue vt alii vocant, Syracuſano & Cathanenſi:

tertius Metropolites, item duos habet epiſcopos Suffrag. Syracuſ.& Catha. vel, vti alii vocant, S. Marci & Militenſ.

In Calabria erant 4. eccleſiæ Metropoles: prima Reginenſis, habetque 8. Suffrag. ſecunda vnum; tertia nullum; quarta quinque, aut ſecundum nonnullos ſeptem.

In Apulia ſunt archiepiſcopi 15. primus Conſanus habet 5. Suffrag. ſecundus Acherontinus 5. Tertius Tarentinus 2. Quartus Matinenſis ſeu Caſinenſis neminem: Quintus Brudenſis vnicum: Sextus Idruntinus, 5. Septimus Barenſis 12. Octauus Tranenſis 2. Nonus Sipontinus 1. Decimus Beneuentanus ſiue Terræ laboris 24. Vndecimus Salernitanus 5. Duodecimus 4. Decimustertius Surentinus 4. Decimusquartus Neapolitanus 5. Decimusquintus Capuanus 8. In Tuſcia Corſica archiepiſcopus Piſanus habet epiſcopos Suffrag. 6.

In Tuſcia, quæ eſt patrimonium S. Petri ex libera donatione, ſunt epiſcopi 25. Suffraganei Papæ.

In Aprucia ſunt eccleſiæ Cathedrales eædemq; epiſcopales 8.

In Vmbria ſeu ducatu Spoletano ſunt antiſtites 10.

In Marchia Anchonitana 13.

In Romandiola 4.

In territorio Ianuenſi 8.

In Sardinia 3.

Archiepiſcopus Tauritanus præeſt epiſcopis Suffrag. 7.

Archiepiſcopus Alborenſis 3.

Archiepiſcopus Rauennas habet ſub ſe epiſcopos Suffrag. 15.

Archiepiſcopus Mediolanenſis 18.

Patriarcha Aquilegienſis 5.

Archiepiſcopus Paduanus 13.

Patriarcha Gradenſis 6.

Archiepiſcopus Iadrienſis 5.

In Sclauonia archiepiſcopus Spalatenſis 9.

Archiepiſcopus Raguſnenſis 7.

Archiepiſcopus Antibarenſis 9.

In

In Hungaria Archiepiſcopus Stridonenſis ſeu Strigonienſis 6. Nam Domnum Stridonenſem affuiſſe in Concilio Nice.1.certum eſt.

Archiepiſcopus Colocenſis 7.

In Polonia Archiepiſcopus Guerzenſis 10.

In Hiſpaniis apud Aragones, archiepiſcopus Terraconenſis 8.habet epiſcopos Suffrag. Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus 5.

Archiepiſcopus Toletanus 7. eſtq; Hiſpaniæ primas.

Archiepiſcopus Compoſtellanus 11. Archiepiſcopus Hiſpalenſis,ſiue Siuiliæ 6.

In Regno Portugalliæ ſiue Luſitaniæ, quod diuulſum ab Hiſpania proprium regem habere cœpit anno 1110. Alfonſum Henrici Comitis Lotharingiæ filium,teſte Blond. Fla.lib.2. Geogr. Archiepiſcopus Braccarenſis Metropolitanus olim 9. Archiepiſcopus Vlysbonæ, quæ ab Vlyſſe conditore nomen ſortitur,olim Olyſippum, de quo Strabo lib.3.& Plin.lib.4.cap.21.habet epiſcopos Suffraganeos 6. vt omittam 130. Monaſteria opulentiſſimè dotata, & pluſquam 1460. eccleſias parœchiales quæ iſtic alibi 12. leucarum latitudinis,itemque totidem longitudinis ſpacio eſſe referuntur in Luſitania interamni magno antiquæ pietatis religionisq; argumento.

In regno Granatenſi Archiepiſcopus Granatæ habet epiſcopos Suffrag. 3.

Non feram hic petulantiam noſtratium hæreticorum, qui vulgo perſuadere conantur, Hiſpaniam, & præſertim Granatam,eſſe in fide nouiciam, quum Concilium Elibertinum Granatæ ſit habitum à 19 epiſcopis circa tempora Concilii Nice.1.Conſtant. Mag.Imp. A Sylueſt. Pont. Max. itemque Concilium Toletanum 1. à totidem patribus initum Arcad.& Hono.AA.Stilicone Coſ.Innocēt.I. aut Zozimo Pont.Maxim. anno plus minus 412. vt præteream reliqua Concilia Toletana, Cæſarauguſtana, & alia quæ retro temporib. coiere: deinde de Priſcillaniſtis & Gnoſticis, Marco Ægytio auctore ac præſide, ſumptum

Digitized by Google

ſupplicium, Idacio & Itachio Epiſcopis Hiſpanis Maximum impendio vrgentibus, vt habet Seue. Sulpit. & alii.

In regno Britanniæ Archiepiſcopus Cantuarienſis olim præfuit Epiſcopis 20. Suffraganeis, eratque Legatus natus quem vocant, Archiepiſcopus Eboracenſis tribus.

Reliquam Britanniam, Hiberniam, Scotiam, vtranque Daniam, ſiue Daciam, nunc Valachiam, Noruegiam, Suetiam, Germaniam omnem, vniuerſamque Galliam compendii cauſſa pertranſeo, quorum nominatim Epiſcopos Sebaſt. Munſter. Gaſp. Bruſſch. Grego. Turo. Gagui. Regin. Sigebert. Democh. & alii memorant.

Patriarchatui Hieroſolymitano præter Metropolitanos 5. erant 4. Suffraganei, & quidem Metropolites primus Cæſaræenſis in Palæſtina imperabat Epiſcopis ſuffragan. 19. Secundus in Nazareth Galilææ gentium 9. Tertius in Arabia deſerta Moabitide 12. Quartus in Syria ſeu Arabia Catholicorum 35. Quintus in Lydia, ſiue Cappadocia, 19. omitto interim Epiſcopatum Thabor, & eos qui ſunt in petra Caracha & monte Sinai.

Patriarcha Antiochenſis vtebatur Archiepiſcopis ſuffraganeis 11. Epiſcopis penè infinitis.

Patriarchatui Conſtantinopolitano ſuberant Archiepiſcopi ſuffrag. 6. Metropolitæ Epiſcopi 15.

Patriarcha Alexandrinus toti Ægypto præfectus erat, Archiepiſcopis & Epiſcopis compluribus quos enumerare longum eſt. Nam S. Marcum apud Cyrenem, Ptolemaidem, reliquamque Pentapoleos regionem, tum Lybiam, Marmaricam, Ammonicam, cunctamque Ægyptum eccleſias fundauiſſe, clericorum gradus omnes & Epiſcopos conſtituiſſe, ex ſcriptore illius vitæ, & ex hiſtoriis clarũ eſt. Hiſce rationib. facili coniecturaq; certiſſima conſequimur (vt ad id vnde digreſſi ſumus reuertamur) neq; per reipub. Apphanæ ſatrapas, neq; per Chriſtianæ religionis antiſtites, omneq; Panopliã, tum ordinẽ Hierarchicũ eccleſiarũ, res Chriſtianorũ obſcuras eſſe licuiſſe. Atq; vtinã, vt alia tranſeam, illos notariorũ ſacros codicillos haberemus, aut certè Charto-

Chartophylaciorum tabulas : ego certè eos pluris quàm omnium ſemel Crœſorum opes, quàm Auguſtorum felicitates, quàm Sibyllina folia, quàm Faſtos triumphoſque Coſſ Capitolii Ro. æſtimarem. Neque tantopere D. Hieron. Euag. Theodorit. Pallad. Doroth. Genad. Sime. Metaph. V. Beda, Vſuard. aliique ſiue hiſtorici ſiue Martyrologi ſeſe torſiſſent perquirendis hincinde martyrum & confeſſorum rebus geſtis, neque nos hodie magnoperè ſudaremus refellendis hæreticis. Si namque in omnibus iam dictis eccleſiis apoſtolicis, ordinem illum hierarchicum ab Apoſtolis inſtitutum (id quod adnotant diligenter Dionyſ. Areopag. Clemens Rom. & alii) ob oculos ponamus, peruidere erit, eandem prorſus eſſe huius tempeſtatis, illiusque æui apoſtolici, eccleſiæ faciem, niſi quòd virtutibus illam meritiſque ampliſſimis ornatam celebrare, an licet fide, ritib⁹, ceremoniis ſimilem, vitiis verò moribusque degenerem, ac velut næuis aſperſam ac labefactam deplorare debeamus.

Notarios verò illos fuiſſe partim monachos, partim lectores aut clericos, Gelaſ. Pont. Max. ſatis declarat. S. Auguſt. inſinuat eos non tantùm oculatos; verunetiam auritestes fuiſſe, & referendariis qui res quaſque explorant, vti ſolere, epiſt. 1 1 ad Memorium epiſcopum. Aliud verò notariorum genus, qui Chriſtianorum cum Paganis, Catholicorum cum hæreticis altercationes diſputatioque excipiebant (quales fuit Marcellinus Comes, & prouinciarum ſeu Iudices ſeu Præfecti) apud Auguſt. non infrequenter reperias, quoties eum aut cum Arianis, Donatiſtis, vel aliis in diſputationem deſcendere oportet. Paſcentiū Comitē Arianæ factionis patronū notariorum ſtylum timuiſſe ſcribit epiſt. 175. Indè verò ex notariorū commentariis ſcribebantur relationes ad Imperatores A. aut Pont. Max. pro lite decidenda. S. Athanaſius primùm fuit notarius D. Alexandri Patriarchæ Alexandrini, teſte Nicephor. C. Hiſt. lib 8. cap. 44. Notariis vſum fuiſſe D. Originem catechiſtam Alexandrinum, Didymum item eiuſdem

In epiſt. ad Epiſcopos Lucaniæ cap. 5 & hab. ter diſt. 77. monachus.

Lib. 1. cont. Acade. cap. 1. lib. 2. cap. 7. & ſeq.

Lib. 1. de ord. cap. 9. epiſt. 152. 163. 147. & in Poſſidonio & lib. retract.

Digitized by Google

eccleſiæ Pædotriben, teſtatur S. Hieron. in Chronicis & alibi. Notariorum qui excipiebant diſſidentium partium vltro citroq; verba & reſponſa meminit D. Athanaſ. epiſt. ad Solitariam vitam degentes, Poſſidius in vita S. Auguſtini, Victor Vticenſis lib. 2. S. Auguſt. epiſt 61. 159. 160. lib. 2. Retract. c. 59. l. 1. cont. epiſt. Gaudentii cap. 1. In Breuiculo c. 1. S. Ambroſ. epiſt. 32. Hieronymus nonnunquam ſeptem vſus eſt notariis qui ei erant à cõmentariis ſcribendis, id quod in epiſt. ad Heliodorum ſeu Epitaphio Nepotiani manifeſtum eſt ; & epiſt. ad Lucinium, eiuſdemque Epitaphio. L. 12. C. extat titulus 7. de primicerio & notariis. Vbi & de Tribunis notariis agitur, quales fuere Dalmatius, Dulcitius, Marcellinus, aliique viri Conſulares clariſſ. D his legere eſt in Concil. Conſtant. 2. Oecumc. 5. Eoru functionem nunc adminiſtrant, quos ſecretarios appellamus. Verùm hæc aliàs oportuniùs; nunc iam quod inſtituimus perſequamur.

Vnde Dauus & Geta apud Athenienſis ſeruorum nomina, quod eſt in Comœdiis legere.

Dacia ſiue Dauia ſiue Dania regio Scythiæ Europææ, totaque Tranſyluania, ac Getæ, quos eoſdem populos cum Dacis opinatur Plinius, vt mea quidem fert ſententia, vnà cum Lydis, Phrygibus, Thracibus, Mæſiis, Myſiis, Illyrico, Pannonia, aliiſq; ſeu gentibus, ſeu locis fidem ab Apoſtolis, ipſiſſimiſue apoſtolorum diſcipulis acceperunt. Atque id mihi ſic probatur: Fuerunt in Concilio Niceno 1. epiſcopi duo Daciæ, Marcus Metropolitanus & Protogenes Sardicenſis, itemque Prouinciæ Miſiæ, Lydiæ, Phrygiæ, Dardaniæ, Dalmatiæ, Pannoniæ, quam D. Optatus triplicem facit lib. 2. Boſphori, aliique epiſcopi Dacis vicini. Deinde bella ſubinde Barbarorum cum Romanis geſta, cauſſam apud illos promulgandæ religionis noſtræ præbuere, teſte Nicepho. Call. & Socrat. & aliis. Nam dum prædas vltro citroque ſæpe egerunt, inter alios captiuos etiam non rarò ſacerdotes, epiſcopi, aliorumque graduum clerici abducti fuere; qui quum morbos curarent, dæmones pellerent, ſoleque Chriſti inuocatione exigerent, aliaque eiuſmodi perpetrarent, quæ videbantur humana conditione ſuperiora,

Lib. 8 cap. 33
Lib. 1. cap. 20

riora, Barbari numen aliquod id genus prodigiis ineſſe arbitrati, viros illos ſumma veneratione ſunt proſequuti, Deoque conciliato, repudiatis idolis, conſtructis templis Diuino Chriſtianoque ſeſe cultui dediderunt. Naſamon verò, Dacos, Scythas, & Germanos reliquos ſæpenumero Romanis rebellaſſe nulli dubium eſt. Equidem Cæſarem Auguſtum, poſt Lentulum Coſſ. Domitianus Imp. de Dacis & Cattis bis triumphum duxit: Traianus gentes illas penitus in poteſtatem Romanorum, atque in prouinciam redegit: quumque occiſis Romanorum præſidiis, totum robur, omneſque vires, collecto copioſo milite, in Romanorum fines intendiſſent Galieno Imp. Aurelianus deniq; Imperator & rebelles illos patria exturbauit, & colonos illic Romanos collocauit, auctore Ruffo, anno plus minus 270. Dionyſ. Pont. Max.

Vide Euſeb. in Chro Volat. l 8. Geograph. Niceph. lib. 3. cap. 23. Oroſ. l 7. c. 10.

Erat verò Val. Aurelianus Dacia Ripenſi oriundus, quod adnotat Eutrop. Cæterum fuiſſe ipſos milites non rarò Chriſtianos, cum Thebæorum militum Dioclet. & Maxim. A. A. tum M. Aurelii Antonini legionum Chriſtianarum (quæ fulmineę & igniferę fuerunt appellatę) exempliſque Proceſſi, Martiniani, infinitorumque aliorum exploratum habemus. Georgius Cedrenus aſſerit illos M. Aurelii milites legionis Melitenæ fuiſſe.

Tridentini ſtatim ſub tempora Apoſtolorum & fidem & fidei antiſtites mihi habuiſſe videntur. Abundantius profecto epiſcopus Tridentinus vnà cum S. Ambroſio Mediolanenſi, & Philaſtrio Brixienſi, Concilio Aquilegienſi interfuiſſe legitur Pont. Max. Damaſo, Gratia. Valentinia. Theodo. ſeniore Imppp. A. A. A. anno, & quod excurrit, 364.

Meminit Iuſtin Mart. Apol g 2. Tertul apo. c. 5. & lib. ad Scapul Euſeb. lib. 5. eccl. hiſt. cap 5. Oroſ l. 7. c. 15. Dion. Nica. Iul Capitolin.

Pictauienſes, al. Pictabionenſes, religionis Chriſtianæ catechiſtam pariterque præſulem ſunt conſecuti S. Victorinum natione Græcum, circa annum 282. Impp. Probo & Caro. vti legere eſt apud S. Hieron. in Catal. Petrum de Natal. lib. 10. c 12. in Catal. S. Democh.

al. Nectarium.

Iberi ſiue Iberes Armeniæ citerioris populi ad Pontum

Euxinum, primum per captiuam mulierculam quandam Chriſto dicatam, inde per prædicationem S. Patricii fidem ambierunt, & deleta idolomania Chriſto eccleſias nuncuparunt, & vota ardentiſſima Conſtantino Mag. A. Marco Pont. Maxim. anno, & quod excurrit, 335. id quod habent Ruffin. lib. 1. cap. 10. Niceph. Call. lib. 8. cap. 34. Socrat. lib. 1. cap. 20. Sozome. lib. 2. cap. 6. & ſeq. Theodorit. lib. 1. cap. 23. Sigebert. in Chronic. Eſt elegans admodum hiſtoria, quomodo rege & regina ad fidem conuerſis, vniuerſus populus in eandem ſententiam conſpirarit, iuxta illud Claudiani poëtæ:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Illudq; Plinii Nepotis: Vita principis cẽſura eſt, eaq; perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Eodem prorſus æuo Indi interiores fidem Chriſtianam ſunt amplexati, auctore S. Athanaſio Alexandrino, Apoſtolis Meropio & Metrodoro Philoſophis, Frumentio & Adeſio Epiſcopis, quod ſcribunt Ruff. lib. 1. c. 9. Socrat. l. 1. c. 19. Theodorit l. 1. c. 22. Niceph. l. 8 c. 35. & ſeq. Putat Niceph. hanc Indorũ nationẽ ex Abrahã & Cetura prognatam, regionemque eam eſſe, quam Græci magnam & felicem Arabiam dicunt: eius autem fines ad extremum Oceanum pertingere, cuius vrbs Metropolis eſt Sabba. Hinc fama eſt, percrebuitque opinio, reginam illam Auſtri ad Salomonem veniſſe, vnde neque à S Thoma neque Bartholomæo aut alio quopiam Indiam hanc penetratam arbitratur Niceph. Affirmat verò eodem Cõſtantino Imp. Armenios iuxtà & Perſas, aliasque gentes complures euangelium recepiſſe. Edicto namque publico iuſſerat Conſtantinus, teſte Euſeb. & Gentilium templa paſſim euerti, & ſimulacra dirui, nominique Chriſtiano & fidei eccleſias ſacrari.

Hiſt. Trip. lib. 3. c. 1. & ſeq.

3. Reg. 10. Matth. 12.

In Chro. & vita Conſtantini.

Saraceni & Iſmaëlitæ & Gothi, illi quidem regina Mania, hi autem regibus Phritigerno & * Athanarico, Chriſtum ſapere cœperunt Damaſo Pont. Max. Valentiniano I. & Valente fratre A. A. anno, & quod excurrit, 370. Et initio certè

** Al. Alarico.*

certè Gothi in Orthodoxia inſtituti ſunt ab Vlphila Gothorum epiſcopo: lapſi verò ſunt in Arianiſmum ignorantia potius quàm malitia, auctore Valente Imp. qui vt erat ab Eudoxio Arianorum epiſcopo baptizatus, Arianorum ſemper partes agebat; & Gothis flagitantibus ſacerdotes ac epiſcopos dedit Eudoxium & Arianos alios. Saraceni autem non admiſerunt niſi Catholicos, neque Moſes eremita eorum primus epiſcopus paſſus eſt, ſe à Lucio Ariano, vel alio quopiam non Catholico conſecrari: vti produnt Socrat. lib. 4. c. 34. & ſeq. Theodorit. lib. 4. c. 22. & ſeq. Sozom. lib. 6. c. 37. & ſeq. Niceph. Call. lib. 11. c. 46. & ſeq. Iornand. de rebus Geticis, Abbas Vrſpergenſ. Paulus Oroſ. lib. 7. cap. 33. P. Diacon. lib. 1. Caſſiodor. hiſtor. Trip. lib. 8. cap. 13.

Iudæi in Creta à pſeudopropheta, qui ſeſe Moſen mentiebatur, miris artibus deluſi, ſuperſtitioni nuncio remiſſo, Chriſti fidei ſe ſubdidere, * Syricio (ni fallor) Pont. Max. Valentinia. I. & Theodoſ. ſeniore A. A. anno, & quod excurrit, 388. Vt eſt apud Socrat. lib. 7. c. 38. *Al. Vrſino.*

Eodem tempore Burgundi ſiue Burgundiones, Teutones, Scythæ, alia occaſione, eâdem tamen Dei Opt. Max. prouidentia optimè res mortalium diſpenſantis, & (vt verbis S. Auguſtini vtar) ſæpè, imò ſemper, ex malis hominum ſeu voluntatibus, ſeu actis, boni quippiam elicientis, Chriſtianæ religionis facti ſunt candidati atque tyrones. Quum enim eſſent ferme omnes fabri lignarii, hacq; arte victum quærerent, cætera ignaui & ſocordes prorſus, inertiique ocio dediti, ab Hunnis ſedibus pulſi, tranſito Rheno, in Galliis cis vltraque Rhodanum conſederunt, vnde etiam Galliæ Lugdunenſis dicuntur. Sortiti ſunt verò nomen à Burgis & Vicis quos habitabant. Quum verò deſperarent de coloniis patriis recuperandis, à Gallis Epiſcopos petunt, ſeſeque Chriſto nomina dare velle profitentur. Frequenti ſiquidem relatu didicerant Romanorum Deum ſeu Chriſtianorum ſuis cultoribus præſidio eſſe, atque ita ſacro fonte luſtrati ſidem Chriſtianam *Anno 385. ſecundum Ado. Viennenſ.*

Digitized by Google

hactenus ſunt complexi, tenentque & obſeruant enixiſſimè, præſertim in comitatu ac ditione regis Catholici D. Philippi. Editus tamen eſt nuper doctiſſimus liber in Ducatu Burgundiæ, & à ſenatu Regio, quod Parlamentum vocant, Regi Gall. exhibitus, de vnica fide & religiòne, aduerſus vagam hæreſeõn licentiam cum totius Galliæ exitio, neſcio quo fato, quáue Numinis ira conceſſam. Habuerunt item Apoſtolos præpoſteros, Arianos (inquam) teſtibus Grego. Turon. Aimon. Adon. Viennenſ. aliiſque nonnullis, Valente Imp. fortè ita obſtetricante, ſuiſq; Arianis patrocinante. Verùm demum Celeſtino Pont. Maxim. Honor. & Theod. Iuniore A.A. anno plus minus 420. accuratè ſunt orthodoxiæ vendicati S. Fridelini Hiberniæ iuxtà ac Scotiæ regis filii religioſiſſimi mortalium, diſcipulorumque (niſi me fallit opinio) induſtria. Fuit certè D. Claudius tertius Archiepiſcopus Biſuntinus in Concilio Epannenſi, Gelaſ. 1. Pont. Max. anno 490. plus minus, & D. Nicetius ſecundus Archiepiſcopus eiuſdem ſedis in Synodo Valentina Galliæ, Damaſo Pont. Max. anno, & quod eſt amplius, 372. Primus autem Archiepiſcopus Biſuntii fuit Anthidius anno plus minus, 200. Scribunt porrò hiſtorici Burgundos, fretos fide percepta, redintegraſſe in Hunnos bellum, atque ita diuina virtute hoſtibus ſuperiores euaſiſſe, multamque eis cladem intuliſſe. Vide mihi Paul. Oroſ. Caſſiod P. Diacon. lib. 1. Hieron. & Proſp. Niceph. Call. Socrat. Volaterran. lib. 3. Geograph. Lazium in præfat. de migrat. Gent.

Lib. 2. hiſt. Chroni. de ſext. ata.

Lib 7. cap. 32. hiſt Trip lib. 12. c. 4. de Valentina. in Chronic.

Lib 14. hiſt. cap. 40.

Lib. 7. c. 30. de Gallia Narbonenſi.

Hunni, al. Chuni, qui & Saberi & Auares; al. Abares, è Caſpiis montibus Albaniſque ac Caucaſi rupibus, quibus diu olim Alexander Mag. eos, tanquam feras, immaneſq; beluas, velut cauea concluſerat, tempore Valentiniani I. A. erumpentes, numeroſiſſimo pugnatorum examine, id quod Hiero. quoq; memorat epiſt. ad Oceanum, totamq; penè Europam depopulabundi peruagati Attila & Buda fratrib. ducibus: deniq; Chriſtianorum manſuetudine deliniti, & conſuetudine humanioris vitæ ac ſanctorum virorum

rum miraculis permoti,in Chriſtianam religionẽ tranſierunt, cum primis Theotimo Tomitano in Scythia epiſcopo Scytha Apoſtolo, deinde D.Io. Chryſoſtomo rerũ ſatagente : vti ſcriptis mandauit Niceph. Call. tametſi hos quoque Arianiſmo maculatos inquiat, & Ioannis Chryſoſt.opera ad ſanam doctrinam reuocatos anno, & quod excurrit,400. Arcad.& Honor.Impp. A A.Innocẽt. Pont. Max Idemque Nicephorus proſequitur,quàm acriter, pro officio, S. Ioannes Chryſoſt. inuectus ſit in Ganiam Scytham ducem Arianæ factionis, apud principes Auguſtos pro templis Arianis reſtituendis agentem, eamq; ob cauſſam perduellionem meditantem,quá interiit tandem. Iuſtinianus quoque A.Hunnis,Alanis, Abaſagis, Zecchis, aliiſque circa Tanaim, Mæotidem, & Pontum Euxinum populis epiſcopos dedit, auctore Nicepho. lib.17. cap.13. Eutro. Dio. Romæ quartum conuentus habiti inter Iudæos & Chriſtianos ſuper fide & religione, præſentibus AA.Conſtantino Mag.& Helena matre. Denique Iudæi rationibus probationibusque Syluestri,tum miraculis,huc adducti ſunt,vt in ſententiam Syluestri concedentes,pediluſque eius prouoluti ſeſe Chriſtianorum albo aſſcribi, ſuſcepto Baptiſmi Sacramento, ſponte permiſerint,auctore Niceph. Call.lib.7.c.36.

Lib.11.c.45. & l.13. c. 3.4. 5.6. & ſeq.

Lib.2. de bel. Perſ §.de Iuſtiniano.

Turcæ grauiſſima peſte omniaque depopulante laborantes in Perſide, edocti à Chriſtianis ſtigmaticas cruces liquato atramento frontibus impreſsêre, hacque ratione euadentes luem,vel inuiti coacti ſunt Christo ſalutem acceptam ferre anno plus minus v^c. lxxx. Mauricio Imp. Greg. Papa: cuius item & precib. meritiſq;, tum diligentia, impendioque Armeni,Gothi, Angli, aliique & alii dudum ſchiſmatici,ad vnionem Catholicæ ſidei coierunt; vti reperire eſt apud Nicepho. Call. lib.18.cap.20. Matth.Palm. in Chron.V.Bed.lib.1.hiſt. Angl.cap.23. & in vita S. Gregorii.

Similiter * Vandali,Sueui,Alani,Gepidæ,Heruli,Quadi, Franci, aliique Germani, ac Barbari, Gothis,Hunnis,

Al. Vindeli ſiue Vindelici.

Digitized by Google

Burgundionibus, Longobardis & cæteris populis Scythicis permiſti, alias atque alias in Chriſtianorum ditionem & Romanorum fines facientes impreſſiones, tametſi omnes primum Chriſtiani nominis oſores infenſiſſimique hoſtes fuerint, miriſq; modis eccleſiam fidemq; Chriſtianam in anguſtum redegerint;poſtremò tamen,partim Valentin.I.& Theodo.ſenio.AA. temporibus, ac deinceps, partim Iuſtino,Iuſtiniano & Carolo Magno A.A.A.initio ſanè Arianiſmo,demum Catholiciſmo ſunt aſſerti;& Vandali quidem apud Mauritanos reliquoſq; Africanos,Suevi apud Luſitanos, Franci apud Gallos, Gotthi apud Hiſpanos,Burgundi apud Narbonenſes, Longobardi apud Italos magnæ,ne totius dicam, nobilitatis fundamenta iecerunt:deniq; quemadmodum ibidem ſedes, ita & fidei integritatem receperunt,cum populi Chriſtiani paſſim pietate, tum ſacerdotum & epiſcoporum eruditione pariter & ſignis miraculiſq; permoti,id quod hiſtoricis quàm probatiſſimum eſt,neq; paucis,neq; infimis, Victor. Vticenſ. Procop Cæſar.Iornand.P. Oroſ.P. Diac.Nicephor.Call. Blond.Flaui.Raph.Volaterran.Micha.Rit. Atque ita Gentium migrationes, quas accuratiſſimè perſcribunt præter alios Wolfg. Laz. Blond. Fla. Volater. neq; ipſis Barbaris incommodæ, neque eccleſiæ Chriſtianæ fuere inutiles. Per eas cum boni probati,tum mali Chriſtiani ſeu caſtigati,ſeu caſtigatione emendati ſunt,vti libris 22. D. Auguſt. P.Oroſius libris ſeptem. Saluianus Maſſilienſis octo libris demonſtrant luce clarius meridiana. Demum eâdem Dei Opt. Maxim. prouidentia, & fides Chriſtiana ad barbaras quaſque nationes,vti diximus, prorogata eſt,& ſecundum Prophetarum oracula,qui erant procul & toto orbe à Deo errantes & alieni,facti ſunt propè:quibusque olim dicebatur, Non populus meus vos, &,non miſericordiam conſecuti,repentè facti ſunt filii Dei. Quam diligentem interim illis conuertendis & ad ſanam mentem reuocandis nauarint operam Epiſcopi paſſim,Eugenius & alii in Africa, & vtraque Mauritania ac Numidia;Leander Hiſpalenſis, Iſidorus,

*Oſ.*1.2. *Rom.*9.10. & *ſeq.* *Deut.* 32. 1 *Pet.* 2.

dorus, Arcadius, Probus, Paſcaſius, & Eutychius in Hiſpania; Lupus Trecenſis, aliique in Gallia; Paulinus Nolanus, cæteriq́ue in Italia, annalibus adnotatum eſt. Quantum laboris impenderit S. Gregor. Papa, reducendis ab Arianorum opinionibus Longobardis; quantoperè Fulgentius * Carthaginenſis epiſcopus ſtuduerit demulcendis Vandalis; quantum ſudarint Boëthius, Symmachus, Caſſiodorus inſtituendis Gothis, & alii aliiq́ue aliis & aliis, alibi & alibi, eorum ſcripta abundè teſtātur. Ante tempora Gregorii Mag. fuit item S. Barbatus epiſcopus Beneuentanus, qui Longobardos pridem baptiſmo, Chriſtiq́ue fidei nuncupatos, & partim in hæreſim, partim ad idololatriam prolapſos, pleniùs ſolidiusq; religione Chriſtiana imbuit, Iuſtino II. Imp. Ioan. Pont. Max. anno plus minus v^c.lxvj. — *Al. Ruſpenſis.*

Perſæ ſæpe receperunt fidem, ſæpe ab ea deſciuerunt. Equidem temporibus Apoſtolorum fidei illos inauguratos fuiſſe dudum diximus. Iterum Conſtantino Mag. A. eos vnà cum Iberis, Indis, aliisq; populis, Auguſti ſtudio fidem percepiſſe, aut certè principis Conſtantini præſidio in ea ſibi ſatis conſtitiſſe, hiſtoriis liquidum eſt. Nam quum * Sapor eorum rex innumeros Chriſtianos gladio perpetuò cędi iuberet, adeò vt vno Paraſceues ac Paſſionis Chriſti die ſedecim hominum millia variis tormentis eſſe ſublata memorentur, Conſtantinus Mag. vt non rarò aliàs, quū literis nihil apud Saporem promoueret, hac vna de cauſſa bellum ei indicit. Vide mihi Sozome. lib. 2. cap. 11. Niceph. Call. lib. 8. c. 37. Caſſiod. hiſt. Trip. lib. 3. c. 1. & ſeq. Theodorit. lib. 1. & 2. hiſt. & lib Philotheos, vbi illius ſanctiſſimi & Apoſtolici prorſus viri Iacobi epiſcopi Niſibini in Perſia meminit, id temporis ibidem Apoſtoli, Gennad. Sempron. Pallad. Simeon. Metaphraſt. — *Al. Sapores.* — *Niceph lib. 8. cap. 14 & lib. 15. c. 22.*

Denuò autem Perſæ ad fidem redierunt Marutha Meſopotamiæ & * Ablate Perſidis epiſcopis, Magis oppido quàm reluctantibus, Theod. Iuniore & Valentin III. A. A. Innocent. I. Pont. Maxim. anno, & quod excurrit, 412. quod habet Proſp. in Chron. Nicephor. Call. lib. 14. cap. 18. — *Al. Abdia, vel Alda.*

Digitized by Google

Socrat.lib.6.cap.8.Sigebertus.Hiſt.Trip lib.11.cap.8. Ioannes Epiſcopus Perſidis fuit in Concilio Nicen.I. Obiit quoq; Sapor quidam Rex Perſarum martyrium,vnà cum Largo,Smaragdo & aliis,Dioclet.& Max.Impp. A. A. qui eouſque in fidem Chriſtianam ferociebant, vt vno Soteriorum die omnes vbique eccleſias (id quod egregiè hercle imitati videntur Gueſii noſtri) dirui mandarint,quæ vix nouennio reſtaurari quiuerint : reſtauratas verò fuiſſe & auguſtiores & ſplendidiores, teſtimoniũ eſt zeli & Perſarum atque Sophorum in Deum pietatis;vti ſcribit Niceph. Call.lib.14.eccl.hiſt.cap.20.& Euſeb.Cæſ.lib.8.c.2.

Saraceni iterum Alamundaro principe gregi Chriſtiq; ouili aſſcripti ſunt Anaſtaſio I.Imp. *Ariano, Hormiſda Pont.Max.anno aut circiter 490. Neque hic prætermittendum,quòd cùm Seuerus Epiſcopus Antiochenus à fide Apoſtata eis vellet ſuę ſectę Epiſcopos deſtinare,Deo conſilium euertente, orthodoxi & Chalcedonenſis Synodi aſſertores illis ſint dati:quod refert Theodorus Lector lib. 2. Eodem tempore Immerinos, Perſis tributarios,& hactenus Gentiles aut Iudæos, fidem & epiſcopos accepiſſe aſſeuerat, & ſanguine iunctos illi Reginæ Auſtriacæ,de qua ſuperius actum eſt.

*...anichco.

...ide deinceps ...ente. ...par Bruſſ. ...ealt. Se- ... Munſter. ...ert. Cràtz ...mochar. ...Laz.

Vindelicos,Pannonios,Noricos,Rugos,Rhetios Viennenſes Auſtriæ,aliosque circa populos,Attilæ Hunnorum & Odoacris Italiæ regis ætate, Seuerino Apoſtolum agente, ad Chriſtum eiusque religionem vocatos comperio, Theodo.II.& Valentin.III.A.A.Pont.Max.Celeſtino,anno,& quod excurrit,420. Erat autem Seuerinus ille origine Afer, primò monachus,deinde Rauennatenſium Epiſcopus.Eius vitam deſcripſit D.Eugippus illi contemporaneus.

Ergonia, Vindoniſſa, Conſtantia ſtatim poſt tempora Conſtantini Mag. fidei religionisq; Chriſtianæ miniſtros habuere S.Paternum,Landonem,& eius ſcholæ alios,anno plus minus(quod ſemper addiderim propter ſcriptorũ varietatem) 320. fuit autem primus Vindoniſſenſium, idem-

Digitized by Google

idemque Conſtantienſium epiſcopus S. Paternus; aut, vt alii volunt, anno cc. Zepherino Pont. Max. Antonino Caracalla Imp. Seueri Imp. filio. Nonnulli Churienſium, Bauarorum, ac Rhetiorum apoſtolum fuiſſe Lucium preſbyterum mart. contendunt; alii Simonem Cyrenenſem patrem Alexandri & Rufi crucis cum Chriſto baiulatorē: quidam Lucium quendam alium: nam multi Lucii fuerunt. quicquid de nomine ſit, apoſtoli ſiue præconis euangelici iſtuc verum eſt, Auguſtæ & alibi apud Vindelicos Chriſti euangelium fuiſſe deprædicatum, primumq; Vindelicorum & Auguſtanorum præſulem extitiſſe S. Soſimum; qui & Dionyſius, S. Narciſſi patriarchæ Hieroſolymitani diſcipulum, anno plus minus cc. xc. Pont. Max. Marcellino. ſunt graues auctores.

¶ Bulgari Scythæ, inter Danubium ſiue Iſtrum & Pontum Euxinum, conſidentes, Serbi, Boſnenſes, Raſcii Croatæ, Illyrii, Dalmatæ, aliique Sclaui, quanuis anno VIII'. XL. Nicolao Pont. Max. Michaele & Theodora matre AA. Orientis, Lothario Imp. Occidentis, opera S. Ioannicii Mag. Methodii atque Cyrilli epiſcoporum, quod habent Blond. Fla. Deca. 2. lib. 2. Mart. Chromer. Regino, Volaterr. in hiſt. Imp. Conſtant. & libr. 8. Geograph. §. de Mæſia. Niceph. Call. libr. 22. & 23. tametſi inquam id temporis ad fidem veniſſe videantur, & quidem animis ita feruentibus, vt Bulgariæ Rex abdicato regno monaſticen ſit profeſſus, Sueropilus Rex Dalmatarum ad baptiſmum conuolarit, de ſchiſmate tantum ad orthodoxiam reuerſi modo ſunt intelligendi; ſicut & Ruteni qui Leone VI. Imp. Adriano II. Pont. Max. anno VIII'. LXIX. Omnes ſiquidem iſti diu olim vna cum Pannoniis, Dacis ſeu Danis, Mæſiis, Macedonibus, Thracibus aliiſque vicinis gentibus religionem Chriſtianam percepiſſe aut ab ipſiſſimis apoſtolis, eorumve diſcipulis exiſtimandi ſunt. Et de Dalmatis, Illyriiſque ex diuinis literis conſtat; de Pannoniis vero ex vetuſtiſſimis quibuſque Synodis Nicen. 1. & aliis.

Verùm hi duo libri Calliſti deſiderantur.

Churienſium primus præſul fuiſſe traditur Azimo qui interfuit Synodo IV. œcu. Chalcedonenſi, Leone I. Pont. Max. Marciano A. anno, & quod excurrit, CCCC. LII. Nemetum atq; Spirenſium dudum ad fidem vocatorum primus antiſtes fuit * Theſſis, Vangionum & Wormacienſium Victor, qui affuere Concilio Agrippinenſi I. anno CCCXXXVII. Iulio Pont. Max. Conſtantino M. A. id quod ex Synodo illa & Chronicis Hieron. & Democh. & Gaſpar. Bruſſch. perſpicuum eſt, vt reliquos tranſeam.

Democh.

Al. Ieſſis.

Scandia ſiue Scandinauia tribus ampliſſimis potentiſſimiſque regnis diſtincta Gothia, Suecia, ſiue Suconia, ac Noruegia, apud Hyperboreos extremoſque Septentrionales, primum quidem euangelii guſtum percepit tenuiter, Valeriano ac Publ. Licinio Galieno, & deinceps Valente Imppp. id eſt ab anno CCLVI. & CCCLXXIX. ſicut & Dania citerior & Saxonia, deinde iterum apoſtolos nacta eſt Iuſtino II. A. Ioan. II. Pont. Max. anno, & quod excurrit, V.LX. eodem quo tempore Longobardi, relictis ſedibus propriis, exteras quæſierunt, Italiamque ſunt ingreſſi, ſolicitati à Narſete Eunucho, iniuria à Sophia Iuſtini Imp. vxore affecto: quam hiſtoriam complures referunt. Eam vero religionem iſthic ſeruatam abſque labe, vſque ad M. Lutheri, orbis Chriſtiani contagionis peſtilentiſſime ætatem, locuples teſtis eſt Ioannes Mag. Gothorum archiepiſcopus Olai Mag. nepos, in præfat. hiſt. cap. 3. Matth. Palmer. in Chro. Nicepho. Call. lib. 8. cap. 33. Magnam diligentemque operam commodarunt ei regno in fide retinendo S. Sigfridus epiſcopus Eboracenſis, & Olaus rex Norwegiæ, cuius Crantzius mentionem facit. Alibi quoq; Ioan. Mag. Gothicus ſcribit, vti & Crātz. Gothiam Chriſti militiæ aſſcriptam fuiſſe, cum rerum potiretur Carolus Mag. A. Profecto Gothos Valente Imp. Arianiſmum hauſiſſe, Socrate, Sozome. & aliis teſtibus antea probatum eſt. Quum enim Gothi Hunnique mutuis diſſidiis & ſimultatibus confligerent, & Gothos Valens ſibi vellet demereri, legiones Thraciæ eis auxiliares milit

Lib. 4. cap. 31. & lib. 17. c. 1.

Digitized by Google

miſit: quamobrem obtenta victoria beneficium officio recompenſare (vt apparebat) volentes, ſeſe Imperatori militaturos ſpondent, epiſcopos Chriſtianos petunt, vti diximus; demum ad ingenium redeunt, Thraciam inuadunt, Valenti inermi & abſque milite bellum inferunt, eumque in caſa repertum exurunt: & certe iſtuc nemo inficiabitur, Theophilum Metropolitanum archiepiſcopum Gothiæ Sylueſtro Pont. Max. Conſtantino M. Imp: affuiſſe Concilio Niceno I.

Saxonia reliquaque Germania iugum Domini ſuaue ſubierunt Sergio I. Pont. Max. Iuſtiniano I. A. apoſtolis S. Willebrordo Britanno, Wilfrido Lindefamenſi epiſcopo, Wulfranno Senonenſi, Willehado Angloſaxone, Echberto Eboracenſi epiſcopo F. Eadberti Nordhumbrorum regis, vti apud Reginonem, Marcellinum, Willebrordi diſcipulum, noſtrumque Surium legere eſt; hiſtor: anno, & quod excurrit, CCCCCXXVIII.

Fridolinus Scotiæ atque Hiberniæ regis filius poſt; votorum cauſſa, multas peragratas prouincias (vti cum primis religioſiſſime fieri ſolet) in Galliis primum apud Pictauos S. Hilario epiſcopo, poſtea ad Belgas diuertens prope Moſellam, vna cum Leodegario Franco; inde Argentinam, Churiam, Rhetiam, Burgundiam, Baſileam pertranſiens ad Sequanos tractum Rheni ſecutus euangelium paſſim diuulgat, cœnobia extruit, ſacra fana ædificat, anno plus minus CCCCXL. Vixiſſe ſcribitur vſque ad Sanct. Remigii Rhemenſium epiſcopi & Clodouæi primi Chriſtianiſſimi Francorum regis tempora. Et certe quemadmodum perſecutiones ſæpe fuerunt cauſſa, cur multi huc illuc in peregrinas regiones fugerint, & ad exteros euangelicam fidem deportarint; ita crebro (præſertim Scoti, Angli, ſiue Britanni) olim dum aut terram ſanctam, iam dicimus, aut apoſtolorum limina viſitatunt, paſſim euangelio prædicando ſeruiebant. Sic vtroque tempore pacis & belli, Deus, quia omnipotens eſt, poteſt; quia

bonus eſt, vult; quia prudens eſt, nouit bene vti: quod ſæpenumero repetit D. Auguſtinus.

Al Weſtwalia, id eſt occidentalis Gallia.

Friſia, Saxonia citerior, * Weſtphalia, Sicambria ſeu Nuſia quæ nunc Geldria, Cliuia, Iuliacum ſiue Menapium, totus ager Traiectenſis qui Rheno alluitur, Betua, ſiue Batua, olim Batauia quæ nunc Hollandia, Walachria Mattiacorum, quos vocat Strabo & Cor. Tacit. quæ iam Zelandia appellatur; omnes, inquam, hæ prouinciæ fide Chriſti illuſtratæ ſunt, commodante ſuam operam S. Willebrordo, Lebuino, Werentfrido, Luitberto, aliiſque eius farinæ viris religioſiſſimis, qui, Saxonibus ſiue Anglis, quos diximus ſuperius, Britanniam deuaſtantibus, immanemque in Chriſtianos tyrannidem exercentibus, verſo ſolo, patriaque exulantes, huic ſeſe receperunt, Sergio Pont. Max. Iuſtiniano I. A. & Pippino Franco imperantibus, anno plus minus v. xl. vti ex Albert. Crantz. Marcellino S. Willebrordi contubernali, Vſuuard in ſuo Martyrologio manifeſtum eſt. Primus Traiecti ad Rhenum antiſtes fuit S. Willebrordus, Iuliacenſiũ vero multo poſt anno circiter M. CXL. S. Adelbertus, quod adnotant Seb. Munſter. & Democh. Batauí à Cattis, Ceruſiis & Ligiis Hungariæ, Pannoniæque populis originem ducere, quibuſdam putantur: & ſane Cattuicus ſiue Cattorum vicus apud Hagam Comitis, in ripa Oceani Britannici in Batauis non paruo eſt argumento ad faciendam fidem eius rei quam dicimus, præter alia vetuſtatis monumenta plurima quæ iſthic viſuntur.

Lupold. cap. 2.

Friſones nanque & Saxones multo ante quoque apoſtolos accepiſſe S. Hildegarium & ſocios Clodoueo Francorum primo rege Chriſtianiſſ. Anaſtaſio Imp. Symmacho Pont. Max. apud Regino. reperire eſt. Demum iiſdem apoſtolus adeoque & martyr iſthic conſecratus eſt S. Bonifacius Maguntinus epiſcopus.

Nauarram, Pompeopolim nunc Pampilonam, Vaſcones qui ad radices Pyrenæorum montium habitant, gentem afferam, & pluſquam barbaram, olim vna quidem

dem cum reliqua Gallia Chriſtum vtcumq; didiciſſe non ambigo: S. Amandum vero ad manſuetioris vitæ conſuetudinem reduxiſſe; ſicut & Sclauos vltra Danubium; auctor eſt D. Milo monachus S. Amandi, anno, & quod excurrit, VI'. LX.

Flandriam, * Brabantiam, ſiue, vt olim, Mempiſcum, Ambactos, Bennuos, Aduaticos, Ambuaritos, reliquoſq; Belgas, vt erant ditionis Gallicanæ, præter eos quos memorauimus, religioſiſſimos mortales adeptos eſſe apoſtolos ex Francorum regum ſtemmate, ita accipe. * Hilderico rege cum ob inertiam, tum luxuriam, aliaque vitia hac dignitate indigna, regno exuto, & monaſterio mancipato, Pippinus, maior domus, omnium calculis, ſuffragiiſqueſurrogatus, & ab Zacharia Pont. Max. confirmatus eſt, cum ob res domi militiæque fortiter geſtas, tum ob ſtudium religionis Chriſtianæ, teſte D. Lupoldo (in aureo illo libello De zelo veterum principum Germ.) Adone Viennenſ. aliiſque plurimis, anno plus minus VII'. X. Is vxorem Bertam Heraclii Imperatoris Conſtantinopolitani filiam duxit, ex eaque Carc m Mag. ſuſcitauit; ſiquid Vincentio tribuendum eſt. Soror illi fuit Amelberga nupta Comiti Bracbantenſi * Wirgero. hinc numeroſa eaque ſanctiſſima ſoboles nata eſt, Emebertinus Cameracenſium, * Arnulphus Metenſium præſules fratres, S. Gudula, Reinildis & Pharaildis germanæ ſorores. * Amelburgæ ſoror fuit S. Gertrudis quæ apud Niuellenſes ſacrarum Veſtalium Monaſticen inſtituit: Pharaildis Gãdauum dedicauit, ſuiſque virtutibus celebrauit: Adelgundis & Waldetrudis neptes, quarum hæc Montes; S. Gudula agrum Aloſtenſem conſecrauit. Nam quum prope Aloſtum in pomæriis ſuburbanis, apud pagum Mortzellanum, ſuum Oratorium eremitico more & ædiculam haberet, ſtupenda ibi ſanctimonia claruit, multiſque ſignis: demum etiam in vico Ham vita functa eſt. Illic Carolus Magn. A. Imper. depoſito diademate Deum Opt. Max. ad memoriam S. Gudulæ adorauit, ſoluit vota, im-

Al. Bracbantiam.
Al. Childerico.
In Speculo hiſt.
Al. Arnulpho.
Al. Arnoldus.
Al. Amelberg.

Digitized by Google

plorauit eius fidem opemque. Poſtremo monaſterium illic Virginum Deo dicatarum inſtituit atq; dotauit, quod Nordmannis Daniſque, irruptionem in Belgium facientibus, deuaſtatum, à Ludouico pio Caroli Magn. filio inſtauratum auctumque eſt.

Aloſtanus comitatus, ille, ditiſſimus agri (habet enim ſub ſe ciuitates treis, pagos vaſtiſſimos opulentiſſimoſque 72. adeoq; ipſi Cameraco iura dicit, alioqui Imperiali & liberæ ciuitati, imo quam ſibi hoc tantum titulo aſſeruit Carolus Quint. A. quod Aloſto principaretur) euangelii præconem, cum primis S. Amandum, deinde eius in fide alumnum S. Vrſmarum habuit, anno, & quod excurrit, vi. LXVIII. Iuſtinia. Imp. Leone II. Pont. Max. Habebat ſacram caſulam & tugurium ad mœnia S. Vrſmarus, vbi poſtea cœnobium S. Vrſmaro initio, deinde S. Guielmo eſt nuncupatum: id quod à Nordmannis item exuſtum dirutumque fuit, & intra muros denique tranſpoſitum; vti in archiuis eius cœnobii memini me legere puerum.

Gandauenſibus, Brugenſibus, cæteriſque ſeu Flandris, ſeu Brabantis eodem tempore à S. Amando, Bertulpho, * Allouino, ſiue Bauone, Louato, Bertino, Floreberto, Andrea, Ioanne, Humberto, Mauronto, aliiſq; S. Amandi collegis, deprædicatum eſt. Neque mihi hic eſt omittendum, S. Amandum, more apoſtolico, infinitas virgines paſſim ſacro velamine amiciuiſſe, ac eccleſias fundauiſſe; diſcipuloſque eius deinceps plurimas, ordiniſq; S. Benedicti (qui tum in primo flore erat) monaſteria non pauca, vti ex Milone, Surio, & cœnobitarum archiuis, ſatis ſuperque probatum eſt. Collegæ S. Amandi fuere Arbogaſtes & Pyrminius Angli. Antuerpia atque Mechlinia tunc vici, hoc magis mihi probantur, aut ab epiſcopis, Cameracenſi Emebertino, & Metenſi Arnulpho fratre germano, aut ab ipſo S. Amando fidem religionemque Chriſtianam didiciſſe, quo magis Tamiſia media inter vtrunq; pagum fuit, vbi Amelbergam finem vitæ

Al. Leuino.

Themſie.

vitæ feciſſe, & ſepulturæ locum delegiſſe manifeſtum eſt. tametſi Mechlinienſes inſertos Chriſto S. Rumoldo epiſcopo auctore Dauidis Scotiæ regis filio circa annum, & quod excurrit, VI'. Dagoberto II. Francorum rege, Pippino duce ac maiore domus, ſicut & Lirenſes Gommaro comite S. Rumoldi familiari rerum ſatagente (quem alii è Britannia, alii ex Pippini genere oriundum faciunt) certo certius ſit. Neque id temporis hic, id eſt, in Belgio, fidei religioniſq; ſeriem ceu filum cœpiſſe telamve cultus Chriſtiani (vt ita dicam) adduci poſſum vt credam, quum vel ex Philippici, vel Anaſtaſii II. vel profecto Leonis III. Iſaurii literis, circularibuſque edictis, iconomachiam paſſim in Belgio exertam fuiſſe ſub eadem tempora, & iſtoc nomine & abbates & epiſcopos alioſque pietatis Catholicæ ſtudioſos mortem obiiſſe, Chriſt. Maſſæus, Meyer. aliique affirment.

Auguſtalis ac palatina Bruxella S. Gaugericũ tanquam ſuæ fidei pædotriben, & archididaſculum colit, S. Amandi fidum in agro Dominico excolendo Achaten. vnde & vetuſtiſſimum totius vrbis templum eius nomini eſt dicatum. Floruit, ſi hiſtoriæ fides habenda eſt, anno DCLXIX.

Præcipuum eſt (vt ſic loquar) maximeque demonſtratiuum argumentum, quod me monet, quo autumem per vniuerſum Belgium, potiſſimum à tempore Clodouei anno CCCCLXXXV. ac inde hactenus Rempub. Chriſtianam accuratiſſime fuiſſe ordinatam, eccleſię Hierarchias elegãtiſſime compoſitas, fidem religionemque ad amuſſim obſeruatam, quod Clodoueus tot tantiſque conatibus, ac deinde Carolus Martellus, Pippinus, Carolus Mag. zelo religionis Gothos, alioſque Barbaros Italia, Saracenos Hiſpania exturbarint. id quod produnt Gregor. Turo. Ado Vien. Regin. Gagui. Aimoin. Turpin. Lupuld. Sigebert. Neq; mihi perſuaderi ſinam religioſiſſimos mortales illos tantum ab rebus ſuis ocii habuiſſe aliena vt curarent, ſua negligerent, niſi iam tunc hic eſſet bene cultus ager, niſi prius proprio priuatoq; horto zizania quæq; noxia demeſſuiſſent.

Digitized by Google

Vide Seb. Munſter. Gaſp. Bruſſch Anton. Democh. Laurent. Fräc. Matth. Palmer. Sigebert.

Wertzenburgenſium ac Herbipolenſium primus antiſtes ſacratus eſt S. Burchardus Britannus, S. Bonifacio ſanguine iunctus Moguntinenſi epiſcopo, & in pædagogio Chriſtianæ pietatis alumnus anno, & quod excurrit, VII'. XL. Leone Iſaurico & Conſtantin. F. AA. Iconomachis, Pippino & Carolo Mag. Francorum regibus, Zacharia Pont. Max. Hic epiſcopatus præter opimas lautaſque donationes Regum Galliæ, etiam Franconiæ ducatu & Voitlandiæ potiori portione, Grego. Papa, ditatus eſt. Docuerat Herbipoli & per cunctam antea Franconiam S. * Quillianus Scotus cum ſociis anno, & quod excurrit, VI'. LXXX. Conone Pont. Max. Heraclio Imp. illuc epiſcopus deſtinatus; vt habent Sigebert. Franciſ. Irenic. lib. 3. cap. 76. exegeſeos Germaniæ Chriſt. Maſſ. libr. 14. Æneas Sylui. Herman. Contract. Faſciculus temp. Crantz. Io. Schom. Eiſtettenſibus ſiue Aychiſtandianis & Aureatenſibus primus præſes ſacerque antiſtes à S. item Bonifacio datus eſt S. VVilibaldus S. * Richardi regis Britanniæ & S. Bonnæ filius, Conſtantino V. Pogonato & Irene matre A. A. Orientis, Carolo Mag. Occidentis Imp. A. Adriano I. Pont. Max. cuius decreto ſeptimum Concil. Oecumenicum Nic. 2. contra Iconomachos ab epiſcopis CCCLXVII. coactum eſt, S. Tharaſio patriarcha Conſtantinopolitano, nomine ſedis apoſtolicæ, vna cum aliis, præſide; vt habet Photius patriarcha Conſtant. & Nicephor. Call. Tom. 20. aut certe Leone III. Pont. Max. VVilibaldus epiſcopatum hunc adiit anno plus minus VII'. XCVI. vti ex iis quos citauimus conſpicuum eſt.

** Al. Chilianus.*

** Al. Richaredi, quod nomen Regibus Hiſpaniæ admodum olim fuit familiare.*

Epiſcopatum Elzienſem ſiue Aulicenſem ſiue Hildeſheymenſem fundauit dotauitque Carolus Mag. firmauit & pariter auxit Ludouicus F. cognomento Pius: primum eius flamen epiſcopale fuit * Guntherius anno circiter VIII'. Stephano IV. Pont. Max.

** Al. Guntharius.*

Stalinſtēdenſem ſeu Halberſtadenſem epiſcopū primus egit S. Hildigrinus fra. S. Luderi anno circiter VII'. LXXXI. auctore Leone III. Pont. Max. Carolo M. Imp. A.

Verden

Verdenſem epiſcopatum primus omnium adminiſtrauit Svvitbertus monachus Anglus eodem fere tempore, iiſdemque cum eccleſiæ, tum imperii Satrapis, cui epiſcopo aliquot abbates Scoti ſucceſſere anno, & quod excurrit, VII'.LXXVI.

Eodem æuo Paderbornenſes S. Harimarium ſiue Hadumarium epiſcopum ſunt conſecuti, Anno VII'.LXVIII. aut circiter.

Item fundatore Carolo M.A. Mimigardenſium, nunc Monaſterienſium, epiſcoporum ſeries cœpta eſt, cōſecratuſque primus epiſcopus S.† Lugderus: id quod apud eoſdem ſcriptores teſtatum eſt. *Al. Luderus.*

Eadem tempeſtate Mindenſes S. Hernibertum:

Oſnaburgenſes S. Vvihonem genere Friſium:

Bremenſes S. Vvillehaldum:

Hamburgenſes S. Heridagum, monachos vitæ probitate claros, epiſcopos ſunt nacti.

Deinde anno, & quod excurrit, VIII'.XLIII. Hamburgenſium & Bremenſium diœceſes in extremis Saxonibus confinioque *S*clauoniæ apud Nordalbingos in vnum archiepiſcopatum Bremenſem coierunt; primuſque archiepiſcopus fuit deſignatus *S*. Auſgarius; cui vita defuncto, ſurrogatus eſt *S*. Rembertus. Auſgarius Ericum 3. Daniæ regem conuertit.

Suetia ſiue *S*ueonia † Berone rege, Carolo M. Imp. & Ludouico A A. S. Auſgarii monachi induſtria ouili Chriſti accreuit anno, & quod excurrit, VII'. LIX. Deinde Ericho Stenchillo principe, poſtremo rege S. Olao qui primus fere iſthic Rex Chriſtianus ſcribitur, anno, & quod excurrit, IX.XXXVIII. Otho. I. A. Martino III. Pont. Max. quod ſcribit D. Io. Mag. Gotth lib. 17. cap. 2. 15. 16. & ſequen. Democh. Lazius, Lupoldus item. *Al. Bierno.*

Nordmanni quum dudum, non ſolum in Galliam Belgicam, verum etiam in vniuerſam reliquam Galliam, imo Italiam fuiſſent graſſati indignis modis; denique Hieron. principe primum, Ludouico pio A. Eugenio II. Pont. Max.

Digitized by Google

anno,& quod excurrit, VIII^c.XV. depoſita barbarie ad mẽtem Chriſtianam venerunt, teſte Mich. Ritio. Horum, ſæpe in Belgium excurrentium, cauſſà, Carolus Mag. Ludericum Harlebekanum ſecundum Flandriæ Hannoniæque Foreſtarium comitem perpetuum creauit de Marka, filiiſque officium pariter & ditionem hæreditariam fecit, vt limitanei cuſtodis, vel præfecti inſtar arces paſſim extrueret, ac perpetua præſidia haberet arcendis Nordmannis, vti Lazius perhibet, Meyerius, Sigebert.

Verum, auctore Flacco Horat.

Naturam expellas furca, tamen vſque recurrit:

Nordmanni fidei renunciant, denuo prædæ inhiant, ſacrilegia admittunt, ingentem ſtragem Chriſtianorum machinantur: quid plura? Carolus III. cognomento Craſſus, Carolomanni (vt vult Blond. Fla.) frater, Rotifredo Nordmannorum Regi demerendo Giſlam filiam Regis Lotharii fratris vxorem dedit, atque Friſiam vniuerſam dotis loco; ſicque eum ſuæ fidei religionique Chriſtianæ vindicauit, Anno VIII^c.LXXXII. Deinde Carolus Balbus rex Gallicæ Franciæ filiam ſuam Rolloni duci Nordmannorum hac lege, vt ſe Chriſtianum fore foueret, ſpopondit, Anno, & quod excurrit, VIII^c.LXXXIV. eidemque Nordmanniam in regno ſuo in feudum tenendam decreuit. Denique Henricus I. A. Nordmannes Danoſque in ordinem abſolutiſſime redegit, vti apud annales Franc. Vincent. Lupoldum Bebemburgium fuſiſſime tractatur. De ferocia Nordmannorum habetur VII.q.I. Sciſcitaris, & de conſe. diſtinct. I. Concedimus.

Decad. 2. lib. 2.

Lib. 25 cap. 53. & ſeq. Lib. de zelo cap. 2.

† Eruli mercede pecuniaque conducti ab Imperatore Iuſtiniano I. A. ſeſe fidei Chriſtianæ ſubmiſerunt anno plus minus DXXX. Pont. Max. Vigil. quod habent Procop. Cæſ. Euagri. Scholaſt. libr. 4. cap. 20. Erulos, Wendos, Rugos denuo prolapſos reſtituit religioni Waldemarus Mag. in catalogo regum Danemarcorum numero LXXVII. vt eſt apud Wolfgang. Laz. lib. 9. de Marcomannis.

Al. Heruli.

Ruſſi

Ruſſi ſiue Rugi, Pruſſi ſiue Pruteni, Rutenis vicini, & Moſchi ſiue Moſchouitæ facti ſunt Chriſtiani cum Baſilio, tum Ioanne Zuniſce Impp. anno, & quod excurrit, VIIIc LXV. Ioanne VIII. Pont. Max. Quum enim viderent librum Euangeliorum igni admotum virtute diuina non cremari, dediderunt ſeſe Chriſto. Refert Io. Zona. Tom. III. Lambertus Scaffnaburgenſis dicit à Benedicto V. Pont. Max. & Otthone I. Imp. D. Adelbertũ illis erudiendis deſtinatum anno plus minus IXc. LX Vide Hermoldum presbyterum, qui ſcripſit Chronica Sclauorũ, ante annos aut circiter IVc. Danorum rex Haraldus vna cum regina Moguntiæ Baptiſmum Chriſti ſuſcepit, Ludouico pio A. & vxore eos de fonte leuantibus. Miſitq; Imperator S. Auſgarium Hamburgenſem, Gallum, Magnum, Othomarũ, Ioannem, Martinũ, partim Conſtantiẽſes epiſcopos, Victerbum, ac Thoſſonem Auguſtæ epiſcopos, Vdalricum, Cunradum, alioſq; partim Sueuos, qui Boëmiam, Hungariã, reliquamq; Germaniam ad fidem, vnde deſciuerant, reducerẽt, anno, & quod excurrit, VIIIc. XVI. Pont. Max. Leone IV. quod habent Lupold. Chroni. Martin. Vvolffgang. Laz.

Apud Boios, ſiue in Boia, vel Boiaria quæ nunc Bauaria eſt, domitis ſæpe rebellibus Saxonibus, cum rerum tãdem potiretur Carolus Mag. ſtudens magis fidei religionique Chriſtianæ, quam imperii terminis ampliandis, omnibus populis, quos ſibi ſubiugarat, ilico epiſcopos, flamines, ſacroſque myſtas dedit catechizandis rudibus, iis qui pridem inſtituti fuerant roborandis. Magnam hic operam nauarunt Ludgerus epiſcopus Monaſterienſis, Vilebaldus Bremenſ. Hildegernus Alberſtadenſis prius Catalanenſis, Lynderus frater Hildegerni Mundegarnordenſis, & Vvilebrordus cum ſuis, & paulo ante S. Rupertus epiſcopus Vvormacienſis ad Boios profectus, iunctis ſibi XII. monachis, quos huc illuc apoſtolos ordinauit, primuſque epiſcopus Iunaniæ, quæ nunc Salczburga, creatus eſt S. Rupertus Theodeberto rege Francorum, Phoca Imp. A. Sabino Pontif. Maxim. anno, & quod excurrit, VIc. Vide

In Saxonia certe fuiſſe prædicatum Euangeliũ Decio Imp. A. ex hiſtoria Tryphonis, Reſpicii, Tribuni, & Nymphæ martyrum manifeſtum eſt.

Digitized by Google

Democh.Gaſp.Bruſſ.Seb.Munſt.Laz. Lupold. Mich.Rit. Crantz.Regin.

Idem ſtudium impenderunt conuertendis ad fidem Carinthiis, Carnis, Tauriſcis, Styris, aliiſque Herulorum ac Marcomannorum reliquiis, S. Ruperti Franci quem diximus diſcipuli Giſelaricus, Wilo ac Sodomus ex Bois oriundi; item Corbinianus, Emerannus, Bunifridus Angli; Bonifacius qui & Winbaldus, & Wiliboldus Scoti, Doningus, Modelhamus, Modeſtinus, & S. Virgilius epiſcopus Iunanienſis Teutones. quos memorat Lazius in præf. de migrationibus Gent.

Danis, Vindis, Saxonibus, Sclauiſque iterum iterumq; prædicatum fuit, primum Pippini & Caroli M temporib. per S. Heridagum, vt refert Irenic. ſecundum Ludouico Pio A. per Auſgarium; tertium per Helmannum Otthone I. Imp. anno plus minus IX^c. XL. quod notat Herman. Cõtract. poſtremum Boleslai Boëmiæ Poloniæq; regis anno circiter M. XII. Otthone III. Imp. à Greg. V. Pontif. Max. vt teſtis eſt Martin. Chromer. lib. 3.

Lupold. cap. 2.

Poloni ſeu naturæ ad virtutem procliuioris facilitate, ſeu Dei, naturæ præſidis præueniente gratia, ſolo relatu eorum qui in Boëmia atque Morauia & alibi religionis Chriſtianæ ritus viderant, abdicato Paganiſmo, ſeſe Chriſto deuouerunt, rege Miecislao, Otthone I. Imp. Ioan. XII. Pont. Max. quod teſtatur Chromer.

Lupold.

Danorum Rex Haraldus cum omni populo ſuo & vxore & liberis anno, & quod excurrit, VII^c. LXXXIV. Carolo M. Chriſto fidem & nomen dedit: ſed mox verſa in ſeditionem plebe, non niſi mutua cæde rem compoſuerunt, & nunc quidem bonis, nunc malis cedendum regno fuit. Vſqueadeo *nec bene conueniunt, nec in vna ſede morantur*

Religio & ſuperſtitio, fides Catholica & hæreſis apoſtatica. Quid opus eſt multis? poſt parricidia, poſt ſacrilegos inceſtus, poſt flagitia infinita, tandem Haraldus Danorum rex Otthoni I. fit ſupplex cum vxore & liberis & populo vniuer-

Vti in opere Apologetico de induſtria demonſtrabimus propitio Numine.

vniuerſo, ſuſceptoque baptiſmo renunciat idolomaniæ; & ita tandem vicit vim veritas. Quam cruenta ſæpe fuerit in vtramque partem victoria, cum in Dacia, tum Suecia, tum Noruegia, his quidem in orthodoxorum partem, illis in hæreticorum factionem inclinatis, apud Crantzium cernere eſt. Eadem de Saxonibus apud Sigebert. & alios, de Anglis apud V. Bedam, de aliis aliiſque apud alios alioſque comperimus.

Rugi poſt defectionem diutinam à fide, denuo inſerti ſunt & in catalogum Chriſtiani nominis relati, rem promouente Helena regina, quæ ab Otthone I. A. miſſa legatione cupiuit ſibi ſuoque populo deſtinari epiſcopos, reliquumque clerum illinc non ita pridem profligatum. vſqueadeo *virtutem odimus præſentem, abſentem quærimus inuidi.* Vt frequenter, occulto Dei iudicio, vero quidem & iuſto, quantumuis duro, nobis neſcientibus, nihilque tale cogitantibus, & altum dormientibus, eueniat; quod diuinis oraculis præſagitum eſt: Ego ad æmulationem vos & inuidiam concitabo, ipſi me prouocauerunt in eo qui non eſt Deus; & ego eos prouocabo in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo eos. Felices proinde & terq; quaterque beatos ego cenſuerim omnes eos qui fidem moribus ſimilibus profitentur, fideique perpendiculo reſpondentibus, *Deut. 32. Rom 9.10*

Bona ſi ſua norint
Chriſticolæ.
O cæcas hominum mentes & cæleſtium inanes.

Profecto D. Saluianus Maſſilienſis epiſcopus eodem argumento & ſcopo tractans de vero Dei iudicio & prouidentia octo libris, quo vel Auguſtinus Afer XXII. de Ciuitate Dei, vel Oroſius Hiſpanus ſeptem, quum multis rationibus probationibuſque diſſeruiſſet totius Galliæ, Belgii, Italiæ, Hiſpaniæ, Africæque per Barbaros, Hunnos, Gothos, Vandalos extremam depopulationem, non niſi Chriſtianorum vitiis, iuſtoque Dei iudicio acceptam re-

Digitized by Google

Lib. 8. ferre deberi; denique præter alias cauſſas hanc quoque non minimam eſſe aſſeuerat deuaſtatæ Africæ rationem, quod Afri monachos & quoſcunque religioſos attonſoſve aut ex Ægypti cœnobiis, aut ſacris Hieroſolymorum locis, aliiſque eremi ac ſolitudinum monaſteriis in Africam forte traiicientes, velut noua & nunquam antea viſa portenta ac monſtra exibilarent execrarenturque, & sannis ac dicteriis multigeniſque proſequerentur iniuriis. Neque aliter ego iuſtum illud Dei iudicium, quo nuper Gallia, Belgiumque prædæ datum eſt, exiſtimo, niſi neglectæ contemptæque religionis vicio. De Gueſiorum vero barbarie alio propediem volumine perſcribam fauentibus ſuperis. Illud hic dumtaxat de illis dixero, quod de Afris olim aſſeruit Saluianus lib. 7. Non ſic Ætnam flammis exæſtuare, ſicut iſti luxuriant cupiditatibus, prauiſque affectibus & ſtudiis & molitionibus, adeo vt facilius credi poſſit, Gueſium non eſſe Gueſium, quam non eſſe flagitioſum, quam non eſſe ſacrilegum, quam non eſſe impium.

Vide Laz. de Boii lib. 7. & de Cimmeriis lib. 3 Onuph. Rheginon. Aimoin. Sigebert.

Al Rupertum
Al. Theodone.

Quum Boiarii, Vindelici, Norici, Auſtriaci, multis grauiſſimiſque præliis conflixiſſent cum Pippinis & Carolis aliis & aliis, poſtremo ſub tempora Ludouici pii anno, & quod excurrit, vi.x. diſciplinæ fideique Chriſtianæ aurem commodare exorſi ſunt. Heraclio vero Imp. A. Deuſdedit Pont. Max.† Rudpertum epiſcopum Borbetomagenſem à Berichario tyrãno ſede pulſum acciuere Apoſtolum: &† Theodone duce hoc nomine tertio Boiorum Rege, cum tribus filiis, & numeroſa plebe, ſacris Vndis luſtrato, religionique Chriſtianæ vendicato, delubra idolis ſacra euerſa, ſoloque æquata ſunt; variæq; paſſim, cum per Rudpertum, tum per Giſelaricum Sodomum, alioſque eius diſcipulos, apud Pannones, Auares, Sclauos, & nouæ eccleſiæ conſtructæ, & veteres è ruderibus ruiniſque ſuſcitatæ: inter alias Fabianenſis, vbi nunc eſt Vienna Auſtriæ, quondam à S. Seuerino & Mamertino auſpicata; & in agro Carantano, Solienſis Deiparæ Virgini ſacra, quam Donnin-

Digitized by Google

Donningus fertur erexiſſe. Fuit iſthic apud Boios, inquam, in eccleſia à S. Rudperto fundata, & à Theodone dotata, vnde Theodonis Villæ nomen ſortita eſt, habita Synodus Rhemenſis Vvulfario XXX. Rhemorum archiepiſcopo præſide ſuperſtite, Carolo Mag A VIII^c.XIII. Ebbo ſucceſſore Vvulfarii præſente. Errant forte proinde qui Theodonis Villam putāt eſſe noſtram Diettenhouen ciuitatem, Luxouienſi ſeu Lutzenburgenſi ducatui contiguam. Fuit autem Concilium iſthuc potiſſimum hac de cauſſa indictum, vt epiſcopi Galliæ atque Germaniæ decernērent, quid ſtatuendum eſſet in tyrannos, ſicarios, ſycophantas, qui quoquo modo ſacerdotem reliquumque clerum damno, iniuriaue affeciſſent. Eius Theodonis filius † Vtilo v. Rudperti pædagogia inſtructus, à Theoderico I. Francorum rege limiti Armorico eſt præfectus, ditionemque omnem inter Scaldam, Moſam, Rhenumque amnes, ac Oceanum Germanicum aduerſus incurſiones Nordmannorum, Danorum, aliorumque Barbarorum [de]fenſandam accepit; primuſque inter Marchiones Antverpienſes ſiue limitis Britannici, nunc Anglici, præfectos cenſetur. Et inde ſane non modo Marchionum Antuerpienſium ſeriem texere, verumetiam fidem religionemque Chriſtianam altius, parentius, firmius radices egiſſe partim Bois (quos diximus) religioſiſſimis, partim Lotharingis adnitentibus Satrapis, licet colligere. Nam Aſopertus tertius Marchio Pluthyldam † Lotharii III. Regis Francorum filiam, vxorem duxit; inde natus Arnulphus pater Arnulphi Metenſium Mediomatricum epiſcopi: Inde Brabantiæ ducatus, Boloniæ, Arduennæ, Hasbaniæ, Lotharingiæque duces, Louanienſium, Hannonienſium, comiteſque Hollandiæ orti ſunt, vnaque ſanguine iuncti, etiam fidem proceres omnes inde prognati iunxerunt, & hucuſque indeprauatam ſeruarunt, ſeipſis ſemper (ob fidei religioniſque merita) & feliciores, & duce virtute, fortuna comite potentiores, nobiliores, auguſtiores. Non enim tantum Flandria aliæq; Belgicæ XVII. prouinciæ, verume-

Al. Vtto vel Otho.

Anno 540. plus minus quando Mahomet ſuam fabulam inchoauit.

Al. Clotharii.

tiam regna plurima, Hieroſolymitanum, Siculum, Neapolitanum, Indicum, Hiſpanicum, ipſumque adeo imperium Germanicum ſiue Romanum acceſſere. Sicut enim olim priſci Romanorum Imperatores, Imperii pomæria prorogantes, diuerſis prouinciis diuerſos conſules ac præſides, aut proconſules, aut proreges conſtituebant: ita Cõſtantinus M. Iouinia. Valentiniani, Theodoſii, Carolus M. & omnes retro fidei terminos extendere ſtudentes, & hoſtium incurſionem prohibere cupientes, milites cuique limiti præficiebant ac Markæ. Et ii quidem primum milites, deinde cuſtodes, poſtea Præfecti limitum ſiue limitanei, poſtremo comites Markæ & Markiones dici cœperunt, vel Comites de hac aut illa Marka, ſeu limite; exempli gratia: Hiſpaniæ, Britanniæ, Galliæ, Gothiæ, Germaniæ, cæterarumque ditionum Chriſto fideique Chriſtianæ nuncupatarum. Id quod ſæpe repetit Aimoinus lib. 4. cap. 96. 98. 105. 107. 109. 110. 114. 116. lib. 5. cap. 34. 35. 40. 41. Vtrum vero Burii, Eburones, Arii, Gotthini, Quadi, aliique Germaniæ populi inde Marcomannorum nomen apud Cornel. Tacit. multique reges Francorum Marcomiri ſint ſortiti, ſtudioſi viderint, à Quadis nobis manaſſe, quem vocamus Teutonice Quaet / id eſt, malitioſum facile coniecerim: quod, quando pueros ceu lamiis ac terriculamentis volumus percellere, dicimus, Venturum d. Quademan. Neque ſane Marcomanni ab amne ſuperioris Auſtriæ, vbi aliquando ſedes habuere, denominantur; ſed quod eſſent veteris Germaniæ gentes limitaneæ, vſque ad Oceanum Britannicum, permiſta ſylua Ardenna, pertingentes. vti ex Cor. Tacit. Laz. & aliis liquidum eſt. Markæ autem cuſtodiam ob locorum vaſtitatem, & ab inuicem intercapedinẽ nimiam, nonnunquam in plures Comitatus, limitiſque eiuſdem Præfecturas diuiſam, apud Aimoinum, quem citauimus, reperire eſt, non ſemel. Ita vero Markionibus hic olim honor delatus eſt, vt etiam eſſet graue pondus honoris. Agebatur ſiquidem cum eis repetundarum, aliiſq; pœnis gra-

nis grauiſſimis mulctabantur, ſi quando ſuam Markam nõ recte fuiſſent tutati aduerſus Barbaros.

Eodem modo ſæpe alias ob huiuſmodi officia, Principes ſuos Vaſallos beneficiis ſunt proſecuti, & inde tot paſſim Comites creati ſunt. Sic Ludericus ſecundus Flandriæ Foreſtarius à Carolo Magn. eiuſdem Flandriæ Comes eſt deſignatus, Anno circiter VIII^c. LXXX. quum antea ſolum fuiſſet Dominus Harlebekanus. ſortituſque eſt partem limitis & oræ ſiue Markæ Britannicæ donatione Caroli Magni iure hæreditario, vti diximus. In Danorum Marka rex regno potitur, patria fidei Ro. ſymbolum retinet. Verum hæc alio pertinent. Nos ad inſtitutum reuertamur.

Apud Pannones, Rugos, vniuerſoſque Sclauos, & per cunctam Sclauoniam (quæ eſſe decies maior Saxonia dicitur, Boëmos, Polonoſque & omnes qui trans Oderam flumen ſunt populos perſtringens) iterum & iterum per Adelbertum cœnobitaſque alios euangelizatum eſt, Othone I. & II. A A. anno circiter IX^c. I.X. — *Lupold. Venceslai Bohem. Dlugoß Bacl ſ. a. ſ. en. Mich. Rit. lib. 1. Bonfin. deca. 2. lib. 1. Seb. Munſt.*

Item apud Hungaros Henrico II. Imper. anno plus minus M.

Apud Apodricas Sclauos, Henrico I. A. anno VIII^c. XX. Item eodem Imp. apud Nordmannos & Danos.

in Boëmis multi inaugurati ſunt, Chriſto Anno IX^c. in rebus agente (vt ſic dicam) Suatuplugo rege Sclauorumque principe, & Boëmiæ Regem Bornionem ita inducente, anno, & quod excurrit, IX^c. Imper. Conrado I. A. Io. X. Pont. Max.

Vngaria ab Hunnis etymon & originem pariter habens, in fidem religionemque conceſſit Otthone I. Imp. anno plus minus IX^c. XXX. Hungarorum rege Gaycza patre, & S. Stephano filio, & Adeodato comite operam nauantibus, Adelberto Pragenſium epiſcopo non indiligenter quoque manum admouente. Denique poſt Diutinam & pluſquam Satyricam atque Barbaricam debacchationẽ n clerum vniuerſumque ordinem eccleſiaſticum, in templa, ſacrataſque icones & imagines, in ſanctorum Diuo-

Digitized by Google

rum omnium reliquias venerandas, in ſacroſancta ipſiſſimaque adeo Sacramenta, reparator emendatorq; Reip. Chriſtianæ apud Hungaros ceu cœlo demiſſus datuſque eſt Andreas Rex, anno M.XLII. Henrico III. Imp. Benedicto IX. Pont. Max. Vide Æneam Siluium.

Pannonios fidem integramque religionem ſeruauiſſe mihi admodum videtur, quod præter alios, †Iouianũ, Valentinianum, & Gratianum Imppp. A A A. ex Pannoniis oriundos ſit ſcitum, quorum ſanctionibus ac legibus in officio contentos crediderim.

Al. Iouinianũ.

Aldenburgenſes, ſeu Oldenburgenſes, nec non Lubecenſes fidei rudimenta & velut incunabula acceperunt ab Adelgado Bremenſium Archiepiſcopo, Otthone I. Imperat. Ioan. XII. Pontif. Max. primuſque illis antiſtes conſecratus eſt S. Marcus, ſiue Marco, anno plus minus IX^{c}. L.

Melrelburgenſes, & qui Mechelburgenſes, & Magnopolenſes, & Suernienſes ſortiti ſunt epiſcopos ſecundum quoſdam Lothario I. Imp. anno VIII^{c}. XL. ſecundum alios, Otthone I. A. an. IX^{c}. XXXVIII. & primus illis epiſcopus deſignatus eſt S. Joannes Scotus martyr: quod cenſent F. Irenicus, Munſter. Democh.

Razeburgenſium primus præſul fuit Ariſt. Hieroſolymitanus anno, & quod excurrit, IX^{c}. LIX. Otthone II. A. Benedicto VI. Pont. Max.

Epiſcopatus Friſingenſis auſpiciis, donationibuſque Taſſilonis tertii, Boariæ ducis, eſt inchoatus. Iſte Taſſilo multum charus fuit Adriano I. Pontif. Max. adeoque familiaris, vt Theodonem filium ei obtulerit ſacro fonte luſtrandum. Fundauit apud Carnos, Carinthios, & alibi monaſteria & eccleſias. Corbianum, vel, vt aliis placet, Corbicianum Gallum Roma venientem per vallem Tridentinam humaniſſime benigniſſimeque excepit, habuitque, & eccleſiam Friſingenſem ſacrare iuxta ac adminiſtrare iuſſit, anno, & quod excurrit, VII^{c}. XL. Pippino Craſſo Caroli M. patre Francorũ rege. Qui vero huc dementiæ vene-

Vide Rhegin. Prumienſem; Ottho. Friſin. lib. 5 cap. 25. Iren. lib. 3. cap 43. Seb Munſt. lib 3. Gaſp. Bruſch. Eginhartum Vvolfgang. Laz. Democh. Aimoi. lib. 4. cap. 79. 80 Lupold. libr. de zelo vet princ. Germa cap. 6.

Digitized by Google

venerit, vt ampliſſima ſorte minime contentus, vxoriis illecebris (ô neceſſarium malum) circumuentus perduellionem ſit meditatus; & concinnatis dolis, conterminos Hunnos in Carolum Mag. cui erat Vaſallus iuratus, concitarit, eaque de cauſſa damnatus capitis, Imperatoris clementia in monaſterium vna cum filio ſit detruſus, & monaſtico more attonſus, nolo hic commemorare. Satis eſt iſthoc exemplo diſcere, lubricam eſſe fortunæ proſperitatem, nullúmque non, fortunæ ſecundantis omnia, ſtatum, humanis caſibus eſſe obnoxium.

Ratiſponæ quidem, ſicut & Churæ Rhetiæ, & Auguſtæ Vindelicæ in Sueuis (vti diximus) Lucius Cyrenenſis anno plus minus cx. Euangelicam ſementem fecit; deinde plantatum iſthic agrum rigauit imbre ſacro S. Narciſſus epiſcopus, qui D. Hilariam nobilem matronam, eiuſque filiam nomine Afram Chriſto aſſeruit, Cypri retro temporibus reginas; itemque Soſimum Hilariæ fratrem, quem ibidem baptiſmo initiauit, indito ei nomine Dionyſii, eũque epiſcopum Auguſtæ dedit. Ambroſium quoque aliquot iſthuc apoſtolos deſtinaſſe inquiunt, S. Albanum & Theoneſtum Philippenſium epiſcopum; ad extirpandam ſectam Arianam illic graſſantem, anno plus minus ccclxxxviii. Valentinia. ii. & Theodo. i. Impp. Numeratur etiam gradus presbyter directus ab Euſtachio Auguſtæ epiſcopo, vt vices ageret in Concilio Chalcedonenſi epiſcopi abſentis, anno circiter cdxl. Leone Pont. Max. Marciano Aug Fuerunt item iſthic apoſtoli, anno, & quod excurrit, vc. lxiv. Iuſtino ii. A. Ioan. iii. Pontif Max: Fortunatus, Philippus, Cyriacus, Magnus S. Galli diſcipulus. Neque deſtitit vnquam Auguſtæ epiſcoporum, à Soſimo illo Diocleт. & Max. Impp. vſq; ad modernum S. R. E. Cardinalem illuſtriſſimum D. Otthonem, virum cum pietate, tũ eruditione ornatiſſimum ſpectatiſſimumq;, ſucceſſio, neq; vnquá aut refrixit fides, aut religio remiſſa eſt, ante natã illam communem Germaniæ almæ pernicioſam luc̃ Lutherum.

Ratiſponæ epiſcopus dicatus eſt vnus poſt alium Geb-

bardus, Eberhardus, Vvulfgangus, Imp. A. Carolo Mag. ſi Hermanno credimus; ſin Otthoni Friſingenſi, multo ante Carolum Magn. Quumque iſthic velut interregnum fuiſſet aliquantiſper, & epiſcoporum deſiiſſet ſucceſſio, Ludouicus pius Caroli F. oraculo iuxta & miraculo admonitus Guntharium monachum epiſcopum dedit, vt habent Annales Franc. Ottho. Friſingẽſ. Democh. Gaſpar, Irenic.

Magdeburgenſes dudum ad fidem conuerſi, demum anno, & quod excurrit, IXᶜ.LXXI. Albertum epiſcopum ſunt conſequuti, iiſdem auctoribus.

Pomerani ac Stetinenſes quum è Vandalis ſint egreſſi, non dubium eſt quin vna cum illis fidei ſint conſecrati olim. Crantzius tamen eos ad fidem adductos refert anno circiter M.CVI. Henrico IV. Imp. Paſchali Pontif. Max. Boleslao III. Poloniæ Bohemiæque rege eis imperante, & ad fidem ſemel iterumq; receptam etiam pœnis ſancitis grauiſſimiſque legibus compellente, quod notant Dlugoſſ. Vincent. Martin. Chromer. libr. 3. Hic Henricus primus Danos bello & armis petiit, quod à fide defeciſſent, & ad recipiendam quam repudiarant religionem coëgit. Identidem fecerunt Otthones, omneſque hactenus Imperatores Catholici exemplis Conſtantini, cæterorumque Conſtantinopoleos Imperatorum, tum Caroli Magn. & reliquorum, quos recenſere non eſt neceſſe, neq; huius propoſiti. Similiter Canutus IV. ſæpe è ſua Dania bello adortus eſt Eſtones, Curates, Sambones, alioſque populos, & vi belli ſeruire religioni compulit. Vvaldemarus Daniæ Rex LXXVII. cognomento Mag. Vvẽdos, Herulos, Rugos & alios, non raro vexauit, belliſque infeſtauit, ob fidei defectionem, anno M.CLXI. Neq; vlla vnquam ſibi bene conſtitit Reſpubl. quæ non leges religioneſque quidem præſcriberet omnibus, quæque non, volentibus quidem præmia, id eſt bonis; nolentibus vero, malis, ſupplicia decerneret. Lege mihi D. Auguſt. circa illud Pſalmi 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, &c. *Sicut enim*

Lib 3. cap. 28. Vandalia.

Laz.

Iſthac ratione Reges & Imperatores ſunt nutricii, & Reginæ ac Imperatrices eccleſiæ Chriſtianæ olim promiſſæ Iſaiæ 49. nutrices.

Epiſt. 48. ad Vincentium & 50. ad Bonifacium.

enim inde ab apoſtolorum temporibus fuerunt genera quædam vitę, quæ ordines hodieque appellamus, quæ ſeruiebant fidei Chriſtianæ amplificandæ, quale fuit inſtitutum cœnobiticum & communiter viuentium, de quo S. Lucas in Actis Apoſtolicis, & Aſcetarum & Therapeutarum, auctore D. Marco, de quibus Philo & hiſtorici vniuerſi; deinde monachorum, eremitarum, anachoretarum, cœnobitarum, feruente perſecutione, in ſolas terras ſe recipientium; demum ſicut fuerunt ordines S. Baſilii, Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, Bernardi, Franciſci, Dominici, Guielmi, & aliorum; iique (inquam) militabant religioni Chriſtianæ ampliandæ: ita ſemper ab initio, quo reges Chriſto ſunt initiati, fuerunt, qui nomen dederunt fidei defenſandæ ac propugnandæ. & quemadmodum Dauid, Machabæi, aliique infiniti in veteri lege præliabantur prælia Domini, ita citra Conſtantinum Mag. qui præter duos Philippos A. A. patrem & filium Imperium Chriſto nuncupauit, ſemper fuere ordines quidam non tantum dilatandæ, verumetiam armis tutandæ religioni, militantium: ii vero cuncti inſtar Conſtantini Magn. Iouiani, Valentinianorum, Theodoſiorum, cæterorumque principum Catho. crucem ceu geſtabant: ſed diſcolorem, alii viridem, alii rubeam, alii albam, alii aliam.

Act. 2. 3. 4.

1. Reg. 2..
1. Mach... & ſeq.

Symbolum profeſſioni.

Eius propoſiti ſeu inſtituti ſunt milites S. Ioan. Baptiſtæ à Io. Hircano Machabæo trahētes originem, aut certe Io. Eleëmoſynario patriarcha Alexandrino, Phoca Imper. A. Item, id quod apud Volaterranum copioſe eſt reperire lib. 21. Anthrop.

Milites Templarii apud Rhodum & Maltham inſulas tum in Gallia, & Germania.

Theutonicorum S. Mariæ Milit. ibidem: horum ſubinde meminit S. Bernhard.

Alcantaræ in regno Caſtellano & Luſitano. *Milit.*

Calatrauæ apud Toletum. *Milit.*

S. Iacobi in Hiſpania. *Milit.*

Digitized by Google

Milit. Jeſu Chriſti in Portugallia.

Milit. S.Sepulcri in regno Valentiæ & Arragoniæ.

Milit. Syluenſes in Luſitania. Neque alio ſpectant equeſtres ordines aurei velleris apud Burgundos, & in domo Auſtriaca; S. Michaëlis in Galliis; Caligulę apud Anglos, niſi ad fidem protegendam.

Quoties vero crucis & ſacri belli militia fuerit olim prędicata, quam ardentibus votis hanc in Turcas, Saracenos, Mauros, hæreticos, ſæpenumero Reges, Imperatores, Principes, Duces, Comites, Barones, aliique ex tota Europea Chriſtianitate adierint, non eſt huius loci diſſerere. Multa in eam rem ſcribunt Egnat. Fulgoſ. Guiel. Tyrius, Io. Herold. Benedict. de Acolt. Aretin. Sabel. & alii. Religiones autem creberrime ferro vendicatas aſſertaſque fuiſſe, non tantum Chriſtianorum, verumetiam exoticorum Ethnicorumque exemplorum chiliadas, memini me legere, apud Tit. Liu. Plutarch. Val. Max. reliquoſq; ſcriptores: ſed hæc alias.

Lib. 1. cap. 1. lib. 1. cap. 1. & lib. 5. cap. 6.

Liuonia cura S. Medardi epiſcopi, & poſt eum D. Alberti ſedulitate morum indoliſque barbariem dedidicit, & pedetentim ad fidei Chriſtianæ regulam adducta eſt anno plus minus M. CCV. Friderico Barbaroſſa Imp. Hono. III. Pont. Max. Eſt in hanc rem ibidem id temporis inſtitutus ordo ſacræ militiæ aduerſus impreſſiones Tartarorum, aliorumque Barbarorum, quod habet Mart. Chromer. *Lib. 7.*

Lituania, vt aliæ complures immanes ſeruiliſque ingenii nationes, cum legum, tum militum Teutonicorum & Cruciferorum, quorum tunc erat magna frequentia, metu, fidem religionemque Chriſtianam recepit, & eadem opera Vitum antiſtitem, Friderico eodem A. anno M. CCXXX. Cruciferis id priuilegii, extinctis pridem deletiſque Templariis, erat ab Imperatoribus A. conceſſum, à Pontificibus Max. firmatum, vt quaſcunque poſſent, inuaderent infidelium, aut à fide defectorum prouincias, eaſque cum occuparent, tum etiam ſuo iuri vindicarent. *Lib. 8.*

Nulla erat id temporis per totam hanc Europam occiduam

duam, prouincia, in qua non & cœnobia plurima quorumuis ordinum, eaque frequentiſſima eſſent, & numero perſonarum ac pietatis doctrinæq; nomine ampliſſima.

Tartari ad Chriſti fidem permoti ſunt atque promoti rege ipſorum Caſſaham miraculo quodam ad Chriſtum conuerſo, anno plus minus M. CCLXX. Rodulpho Imper. Greg. X. Pont. Max. Vti habent Sabell. & Guiel. de Nangiaco. Deinde Tartariæ proceres cum & Lateranenſi ſub Innocent. III. Pont. Max. & Lugdunenſi Concilio affuiſſent, vna Michaele Paleologo ſuſcepto fidei Sacramento, religionem Chriſtianam ſuis terris populiſque reportarunt, anno plus minus M. CCC. Clemente IV. Pont. Max. S. Ludouico & Carolo Francorum regibus, teſte Blond. Fla. decad. 2. lib. 8. Quo etiam tempore Turcarum Imp. Azatines palam Chriſti fidem Romanamq; religionẽ eſt profeſſus Arſenio patriarcha Conſtantinopolitano; quod refert Niceph. Gregoras hiſtoricus lib. 4.

Samogetia Chriſtiano nomine cenſeri cœpit Sigiſmundo A. Ioan. XXIV. Pont. Max. anno M. CDXII. quod liquet ex Mart. Chrom. lib. 18.

Lituani relapſi à fide, reparati ſunt paulo ante Samogetas anno plus minus M. CCCXLVI. Vrbano VI. Pontif. Max. Caroli IV. A. Imp. Ioannis Boëmiæ F. quem Onuph. Panui. Veronenſ. ſcribit auctorem Bullę quæ cognominatur Aurea. Vide Seb. Munſter. in Coſmog.

Cumani, Boznenſes, Lipnenſes, Patrini, aliique Sclauoniæ populi complexati ſunt fidem Chriſti, Tartarorum ſuperſtitione abrogata, enixiſſime ſummiſque conatibus ſuam nauante operam Ludouico Hungarorum rege, anno, & quod excurrit, M. CCCL. Clemente VI. Pont. Max. apud Auinionem Galliæ degente, auctore Mich. Rit. lib. 2. & Bonfin. dec. 2. lib. 10. Omnium nouiſſime acceſſit noſtræ fidei, aut potius ad eam rediit nouus orbis, quem vocant, omneſque illæ lautiſſimæ & auri & quarumq; aliarum rerum ditiſſimæ Indiæ, partim D. Philippo Hiſpa-

niarum regi cognomento Catholico, Flandriæ dudum quidem deſideratis amoribus, at Hiſpaniæ deliciis inexhauſtis, partim D. Sebaſtiano Luſitaniæ Regi rei Catholicæ ſtudioſiſſimo parentes, abhinc annos plus minus cc. cum primis fratrum Minorum, tum multo poſt tempore eorum, qui Societatis Ieſu appellantur, opera Chriſto Domino conquiſitæ. Remanſerant tamen iſtic alibi quidem vetuſtæ & priſcæ religionis à S. Thoma prædicatæ reliquiæ ceu futuræ frugis quædam ſemina: Baptiſmus paruulorum, ieiunium, precum in delubris frequentia, S. Crucis aduerſus dæmonum incurſus teſſera, vti ex Petro Bellonio, Arabe Saraceno Grammat. Petro Mart. Ludouico Vartoman. Maximiliano Tranſſyluano, Io. Barrio, Cadomuſto, aliiſque ſcriptoribus manifeſtum eſt. Incidi ego nuper in Hiſpaniis Valliſoleti (vbi tunc noſtra Comitia generalia præſide illuſtriſſimo reuerẽdiſſimoq; Domino D. Alexandro Cribello Viceprotectore ordinis dign. anno 1564. agebantur) incidi (inquã) in Reuerendũ quendã canicie ac moribus patrem (nomen mihi excidit) miniſtrũ (vt vocamus) ordinis S. Franciſci Prouinciæ Perouanę. Is referebat plurima iſthic eſſe priſcæ & ab apoſtolis inſtitutę religionis veſtigia, & hinc eſſe gentem ſatis morigerã, tractabilemq; ac facilem ad fidei religioniſque Chriſtianæ reparationem. Ditionem vero eſſe omnium & opulentiſſimam rerumque omnium locupletiſſimam, & amœniſſimam pariter ac temperatiſſimam: deinde non inſulam; ſed terram firmam, continentemque affirmabat, ſextuplo vaſtiſſimis illis Hiſpaniis patentiorem, vtrumq; polum arcticum & antarcticum hinc inde ſpectantem, neque maiorem regionem vno nomine comprehendi. Incolas illos inquiebat, ipſos eſſe Antipodas, apud quos tunc ſe degere aiebat, ſupra Peru, & quidem Oceanum inter Hiſpaniam & illos populos interfluere, quem haud temere vixque octo menſibus legere conficereue valuerat. Tot vero tantaſque mihi allegabat ſuorum Antipodum partim Geometricas, partim Aſtrologicas mathematicas probationes,

bationes, vt cum ex Platone, Macrobio, M. Cicerone, Mela, D. Lactantio, S. Hieron. S. Auguſtino, Iſidoro ſecus doctus eſſem, quum mihi demum Taprobanam iſtic inſulam nominaret, facile conceſſerim in ſententiam: tum etiam quod ad Auſtralem plagam eſſe memoraret, quam ob interfuſum maximum immenſiſſimumque mare memineram olim, M. Tullio auctore, mortalibus prorſus incognitam; Sumatram autem, olim Taprobanam, diu antea ab apoſtolis penetratam. Tametſi legere ſit quoſdam Auguſti iram fugientes per imam Æthiopiam & mare Atlanticum ad Gades Herculis enauigaſſe, & Carthaginenſes quoſdam ab Herculeo freto in mare rubrum Arabicum. Alexandrum Magnum quoque Perſicum ſinum, mare Indicum, Taprobanam, aliaſque Indicas Inſulas ac terras armis exploraſſe, & partim arte, partim vi viam ſibi aperuiſſe, ex hiſtoriis notum eſt. Narrabat item ille R. P. apud iſtos Antipodes ſiue ἀντοίκους, exque diametro contra nos poſitos, celeberrimum, frequentiſſimumque orationum ſtudium; ipſos vero adorare vnum Deum trifrontem, cuius ſi quæras rationem ignorant, niſi quod ita à maioribus acceperint, & Voo monarcha, penes quem ſumma religionis & Reipub. ſemper fuit. De Antipodibus ſiquis plura deſideret, reperiet apud Ioachimum Vadianum in Melam: nos ab Antipodibus inferis, ad ſuperos, & inſtitutum vela orationis vertimus.

In Timæo lib. 2. Cic. li. 4. Acad. libr. 6 de Rep. lib. [illegible] cap. 9. l. 3. de f[illegible] cap. 24 [illegible] per Ezech. l. 1. lib. 9. Etymo. cap. 2. Aug. de decem categoriis. c. 10.

Atlanticam regionem veteres inſulam faciunt.

Cæterum, vt iam tandem ex multis antecedentibus (quæ vocat M. Tull.) concludamus, & quippiam inferamus quod firmum ſit & ſolidum, nulla parte hians, ſibiq; inconſtans, quærendum ab aduerſariis eſt, errauerintne omnes iſtæ apoſtolicæ eccleſiæ, an non. Si aberraſſe dixerint, inferendum certo certius, Chriſtum non ſatis ſtetiſſe verbis ſuis & ſponſionibus S. Petro, ſenatui apoſtolico, toti eccleſiæ factis de pædotribe veritatis cum mittẽdo, tum ſempiternum partibus ſacroſanctæ eccleſiæ ac velut lateri inſtar vel ducis vel viæ comitis adhæſuro. Quod ſi erraviſſe negent, ſeſe toto cælo totaque via aberrare, & quidem

ſcientes prudenteſque, veriſſimo dilemmate, tanquam cornuta acie, vnde elabi nulla ratione queant, implicari, conſtringi, concludi confiteantur oportet. Hic igitur murus aeneus eſto, nil conſcire ſibi eccleſiam, quæ perpetuo cognomento ac proprio Catholica nuncupatur, nulla palleſcere perfidiæ, hæreſeos, erroris culpa, hinc vſque ad apoſtolos ipſumq; adeo Chriſtum. Quocirca hæc omnium populorum, omnium locorum, omniumque temporum, cum tanta ingeniorum & morum, quanta linguarum, diſſimilitudine in tantam eiuſdem plane fidei religioniſque concordiam conſpiratio, argumento eſt probatiſſimo, omnes illos populos, ſuis quoſque & locis & temporibus, in eadem tamen ſchola, ab eodemque didaſcalo ac pædagogo, hæc tam prorſus eadem doctos eſſe debere. Vnde enim tanta noſtrorum dogmatum, rituumque antiquitas, niſi à Numine quodam præſide? Vnde tantæ antiquitati, tanta cum omni poſteritate conſenſio? Vnde tantæ conſenſioni, tam vetuſtæ, tam bene æquabiliterque, non cum vna tantum gente, ſed cum omnibus, non ſemel, ſed ſemper, non hic tantum, ſed vbique, qua orbis patet, conuenit? An hæc ſine numine Diuũ, an caſu, an arte euenire arbitrabimur? Certe quo antiquius quid, hoc, ſi Tullio credimus, diuinius; quo communius pluribus, eo melius; quo ſibi ſemper & in omnibus ſeu locis, ſeu populis, ſeu ætatibus ſimilius, hoc perennius, Deoque ſempiterno ſibi ſemper in omnibus ſimili propinquius. Ita nimirum mirionibus illis in actis apoſtolicis ſatisfecit S. Petrus; & contra eos, pro ſe ſuiſque intulit: Hoc opus ob quod obſtupeſcitis, non humanum (inquit) eſt, ſed diuinum, non dolo malo, ſed diuinis promiſſis conceptum & fultum, non hominum malitia, ſed Dei bonitate plenum. Mirabantur illi eoſdem homines eiuſdem nationis, eiſdem linguis, eadem, ſed diuerſo modo & idiomate differente, loqui non differentia. An non (ſi boni æſtimatores eſſe velimus) multo amplius mirandum iſtuc videri debet, tot ingenia, tantam hominum varietatem, tam diuerſas linguas, tam diuerſa idiomata, tanta

Lib. 2. de legib. ib. 1. de natura Deorum.

Actor. 2.

tanta præſertim & locorum & temporum intercapedine dirempta, tam paria, tam æquabilia, tam eadem prorſus ſonare? Hanc credimus Sanctorum communionem, in qua cenſos dicimus beatos; non cenſos, damnatos perpetuum. Hæc eſt Eccleſia contra quam portæ inferorum, quibus ſunt mille nocendi artes, incaſſum nituntur! Hæc eſt columna & firmamentũ veritatis, à quo ſe auelli Chriſtianus quiſque ægrius moleſtiuſque ſinere debet, quam vitam ipſam eripi; à quo vel latum culmum (quod inquiunt) recedere, perire eſt. In arca ſalus, extra arcam exitium eſt. In Eccleſia cathol. cum metu & tremore adhibitis ſacramentis, ſalutem quiſque ſuam operari poteſt; extra eccleſiam ſacramenta eſſe poſſunt, prodeſſe non ita. Quum igitur iam ab aduentu Saluatoris vſque ad noſtram ætatem, id eſt, ab apoſtolis vſque ad noſtri temporis fæcem, quomodo & per quos Chriſti Eccleſia nata ſit & adulta, perſecutionibus creuerit, martyriis coronata ſit, confeſſionibus ornata, & illis quidem tanquam roſarum, his velut liliorum ſertis redimita, habeamus, & poſtquam ad Chriſtianos principes venit, potentia equidem & diuitiis maior auguſtiorque, ſed virtutibus meritiſque facta ſit minor, & ſuapte fortuna feliciore, cœperit eſſe infelicior, minuſque beata; Quum (inquam) Eccleſiam catholicam à Chriſto ſuſcitatam, ab apoſtolis per orbem vniuerſum propagatam, ad nos vſque porrectam, deriuatamque oſtenderimus, fidei regulis notiſque ceu teſſeris quidem parem, ſed non item fidei operis & actis: quis ferat hæc puditiſſima vitiis ſecula (vt S. Paciani in Pyrenæi iugis Barcilonæ epiſcopi verbis vtar) ſacros canos apoſtolici verticis euellere niti? Ex illo tempore quo Chriſtus, quo apoſtoli vixerũt, ſucceſſio vel ſeries epiſcoporum non eſt interrupta, neque ab aliquo alio, niſi ab Eccleſia per epiſcoporũ vbiq; ſucceſſiones tenemus has vel illas ſcripturas eſſe canonicas aut apoſtolicas: vnde igitur niſi ab eadem eccleſia, literarum ſacrarum ſenſa petenda ſunt? Illa. n. quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodim⁹, q̃ quidẽ toto orbe ſeruantur,

Hieron. in vita S. Malchi.

Aug. lib. 28. cont. Fauſt. Manich. ca. 2. & ſequent. lib. 31. c. 21. li. 33. cap. 3. & ſeq. epiſt. 118. ad Ianua. Tertul. lib. de præſcrip. hæret. Irenæ. lib. 3. cap. 14.

234. Vincent. Lirinenſ. Baſil. lib. de ſpiritu ſancto cap. 27. Alexander Pont. Alexād. epiſt. ad Conſtant. Magn. Io. Damaſcen. lib. 1. de cultu imaginum.

datur intelligi, vel ab ipſis apoſtolis, vel plenariis conciliis (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas) commendata ac ſtatuta retineri. Nam traditionem apoſtolicam refutare, magnam euangelii ipſius (teſtibus D. Irenæo Lugdunenſiũ, & D. Baſilio Cappadocum, epiſcopis) adeoque ipſius Chriſti qui traditionum euangelicarum eſt auctor, eſt abrogare & conuellere auctoritatem. Quantum vero, non dicam temeritatis ſacrilegæ, non dicam extremæ dementiæ, ſed fanatici furoris inſit illi veteri hæreticorum cauillationi, *Apoſtoli, reliquique non intellexerunt diuina oracula; Nobis Deus per Spiritum ſuum reuelauit nuper*, nemo ignorat. Quid enim? ſiquid controuerſiæ naſcatur, ſiquid in quæſtionẽ nouam recens veniat, nónne ad antiquiſſimas quaſque eccleſias recurrendum eſt, in quibus ſunt verſati apoſtoli, quas ſanguine dedicarunt, & ab eis accipiendum quod certum, quod verum, quod liquidum ſit? Quid vero? ſi neque apoſtoli nobis ſcripturas reliquiſſent, nónne oporteret traditionis ordinem ſequi, & ex illis quærere quibus eccleſias commiſerunt?

Contra epiſt. Fundamenti cap. 5.

S. Auguſtinus profecto iſtuc detulit Eccleſiæ, vt nec euangelio fuiſſet crediturus, niſi eum Eccleſiæ commouiſſet auctoritas. Scripturas enim in libris, tanquam in arboribus folia, in Eccleſia ſenſum & intellectum eſſe ſciebat, eaſque non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtere.

Hieron. cont. Luciferianos.

Multo ſane elleboro opus eſt, multæque non ſuffecerint Anticyræ eius inſano curando capiti, qui poſt apoſtolos, poſt tot martyrum confeſſorumque myriadas, poſt tot eccleſiarum omnium paſtores, doctores, epiſcopos, ſibi ſemper adhuc quippiam cenſet perquirendum, & indicandum. Te pacatum itaque reddat (inquit D. Baſilius quem D. Theodoritus lumen orbis terrarum vocat) traditio. Dominus ita docuit, ſic Apoſtoli prædicauerunt, ita Patres obſeruarunt, confirmarunt martyres: ſufficiat dicere, ita edoctus ſum. Si quando alia quam didicimus, à nouatoribus ſuggerantur; hac machæra, ceu Herculis claua, retundenda ſunt, & iſtoc antidoto aduerſus vitilitigatores

vete-

vtendum, auctore S. Athanaſ. Patres & maiores noſtros non iſta ſenſiſſe, non ita docuiſſe, non ſic ſeruauiſſe. vtroque ergo tempore ſiue aiant, ſiue negent quippiam hæretici ſecus atque traditum, & hactenus in eccleſiis apoſtolicis traditum, aut per epiſcoporum, doctorum, paſtorum ſucceſſionem perpetuam diffinitũ habitúmve eſt, hoc ſingulari vmbone excipiendum, repercutiendumque eſt, ne ſyllabam quidem vnam, præter ea quæ accepimus (vt inquit Baſil.) commutandam, aut in dubium vertendam. Id nobis perſuaſum eſſe debet, nihil magis nefarium eſſe, quam tranſgredi terminos à patribus poſitos. Si enim Terminus ille nulli Deorum ſibi cedendum putauit, de quo Ouid. 2. Faſt. quis ita ſacra profanis miſcere audeat, vt rituum, religionumque modos ac fines, vltra quos citraque nequit conſiſtere rectum, immutet, transferat, inuertat? Hanc noſtram eſſe mentem alte animis repoſitam, hanc ſolidam ſtare nobis, firmamque ſententiam dicendum, quicquid illi, ſiue minas, ſiue blandicias crepent. Neque illorum odium magnopere metuendum, neque ſtudium affectandum, aut captanda beneuolentia, aut eorum timenda maleuolentia, à quibus vituperari maximæ laudi; amari, vitio à probis quibuſque vertitur. Puerorum eſt iſtis moueri: cum vero qui bene ac probe diuinis literis enutritus ſit, nullum genus mortis potius detrectare oportet, quam religionibus ſacroſanctis nuncium remittere. Nihil ego prorſus nouatorum iſtorum cauillis opportunius reſpondendum duxerim, niſi iſtuc Pauli apoſtoli dumtaxat, An à vobis verbum Dei proceſſit, aut in vos ſolos peruenit? verum (quod de Petiliano Donatiſta dicebat Auguſt.) litigare & belligerari volunt iſti, non diſputare. libr. 2. cont. lit. Petil. cap. 61. D. Athanaſius inſtituturus in catholica fide D. *Iouinianum Imp. A. vti is ab illo efflagitauerat, ſuæ Orthodoxiæ certiſſimum fortiſſimumque argumentum ita ſtatuit: Omnes eccleſiæ quæ ſunt in Hiſpania, Britannia, Gallia, Germania, Campania, Italia, Dalmatia, Myſia, Macedonia, Græ-

Epiſt. ad Epictet. epiſcopum Corint.

Apud Theodorit. Eccle. hiſt. lib. 4. cap. 19.

Epiphan. to. 3. lib. 1. hæreſ. 75

Baſil. ibid.

1. Corinth. 14.

al Iouianum.

Niceph. Call. eccle. hiſt. libr. 10. cap. 47. Theodoret. libr. 4. cap. 3.

cia, Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphilia, Lycia, Iſauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, denique toto Oriente (exceptis illis paucis ab Arrianis occupatis) nobiſcum & cum concilio Niceno ſentiunt & ſapiunt: non poſſunt vero tam pauci iique ſuopte iudicio, & conſcientia damnati, præiudicare orbi vniuerſo: ea igitur fides tenenda eſt, quam tot populi, tot eccleſiæ, tanta conſenſione, tot annorum centenarios probatam habuere.

Lib. 1. ca. 2. 3. Iiſdem rationum probationumque momentis nititur aduerſus ſciolos illos Gnoſticos Valentinianos D. Irenæus Lugdunenſis: Eccleſia per vniuerſum orbem vſque ad fines terrę ſeminata, & ab apoſtolis & eorum diſcipulis accepit eandem in Chriſtum fidem: hanc fidem, hanc prædicationem (ait) diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans; & ſimiliter iis credit, quaſi vnam animam habens, & vnum cor; & conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit quaſi vnum poſſidens os. nam etſi in mundo ſint loquelæ diſſimiles, attamen virtus traditionis vna & eadem eſt. Neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ quæ in Hiberis ſunt; neque hæ quæ in Celtis; neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neq; hæ quæ in Libya; neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ: ſed ſicut ſol creaturæ Dei in vniuerſo mundo vnus idemque eſt, ſic & lumen & veritatis prædicatio, vbique, eodemque modo lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad agnitionem veritatis venire. Et neque qui valde præualet in ſermone, ex iis qui eccleſiis præſunt, alia quam hæc ipſa dicet. nemo enim eſt ſupra magiſtrum, neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. Cum namque ſit vna eademque fides, neque is qui multum de ea poteſt dicere, amplius dicet vnquam quam res ſit; neque qui parum dicendo valet, dicet minus quam oportet, aut infra quam res eſt. Neque nos mouere debent tot tantæque procellæ ſeu hæreſeωn, ſeu perſecutionum, ſeu morum temporumve malitia tanquam tempeſtates quædam ingruen-

grientes, & nauiculæ S. Petri ſumma vi imminentes, ac extrema quæque comminantes, quum & longe grauiores ei ærumnas ſæpe multis ante temporibus, & eam ſemper ſeipſa clariorem euaſiſſe, ſexcentis exemplis liqueat, perpetuoſque ex bellis hucuſque triumphos duxiſſe. Siue enim penitius præteritorum temporum nequitiam inſpiciamus, non extinctam turbine, non ventorum vi alio raptam, non fluctibus rabidis perturbatam, non fractam, ſed vexatione purgatam, liuoribus ſanatam, necibus viuidam virentioremque Eccleſiam peruidebimus. Siue illorum temporum populos tanquam coram præſentes tecumque colloquentes conuenias, eandem protinus nobiſcum fidem confiteri, religionemque tenere audias. En tenemus omnium cæli climatum, omniumque terræ angulorum populos, nobiſcum in vnam fidei religioniſque ſententiam conſpirantes. Quid ſi iam omnia mihi Concilia paſſim toto orbe inita, quotanniſque coire ſolita ex præceptione ſanctioneque apoſtolica, recenſenda ſint: quid ſi omnium vbique conciliorum, omnium eccleſiarum, omnium gentium, omnium ætatum patres mihi ſint percenſendi; quas putamus copias, quas phalangas, quot teſtium myriadas in aciem campumque in rem quam diximus, ſum producturus? Si mihi miles vniuerſus conſcribendus eſt, qui diu olim ſub tot tantiſque Imperatoribus, cum Romani, tum Conſtantinopolitani Imperii, Regibus Hiſp. Gall. Britan. Luſitaniæ, Daniæ, Sueuiæ, Norueg. Ital. Polon. Vngar. Bohem. aliiſque infinitis, cum defenſandæ, tum propagandæ religioni Chriſtianæ ſeruiuit ab origine prima; quis (oro) locus ſatis patens ſatiſque vaſtus eſſe poſſit, qui exercitus eius frequentiam capere valeat? ſi omnium Conciliorũ ſanctiones, ſi omnium Imperatorũ, Regum, exarchorũ, principum leges hic enumerem; certe & illos mortales religioſiſſimos fuiſſe, in cõfeſſo erit omnibus: deniq; eos quidem obſeruatæ religionis præmia manere; nos vero, ſiue neglectæ, ſiue contemptæ, daturos aliquãdo pœnas. Equidẽ ſupplicii tarditatem

Can. apoſt. 38. al' 36. Concil. Nice. 1. can. 5. Concil. Antio. cap. 20.

& dilationem, non pauci aut ignoſcentiam, aut diuinæ prouidentiæ oſcitantiam exiſtimant. Verum ſi rem, vti eſt, diuinam, inquam, offenſam ex æquo & bono metiamur, exemplis temporum præteritorum; vereor ego vehementer, ne Numinis ira tarde ad ſui vindictam procedens, tarditatẽ ſupplicii, & grauitate & perpetuitate aliqua compenſet; & ne nos inſtar eorum qui fęnus perpetuo gliſcens contemnunt, in vtramq; aurem ſecuri, pœnarũ, ærumnarum, calamitatũ vſuram tandem recipiamus, & malorum piaculorumq; quæ deprecari neglexìmus, immenſam. O ſi hæc Belgica prouincia humana voce vti poſſet, quos ederet luctus, quos componeret elegos modos, quam triſtia ediceret, quæ nemo, quantumuis ſaxeus, tametſi è Caucaſo natus, audiens temperet à lachrymis! O quales, quot, quantas deponeret querelas, quam diſſimilibus dominis olim, atque nunc, ſeſe adminiſtrari defleret! O quantum mutatis, ab illis? ingenua, inquit, ſum & liberali indole nata, neque obſcuro loco. Fidei religioniſque auctores nanciſci quaſi ſorte auſpicata Deus Opt. Max. totius huius vniuerſitatis rerum Præſes voluit, adeoque parentes ſeu auos, ſeù abauos, ſeu atauos, Maternum, Memnium, Eucharium, Valerium à S. Petro rectiſſima linea fidei deſcendentes, hucque deſtinatos; deinde S. Quintinum, Piatonem, Rufinum, Valerium alterum, Eugenium, Criſpinum, Criſpinianum, Lucianũ, Marcellum, Regulum, Fuſcianum, Victoricum, Eleutherium indigenam Neruium, Chryſolium Armenium, cæteros ſeu Romanos ſeu Gallos S. Clementis Rom. diſcipulos: hos ego progenitores habui; hi ſunt harum vbique eccleſiarum antiſtites, hæc eſt diuina Soboles cælo demiſſa ſereno; hi patriam hanc ſuo cruore fœcundam, meritis validam, virtutibus florentem, ſignis editis rebuſque præclaris celebrem, omni poſtremo hac eccleſiarum ſucceſſione, paſtorum doctorumque apoſtolicorum longa ſerie,

Placent. in cat. epiſcoporũ Tungrenſ Ebu-ſiem. Democh. Pet. de Natal. lib 5. cap 116. lib. 9. cap. 106. lib. 1. cap. 57. lib. 2. cap. 55. Antonin. par. 1. hiſt. t. 1. 6. c. 25. May.

Fecerunt pulchra cum poſteritate parentem.

Eius

Eius pulcherrimæ prolis, ſecundum promiſſa & Prophe- *Eſa. 49.*
tica oracula, Imperatores & reges nutritii, Imperatrices, &
reginæ factæ ſunt, diuino nutu, obſtetrices. Et quidem ha-
tenus ita inter Auguſtorum amplexus, & pientiſſima vo-
ta, omnis progenies hæc adoleuit, ſumpſit vires, eſtq; æta-
tum momentis aucta, vt futuri poſteri æſtimari non potue-
rit, neque opibus, neq; copiis inferiores. Verùm eheu, ô
malum, proh dolor, miſerrimum infelicitatis genus eſt,
fuiſſe aliquando felicem: neque cuiquam tantopere dolet
fortunę felicitas nunquam habita, atq; tam turpiter amiſſa:
nihil verius illo elegantiſſimo dicto Poëtico,

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Et certè

Floruimus quondam, ſed flos fuit ille caducus:
Et fuimus Troës: verùm,
En campos, vbi Troia fuit.

Ita ſiquidem comparatum eſt, vt Reſpub. diu eſſe inco-
lumis nequeat, quæ non iiſdem artibus atq; virtutib. perpe-
tuò ſeruetur, ac velari lacte eodem foueatur, quibus fuerat
a parta & educata. Eſt enim Reip. vt ſic dicam, educa-
tio altera natura. Sicut igitur, mutata nutrice, mutatur ha-
bitus ſtatusq; naturæ, & proles vario lacte nutrita ferè fit
morboſa, morbisq; infecta: ita Reſpub. primùm delicatiſſi-
mè educata à matre, deinde à nouerca degenere vbere la-
ctata, non poteſt non eſſe humorib. affecta corruptiſſimis.
Quemadmodum verò benè conſtituendæ ordinandæque
Reip. prima elementa ſunt religionum ſacrarum momenta
& rationes; ita declinantis Reip. ne dicam inclinatæ incu-
nabula ſunt (ſi Iſocrati, Platoni, Tito Liuio, Plutarcho, A-
riſtoti, M. Tull. Valer. Max. cæterisq; id genus, credimus) re-
rum ſocordia, indiligentia, neglectus. Verùm hæc

cæterùm obiiciet, imò obganniet fortè quiſpiam, &
quæret, vnde ſciamus Apoſtolicas eſſe illas omnes quas re-
centes Eccleſias. Cui inprimis reſpondemus; Homine in-
nihil impudentius: quicquid enim dicas, nihil dixe-
m

ris, niſi id dixeris quod ei viſum eſt & probatum. deinde homine malitioſo, nihil magis improbum: is enim ita ſolet perplexari, Non pactum, pactum; pactum, non pactum eſt, quod illi libet: & is non tam ſenſus aut intellectus, quam animi voluntatiſq; vitio laborat, & prorſus mala mens, malus animus. Sic olim Manichæi & alii hæretici nonnulli quaſdam ſcripturas admittebant, quaſdam reiiciebant, vt omnis de medio ſcripturarū auctoritas ſemel deleretur (inquit D. Auguſtinus) & ſuus cuiq; animus, ſuum cuique inſomnium auctor ſit & auctoris inſtar, quid in quaque ſcriptura probet, quid improbet, id eſt, non auctoritati ſubiiciatur ſcripturarum, vt quippiam credat, ſed ſibi ipſe ſubiiciat ſcripturas, eaſque ſuo ſenſui ſeruire cogat, etiam repugnantes: vt ideo quid rectè riteque ſcriptum videatur, quia illi placet, non quod eo nomine ei placere debeat, quod ſcriptum ſit. Iam verò, vt ad rem veniamus: cur non Euangelicæ, Apoſtolicæ, Eccleſiaſticæ traditioni concedamus, tanta vetuſtate fundatæ, tanto vſu roboratæ, omnium Apoſtolorum, martyrum, reliquorumque virorum clariſſimorum ſanguine, ſanctitate, meritis commendatæ, hucuſque ad vnguem obſeruatæ, quum non aliter, quàm traditione atque relatione alia complura ſciamus, quæ tamen certo certius ita eſſe tenemus? nam, vt magnis conferre mihi liceat parua, vnde (amabo) Socratem cuncti, quotquot ſunt eius Philoſophiæ candidati, credunt Sophroniſci & * Panariſtæ filium? vnde Anaxagoram, Damonem & Archelaum eius fuiſſe inferunt præceptores? Vnde vxores Xantippen & Myrtonem aſſerent? Vnde certatim non paucæ ciuitates Græciæ ſibi Homerum vendicant? Vnde Colophonii ſuum ciuem; vnde Chii, Salaminii, Smyrnęi, & alii aliique ſuum aſſeuerant, eſſeque contendunt contribulem, niſi ex diuerſa maiorum quaſi per manus traditione? Vnde hoſce quidem Platonis, cognomento diuini, illos autem Ariſtotelis libros mihi perſuaſerim? Vnde hi Theophraſti, alii Demoſthenis, alii M. Ciceronis, alii Varronis, alii P. Vergilii; alii Ouidii, Perſii, Martialis, Iuuenalis, Hora-

lib. 32. contra Fauſt. Mani. h. cap 19. & ſeq. D. Hieronym. Epiſt. ad Paulinum.

al. Phanaretæ.

Cic. pro Archia. Aul. Gel. lib 3. cap. 11. Attic noct. Herodot. Plutarch.

Horatii, Macrobii, Galeni, Hippocratis, aut alii, aliorum,
atque aliorum, vſque adeò eſſe creduntur; vt ſi quis neget,
non ſolùm refellatur, non ſolùm ſibiletur, verumetiam
tanquam demens iudicetur, qui notiſſimæ famæ, certiſſi- *Aug. lib. 33. cont. Fauſt. Man. cap. 6.*
mæ temporum ſeriei, conſtantiſſimo rumori per ætatum
ſucceſſionem quaſi per manuum traditionem inſolenter
præſumat reclamare? Ego igitur quæ iam in lucem edo, vel
ex totius Eccleſiæ Cathol. auctoritate à maioribus tradita, *Aug lib. 4. de Trinit. cap. 6.*
vel ex Scripturæ diuinæ literis, vel Phyſica ratione collegi
omnia. Contra verò rationem nemo ſobrius, contra diui-
na oracula nemo Chriſtianus, contra Eccleſiarum Apo-
ſtolicarum cunctarum conſenſionem, antiquitatem, vni-
uerſitatem nemo pacificus ſenſerit. Quocirca (vt coroni-
dem addam) qui iſthæc negat; is non quæuis, ſed totius
ſcholæ Chriſtianæ baſes, & fundamenta vſque ab radicibus
extirpat, euertitque, & negat prorſus, quæ vocant Philoſo-
phi diſciplinæ principia, quæ ſunt, cum primis certa ac vera.
Cumque eiuſmodi vitilitigatore non rationibus, ſed fuſti-
bus Ariſtoteles cenſet agendum: apud Chriſtianos certè,
auctore Chriſto, qui haſce Apoſtolicas non audit Eccle-
ſias, inter Ethnicos & Publicanos cenſendus. Non enim *Matth. 18.*
ille, quiſquis eſt, ſatis intelligit illud altitonantis fulmen
horrendum: Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me
ſpernit. Neque ille amens, tantum Apoſtolum vnum vel *Luc. 10.*
alterum, non is aliquot Cyprianos, Ambroſios, & id genus
alios Chriſtianæ fidei ſeu Atlantes, ſeu Achilles inuictos
aſpernatur; verumetiam Apoſtolicas Eccleſias vniuerſas,
quas literæ quoque diuinæ celebrant, Romanorum, Co- *Aug. lib. 2. cont Creſcon. gram. cap. 137.*
rinthiorum, Galatarum, Epheſiorum, Theſſalonicenſium,
Coloſſenſium, Philippenſium, Laodicenſium; ad quas ſcri-
pſiſſe Sanctum Paulum nemo inficiabitur. Is Hieroſo-
lymitanam contemnit Eccleſiam, quam ipſiuſmet Sal-
uator fundauit, cui primus poſt Chriſtum Sanctus Ia-
cobus frater Domini præſedit. Idem renunciat An-
tiochenſi, vbi diſcipuli primùm dicti ſunt Chriſtiani. Item *Act. 11.*

Digitized by Google

Smyrnenſi, Theatyrenſi, Sardenſi, Pergamenſi, Philadelphenſi, Laodicenſi, quibus iuſſus eſt ſcribere Apocalypſim S. Apoſtolus Ioannes. Item tot aliis Eccleſiis Ponti, Galatiç, Cappadociæ, Bithyniæ, Aſiæ, quas inſtituit S. Petrus: denique quicquid alias ſe S. Paulus ab Hieruſalem vſque ad Illyricum Euangelio repleuiſſe affirmat. Vt de aliis Aſiæ, Africæ, Europç, Indiarumq; partibus taceam, in quas ex hiſce Apoſtolicis laboribus, & plantationibus propagata creuit, hodieque creſcit, Eccleſia. Quid itaque exiſtimanda eſt agere, hic iam nunc, Eccleſia Belgicana, niſi Diuûm hominumq; opem & fidem implorare, & auribus cum S. Romanæ Eccleſ. Sanctiſſ. D. N. Pontificis Max. Gregorii XIII. Regiſq; Catho. tum duumuiratui, tum & exarchatui Illuſtriſſ. Ducum de Alua, & Medina Cali, inſuſurrare eandem perpetuò cantilenam, nihilque præterea, niſi hanc duntaxat auream perorationem: *Et fides & vita me reddo priori.*

Rom 15. Temiſtetani tamen Indi antipodes non tam fidem acc[e]piunt, quam olim acceptam receperunt: eosq; primos & typographiæ, & machinarum earum, quas bombardas vocant, eſſe inuentores non eſt dubium: tametſi S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus accuſarit olim D. Virgilium Epiſcopum Salisburgenſem apud Zachariam Pont. Max. quod pro concione aſſeruiſſet eſſe antipodes, vt habet Auent. lib. 3. Annal. Boiorum.

S. PISCA-

S. PISCATORIS PETRI SAGENA, SIVE, CATALOGVS TOTIVS ORBIS POPVLOrum Chriſto olim, Chriſtianæq; fidei ritè nuncupatorum, inde ab ipſa naſcentis Eccleſiæ Catholic. infantia prima, vſque ad mundi huius decrepiti hernioſique extremum delirium.

ABASGI ſiue Abaſagi. pagina 141
Achaici. 102.109
Acherontini. 132
Adrianiidæ. 114
Aduatici. 149
Ægyptii. 106.134
Æthiopes. 102.103.104
Afri ſeu Africani. 104
Agrigentini. 132
Agrippinenſes. 121
Aychſtadiani. 152
Alani. 141
Alatrinenſes. 131
Albani, al. Albanenſes. 131
Alborenſes. 132
Aldenburgenſes. 162
Alexandrini. 106.134
Almarienſes Hiſpaniæ. 116
Allobroges. 119
Aloſtani. 119.149.150
Alſatii. 119.122
Ambacti. 119.149
Amaſæi. 102
Ambianenſes. 118
Ambuariti. 149
Ammoniceni. 115.134
Amphipolenſes. 109
Anaginenſes. 131
Anchemtani. 132
Andegauenſes. 117
Angli. 119.123.124.126.141
Angloſaxones. 125
Antibarenſes. 132
Antiocheni. 97.101.108.114.134
Anthropophagi. 103
Antipodes. 168.169
Antuerpienſes. 150.159
Apamienſes. 115
Apodricæ. 161
Apollonii. 109.114
Aprucii. 132
Apulienſes. ibid.
Aquenſes. 117
Aquilegienſes. 132

Aquiſgranenſes. 121
Aquitani. 131
Arabes. 108.113
Arabes felices. 104.138
Arabes deſerti. 134
Arabes Catholici. ibid.
Aragones in Hiſpanis. 133
Arboraci. 119
Arelatenſes. 116
Argentinenſes. 122.147
Armeni. 102.138.141
Aruernenſes. 116
Aſſenſes. 110
Aſiani ſeu Aſiatici. 97.102 110.111
Attalienſes. 108
Athenienſes. 109
Atrebatenſes. 119.120
Auares, al. Abares. 140.158
Auguſtani Vindelicorum. 123 145.163
Aulicenſes. 152
Aureatini. ibid.
Aurelianenſes. 116
Auſtraſii, al. Auſtriaci. 122
Azotii. 101 (158
BACTRI. 104
Baiocenſes. 117
Barbari. 104.141
Barenſes. 132
Baſileenſes. 122.147
Batani. 148
Bauari, al. Baioarii, al. Boi. 122.145.155.158
Belgæ. 119.149
Beneuentani. 132.143
Berutienſes. 114
Berrhœenſes. 109.114
Beruicienſes. 125.127
Beunui. 149
Biblienſes. 115
Biſcaini. 148
Bituriges. 115.117
Bithynienſes. 97.113
Bizantini. 102.113
Bizuntini in Burgundis. 116 140
Boemi, al. Bohemi. 155.161
Boſphorenſes. 136
Boſnenſes. 145.167
Boſtrenſes. 113
Bracbantini, al. Brabantini. 149.150
Braccarenſes. 133
Bragmani. 104.106
Bremenſes. 153
Britanni. 111.119.123.124.126
Britones. 117
Brixienſes. 137
Brudenſes. 132
Brugenſes. 150
Bruxellenſes. 151
Bulgari. 145
Burdegalli. 116
Burgundiones. 139.147
CATILLONENSES. 117
Calabri. 132
Chalcedonenſes Bithyniæ. 114
Chalcedonenſes in Gallis. 113
Caleſii in Flandris. 119
Cameracenſes. 120
Campani. 131

Canien-

Canienſes. 108.114
Cantabri in iugis Pyrenæi. 171
Cantones. 119.122
Cātiani, al. Cātuarienſes. 127
Cappadoces. 97.134
Capernaitæ. 100
Capuani. 132
Carantani. 158
Carinthiani. 156.162
Carni. 156.162
Carnotenſes. 117
Carthaginenſes in Afris. 104. 113
Caſinenſes. 132
Catalonii in Gallis. 117
Catanenſes. 131
Celtiberi. 118
Cenchrenſes. 109
Cenomani. 115
Cæſareenſes Palæſtinæ. 101.134
Cæſareenſes. 108.109.110.114
Cæſarauguſtani in Hiſp. 133
Chii ſeu Chienſes. 110
Cilicenſes. 109
Coi. 110
Cliuenſes. 148
Clunocenſes. 125
Colocenſes. 133
Colonienſes. 121
Colophoniadæ. 114
Colophonii. 115
Coloſſenſes. 114
Compoſtellani. 133
Conſani. 133
Conſtantienſes in Germanis. 145
Conſtantinopolitani. 102.113. 131.134
Corinthii. 109.113
Coronienſes. 114
Cretenſes. 112.139
Croatienſes. 145
Chuni. 140
Cumani. 167
Curates. 164
Churienſes. 122.146.147. 163
Cyprii. 101.108
Cyrenaici. 101
Cyrenenſes. 115.134
DACI, al. Dani, al. Dani. 134.136.146.156
Damaſceni. 107.112
Dalmatæ. 114.145
Dardani. 115
Deirenſes. 125
Derbenſes. 108
Dionantenſes. 121
Doriſceſtrenſes. 127
Douuerenſes in Anglis. 119. 127
Dioſpolitæ. 115
Dyrrachienſes. 114
EBORACENSES. 125
Ebroicenſes. 117
Eburones. 121
Edeſſeni. 102.104.106
Eiſtertenſes. 122.152
Eleutheropolitæ. 114
Eliberini, al. Granatenſes. 133
Elzienſes. 152
Epheſii. 109.112.114

Ergonienſes. 144
Erythræi. 104
Eſtones. 164
Eulatæ. 107
Europæi. 102.111
FERETINENSES. 131
Franci. 115.141
Franconienſes. 152
Flandri. 119.149.150
Friſingenſes. 122.162
Friſones. 122.148
Fudanenſes. 131
GAIETANI. 131
Galatæ. 97.109
Galli. 111.115
Galilæi. 101.103
Galiſſii in Hiſp. 133
Gandenſes. 120.150
Gazæi. 101.115
Geldri. 148
Gepidæ. 141
Germani. 104.111.122.141
Getæ. 136
Gotthi. 138.141.143.146
Gradenſes. 132
Granatenſes. 133
Græci. 110
Guertzenſes. 133
HALBERSTATENSES. 152
Hamburgenſes. 153
Hannonienſes. 119
Haſbani. 121
Hedui. 117
Helladenſes. 112
Heluetii. 119.122
Heraclienſes. 115
Herbipolenſes. 122.152
Heruli. 141.154.156.164
Hiberni. 123.125.128
Hieropolitæ. 115
Heroſolymitani. 110.101.134
Hildesheymenſes. 152
Huicii. 127
Hircani. 104.114
Hiſpani. 111.116.133
Hiſpalenſes. 133
Hollandi. 148
Hungari. 133.155.161
Hunni, al. Huni, al Chuni. 140.141
Hyperborei. 146
JADRIENSES. 132
Januenſes. ibid.
Iberi. 137.143
Iconienſes. 108.114
Idruntinenſes. 132
Illyrici. 111.112.145
Immerini. 144
Indi Fortunati. 102
Indi, al. Indiani. 104.106. 138.143.167
Irlandi. 127
Iſmaëlitæ. 138
Itali. 96. & ſeqq. 111.114
Judæi. 100.101.103.113. 139.141
Juliacenſes. 148
Junauienſes. 155
LANDII. 121
Laodicenſes. 114
Lemouicini. 116
Leodienſes. 121

Lindiſſen-

indiſſenſes, al. Lindiſtar-
nenſes. 127
ngonenſes. 116
menſes. 167
rani, al. Lirenſes. 151
uani. 165.167
iones. 166
donienſes, al. Londinen-
ſes. 125.127
gobardi. 142.143
aringi. 119.121
ecenſes. 162
dunenſes. 116
ilii. 121
ani. 116.133
tiani. 115
eburgenſes. 119
. 115.134
mii. 108.109
134
iſeu Lyſtrenſes. 108.114
AGEDONES. 102.109.
110.113
. 104.107
eburgenſes. 164
opolitæ. 162
comanni. 156
athoniani. 114
maricenſes. 115.134
irenſes. 131
lienſes. 117
enſes. 156
conenſes. 116
ienſes. 132
aci, al. Mettiaci. 148
renſes, 164

Mauri & Mauritani. 104
Mechlinienſes. 150
Medi. 104
Mediolanenſes. 112.132
Megarenſes. 114
Mechelburgenſes, al. Mel-
reburgenſes. 162
Meldenſes. 116
Menapii. 148
Mempiſcani. 119.149
Mercii. 125.127
Meſi, al. Meſii, al. Miſii.
109.111
Metenſes. 121.122
Miletenſes, nunc Maltani.
110
Middelangli. 125
Mindenſes. 153
Mitylenenſes. 110
Moabitidæ. 134
Moguntiaci, al. Mogunti-
nenſes. 122
Morani. 156
Morini. 119
Monaſterienſes, al. Mimi-
gardenſes. 153
Moſci, al. Moſcouitæ. 155
NAMVRCENSES. 121
Narbonenſes. 116
Nauarreni. 148
Nazarethani. 134
Neapolitani Italici. 132
Neapolitani Aſiatici. 109
Nemetes. 119.146
Nepotiolanenſes. 114
Neruii. [illegible]

Nicæi. 115
Niceni. 102
Nicomedienſes. 113
Nordambingii. 153
Nordanhumbri. 125
Normandi. 117
Nordmanni. 153.154
Norici. 144 158
Noruegii. 134.146
Nouiomenſes. 120
Numidæ. 104
Nuſii. 148
ODYSSÆI. 113
Oldenburgenſes. 162
Orchades. 111.126
Oſnaburgenſes. 153
Oſtienſes. 131
PADERBVRNENSES. 153
Paduani. 132
Palæſtini. 97.100
Paneades. 114
Pannones ſeu Pannonii. 136. 144.145.158.161
Pamphilienſes. 108
Pamphilonii, al. Pompeiopolitæ. 148
Panormitani. 131
Paphenſes. 108
Pariſienſes. 115
Parthi. 104
Patareni. 110
Patrenſes. 102
Patrini. 113.167
Phænices. 101.110
Pentapolitæ, al. Pentapolitani. 115.134
Pergenſes. 108
Perinthii. 102
Perſæ. 104.138.143.141
Philippenſes. 102.110.114
Picardi. 112
Pictauienſes. 137
Picti. 123.124.127
Piſani. 132
Piſidienſes. 108
Polacri, al. Poloni. 133.156
Pomerani. 164
Pontiani Europæi. 111
Pontiani Euxini. 102.141
Pontini, al. Pontinenſes in Aſia. 97
Portuenſes. 131
Portugalli. 133
Phryges. 102.109
Pruſſi, al. Pruteni. 155
Ptolemaidæ. 110.134
QVADI. 141
RAGVSNENSES. 132
Raſcii. 145
Ratiſponenſes. 123.163
Rauennates. 115.132
Razeburgenſes. 162
Reatini. 131
Rheginenſes. 132
Rhemenſes. 118
Rhetii. 123.144.145.147.163
Rhodii, al. Rhodienſes. 110
Roffenſes. 127
Romani. 96. & ſeq. 110. & ſeq.
Romandiolani. 132
Rothomagenſes. 117
Rugi. 144.155.157.161.164

Ruſſi

Ruſſi ſiue Ruteni. 145.155
SABÆI. 107
Saberi. 140
Sabini, al. Sabinenſes. 131
Sacci. 102
Saginenſes. 131
Saliſburgenſes. 123.155
Salaminenſes. 108
Salernitani. 132
Samaritæ, al. Samaritani. 101
Sambones. 164
Samenſes. 110
Samogetæ. 167
Samothraces. 109
Saprienſes. 113
Saraceni. 138.139
Sardicenſes. 114.136
Sardinienſes. 132
Saxones. 146.147.148.156
Scandiani. 146
Sclaui. 145. 149. 156. 158 161
Sclauonii. 132.161.167
Seleucienſes. 108
Senonenſes. 116
Sequani. 147
Serbi. 145
Schoti. 120.123
Scythæ Aſiatici. 102
Scythæ Europæi. 102.136.141 145
Sicambri. 148
Siculi. 131
Sinaitæ. 134
Sinopii. 113
Sipontini. 132
Smyrnenſes. 113.115
Sogdiani. 102
Solienſes. 158
Sophi. 144
Soronenſes. 131
Spalatenſes. 132
Spirenſes. 119.146
Spoletani. 132
Stalintendenſes. 152
Stetini. 164
Stridonenſes. 133
Styrii. 156
Sueci, al. Sueui. 119.141.146 153
Suernienſes. 162
Sueſſiones. 118
Suretini. 132
Syluanectenſes in Gall. 116
Synopolenſes. 102
Syracuſani. 131
Syri, al. Aſſyrii, al. Chaldæi. 97 102
THABORITÆ. 134
Tamiſii ad Scaldim. 150
Taprobani. 104
Tarentini. 132
Tartari. 167
Taruannates. 119
Tauriſci. 156
Tauritani. 132
Terracinenſes. 131
Terraconenſes. 133
Tharſenſis. 108.114
Thebæi, al. Thebani. 113
Theatirenſes. 109
Theſſali. 102

Digitized by Google

Theſſalonicenſes. 102.109.113
Tiburtini. 131
Toletani. 133
Toloſani. 116
Tornacenſes. 120
Thraces. 102
Trallenſes. 112
Traiectenſes ad Moſam. 121
Traiectenſes ad Rhenum. 148
Tranenſes. 132
Tranſſyluani. 136
Trecenſes. 117
Treuiri. 121
Tridentini. 137
Troades. 109
Tullenſes. 122
Tungri. 121
Turcæ. 141
Turonici, al. Turonenſes. 116
Tuſci. 132
Tuſculani. 131
Tyrii. 110
VALENTIENSES, *al. Velletenſes.* 131
Vandali, al. Vindili. 141.143
Vangiones. 146
Vaſcones. 148
Vbii. 121
Vectones. 119
Verdenſes. 153
Verulēſes, al. Verulanēſes. 131
Viennenſes Auſtriæ. 144.158
Viennenſes Galliæ. 115.116
Vindelici. 123.144.158
Vindi. 156
Vindoniſſenſes. 144
Virdunenſes. 117
Viromandui. 120
Vlyſſei, ſeu Vlyſſiponenſes. 133
Vmbri. 132
Vngari, al. Hungari. 133.155 161
WALACHRIANI. 148
Wendi. 164
Wertenburgenſes. 152
Weſtphali. 148
Wormacienſes. 122.146
ZECCHI. 141
Zelandi. 148
Zwitſeri. 119.122

ONV-

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS PRIMA.

S. Petrus Pontifex I.

ANNO CHRISTI XLIV.

SANCTVS Simon Petrus Cephas Ioannes filius Bethſaidenſis Galilæus, Ieſu Chriſti diſcipulus, atque ab eo Princeps Apoſtolorum deſignatus, primus Romanā Eccleſiam fundauit, erexitque, ac in ea Epiſcopus primus, T. Claudio Cæſ. Aug. Germanico; & Imperatore Nerone Claudio Cęſ. Aug. Germanico, ſedit an. 24. menſ. 5. dies 12. à die ſcil. 15. Cal. Febr. Ti. Claudio Druſi filio Cęſ. Aug. Germanico III. & L. Vitellio P. Filio II. Conſulib. qui annus erat poſt Chriſti Natalem 44. quo primum ingreſſus eſt vrbem; vſq; ad diem 3. Cal. Iulii, C. Fonteio L. Filio Capitone; & C. Iulio C. filio Rufo Coſſ. Is annus Chriſti Natalis erat 68. in quo Imperatore Nerone Claudio Augusto, Romæ capite deorſum verſo, in cruce affixus eſt, atque in monte Vaticano ſepultus.

ANNO CHRISTI LVII.

BEatus Apoſtolus Petrus, Romanū agens Pontificatum, quum ſolus quotidianis fidelis populi neceſſitatib. non ſufficeret, duos Chorepiſcopos creauit, Linum in Vrbe, & Cletum in ſuburbiis, quib. ſacerdotale miniſterium populo Rom. & aduenis, qui ad ſe veniebant exhibentibus, ipſe orationi, & prædicationi populum erudiens, vacaret.

ANNO CHRISTI LXVIII.

SAnctus Pontif. Petrus, paulò ante obitum ſuum, quum martyrii ſui tempus appropinquare, domino reuelante,

cognouiſſet, beatum Clementem S.R.E. veterem Preſbyterum, Epiſc. Rom. deſignatum, in ſucceſſorem ſuum per manuum impoſitionem conſecrauit; eiq; Cathedram Epiſcopalem, & Rom. Eccleſiam poſt ſe ab eo regendam, commendans; Ego (inquit) eandem tibi poteſtatem ligandi, atq; ſoluēdi trado, q̄ mihi Dom. meus Ieſus Chriſtus reliquit, in qua ſpretis ac contemptis reb. omnibus, tum corporis, tum fortunæ, oratione, & prædicatione, ſaluti hominū, vt bonū paſtorem decet, conſule. His itaq; diſpoſitis, quum ordinationes nonnullas Romæ menſe Decembri feciſſet, quib. Epiſcopos 6. Preſbyteros 10. & Diaconos 7. creauit, nō longe poſt, martyrio cum Paulo Apoſt. coronatus, occubuit.

S. Linus Pontifex II.

ANNO CHRISTI LVII.

S. Linus Herculani filius Volaterranus Etruſcus, Petri Apoſt. diſcipulus, & ab eo cum Cleto Chorepiſcopus ordinatus, ſedit Romę, abſente S. Petro, annos 11. m. 3. d. 12.

Creatus Imp Nerone Claud. Cæſ. Aug. Germanico; Q. Voluſio L. filio Saturnino, & P. Cornelio P. F. Scipione Conſulib. Anno Chriſti Natalis 57. prid. Id. Iunii. Sedit vſq; ad annum Chriſti 68. & 9. Cal. Octobr. diem, in quo Imp. Nerone Cæſ. Aug. C. Fonteio L. F. Capitone, & C. Iulio C. F. Rufo Coſſ. quum eſſet etiam Clementis, qui primus poſt Petrum Apoſt. Pontifex Rom. fuit Chorepiſcopus, altero menſe, & die 26. à Petri morte, capite cæſus eſt, atq; iuxta S. Petri Apoſt. corpus in Vaticano ſepultus. Quum ex mandato B. Petri Apoſt. ordinationes duas feciſſet, quibus Epiſcopos 15. Preſbyteros 18. & Diaconos . . . ordinauit.

S. Clemens Pontifex III.

ANNO CHRISTI LXVIII.

S. Clemens Fauſtini filius Romanus, de Regione II. Cælimontium, primus poſt Petri Apoſt. mortem Romanus Epiſcopus, paulò ante obitum ſuum ab eo deſignatus; Imp. Nerone Claud. Cæſ. Aug. Ger. Ser. Sulpitio C. F. Galba. Imp. Cæſ. Aug. Imp. M. Saluio Othone Cæſ. Aug. A. Vitellio L. filio Germanico Imp. Aug. & Imp. Cæſ. T. Flauio

T. filio

Digitized by Google

T. filio Veſpaſiano Aug. Romæ ſedit annos 9. menſes 4. dies 26.

A die 3. Cal. Iulii anni 68. vſq; ad antium Chriſti Natalis 77. diemq; 9. Cal. Decemb. In quo Imp. Cæſ. T. Flauio T. filio Veſpaſiano Aug. VII. & T. Flauio Auguſti filio Veſpaſiano Cæſ. V. Conſulib. quum in Ponto, vbi in exilium actus fuerat, occiſus fuiſſet, ibidem ſepultus, iacuit vſque ad tempora Nicolai Papæ I. ſub quo Romam translatus, in Baſilica ſuo nomini dicata conditus eſt.

S. Clemens iuſſu preceptoue beati Petri Apoſt. poſt eius mortem ſuſcepit Romanæ Eccleſiæ Pontificatus adminiſtrationem, ſicuti ei fuerat à Domino Ieſu Chriſto Cathedra tradita vel commiſſa. Hæc Damaſus Papa.

S. Clemens Notarios ſeptem inſtituit, qui geſta martyrum ſolicite, & diligenter perquiſita deſcriberent. ordi[illegible]tiones quoq; duas menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos 15. Preſbyteros decem, & Diaconos duos creauit.

S. Cletus Pontifex IV.

ANNO CHRISTI LXXVII.

S. Cletus Aimiliani filius Roman⁹ de regione Eſquilina, quartus in ordine Pontificum Romanor. addito Lino; ſecundus verò poſt Petrum Apoſt. Papa; Imp. Cæſ. T. Flauio Veſpaſiano Aug. Imp. T. Cæſ. Veſpaſ. Aug. & Imp. Cæſ. Flauio Domitiano Aug. Germ. Romę ſedit ann. 6. m. 5. d. 3.

Is quum Chorepiſcopus Clementis, ſicut etiam antea & Petri fuerat, remanſiſſet, Clemente in exilium acto, Romanam Eccleſiam rexit, atq; poſt eius obitum, vt antiquior in religione Chriſtiana diſcipulus, & de ea præ cæteris benemeritus, audita Clementis morte, omnium Preſbyterorum, & reliquorum fidelium ſuffragiis Pontifex Romanus confirmatus fuit, quum prius ſub Petro, & Clemente Chorepiſcopus fuiſſet annos 20. menſes 8. dieſq; 29.

Sedit igitur à die obitus Clementis; videlicet 9. Cal. Decemb. anni Chriſti 77. vſque ad annum 84. In quo 6. Cal. Maii. Imp. Cæſare Flauio Domitiano Aug. Germanico IX.

Digitized by Google

& T. Virginio Rufo II. Conſulibus; quum ordinationem vnam x x v. Presbyterorum feciſſet, occiſus eſt; & in Vaticano, iuxta S. Petri Apoſtoli corpus ſepultus.

Mortuo Cleto Papa vacauit Roman. Pontificatus d. 20.

Hæc autem omnia ex Damaſo Papa Ioannis III. Pontificis Maximi epiſtola decretali, & aliis antiquis, probatisq; auctoribus collecta ſunt.

S. Anacletus Pontifex V.

ANNO CHRISTI LXXXIV.

S. Anacletus Antiochi filius Athenienſis Græcus. S.R.E. Presbyter à Beato Petro Apoſt. factus, quintus Pontif. Romanus, Imper. Cæſ. Flau. Domitiano Aug. Germanico, ſedit annos 12. m. 1. d. 27.

Creatus 16. Cal. Iunii. Occiſus 3. Id. Iulii ann. Chriſti 96. C. Antiſtio L. filio Vetere, & C. Iulio Valente Coſſ. & iuxta S. Petrum in Vaticano ſepultus; quum ordinationes duas menſe Decembr. feciſſet; quib. Epiſcopos 6. Presbyt. 5. & Diaconos 3. creauit. eo autē mortuo vacauit Ro. ſedes d. 13.

Operæprecium autem eſſet hic exactiorē rationem reddere, qua ductus quinq; Pontificum Romanor. præcedentium ſeriem, cōtra omnium fere cum veterum, tum recentiorum auctorum, tam Græcorum, quam Latinorum ſententiam, ex Damaſi Papę tamen libello aſſumptam, hoc ordine diſpoſuerim. ſed quum res ipſa longiorem orationem, quàm quæ modo ſubiici poſſet, deſideraret, ſimulq; quod exactiſſime hæc in eo opuſculo, quod de vita Petri, & Pauli Apoſtolorum ad Marcellum II. Papam conſcripſi, explicata ſunt, id prætereundum eſſe iudicaui. hoc tantum lectorem admonitū velim, à me id nō ab re factū fuiſſe, quod ex eo libro, quē impreſſioni dabitur, facile ab omnib. cognoſci poterit.

S. Euariſtus Pontifex VI.

ANNO CHRISTI XCVI.

S. Euariſtus Iudæ filius Bethleemites Syrus; Imp. Cæſare Flauio Domitiano Aug. Germ. Imp. M. Cocceio Nerua Cæſare Aug. & Imp. Cæſare Nerua Traiano Aug. Germanico Dacico; Romæ in Cathedra Petri ſedit annos 13. m. 3.

Creatus

Creatus VI. Cal. Auguſti. quumque ordinationes tres menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos V. Presbyteros VI Diaconos duos creauit; VII. Calendas Nouembris, anno Chriſti CIX. occiſus eſt, & iuxta S. Petri Apoſtoli corpus in Vaticano ſepultus; App. Annio Trebonio Gallo, & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. poſt cuius obitum vacauit Romana ſedes dies 19.

S. Alexander Pontifex VII.

ANNO CHRISTI CIX.

SAnctus Alexander Alexandri filius Romanus de vico caput Tauri, Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Dacico Parthico, ſedit annos 7. menſ. 5. dies 19.

Creatus XVII. Calend. Decembris; & quum ordinationes tres menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos V. Presbyteros VI. & Diaconos tres ordinauit; V. Nonas Maii, anno Chriſti CXVII. occiſus eſt; & via Numentana, ſeptimo ab vrbe lapide, ſepultus; L. Antiſtio L. filio vetere, & L. Æmilio Æliano Coſſ. Vacauit ſedes menſ. 1. dies 4.

S. Xyſtus Pontifex VIII.

ANNO CHRISTI CXVII.

SAnctus Xyſtus Paſtoris filius Romanus de regione via Lata. Imp. Cæſare Nerua Traiano Auguſto Parthico; & Imp. Cæſare Traiano Hadriano Auguſto, ſedit annos 9. menſ 9. dies 30.

Creatus VI. Idus Iunii, qui quum ordinationes tres menſe Decembri, Epiſcoporum IV Presbyterorum XI. & Diaconorum IV. feciſſet, VIII. Idus Aprilis Anno Chriſti 127. occiſus eſt, & in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus. Veipro Vero, & Vibullio Pio Coſſ. Vacauit ſedes dies duos.

S. Theleſphorus Pontifex IX.

ANNO CHRISTI CXXVII.

Sanctus Teleſphorus Anachoretæ filius Græcus, Imp. Cæſ. Traiano Hadriano Auguſto, ſedit an 11. m. 8. d. 28.

n

Creatus 5. Idus Aprilis; ordinationibusque quatuor Epiſcoporum XIII. Preſbyterorum XII. & Diaconorũ VIII. menſe Decembri factis; Nonis Ianuarii anni Chriſti 139. occiſus eſt, ac in Vaticano ſepultus. Quintio Nigro Magno. & Sulpitio Camerino Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

S. Hyginius Pontifex X.

ANNO CHRISTI CXXXIX.

Sanctus Hyginius Philoſophi filius Athenienſis Græcus Imp. Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, ſedit annos II.

Creatus Idib. Ianuariis. quumq; ordinationes tres menſe Decembri, feciſſet, quibus Epiſcopos ſex, Preſbyteros xv. Diaconosq. v. creauit 3. Idus Ianuarii anno 150. occiſus eſt; & in Vaticano iuxta S. Petrum ſepultus; Ser. Cornelio Scipione Orfito, & Q. Nonio Priſco Coſſ. Vacauit ſedes dies tres.

S. Pius Pontifex XI.

ANNO CHRISTI CL.

Sanctus Pius Rufini filius Aquilegienſis Imp. Cæſare T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, ſedit annos 4. m. 5. d. 27.

Creatus 18. Calendas Februarii. qui quum ordinationes quatuor menſe Decembri Epiſcoporum x. Preſbyterorũ XIX. & Diaconorum XI. feciſſet, 5. Idus Iulii, anno 154. occiſus eſt, ac in Vaticano ſepultus; Brutio Præſente, & Antonio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes dies 13.

S. Anicetus Pontifex XII.

ANNO CHRISTI CLIV.

Sanctus Anicetus Ioannis filius de Vico Numiſia Syrus Imp. Cæſ. T. Ælio Hadriano Antonino Auguſto Pio, Imp. Cæſare M. Aurelio Antonino Auguſto Germanico Sarmatico; & Imp. Cæſare L. Ælio Aurelio Vero Commodo Antonino Aug. Armeniaco, ſedit an. 8. m. 8. d. 24.

Creatus 8. Cal. Auguſti. ordinationes autem quinque Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcoporum IX. Preſbyterorum XVIII. & Diaconorum IV. menſe Decembri fecit. occiſus 15. Cal. Maii, an. Chriſti 163. Sepultusq; Via Appia, tertio ab vrbe lapide, in cœmeterio, quod poſtea Caliſti appellatum eſt, Iunio Ruſtico iterũ, & Vectio Aquilino Coſſ. Vacauit Romana ſedes dies 17.

S. Sother Pontifex XIII.

ANNO CHRISTI CLXIII.

SAnctus Sother Concordii filius Fundanus Campanus, Impp. Cæſaribus M. Aurelio Antonino, & L. Ælio Aurelio Vero Auguſtis, ſedit an. 7. m. 11. d. 18.

Creatus .. Nonas Maii; qui quum ordinationes ſex menſe Decembri feciſſet, quib. Epiſcopos XI. Preſbyteros XIX. Diaconosq; IX. creauit, 10. Cal. Maii anni Chriſti 171. occiſus eſt, ac via Appia ad Catacumbas, in cœmeterio quod poſtea Caliſti appellatum eſt, ſepultus, L. Iunio Claro; & M. Aurelio Seuero Cethego Coſſ. Vacauit Ro. ſedes dies 21.

S. Eleutherus Pontifex XIV.

ANNO CHRISTI CLXXI.

SAnctus Eleutherus Habundii filius Nicopolitanus Græcus; Impp. Cæſaribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo Auguſtis, ſedit an. 15. dies 13.

Creatus pridie Idus Maii. ordinationes tres menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XV. Preſbyterorum XII. & Diaconorum VIII. occiſus 8. Cal Iunii, anno 186. & in Vaticano ſepultus, L. Triario Materno, & M. Atilio Metilio Bradua Coſſ. Vacauit ſedes dies 5.

S. Victor Pontifex XV.

ANNO CHRISTI CLXXXVI.

SAnctus Victor Felicis filius Afer, Imp. Cæſare M. Aurelio Commodo Antonino Pio Felice Aug. Imp. Cæſare P. Neluio Pertinace Auguſto, & Imp Cæſ. L. Septimio M. F. Seuero Pio Pertinace Aug. ſedit an. 12. m. 1. d. 28.

Creatus Cal. Iuniis, ordinationes II. menſe Decembri

fecit Epiſcoporum XII. Presbyterorum IV. & Diaconorum VII. & V. Cal. Auguſti, anno Chriſti 198. occiſus eſt, ac in Vaticano ſepultus Ap. Claudio Laterano, & M. Mario Titio Rufino Coſſ. Vacauit ſedes dies 12.

S. Zepherinus, Pontifex XVI.

ANNO CHRISTI CXCVIII.

SAnctus Zepherinus Habundii filius Romanus, Imp. Cæſ. L. Septimio Seuero Auguſto. Imp. Cæſ. M. Aurelio Caracallo Antonino P.F. Auguſto, & Imp. Cæſ. M. Opelio Seuero Macrino Felice Auguſto, ſedit an. 20 d. 17.

Creatus IV. Idus Auguſti. Ordinationes IV. menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopos XIII. Presbyteros XIII. & Diaconos VII. creauit. occiſus 7. Cal. Septembris, an. 218. & in cœmeterio ſuo iuxta Catacumbas via Appia ſepultus eſt, Brutio Præſente, & Extricato Coſſ. Vacauit ſedes Romana dies 6.

S. Caliſtus Pontifex XVII.

ANNO CHRISTI CCXVIII.

SAnctus Caliſtus Domitii filius Romanus de vico Rauennatium, Imp. Cæſare M. Opelio Seuero Macrino Felice Aug. Imp. Cæſ. M. Aurelio Antonino Alagabalo P. F. Auguſto, & Imp. Cæſ. M. Aurelio Seuero Alexandro Auguſto, ſedit annos 6. m. 1. d. 1.

Creatus 4. Nonas Septembris; quumque ordinationes quinque menſe Decembri Epiſcoporum VIII. Presbyterorum XVI. & Diaconorum IV. feciſſet, pridie Idus Octob. anni 224. occiſus eſt, ac in Cœmeterio Calepodii Presbyteri ſui, via Aurelia, tertio ab vrbe lapide ſepultus, Maximo iterum, & Papirio Æliano Coſſ. Vacauit ſedes dies 6.

S. Vrbanus Pontifex XVIII.

ANNO CHRISTI CCXXIV.

SAnctus Vrbanus Pontiani filius Romanus, Imp. Cæſ. M. Aurelio Seuero Alexandro P.F. Aug. ſedit annos 7. menſ. 7. dies 5.

Creatus

Creatus 12. Cal. Nouembr. ordinationes v. menſe Decembri fecit, quibus Epiſcopi VIII. Presbyteri IX. & Diaconi v. creati ſunt, occiſus 8. Cal. Maii, anno 231. ſepultus eſt via Appia in cœmeterio Prætextati, M. Aurelio Claudio Pompeiano & Feliciano Coſſ. Vacauit ſedes dies 30.

S Pontianus Pontifex XIX.

ANNO CHRISTI CCXXXII.

SAnctus Pontianus Calpurnii filius Romanus, Imperat. Caſ. Alexandro Auguſto, ſedit annos 4. m. 4. d. 27.

Creatus 8 Cal. Iulii, quumque ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos VI. Presbyteros VI. & Diaconos v. creauit, anno 236. in exilium in inſulam Sardiniam actus eſt; vbi 13. Cal. Decembris mortuus eſt, Romamque relatus in cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus, L. Catilio Seuero, & L. Ragonio Vrinatio Tuſconio Quintiano Coſſ. Vacauit ſedes d. 1.

S. Antherus Pontifex XX.

ANNO CHRISTI CCXXXVI.

SAnctus Antherus Romuli filius Græcus Imp. Cæſare C. Iulio Maximino P. F. Auguſto, ſedit m. 1. d. 14.

Creatus in Sardinia die poſt obitum Papæ Pontiani XI. Cal. Decembris, & cum Romę menſ. Decemb. Epiſcopum vnum creaſſet, 3. Non. Ianuar. anni 237. occiſus eſt, ac via Appia in cœmeterio Caliſti ſepultus C. Iulio Maximin. Pio Felice Aug. & C. Iulio Africano Coſſ. Vacauit ſedes dies 13.

S. Fabianus Pontifex XXI.

ANNO CHRISTI CCXXXVII.

SAnctus Fabianus Fabii filius Romanus, Impp. Cæſaribus Maximino; D. Cœlio Balbino; M. Clodio Maximo Pupieno; N. Anto. Gordiano; M. Iulio Philippo; C. Meſſio Quinto Traiano Decio P. F. Augg. ſedit annos 14. d. 4.

Creatus 17. Cal. Februarii; ordinationibuſque quinque menſe Decembri Epiſcoporum XI Presbyterorum XXII.

& Diaconorum VII. factis, occiſus eſt 13. Cal. Februarii & in cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus, Imp Cæſare CN. Meſſio Quinto Traiano Decio P.F. Aug. II. & Q. Herennio Etruſco Hoſtilio Meſſio Traiano Decio iuniore Nobiliſſ. Cæſare Conſulibus. Vacauit ſedes m. 1. d. 26.

S. Cornelius Pontifex XXII.

ANNO CHRISTI CCLI.

SAnctus Cornelius Caſtini filius Romanus Impp. Cæſaribus Decio; C. Vibio Treboniano Gallo; & Vibio Voluſiano Auguſtis ſedit annos 2. m. 5. d. 27.

Creatus 14. Cal. Aprilis, cumque ordinationes II. menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopi VII. Presbyteri IV. & Diaconi IV. creati ſunt; 19. Cal. Octob. anni Chriſti 253. occiſus eſt, & iuxta cœmeterium Caliſti via Appia in Prædiolo Lucinæ prope Harenarium in crypta ſepultus eſt, Impp. Cæſaribus Gallo & Voluſiano Augg. Coſſ. Valeriano iam Imperatore facto. Vacauit ſedes m. 1. d 5.

Nouatianus Antipapa I.

ANNO CHRISTI CCLI.

I. Schiſma.

NOuatianus Romanus S.R.E. Presbyter, in ſchiſmate contra Cornelium Papam legitimis ſuffragiis creatũ, 14. cal. Aprilis renunciatus ſedit. Verùm in hęreſim lapſus, ſacerdotio iniuſtè aſſumpto, & eccleſia exactus eſt.

S. Lucius Pontifex XXIII.

ANNO CHRISTI CCLIII.

SAnctus Lucius Porphyrii filius Romanus, Impp. Cęſaribus P. Licinio Valeriano, & P. Cornelio Licinio Gallieno Piis Felicibus Augg. ſedit annum 1. m. 4. d. 14.

Creatus 14. cal. Nouembris. ordinationem vnam menſe Decembri fecit, Epiſcoporum VII. Presbyterorum IV. & Diaconorum IV. occiſus IV. Nonas Martii, anno 255. & in cœme-

cœmeterio Caliſti via Appia ſepultus. Impp. Cæſarib. Valeriano Aug. II. & Gallieno Aug. Coſſ. Vacauit ſedes menſem 1. dies 5.

S. Stephanus Pontifex XXIV.

ANNO CHRISTI CCLV.

SAnctus Stephanus Iulii filius Romanus S.R.E. archidiaconus à Cornelio Papa factus Impp. Cæſſ. Valeriano & Gallieno Augg. ſedit annos 3. m. 3. d. 24.

Creatus 4. Idus Aprilis. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum III. Preſbyterorum VI. & Diaconorum V. occiſus 4. Nonas Auguſti, & in cœmeterio Caliſti ſepultus anno 258. Impp. Cæſſ. Valeriano III. & Gallieno II. Augg. Coſſ. Vacauit eo mortuo Ro. ſedes dies 22.

S. Xyſtus Pontifex XXV.

ANNO CHRISTI CCLVIII.

SAnctus Xyſtus Iunior Philoſophi filius Athenienſis Græcus Impp. Cæſaribus Valeriano, & Gallieno Augg. ſedit an. 1. m. 11. d. 13.

Creatus 8. cal. Septemb. quum ordinationes duas menſe Decembri Epiſcoporum II. Preſbyterorum IV. & Diaconorum VII. feciſſet, occiſus eſt 8. Idus Auguſti, an. Chriſti 260. & in cœmeterio Caliſti ſepultus Fuluio Æmiliano, & Pomponio Baſſo II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 15.

S. Dionyſius Pontifex XXVI.

ANNO CHRISTI CCLVIII.

SAnctus Dionyſius Græcus Monachus Impp. Cæſaribus Valeriano Gallieno, Valeriano Iuniore & M. Aurelio Claudio Piis Felicibus Auguſtis, ſedit ann. 9. m. 4. d. 5.

Creatus 11. cal. Septembr. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum VII. Preſbyterorũ XII. & Diaconorum VI. occiſus 7. cal. Ianuarii, anno 269. & in cœmeterio Caliſti ſepultus, Imp. Cęſare M. Aurelio Claudio P. F. Aug. II. & Ouinio Paterno II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 5.

S. Felix Pontifex XXVII.

ANNO CHRISTI CCLXX.

SAnctus Felix Conſtantii filius Romanus Impp. Cæſaribus Claudio, & Aureliano Augg. ſedit annos 4. menſ. 4. dies 30.

Creatus Cal. Ianuarii Flauio Antiochiano & Furio Orfito Coſſ. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum v. Preſbyterorum IX. & Diaconorum v. occiſus 3. Calend. Iunii, anno 274. & via Aurelia in cœmeterio ſuo ſecundo ab vrbe lapide ſepultus Imp. Cæſ. L. Domitio Aureliano Auguſto, & C. Iulio Capitolino Coſſ. Vacauit eo mortuo Romana ſedes dies 5.

S. Eutychianus Pontifex XXVIII.

ANNO CHRISTI CCLXXIV.

SAnctus Eutychianus Maximi filius Lunenſis Etruſcus Impp. Cæſaribus M. Aurelio Valerio Aureliano, M. Claudio Tacito, M. Aurelio Valerio Probo, & M. Aurelio Caro Piis Felicibus Augg. ſedit annos 9. m. 6. d. 9.

Creatus Nonis Iunii, & quum ordinationes v. menſe Decembri feciſſet, quibus Epiſcopos IX. Preſbyteros XIV. & Diaconos v. creauit, occiſus eſt Idibus Decembris anno 283. ac in cœmeterio Caliſti ſepultus, Caro Auguſto II. & M. Aurelio Numeriano Nob. Cæſ. Coſſ. Vacauit ſedes dies 5.

S. Caius Pontifex XXIX.

ANNO CHRISTI CCLXXXIII.

SAnctus Caius Caii filius Salonenſis Dalmata, ex genere Imp. Diocletiani Impp. Cæſaribus M. Aurelio Carino; M. Aurelio Numeriano; C. Valerio Diocletiano; & M. Valerio Maximiano Aug. ſedit annos 12. m. 4. d. 6.

Creatus 16. Cal. Ianuarii, ordinationibusque 4. menſe Decembri factis Epiſcop. v. Preſbyterorum XXV. & Diaconorum VIII. occiſus eſt 10. Calend. Maii anno 296. & in cœmete-

cœmeterio Caliſti ſepultus Imp. Cæſare Diocletiano Aug. VI. & Fl. Valerio Conſtantio Nobiliſſ. Cæſare II. Coſſ. Vacauit ſedes dies 15.

S. Marcellinus Pontifex XXX.

ANNO CHRISTI CCXCVI.

SAnctus Marcellinus Proiecti filius Romanus Impp. Cæſaribus Diocletiano, & Maximiano Aug ſedit annos 7. m. 11. d. 19.

Creatus 8. Idus Maii, quumq; ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, Epiſcoporum v. Preſbyterorum iv. & Diaconorum ii. occiſus eſt vi Cal. Aprilis, an. 304. ac via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, in loco qui dicitur Cubiculus Clarus in Crypta iuxta corpus ſancti Creſcentionis ſepultus, Imp Cæſ. Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Auguſtis Coſſ. Vacauit ſedes Romana menſes 2.

S. Marcellus Pontifex XXXI.

ANNO CHRISTI CCCIV.

SAnctus Marcellus Benedicti filius Romanus de Regione viæ latæ S.R.E. Preſbyter Cardinalis, Impp. Cæſaribus Fl. Valerio Conſtantio; C. Galerio Valerio Maximiano, & Fl. Valerio Conſtantino Maximo Piis Felicibus Auguſtis ſedit annos 4. m. 6. d. 21.

Creatus 5. Cal. Iulii. ordinationes menſe Decembri fecit, Epiſcoporum xxi. Preſbyterorum xxvi. & Diaconorum xii. obiit 17. Calen. Februarii anno Chriſti 309. & in cœmeterio Priſcillæ via Salaria ſepultus, poſt conſulatum Maximiani Auguſti VII. & Iouii Diocletiani X. Vacauit ſedes dies 20.

S. Euſebius Pont. XXXII.

ANNO CHRISTI CCCIX.

SAnctus Euſebius Medici filius Græcus Imp. Cæſare C. Valerio Aurelio Conſtantino Maximo P. Felice Auguſto ſedit annos 2. m. 7. d. 27.

Creatus 8. Idus Februarii. ordinationem 1. menſe Decembri fecit Epiſcoporum XIV. Preſbyterorũ XIII. & Diaconorum III. occiſus 6. Nonas Octobris anno 311. & via Appia in crypta iuxta cœmeterium Caliſti ſepultus Impp. Cæſaribus C Galerio Maximiano VIII; & C. AurelioRalerio Licinio Auguſtis Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

S. Miltiades Pontifex XXXIII.

ANNO CHRISTI CCCXI.

SAnctus Miltiades Afer, Imp. Cæſare Conſtantino Maximo Auguſto ſedit annos 3. m. 2.

Creatus 6. Idus Octob. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XII. Preſbyterorum VII. & Diaconorum VI, occiſus 4. Idus Decembris anno 314. & in cœmeterio Caliſti ſepultus, C. Ceionio Rufio Voluſiano; & Anniano Coſſ. Vacauit Romana ſedes dies 17.

S. Syluester Pontifex XXXIV.

ANNO CHRISTI CCCXIV.

SAnctus Syluester Rufini filius Romanus. S.R.E. Preſbyter Cardinalis Imp. Cæſ. Conſtantino Aug. ſedit annos 21. d. 4.

Creatus 5. cal. Decembris. ordinationes VI. menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXVI. Preſbyterorum XLII. & Diaconorum XXVI. obiit pridie calend. Ianuarii anno 335. Sepultus in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, tertio ab vrbe lapide Fl. Valerio Conſtantio; & C. Rufio Ceionio Albino Coſſ. Vacauit ſed. dies 15.

Sub hoc Pontifice Imp. Cæſare Conſtantino Auguſto primo ex Romanis Principibus ad Chriſti fidem palam conuerſo, & baptizato, perſecutionem procellæ, quibus per trecentos ferè annos Chriſtiana eccleſia, quum in Oriente, tum in Occidente à plerisque Romanis Imperatoribus vexata fuit, ſublatæ ſunt: tuncq; maieſtas Pontificia Conſtantino eccleſiæ Romanæ multa, & ingentia dona largiente, aucta maximè eſt.

ANNO

Digitized by Google

ANNO CHRISTI CCCXXV.

SAncta & vniuerſalis prima Synodus Nicæna CCCXVIII. patrum Epiſcoporum contra Arrium Preſbyterum Alexandrinæ Eccleſiæ patris filiiq; conſubſtantialitatem negantem conlecta eſt menſe Aprili, Anicio Fauſto Paullino & P. Ceionio Iuliano conſulibus.

S. Marcus Pont. XXXV.

ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

SAnctus Marcus Priſci filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro factus, Imp. Cæſare Conſtantino Aug ſedit menſes 8. dies 22.

Creatus 7. cal. Februarii Fl. Popillio Nepotiano & Facundo Coſſ. ordinationem vnam menſe Septembri fecit Epiſcoporum XXVIII. Preſbyterorum XXV. & Diaconorum VI. obiit eodem anno pridie Nonas Octobr. & in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina ſepultus. Vacauit ſed. d. 20.

S. Iulius Pontifex XXXVI.

ANNO CHRISTI CCCXXXVI.

SAnctus Iulius Ruſtici filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæſaribus Conſtantino, & filiis eius Conſtantino, & Conſtantio Iunioribus, Conſtanteq; Augg. ſedit an. 14. m. 5. d. 16.

Creatus 5. cal. Nouembris, ordinationes III. menſe Decembri fecit Epiſcoporum IX. Preſbyterorum XVIII. & Diaconorum III. obiit pridie Idus Aprilis, an. 351. & in cœmeterio Callepodii via Aurelia III. ab vrbe lapide ſepultus poſt conſulatū Sergii & Nigriniani. Vacauit ſedes dies 25.

S. Liberius Pont. XXXVII.

ANNO CHRISTI CCCLI.

SAnctus Liberius Auguſti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à S. Syluestro Papa factus, Impp. Cæſarib. Fl. Iulio Conſtantio; Fl. Claudio Iuliano; Fl. Ioniano; Fl. Valentiniano; & Fl. Valente Augg. ſedit an. 15. m. 4. d. 18.

Digitized by Google

Et primo pacifice annos 4. menſes 3 & dies 4.

Creatus 8 Idus Maii. Pontificatus ab Imp Cæſare Conſtantio Auguſto hæretico Arriano exactus, atque in Thraciam relegatus eſt pridie Idus Auguſti anni 355. Mauortio Lolliano; & Arbetione Coſſ. in eius locum factus eſt,

Felix Antipapa II.

ANNO CHRISTI CCCLV.

II. Schiſma.

FElix II. Iunior Anaſtaſii filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis à Papa Iulio factus, Imp. Cæſare Fl. Iulio Conſtantio Auguſto in ſchiſmate contra Papam Liberium, ſedit annos 10. m. 3. d. 11.

Creatus in ſchiſmate, viuente Liberio pridie Idus Auguſti. Pontificatus reſtituto Liberio exactus 17. Cal. Decembris anno 357. Imp. Cæſ. Conſtantio Auguſto IX. & Iuliano Nobiliſſ. Cæſare II. Coſſ. non paruit; nam, dum vixit, Pontificatus inſignia in vrbe Roma contra Liberium annuente Conſtantio Imperatore retinuit. ordinationem vnam menſe Decembri fecit, Epiſcoporum xix. Presbyterorum xxi. & Diaconorum v. obiit anno 365. 10. Cal. Decembris; ſepultus via Aurelia in Baſilica ſua, Impp Cæſſ. Valentiniano, & Valente Auguſtis Conſulibus.

ANNO CHRISTI CCCLVII.

SAnctus Liberius ab exilio reuocatus, pulſo Felice 17. Cal. Decembris in vrbem reuerſus Pontificatum Romanum recepit, illumq; in ſchiſmate tenuit annos 8. menſ. 10. dies 10.

Ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum xix. Presbyterorum xviii. & Diaconorum v. obiit 8. Cal. Octobris anni 366. ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, Gratiano Nobiliſſimo Puero, & Dagalaipho Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

S. Dama-

Digitized by Google

S. Damaſus Pont. XXXVIII.

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Damaſus Antonii filius Egitanenſis Luſitanus Hiſpanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis à Papa Liberio factus Impp. Caſſ. Flauiis Valentiniano; Valente; Gratiano; Valentiniano Iuniore; & Theodoſio Auguſtis ſedit annos 16. m. 2. d. 10.

Creatus in ſchiſmate à factione Felicis Antipapæ, & conſecratus 6. Nonas Octobris, contra Vrſicinum à parte Liberii Pontificem renunciatum, ordinationes v. menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXI. Presbyterorum XXXI. & Diaconorum XI. obiit Romæ ..Idus Decembris anno 382. & via Ardeatina in Baſilica ſua, quæ nunc dicitur S. Sebaſtiani iuxta Catacumbas ſepultus Fl. Annio Euagrio; & Anthemnio Coſſ. Vacauit ſedes dies 30.

Vrſicius Antipapa III.

ANNO CHRISTI CCCLXVI.

SAnctus Vrſicinus Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, in ſchiſmate creatus eſt à factione Papæ Liberii contra Damaſum Diaconum ab Antipapæ Felicis factione renunciatum, & conſecratus à Paulo Epiſcopo Tiburtino 7. Calen. Octobris die poſt mortem Papæ Liberii, ſeditque Impp. Caſſ. Valentiniano & Valente Auguſtis annum 1. menſ. 1. d. 23.

Qui anno ſequenti 367. 17. Cal. Decembris ſponte abdicauit, & factus eſt Epiſcopus Neapolitanus, Lupicino & Iouino Conſulibus.

ANNO CHRISTI CCCLXXXI.

SAncta & vniuerſalis ſynodus ſecunda Conſtantinopolitana CL. Epiſcoporum contra Macedonium Conſtantinopolitanum, & Eudoxum Antiochenum Patriarchas hæreticos, ſpiritum ſanctum creaturam eſſe dicentes, congregata, Fl. Annio Eucherio, & Poſtumo Syagrio Coſſ. in qua pulſo Epiſcopatu pertinax Macedonius Nectari⁹, in eius loc. eſt creat⁹.

Digitized by Google

S. Siricius Pontifex XXXIX.

ANNO CHRISTI CCCLXXXIII.

SAnctus Siricius Tiburtii filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauiis Gratiano; Valentiniano iuniore; Theodoſio, Arcadio, & Honorio Auguſtis ſedit annos 15. m. 1. d. 11.

Creatus pridie Idus Ianuarii, ordinationes v. menſe Decembri fecit Epiſcoporum xxxii. Preſbyterorum xxxi. & Diaconorum xvi. obiit 8. cal. Martii, ann. 398. ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, Imp. Cæſ. Honorio Auguſto IV. & Fl. Eutychiano Coſſ. Vacauit ſedes dies 20.

S. Anaſtaſius Pontifex XL.

ANNO CHRISTI CCCXCVIII.

SAnctus Anaſtaſius Maximi filius Romanus S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Impp. Cæſſ. Flauiis Arcadio, & Honorio Auguſtis ſedit annos 4. m. 1. d. 13.

Creatus Idibus Martii ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum x. Preſbyterorum ix. & Diaconorum v. obiit 5. cal. Maii, anno 402. ſepultus in cœmeterio ſuo intra vrbem prope vicum Vrſi Pileati iuxta locum, vbi nunc eſt eccleſia S. Vibianæ in Vrbe Impp. Cæſſ. Arcadio, & Honorio Augg. vtriſq;. V. Conſulib. Vac. ſed. d. 21.

S. Innocentius Pontifex XLI.

ANNO CHRISTI CCCCII.

SAnctus Innocentius Innocentii filius Albanus S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Arcadio, Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis, ſedit annos 15. m. 2. d. 10.

Creatus 14. Cal. Iunii. ordinationes iv. menſe Decembri fecit Epiſcoporum liv. Preſbyterorum xxx. & Diaconorum xii. obiit 5. cal. Auguſti anni 417. & in cœmeterio ad Vrſum pileatum ſepultus; Imp. Cæſare Fl. Honorio Aug. XI. & Fl. Conſtantio V. C. iterum Coſſ. Vacauit ſedes dies 22.

S. Zoſi-

Digitized by Google

S. Zoſimus Pontifex XLII.

ANNO CHRISTI CCCCXVII.

SAnctus Zoſimus Habrahami filius Græcus S. R. E. Preſbyter Cardinalis Impp. Cæſaribus Honorio, & Theodoſio Iuniore Auguſtis, ſedit annos 2. menſes 4. dies 7.

Creatus 13. cal. Septembr. ordinationem 1. menſe Decembri fecit Epiſcoporum VIII Preſbyterorum X. & Diaconorum III. obiit 8. cal. Ianuarii, ſepultus via Tiburtina in Baſilica S. Laurentii extra muros vrbis iuxta cryptam prope corpus eius, in agro Verranio anno 420. Imp. Cæſ. Fl. Theodoſio iuniore Aug 9. & Fl. Conſtantio Nobiliſſ. Cæſ. III. Coſſ. Vacauit ſedes dies 2.

S. Bonifacius Pontifex XLIII.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

SAnctus Bonifacius Iucundi Preſbyteri filius Romanus, S.R.E. Preſbyter Cardinalis Impp. Cæſſ. Honorio, & Theodoſio Iuniore Augg. ſedit annos 3. m. 9. d. 28.

Creatus in ſchiſmate 5. cal. Ianuar. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXXVI. Preſbyterorum XIII. Diaconorum III. obiit 8. cal. Nouembr. an. 423. ſepultus via Salaria in Baſilica S. Felicitatis martyris iuxta corpus eius, Rufio Prætextato Mariniano, & M. Aurelio Aſclepiodoto VV.CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies 9.

Eulalius Antipapa IV.

ANNO CHRISTI CCCCXX.

III. Schiſma.

EVlalius Romanus, S.R. E. Archidiaconus Cardinalis in ſchiſmate contra Bonifacium Papam creatus, ſedit menſes 3. dies 15.

Creatus 5. cal. Ianuarii coactus abdicauit anno ſequenti 421. 3. Idus Aprilis, & factus eſt Epiſcopus in Campania Euſtachio, & Agricola Coſſ.

Digitized by Google

S. Cæleſtinus Pontifex XLIV.

ANNO CHRISTI CCCCXXIII.

SAnctus Cæleſtinus Priſci filius Romanus, Impp. Cæſſ. Flauiis Honorio, Theodoſio Iuniore, & Placidio Valentiniano 3. Auguſtis ſedit annos 8. m. 5. d. .

Creatus pridie Nonas Nouembris, ordinationes tres, menſe Decembri fecit Epiſcoporum XL II. Presbyterorum XXXII. & Diaconorum XII obiit 8. Idus Aprilis anno 32. ſepultus via Salaria in cœmeterio Priſcillæ Aetio, & Valerio VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes dies 21.

ANNO CHRISTI CCCCXXX.

SAncta, & vniuerſalis ſynodus tertia Epheſina CC. Epiſcoporum contra Neſtorium hæreticum Conſtantinopolitanum Patriarcham, diuinam in Chriſto naturam negantem, congregata. Impp. Cæſaribus Theodoſio Aug. Iuniore XIII. & Fl. Placidio Valentiniano Auguſto III. Conſulibus.

S. Xyſtus Pontifex XLV.

ANNO CHRISTI CCCCXXXII.

SAnctus Xyſtus III. Xyſti filius Romanus, Impp. Cæſſ. Theodoſio Iuniore & Plac. Valentiniano Augg. ſedit annos 7. m. 11

Creatus 5. Cal. Maii, ordinationes tres menſe Decembri fecit Epiſcoporum LII. Preſbyterorum XXVIII. & Diaconorum XII. obiit 5. Cal. Aprilis, anno 440 ſepultus via Tiburtina ad S. Laurentium extra muros in crypta iuxta corpus eius, Imp. Cæſ. Placidio Valentiniano Auguſt. V. & Anatholio V. C. Coſſ. Vacauit ſedes menſ. 1. dies 1.

S. Leo Pontifex XLVI.

ANNO CHRISTI CCCCXL.

SAnctus Leo magnus Quintiani filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Impp. Cæſſ. Theodoſio Iuniore, Placidio Valentiniano, Fl. Martiano; & Fl. Leone Auguſtis, ſedit an. 20. m. 11. d. 2.

Creatus

Creatus 6. Idus Maii, ordinationes 4. menſe Decembri fecit Epiſcoporum CLXXXVI. Preſbyterorum LXXXI. & Diaconorum XXXI. obiit 3. Idus Aprilis anno 461. & primum omnium Pontificum Romanorum ſepultus eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticano Seuerino & Dagalaipho Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

ANNO CHRISTI CCCCLI.

Sancta, & vniuerſalis ſynodus IV. Chalcedonenſis Epiſcoporum DCXXX. contra Dioſcorū Alexandrinum Patriarcham, & Eutychem Abbatem Conſtantinopolitanum hæreticos corpus Chriſti phantaſticum fuiſſe dicentes conlecta Imp. Cæſ. Fl. Martiano Aug. & Clodio Adelphio V. C. Coſſ.

S. Hilarius Pontifex XLVII.

ANNO CHRISTI CCCCLXI.

Sanctus Hilarius Criſpini filius Sardus Imp. Cæſ. Flauio Leone Auguſto ſedit annos 6. m. 3. d. 9.

Creatus 13. cal. Maii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXII. Preſbyterorum XXV. & Diaconorum V. obiit 6. Cal. Auguſti anno 467. ſepultus in Baſilica S. Laurentii extra muros in crypta, iuxta corpus Papæ Xyſti III. Ioanne & Buſæo VV. CC. Coſſ. Vacauit eo mortuo ſedes dies 10.

S. Simplicius Pontifex XLVIII.

ANNO CHRISTI CCCCLXVII.

Sanctus Simplicius Caſtini filius Tiburtinus Impp. Cęſ. Leone Seniore, Leone Iuniore; & Fl. Zenone Iſaurico Auguſtis ſedit annos 14. m. 6. d. 24.

Creatus 7. Idus Auguſti, ordinationes 3. menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXXXVI. Preſbyterorum LVIII. & Diaconorum XI. obiit 6. nonas Martii anno 482. ſepultus ad S. Petrum Apoſtolum, Seuerino & Trocondo VV. CC. Coſſ. Vac. ſedes dies 6.

S. Felix II. Pontifex XLIX.

ANNO CHRISTI CCCCLXXXI.

Sanctus Felix II. iunior, dictus III. Felicis Preſbyteri

Digitized by Google

Cardinalis de titulo Faſciolæ filius, Impp. Cæſ. Fl. Zenone Iſaurico, & Anaſtaſio Aug. ſedit annos 11. m. 11. d. 13.

Creatus 7. Idus Martii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum xxx. Presbyterorum xxix. & Diaconorum v. obiit 9. cal. Martii, ſepultus in Baſilica S. Pauli via Oſtienſi, anno Chriſti 494. Turcio ſecundo Aſterio, & Præſidio VV. CC. Coſſ. Vacauit eo mortuo Romana ſedes dies 5.

S. Gelaſius Pontifex L.

ANNO CHRISTI CCCCXCIV.

SAnctus Gelaſius Valerii Epiſcopi Hipponenſis filius Afer Imp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio Aug. ſedit an. 2. m. 8. d. 26.

Creatus 3. cal. Martii, ordinationes duas menſibus Ianuario, & Decembri fecit, Epiſcoporum LXVII. Presbyterorum XXXII. & Diaconorum II. obiit XI. cal. Decembris anno 496. ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli, poſt conſulatum Viatoris V. C. ſene conlega. Vacauit ſedes dies 7.

Anaſtaſius II. Pontifex LI.

ANNO CHRISTI CCCCXCVI.

ANaſtaſius II. iunior Petri filius Romanus de regione Eſquilina, Imp. Cæſ. Anaſtaſio Aug. ſedit annũ 1. m. 11. d. 22.

Creatus 3. cal. Decembris, ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XVI. Presbyterorum XII. & Diaconorum : : : obiit 13. cal. Decembris, anno 498. ſepultus ad S. Petrum. Decio Paullino, & Ioanne Scytha VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes Romana dies 4.

S. Cælius Pontifex LII.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

SAnctus Cœlius Symmachus Fortunati filius Sardus Imp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio Aug. ſedit annos 15. m. 7. d. 26.

Creatus 8. cal. Decembris, fecit ordinationes 4. menſe Decembri Epiſcoporum CXVII. Presbyterorum XCII. & Diaconorum XVI. obiit 14. cal. Auguſti anno 514. ſepultus ad S. Petrum M. Aurelio Caſſiodoro V. C. ſene conlega Coſſ. Vacauit ſedes dies 7.

Lau-

Digitized by Google

Laurentius Antipapa V.

ANNO CHRISTI CCCCXCVIII.

Schiſma IV.

LAurentius Romanus S. R.E. Preſbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Papam Symmachum electus, Imp. Cæſare Fl. Anaſtaſio Auguſto ſedit an. 1. m. 11. d. 11. Creatus 14. cal. Auguſti; & anno ſequenti quum pontificatu coactus abdicaſſet, factus eſt Epiſcopus Nucerinus Aſclepio, & Ioanne Gibbo VV.CC. Coſſ.

S. Hormiſda Pontifex LIII.

ANNO CHRISTI DXIV.

SAnctus Hormiſda Iuſti filius Fruſinonius Campanus Impp. Cæſ. Fl. Anaſtaſio, & Iuſtino Aug. ſedit an. 9. d. 11. Creatus 6. cal. Auguſti, ordinationẽ vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum LV. Preſbyterorum XXI. & Diaconorum :::: obiit 8. Idus Auguſti anno 523. ſepultus ad S. Petrum. Anicio Maximo V. C. ſene conlega Cos. Vacauit ſedes dies 6.

S. Ioannes Pontifex LIV.

ANNO CHRISTI DXXIII.

SAnctus Ioannes Conſtantii filius Tuſcus S. R. E. Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachii Imp. Cæſ. Fl. Anicio Iuſtino Aug ſedit annos 2. m. 9. d. 15. Creatus Idibus Auguſtis, ordinationes aliquot fecit Epiſcoporum XV. obiit Rauennę in carcere, 6. cal. Iunii. Romam eius cadauer translatum eſt, atque ad S. Petrum ſepultum anno 526. Olybrio Iuniore V. C. ſene conlega Cos. Vacauit ſedes m. 1. d. 28.

S. Felix III. Pontifex LV.

ANNO CHRISTI DXXVI.

SAnctus Felix III. dictus IV. Caſtorii filius Samnis, S. R.E. Preſbyter Cardinalis S. Sylueſtri tt. Equitii, Imp. Cæſ. Iuſtino, & Iuſtiniano Aug. ſedit annos 4. m. 2. d. 18.

Creatus 8. Cal. Auguſti, ordinationes duas menſibus Februario, & Martio fecit Epiſcoporum XXIX. Preſbyterorum LV. & Diaconorum VI. obiit IV. Idus Octobris, anno 530. ſepultus ad S. Petrum, Poſtumo Lampadio, & Oreſte VV. CC. Coſſ. Vacauit ſedes d. 5.

Bonifacius II. Pontifex LVI.

ANNO CHRISTI DXXX.

BOnifacius Iunior II. Sigenultes filius Romanus S. R. E. Preſbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, Imp. Cæſ. Fl. Anicio Iuſtiniano P. F. Auguſto ſedit annum 1. d. 2.

Creatus 17. Cal. Nouembris, ordinationeque vna tantum facta, anno 531. obiit 16. cal. Nouemb. atq; ad S. Petrum ſepultus; poſt conſulatum Lampadii, & Oreſtis VV. CC. Vacauit ſedes menſes 3. d. 5.

Dioſcurus Antipapa VI.

ANNO CHRISTI DXXX.

V. Schiſma.

DIoſcorus Romanus S. R. E. Preſbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Bonifaciũ Papam electus ſed. d. 27.

Creatus 17. cal. Nouembris, obiit eodem anno pridie Idus Nouembris; ſepultuſque ad S. Petrum.

Ioannes II. Pontifex LVII.

ANNO CHRISTI DXXXII.

IOannes II. Iunior cognomento Mercurius Proiecti filius Romanus de Regione Cœlimontium. S. R. E. Preſbyter Cardinalis, tt. S. Clementis Imp. Cæſare Fl. Iuſtiniano Auguſto ſedit annos 2. m. 4. d. 6.

Creatus XI. cal. Februarii, ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXI. Preſbyterorum XV. & Diaconorum : : : : : obiit 6. Cal. Iunii anno 534. ſepultus ad S. Petrum; Imp. Cæſ. Iuſtiniano Auguſt. IV. & Decio Theodoro Paullino V. C. Coſſ. Vacauit ſed. d. 6.

S. Aga-

S. Agapetus Pontifex LVIII.

ANNO CHRISTI DXXXIV.

SAnctus Agapetus Gordiani Preſbyteri Cardinalis ſſ. Ioannis & Pauli tt. Pammachii Filius, Romanus, S. R. E. Archidiaconus Imp. Cæſ. Iuſtiniano Aug. ſedit menſ. 11. d. 19.

Creatus 3. nonas Iunii fecit ordinationem vnam Epiſcoporum XI. & Diaconorum IV. obiit Conſtantinopoli in legatione ad Imperatorē pro Rege Gotthorum 12. cal. Iunii anno 535. Fl. Beliſario V.C. ſene conlega Coſ. cadauer Romam translatum ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes 6. d. 24.

S. Sylucrius Pontifex LIX.

ANNO CHRISTI DXXXV.

SAnctus Syluerius Hormiſdæ Papæ filius Fruſinonius Campanus S. R. E. Subdiaconus regionarius; Imper. Cæſ. Fl. Iuſtiniano Aug. ſedit annum 1. m. 5. d. 12.

Creatus 17. Cal. Ianuarii, quumque ordinationem vnam menſe Decembri feciſſet Epiſcoporum XVIII. Preſbyterorum XIII. & Diaconorum XV. an. 537. 6. Cal. Iunii. ITERVM, poſt Conſulatum Fl. Beliſarii V. C. Pontificatu exactus eſt; Cerſonamque in Ponto relegatus, vbi anno ſequenti 538. 11. Cal. Iunii mortuus eſt, ibique ſepultus, Ioanne V. C. ſene conlega Conſule. Eo autem in exilium acto vacauit ſedes dies 6.

Vigilius Pontifex LXX.

ANNO CHRISTI DXXXVII.

VI. Schiſma.

VIgilius Ioannis Conſularis viri filius Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis Imp. Cæſare Fl. Anicio Iuſtiniano Auguſto ſedit annos 17. m. 6. d. 26.

Creatus in ſchiſmate viuente Syluerio Papa, 3. nonas Iunii. ordinationes duas menſe Decembri in vrbe fecit, Epiſcoporum LXXXI. Preſbyterorum XLVI. & Diaconorum XVI. obiit Syracuſis in Sicilia poſt multas paſſas calamita-

Digitized by Google

tes 5. cal. Ianuarii, anno 554. XIII. poſt conſulatum Fl. Baſilii Iunioris, V.C. cadauer Romam relatum via Salaria ſepultum eſt in Baſilica S. Marcelli. Eo mortuo vacauit ſedes m. 3. d. 5.

ANNO CHRISTI DLIII.

SAncta, & vniuerſalis ſynodus V. Conſtantinopolitana ſecunda CLXV. Epiſcoporum, cõtra Anthimum Conſtantinopolitanum Patriarcham, Theodorum, Seuerum, Petrum & Zoram Epiſcopos hæreticos, Origenianiſtas congregata anno 12. poſt Conſulatum Fl. Baſilii Iunioris V.C.

S. Pelagius Pontifex LXI.

ANNO CHRISTI DLV.

SAnctus Pelagius Ioannis Vicariani filius Romanus, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Iuſtiniano, & Iuſtino Iuniore Auguſtis ſedit an. 10. m. 10. d. 28.

Creatus 3. nonas Aprilis 14. poſt conſulatum Fl. Baſilii Iunioris V.C. ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLIX. Preſbyterorum XXVI. & Diaconorum IX. obiit 6. nonas Martii anno 566. ſepultuſque ad S. Petrum 25. poſt Cos. Baſilii Iunioris V.C. Vacauit Romana ſedes menſes 3. d. 26.

S. Ioannes III. Pontifex LXII.

ANNO CHRISTI DLXVI.

SAnctus Ioannes III. Anaſtaſii filius Romanus Imp. Cæſ. Fl. Anicio Iuſtino Iuniore Aug. ſedit an. 10. d. 15.

Creatus :. cal. Iulii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum LXI. Preſbyterorum XXIX. & Diaconorum XIII. obiit 3. cal. Iulii, anno 576. IX. P.C. Imp. Cæſ. F. Iuſtini Iunioris Aug. ſepultuſque ad S. Petrum, vacauit ſedes m. 10. d. 3.

S. Benedictus Pontifex LXIII.

ANNO CHRISTI DLXXVII.

SAnctus Benedictus Bonifacii filius Romanus, Imper.

Cæſ.

Cæſ. Tiberio Anicio Conſtantino Auguſto ſedit annos 3. menſ. 2. d. 15.

Creatus 16. cal. Iunii X. P. C. Imp. Cæſ. Iuſtini Auguſti, ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXI. Preſbyterorum XV. & Diaconorum III. obiit prid. cal. Auguſti, anno 580. Imp. Cæſ. Ti. Anicio Conſtantino Aug. ſene conlega Cos. ſepultuſq; in ſecretario beati Petri Apoſtoli. Vacauit ſedes menſes 4.

S. Pelagius Pontifex LXIV.

ANNO CHRISTI DLXXX.

SAnctus Pelagius Iunior II. Vinigildi filius Romanus, Impp. Cæſ. Tiberio, Conſtantino, & Tiberio Fl. Mauritio Auguſtis ſedit annos 9. m. 2. d. 10.

Creatus prid. cal. Decembris, ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XLVIII. Preſbyterorum XXVIII. & Diaconorum VIII. obiit 6. Idus Februarii anno 590. ſepultus ad S. Petrum VI. P. C. Tiberii Flauii Mauritii Auguſti. Vacauit ſedes m. 6. d. 25.

S. Gregorius Magnus Pontifex LXV.

ANNO CHRISTI DXC.

SAnctus Gregorius Magnus eccleſiæ Doctor Gordiani ſenatoris filius Felicis Papæ II. pronepos, Romanus, monachus & S.R.E. Archidiaconus Cardinalis Imp. Cæſ. Fl. Mauritio, & Foca Auguſtis, ſedit annos 13. m. 6. d. 8.

Creatus 3. nonas Septembris, fecit ordinationes duas, vnam in Quadrageſima, aliam menſe Decembri Epiſcoporum LXII. Preſbyterorum XXXIX. & Diaconorum V. obiit IV. Idus Martii anno 604. ſepultus ad S. Petrum ante ſecretarium Imp. Cæſ. Fl. Foca Auguſto ſene conlega Conſule, indictione VII. Vacauit ſedes m. 5. d. 19.

Sabinianus Pontifex LXVI.

ANNO CHRISTI DCIV.

SAbinianus Boni filius Bleranus Tuſcus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Foca Aug. ſedit an. 1. m. 5. d. 9.

Creatus Cal. Septembris. quumque ordinationem vnam Epiſcoporum xxvi. feciſſet 5. Idus Februarii anno 606. mortuus eſt, & ſepultus ad S. Petrum Iterum P.C. Fl. Focæ Auguſti. Vacauit ſedes menſes 11. d. 26.

S. Bonifacius III. Pontifex LXVII.

ANNO CHRISTI DCVII.

SAnctus Bonifacius III. Joannis filius Romanus, Imp. Cæſ. Fl. Foca Auguſto, ſedit annum 1. m. 2. d. 28.

Creatus nonis Februarii III. P. C. Focæ Auguſti. obiit 6. nonas Maii, anno 608. ſepultus ad S. Petrum IV. P.C. Focæ Auguſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 6.

Hic Pontifex ab Imp. Cæſare Fl. Foca Auguſto obtinuit, vt eccleſia Romana, quæ iure caput eſt omnium eccleſiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, quum eum locum ſibi eccleſia Conſtantinopolitana ſub Imp. Mauritio per vim vendicare conata eſſet.

S. Bonifacius IV. Pontifex LXVIII.

ANNO CHRISTI DCVIII.

SAnctus Bonifacius IV. Ioannis Medici filius Valerienſis Marſus, Impp. Cæſ. Foca, & Heraclio Augg. ſedit an. 6. m. 8. d. 13.

Creatus 5. Idus Iunii, ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum xxxvi. Preſbyterorum ... & Diaconorum ix. obiit 9. Cal. Martii, anno 615. IV. P.C. Imp. Cæſ. Heraclii Aug. ſepultuſque ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 7. d. 25.

S. Deuſdedit Pontifex LXIX.

ANNO CHRISTI DCXV.

SAnctus Deuſdedit Stephani Subdiaconi filius Romanus, S.R.E. Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, & Pammachii à S. Gregorio Papa factus; Imp. Cæſare Fl. Heraclio Auguſto ſedit annos 3. d. 23.

Creatus 16. Cal. Nouemb. ordinationes 3. fecit Epiſcoporum xxix. Preſbyterorũ xiv. & Diaconorum v. obiit 6. Idus Nouemb anno 618. & ad S. Petrum ſepultus VII. P. C. Imp. Cæſ. Fl. Heraclii Auguſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 19.

S. Boni-

S.Bonifacius V. Pont. LXX.

ANNO CHRISTI DCXVIII.

SAnctus Bonifacius V. Neapolitanus Ioãnis filius, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Auguſto, ſedit annos 3. M. 9. D. 19.

Creatus 8. Cal. Ianuarii ordinationes duas menſe Decembri fecit Epiſcoporum XXIX. Presbyterorum XXVI. & Diaconorum IV. obiit IV. Idus Octobris anno 622. ſepultus ad S. Petrum XI. P. C. Imp. Cæſ. Heraclii Aug. Vacauit ſedes dies 13.

Honorius Pont. LXXI.

ANNO CHRISTI DCXXII.

HOnorius Petronii viri Conſularis filius Campanus, Imp. Cæſ. Heraclio Auguſto, ſedit an. 12. M. 11. D. 17.

Creatus 7. Cal. Nouemb. ordinationes 3. mẽſe Decembri fecit Epiſcoporum LXXXI. Presbyterorum XIII. & Diaconorum XI. obiit 4. Idus Octob. anno 635. ſepultus ad S. Petrum XXIV. P. C. Imp. Cæſ. Fl. Heraclii Aug. Vacauit ſedes M. 9. D. 1.

Seuerinus Pont. LXXII.

ANNO CHRISTI DCXXXV.

SEuerinus Labieni filius Romanus, Imper. Cæſ. Heraclio Auguſto, ſedit annos 2. D. 4.

Creatus 3. Cal. Auguſti, ordinationem vnã Epiſcoporũ IX. obiit 4. Nonas Auguſti an. 638. ſepultus ad S. Petrũ XXVII P. Cos. Imp. Cæſ. Fl. Heraclii Aug. Vacauit ſedes M. 4. D. 21.

Ioannes IV. Pont. LXXIII.

ANNO CHRISTI DCXXXVIII.

IOannes IV. Venantii ſcholaſtici filius Salonẽſis Dalmata, S. R. E. Diaconus Cardinalis Imp. Cæſ. Heraclio Auguſto ſedit annum 1. M. 9. D. 19.

Creatus 9. Cal. Ianuarii ordinationes duas menſe Decembri fecit, Epiſcoporum XVIII. Presbyterorum XIX. & Diaconorum V. obiit 4 Idus Octobr. anno 640. ſepultus ad S. Petrum XXIX. P. Cos. Imp. Heraclii Aug. Vacauit ſedes menſem 1. D. 14.

Digitized by Google

S.Theodorus Pontifex LXXIV.

ANNO CHRISTI DCXL.

SAnctus Theodorus Theodori Epiſcopi filius Hieroſolymites Græcus Impp Cæſſ. Flauiis Heraclio, Cōſtantino, Heracleona, & Cōſtante Auguſtis, ſedit an. 6. m. 5. d. 18

Creatus 5. Cal. Decembr. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLVI. Presbyterorum XXI. & Diaconorum IV. obiit pridie Idus Maii anno 647. ſepultus ad S Petrum V. poſt Coſ. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantis Auguſti. Vacauit ſedes m. 4. d. 4.

S.Martinus Pontifex LXXV.

ANNO CHRISTI DCXLVII.

SAnctus Martinus Fabricii filius Tudertinus Tuſcus Imper. Cæſ. Fl. Heraclio Cōſtāte Aug. ſedit an. 6. m. 1. d. 26

Creatus 14. Cal. Octob. ordinationes duas menſe Decemb. fecit Epiſcoporum XXXIV. Presbyterorum XI. & Diaconorum V. Mortuus Cerſone in Ponto, vbi relegatus fuerat pro catholica veritate conſeruanda prid. Idus Nouēb. anno 653. ibiq; ſepultus XII. P. C. Imp. Cōſtantis Aug. Vacauit ſedes m. 8. d. 28.

Eugenius Pontifex LXXVI.

ANNO CHRISTI DCLIII.

EVgenius Rufiniani filius Roman⁹ Imp. Cæſare Fl. Heraclio Conſtante Auguſto, ſedit annos 2. m. 9. d. 24.

Creatus 4. Idus Auguſti XIII. P. C. Imp. Cæſ. Conſtantis Aug. ordinationes aliquot fecit. obiit 4. Nonas Iunii ſepultus ad S. Petrum anno 657. XV. P. C. Conſtantis Auguſti. Vacauit ſedes m. 1. d. 28.

Vitalianus Pontifex LXXVII.

ANNO CHRISTI DCLVII.

VItalianus Anaſtaſii filius Signinus Volſcus Impp. Cæſſ. Flauiis Conſtante, & Conſtantino Augg. ſedit ann. 14. m. 5. d. 28.

Creatus prid. Cal. Auguſti, ordinationes IV. fecit, Epiſcoporum XCVI. Presbyterorum XXII. & Diaconorum XI. obiit

obiit 6. Cal. Febr. anno 672. Sepultus ad S. Petrum V. P. C. Imp. Cæſaris Fl. Cōſtantini Auguſti. Vacauit ſedes Romana menſ. 2. d. 1.

Adeodatus Pontifex LXXVIII.

ANNO CHRISTI DCLXXII.

ADeodatus Ioniani filius Romanus monachus, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Cōſtātino Aug. ſedit an. 4. m. 2. d. 5.

Creatus 10. Cal. Maii ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XLVI. Presbyterorum XIV. & Diaconorum II. obiit 6. Cal. Iulii anno 676. ſepultus ad S. Petrum IX. P. C. Conſtantini Auguſti, Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſ. 4. d. 6.

Domnio Pontifex LXXIX.

ANNO CHRISTI DCLXXVI.

DOmnio alias Domnus Mauritii filius Romanus, Imp. Cæſ. Fl. Heraclio Conſtantino Auguſto, ſedit ann. 2. m. 5. d. 10.

Creatus IV. Nonas Nouemb. ordinationem vnam fecit Epiſcoporum VI. Presbyterorum X. Diaconorumq; V. obiit 3. Idus April. anno 679. ſepultus ad S. Petrum XII. P. C. Conſtantini Auguſti. Vacauit ſedes m. 2. d. 25.

Agatho Pontifex LXXX.

ANNO CHRISTI DCLXXIX.

AGatho Pannonii filius Siculus, monachus S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Conſtantino Auguſt. ſedit an. 2. m. 6. d. 4.

Creatus Nonis Iul. ordinationē vnā fecit Epiſcoporum XVIII. Presbyterorū X & Diaconorū V. obiit 4. Idus Ian. an. 682. P. C. Imp. Cæſ. C nſtantini Aug. anno 15. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes Romana menſes 7. d. 8.

ANNO CHRISTI DCLXXXI. & DCLXXXII.

SAncta, & vniuerſalis ſynodus VI. Cōſtātinopolitana tertia CCLXXXIX. Epiſcoporū, contra Paulū, Macariū, Theodorum, Cyrum, Sergium, & Pyrrhū Epiſcopos hæreticos Monothelitas, congregata XIV. & XV. P. C. Conſtantini Auguſti.

Digitized by Google

S.Leo II. Pont. LXXXI.

ANNO CHRISTI DCLXXXII.

SAnctus Leo iunior II. Pauli filius Siculus, S.R.E.Preſbyter Card.Imp.Cæſ.Cõſtãtino Aug.ſedit M.10.D.17.

Creatus prid. Idus Auguſti fecit ordinationem vnam menſe Iunio Epiſcoporum XXIII. Presbyterorum XLIII.& Diaconorum III.obiit 4.Cal.Iulii anno 683.ſepultus ad S. Petrum XVI. P.C.Imper.Conſtantini Aug.Indictione XI. Vacauit ſedes menſes II.D.22.

S.Benedictus II. Pont. LXXXII.

ANNO CHRISTI DCLXXXIV.

SAnctus Benedictus Iunior II. Ioannis filius Romanus, Imp.Cæſ.Fl.Conſtantino Auguſto,ſedit M.10.D.27.

Creatus 13.Cal.Iulii,ordinationem vnam fecit Epiſcoporum XXII.obiit Idibus Maii anno 685.XVIII.P.C.Conſtãtini Aug.ſepultus ad S.Petrum. Vacauit ſedes m.2. d.9.

Ioannes V. Pont. LXXXIII.

ANNO CHRISTI DCLXXXV.

IOannes V. Cyriaci filius Antiochenus Syrus, S.R.E. Cardinalis Archidiaconus Impp. Cæſs. Flauiis Conſtãtino,& Iuſtiniano Iuniore Augg.ſedit annum 1.d.9.

Creatus 8.Cal.Auguſti;cõſecratus 3.Cal. Aug. ordinationem vnã Epiſcoporũ XIII.fecit.obiit IV.Nonas Auguſti anno 686.ſepultus ad S.Petrum P.C.Imper.Cæſ.Fl.Iuſtiniani Aug.Vacauit ſedes m.2.dies 16.

Petrus Antipapa VII.

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

VII. Schiſma.

PEtrus Romanus S. R.E. Archipresbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Theodorum Presbyterum Cardinalem,Papa creatus,ſedit dies aliquos.

Theodorus Antipapa VIII.

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

THeodorus Romanus S. R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Petrum Archipresbyterum creatus, non

non longe poſt cum ipſo Petro Pontificatu exactus eſt, atque in vtriuſque locum tertius ſuffectus.

Cuno Pont. LXXXIV.

ANNO CHRISTI DCLXXXVI.

CVno Thrax S.R.E. Presbyter Cardinalis, qui Imper. Cæſ. Fl. Iuſtiniano iuniore Auguſto, ſedit mēſ. 11. d. 3. Creatus 14. Cal. Nouemb. conſecratus 5. Cal. Nouēbr. ordinationem 1. Epiſcoporū XVI. fecit. obiit XI. Cal. Octob. anno 687. ſepultus ad S. Petrum II. P. C. Iuſtiniani Aug. Vacauit ſedes menſ. 2. d. 25.

Theodorus Antipapa IX.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

Schiſma VIII.

THeodorus Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Paſchalem S. R. E. Cardinalem Archidiaconum creatus, ſedit dies aliquot.

Paſchalis Antipapa X.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

PAſchalis Romanus S.R.E. Archidiaconus, in ſchiſmate contra Theodorum Presbyterum creatus Papa, non longe poſt cum ipſo Theodoro Pontificatu pulſus eſt, atq; in vtriuſq; locum tertius ſuffectus.

Sergius Pont. LXXXV.

ANNO CHRISTI DCLXXXVII.

SErgius Tiberii filius Antiochenus Syrus, Panhormi in Sicilia ortus S.R.E. Presbyter Card. tt. S. Suſannæ ad duas domos à Cunone Papa factus, qui Impp. Cæſs. Iuſtiniano, Leontio, & Tiberio Habſimaro Aug. ſedit annos 13. m. 8. d. 23.

Creatus 16. Cal. Ianuarii, conſecratus die Natali Chriſti, ordinationes duas menſe Martio fecit Epiſcoporū XVI. Presbyterorum XVIII. & Diaconorum IV. obiit 6. Idus Septembr. anno 701. indictio. XIV. ſepultus ad S. Petrum P.C. Imp. Cæſ. Fl. Tiberii Habſimari Auguſti. Vacauit ſedes menſem 1. d. 23.

Ioannes VI. Pontifex LXXXVI.

ANNO CHRISTI DCCI.

IOannes VI. Græcus, Imp. Cæſare Fl. Tiberio Habſimaro Auguſto, ſedit annos 3. m. 2. d. 13.

Creatus Cal. Nouemb. conſecratus 8. Idus Nouembris, ordinationem vnam fecit Epiſcoporum xv. Presbyterorũ ix. & Diaconorum II. obiit Idibus Ianuarii anno 701. indict. III. ſepultus ad S. Petrum, V. P. C. Fl. Tiberii Habſimari Aug. Vacauit ſedes menſ. 1. d. 18.

Ioannes VII. Pontifex LXXXVII.

ANNO CHRISTI DCCV.

IOannes VII. Platonis filius Gręcus Impp. Cęſſ. Ti. Habſimaro, & Fl. Iuſtiniano iuniore Augg. ſedit ann. 2. m. 7. dies 17.

Creatus & cõſecratus Cal. Martii, ordinationẽ vnã Epiſcoporũ XVIII. Presbyterorũ X & Diaconorũ II. fecit. obiit 15. Cal. Nouemb. anno 707. indictione VI. ſepultus ad S. Petrum ante altare B. Mariæ Virginis Imp. Cęſ. Fl. Iuſtiniano Aug. iterum Conſule. Vacauit ſedes dies 6.

Siſinius Pontifex LXXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCVII.

SIſinius Ioannis filius Antiochenus Syrus, Imp. Cæſ. Iuſtiniano iuniore Auguſto, ſedit dies 20.

Creatus 12. Cal. Nouemb. conſecratus X. Cal. ordinationem vnam fecit, qua Epiſcopum vnũ creauit, obiit 8. Idus Nouemb. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 1. d. 16.

Conſtantinus Pontifex LXXXIX.

ANNO CHRISTI DCCVII.

COnſtantinus Ioannis filius Syrus Impp. Cæſſ. Flauiis Iuſtiniano, & Philippico Bardanio Augg. ſedit annos 7. m. 1. dies 20.

Creatus, & cõſecratus 10. Cal. Ian. ordinationem vnam Epiſcoporum LXIV. Presbyterorum X. & Diaconorum II. fecit: obiit 3. Idus Febr. anno 714. indict. XIV. ſepultus ad S. Petrum II. P. C. Fl. Philippici Bardanii Aug. Vacauit ſedes ann. 1. m. 1. d. 11.

Grego-

Digitized by Google

Gregorius II. Pontifex XC.

ANNO CHRISTI DCCXV.

GRegorius junior II. Marcelli filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Cōſtantino Papa factus Impp. Cæſaribus Flauiis Anaſtaſio Artemio; Theodoſio Adiramiteno, & Leone Iſauro Auguſtis, ſedit ann. 15. m. 10. d. 21.

Creatus, & conſecratus 11. Cal. April. ordinationes ſex menſibus Iunio, & Septembri fecit Epiſcoporum CXLIX. Presbyterorū XXXV. & Diaconorum IV. obiit 3. Idus Feb. anno 731. indictione XIV. ſepultus ad S. Petrum P. C Imp. Cæſ. Fl. Leonis Iſauri Aug. anno 14. Vacauit ſedes menſem 1. dies 5.

Gregorius III. Pontifex XCI.

ANNO CHRISTI DCCXXXI.

GRegorius III. Ioannis filius Syrus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Cæſ. Fl. Leone Auguſto, ſedit annos 10. menſ. 8. d. 10.

Creatus 14. Cal. Aprilis, conſecratus 8. Calend. ordinationes tres menſe Decembri fecit Epiſcoporū LXXX. Presbyterorum XXIV. & Diaconorum III. obiit 4. Calendas Decembr. anno 741. Indictione X. ſepultus ad S. Petrum P. C. Imp. Cæſ. Fl. Leonis Iſauri Auguſti anno 24. Vacauit ſedes dies 8.

Zacharias Pontifex XCII.

ANNO CHRISTI DCCXLI.

ZAcharias Polychronii filius Græcus S. R. E. Presbyt. Card. Imp. Fl. Conſtantino Copronymo Auguſto ſedit annos 10. m. 3. dies 9.

Creatus 7. Idus Decembris; conſecratus 4. Idus Decembris ordinationes 3. menſe Martio fecit Epiſcoporum LXXXV. Presbyterorum XXX. & Diaconorum V. obiit Idibus Martii anno 752. Indictione V. ſepultus ad S. Petrum P. C. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantini Aug. anno 10. Vacauit ſedes dies 9.

Digitized by Google

Stephanus II. Pont. XCIII.

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus II. junior Romanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Imp. Conſtantino Auguſto ſedit dies 3.

Creatus 8. Cal. April. obiit morte repentina V. Cal. Aprilis ſepultuſq; ad S. Petrum. Eo mortuo nõ vacauit ſedes.

Stephanus III. Pont. XCIV.

ANNO CHRISTI DCCLII.

STephanus III. dictus II. junior Conſtantini filius Romanus S. R. E. Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæſſ. Flauiis Conſtãtino Copronymo, & Leone eius filio Auguſtis ſedit annos 5. d. 29.

Creatus 4. Cal. April. conſecratus 4. Nonas Aprilis ordinationem vnam menſe Martio fecit Epiſcoporum xv. Presbyterorum II. & Diaconorum II. obiit 6. Cal. Maii, anno 757. Indict. x. ſepultus ad S. Petrum xv. P. C. Fl. Conſtantini Aug. Vacauit ſedes d. 32.

Paulus Pont. XCV.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

PAulus Conſtantini filius Romanus, Stephani Papæ iunioris frater S. R. E. Diaconus Cardinalis à Zacharia Papa factus, Impp. Cæſſ. Conſtantino, & Leone eius filio Augg. ſedit annos 10. m. 1.

Creatus, & conſecratus 8. Calendas Iun. ordinationem vnam menſe Decemb. fecit Epiſcoporum III. Presbyterorum XII. & Diaconorum II. obiit in monaſterio S. Pauli via Oſtienſi IV. Cal. Iulii, anno 767. Indictione xv. ſepultus ad S. Petrum xxv. P. C. Conſtantini Copronymi Aug. Vacauit ſedes ann. 1. m. 1. d. 8.

Theophylactus Antipapa XI.

ANNO CHRISTI DCCLVII.

Schiſma IX.

THeophylactus Romanus S. R. E. Cardinalis Archidiaconus in ſchiſmate contra Paulum Papam creatus ſedit dies aliquot.

Coactus

Coactus Pontificatu abdicauit.

Conſtantinus II. Antipapa XII.

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

COnſtantinus II. iunior Nepeſinus, Ducis Nepeſini filius, ex laico, cõtra canones à laicis armata manu præter Cardinalium voluntatem, per vim Pontifex creatus, ſedit annum 1. m. 1. d. 11.

Creatus die Dominico, in quo mortuus eſt Papa Paulus IV. Cal. Iulii, & die ſequenti conſecratus.

Coactus abdicauit anno ſequenti 768 7. Idus Auguſti, & in monaſterio relegatus, monachus eſt factus.

Philippus Antipapa XIII.

ANNO CHRISTI DCCLXVII.

Schiſma X.

PHilippus Romanus monachus, & Abbas monaſterii S. Viti S. R. E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate cõtra Conſtantinum à quibuſdam clericis; & laicis factus Papa, ſedit annum 1. d. 24.

Creatus, & conſecratus 4. Idus Iulii, atq; anno ſeq 768. coactus à Chriſtophoro Primicerio Pontificatu abdicauit, pridie Nonas Auguſti, ac ad monaſterium ſuũ reuerſus eſt.

Stephanus III. Pontifex XCVI.

ANNO CHRISTI DCCLXVIII.

STephanus IV. dictus III. Olybrii filius Siculus monachus S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ à Paulo Papa factus. Impp. Cæſſ. Flauiis Conſtantino, & Leone Augg. ſedit ann. 3. m. 5. d. 27.

Creatus Nonis Auguſti, conſecratus 7. Idus Auguſti, ordinationem vnam menſe Decembr. fecit Epiſcoporũ... Presbyterorum v. & Diaconorum iv. obiit pridie Cal. Feb. anno 772. Indict. x ſepultus ad S. Petrum 111. P. C. Imp. Cæſ Fl Leonis Auguſti iv. Vacauit ſedes d. 9.

Hadrianus Pontifex XCVII.

ANNO CHRISTI DCCLXXII.

HAdrianus Theodori filius Romanus de regiõne via lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp Cæſſ. Fl. Leo-

P

ne IV. & Conſtantino eius filio Auguſtis, ſedit annos 23. m.10.d.17.

Creatus 4. Idus Febr. conſecratus 14. Cal. Martii ordinationes duas menſe Martio fecit Epiſcoporum CLXXXV. Presbyterorum XXIV. & Diaconorum VII. obiit 7. Calen. Januarii anno 795. Indict. IV. ſepultus ad S. Petrum, poſt Conſulatum Imp. Cæſaris Fl. Conſtantini VIII. Leonis filii, Auguſti anno 16. non vacauit ſedes.

ANNO CHRISTI DCCLXXXIX.

Sancta, & vniuerſalis ſynodus ſeptima Nicena ſecunda CCCL. *Epiſcoporum, contra Iconomachorum hæreſim conlecta. P. C. Imp. Cæſ. Fl. Conſtantini Auguſti anno decimo.*

Leo III. Pontifex XCVIII.

ANNO CHRISTI DCCXCVI.

LEO III Azzupii filius Romanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ, Impp Cæſſ. Flauiis Conſtantino Hirenes filio, & Nicephoro Auguſtis, ſedit annos 20. m.5. dies 18.

Creatus 7. Cal. Januarii die obitus Papæ Hadriani, conſecratus die ſequenti, fecit ordinationes 3. menſe Martio Epiſcoporum CXXVI. Presbyterorum XXX. & Diaconorum XI. obiit pridie Idus Junii anno 816. Indictione IV. ſepultus ad S. Petrum Impp. Cæſſ. Carolo Magno, & Hludouico Auguſtis. Vacauit ſedes dies XX.

ANNO CHRISTI DCCC.

Hic Pontifex 8. Cal. Januarii populi Romani ſcito, Clerique rogatu, quum Imperii Romani maieſtas, omnia ſibi Barbaris vendicantibus, obſoleſceret, nec in fœmina Hirene Byzantii rerum potiente, quamuis altæ indolis, multum præſidii ineſſe videretur, Carolum Pipini filium Francorum Regem, ob egregia in Chriſtianum nomen, & Romanam ſedem merita, Romanorum Imperatorem auito in Occidente imperandi more reſtituto, primus appellauit, inũctumq; Auguſtum conſecrauit anno, ex quo in Italia imperari deſitum eſt 325 poſt Auguſtuli videlicet imperium.

Stepha-

Stephanus IV. Pontifex XCIX.

ANNO CHRISTI DCCCXVI.

STephanus V. dictus 4. Iulii Marini filius Romanus S. R.E. Diaconus Cardinalis à Leone Papa III. factus Imp. Cæſ. Hludouico Pio Aug. ſedit m. 6. d. 24.

Creatus, & conſecratus 10. Cal. Iulii, fecit ordinationẽ vnam menſe Decembri Epiſcoporum v. Presbyterorum IX. & Diaconorum IV. obiit 8. Cal. Febr. anno 817. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

Paſchalis Pontifex C.

ANNO CHRISTI DCCCXVII.

PAſchalis Maximi Bonoſi filius Romanus, monachus, & Abbas S. Stephani S.R.E. Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis à Leone Papa III. factus Impp. Cæſſ. Hludouico Pio, & Hlothario filio eius Auguſtis, ſedit an. 7. m. 3. d. 17

Creatus 6 Calendas Febr. ordinationes duas menſe Decemb. & Martio fecit Presbyterorum VII, & Diaconorũ VII. obiit 3. Idus Maii, Anno 824. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 4.

Eugenius II. Pontifex CI.

ANNO CHRISTI DCCCXXIV.

EVgenius II junior Boemundi filius Romanus S.R.E. Archipresbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ à Leone Papa III. factus Impp. Cæſſ Hludouico Pio, & Hlothario Auguſtis, ſedit annos 4. m. 6. d. 24.

Creatus 16. Cal. Iunii, conſecratus 11. Calendas. obiit 4. Idus Decembris anno 827. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

Zinzinus Antipapa XIV.

ANNO CHRISTI DCCCXXIV,

Schiſma XI.

ZInzinus Romanus S. R.E. Presbyter Cardinalis in ſchiſmate contra Papam Eugenium creatus à minore eligentium parte, ſedit dies aliquot.

Pontificatu non longo poſt coactus abdicauit.

Digitized by Google

Valentinus Pontifex CII.

ANNO CHRISTI DCCCXXIV.

VAlentinus Leontii filius Romanus S.R.E. Archidiaconꝰ Cardinalis à Paſchali Papa factus, ſedit m.1.d.10.

Creatus 19. Cal. Ianuarii, conſecratus die ſequenti. obiit 11. Cal. Febr. anni 828. ſepultus in Baſiliga S. Petri. Vacauit ſedes d.3.

Gregorius IV. Pontifex CIII.

ANNO CHRISTI DCCCXXVIII.

GRegorius IV. Ioannis filius Romanus, S R.E Presbyter Cardinalis tt.S.M. ... à Leone Papa III. factus Impp. Hludouico, & Hlotario Augg. ſedit annos 16.

Creatus, & conſecratus 7. Calend. Febr ordinationes quinq; menſibus Martio, Septembri, & Decembri fecit Epiſcoporum, Presbyterorũ, & Diaconorum CLXXXV. obiit 8 Cal. Febr anno 844. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 15.

Sergius II. Pontifex CIV.

ANNO CHRISTI DCCCXLIIII.

SErgius II junior Sergii filius Romanus de regione IV. S.R.E. Archipresbyter Cardinalis tt. SS. Silueſtri, & Martini tt. Equitii à Paſchali Papa factus Imp. Cæſ. Hlotario Auguſto, ſedit annos 3. menſ. 2. d. 3.

Creatus, & conſecratus 4. Idus Februarii, ordinationem vnam menſ. Martio fecit, Epiſcoporum XXIII. Presbyterorum VIII, & Diaconorum II. obiit pridie Idus Apr. anno 847. ſepultuſq; in Baſilica S. Petri. Non vacauit ſedes.

Leo IV. Pontifex CV.

ANNO CHRISTI DCCCXLVII.

LEo IV Rodulphi filius Romanus, S. R.E. Presbyter Cardinalis tt. SS. IV. Coronatorum à Sergio Papa II. factus, Impp. Hlothario, & Hludouico juniore Augg. ſedit an. 8. m. 3. d. 6.

Creatus die obitus Papæ Sergii prid. Idus April. conſecratus XV. Cal. Maii, ordinationes duas menſib. Martio, & Decembri

Decemb. fecit Epiſcoporum LXIII. Presbyterorũ XIX. & Diaconorum VIII. obiit 16. Cal. Auguſti; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 15.

Benedictus III. Pontifex CVI.

ANNO CHRISTI DCCCLV.

BEnedictus III Petri filius Romanus, S.R.E. Presbyter Cardinalis S Mariæ Transtyberim tt. Caliſti, a Leone Papa IV. factus Imp. Hludouico Aug. ſedit ann. 2. m. 6. d. 9.

Creatus Cal. Octob. conſecratus prid. Nonas Octobr. ordinationem vnam menſe Decembri fecit Epiſcoporum XX. Presbyterorum VI. & Diaconi I. obiit V. Idus April. an. 858 ſepultus ad S. Petrum. Vacauit eo mortuo ſedes d. 5.

Anaſtaſius III. Antipapa XV.

ANNO CHRISTI DCCCLV.

Schiſma XV.

ANaſtaſius III Romanus S R E. Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli in ſchiſmate contra Papam Benedictum creatus, ſedit dies aliquot.

Non longe poſt coactus abdicauit.

Nicolaus Magnus Pontifex CVII.

ANNO CHRISTI DCCCLVIII.

NIcolaus Magnus Theodori filius Romanus, S.R.E. Diaconus Cardinalis à Papa Leone IV. factus Imp. Cæſare Hludouico iuniore Auguſto, ſedit annos 9. m. 6 d. 21.

Creatus, & conſecratus 8. Cal. Maii, ordinationes plures menſibus Martio, & Decembri fecit, Epiſcoporum LXV. Presbyterorum VII, & Diaconorum IV. obiit idibus Nouemb. anno Chriſti 867. Indictione prima; ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticano. Vacauit Romana ſedes dies 7.

ROMANORVM PONTIFICVM PARTIS PRIMÆ FINIS.

Digitized by Google

PIO LECTORI S.

AD ſecundam huius operis partem deuentum eſt, quam vt dixi à prima, & tertia iccirco ſeiunxi, quod horum temporum Pontifices, neque perpetuum quendam habeant ſcriptorem, & maiorem ſuorum geſtorum partem amiſerint. qua ratione factum eſt, vt hæc tempora adeo incerta, & obſcura ſint, vt neque quo loco, neque quo ordine aliquot Romanorum Pontificum nomina reponerentur ſatis liqueat; nonnulliq́; præterea noui inrepſerint Pontifices, quibus, ſtante maxime temporum ratione, locus in hac ſerie eſſe non poteſt, vt Baſilio, Agapito cuidã, & Domno II. qui vel iidem certe variatis nominibus cũ aliquot aliis Pontificibus, vel ſchiſmatici fuerunt, vel omnino nunquam extiterunt. vnumquodque autem horum aſſerere dubium eſt, & incertum. illud etiam ſciendum in Ioannis XI. Leonis VI. Stephani VIII. Leonis VII. & Stephani IX. ſerie, non vulgatam ſcriptorum opinionem. ſed Liutprandi Ticinenſis eccleſiæ Diaconi, qui per ea tempora, & Guillelmi Bibliothecarii, qui non longe poſt vixerunt, quique vero ſimilia ſcripſerunt, ſententias me ſequutum fuiſſe. cur autem Ioannis VIII. Anglici Papæ, quem fœminam fuiſſe plerique fabulantur; item Oſporci Papæ, qui quum Sergius II. appellatus eſſet, primus mutandi nominis Romanis Pontificibus occaſionem dederit, cõtra vulgatam opinionem, aniles nugas, & puerilia commenta non receperim, latius diſſeram in ſecũdo

inſti-

inſtituti mei libro. cæterum quod aliquorum Pontificum, contra iam receptam conſuetudinem, numeros, quibus inter ſe hi, qui idem nomen habent, diſtinguuntur, mutauerim, conſulto id feci. neque enim in eis numeris ſchiſmaticorum Pontificum rationem habendam vlla ratione eſſe duxi. quod ab antiquis perperam factum à poſteris emendatum eſt, vt in Felicibus, & Benedictis. eum enim Felicem, quem ſecundum, ſiue iuniorem veteres appellāt, quique in ſchiſmate contra Liberium factus eſt; Quintū item, & decimum Benedictos, vigeſimumque Ioannem ſchiſmaticos fuiſſe nemo non cognoſcit, propterea que ex Pontificum legitimorum albo expungendos, atque in hiſce numeris, quibus diſtinguuntur, eorum non eſt habenda ratio, ſicut nec ſequentium Pontificum ſchiſmaticorum, vt Honorii II. Clementis III. Gregorii VIII. Cæleſtini II. Victoris IV. & aliorum habita eſt, qui forte magis ius habuerunt in Romano Pontificatu, quam illi ſuperiores. non enim cauſſam aliquam video, cur ita horum, ſicut & illorum in hiſce numeris rationem habere nolimus. ſed quod (vt dixi) male à maioribus vſurpatum fuit, à poſteris rectiore iudicio emendatum eſt. Qui igitur aliis ſunt Felices III. IV. & V. mihi erunt II. III. & IV. item qui aliis ſunt Benedicti VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. mihi erunt V. VI. VII. VIII. IX. X. & XI.

In Stephanis vero, cur Stephani II. qui tantum triduo Pontifex fuit, quum legitimis ſuffragiis creatus ſit, rationē habere nolumus? quod inepte ab antiquis prætermiſſū eſt: aliquem enim eſſe legitimū Pontificē, & inter ceteros connumerandum non plus ius minus viuendi ratio fa-

cit, vel non eſſe conſecratum, ſed iuſta comitia, quib. Stephanum illum II. renunciatum fuiſſe ſatis conſtat. ideo & in Stephanis numerorum notæ mutandæ, & qui aliis eſt II. mihi III. qui aliis III. mihi IV. & ſic deinceps vſque ad X. erit.

In Martinis vero fœde lapſus eſt Martinus ille, quem quartum appellant, & qui eum ſequutus eſt Martinus V. nam ſecundum, & tertium Martinos Papas nũquam extitiſſe liquet; bene Marinos duos, primum, & ſecundum, ſiue ſeniorem & iuniorem fuiſſe, in omnibus vetuſtis exemplaribus, bullis, inſtrumentis, lapidibus, & cæteris id genus monumentis inueni, qui errore ex addita T. litera exorto à poſteris Martini II. & III. ſunt appellati. eſſent ergo Martini IV. & V. ſecundus, & tertius dicendi.

In his vero Pontificibus, qui Ioannis nomen habuerunt, quanta, bone deus, confuſio exorta eſt ex veterum hiſtoriarum ignorantia. primo enim neſcio qua ratione ducti ſunt. Ioannes quem XXI. appellamus, & quem ſequuti ſunt Ioannes XXII. & XXIII. quum is Ioannes, qui ab aliquibus ſcriptoribus temere Ioannes XX. appellatur, tam in ſuis bullis, quam in omnibus exemplaribus antiquis, ſemper Ioannes Papa XIX. dicatur, quod Ioannis XVII. ſchiſmatici, qui contra Gregorium V. creatus fuit, nec ab ipſo, nec à duobus aliis prædeceſſorib ſuis, qui Ioannis nomen habuerunt, ratio habita ſit, quorum alter Ioannes XVII. & alter XVIII. nominati ſint, qui male à poſterioribus ſcriptoribus Ioannes XVIII. & XIX. dicti ſunt. porro autem nullus vnquam fuit Ioannes legitimus Pontifex, qui XX. vocatus ſit. Idcirco in Ioanne XXI. XXII.

Digitized by Google

& XXIII. emendandum eſt Ioannes XX. XXI. & XXII. nam ſi Platina potuit in his Pontificibus, qui Ioannis nomen habuerunt, numerorum notas falſo, & ſine ratione mutare, & eos Ioannes, quos nos rectiſſime, VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. appellamus IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. & XX. dicere. itẽ eos, qui Ioannes XX. XXI. & XXII. recte dici debent, illos XXII. XXIII. & XXIV. etiam ſecusquam ſeipſos nominauerunt, appellare: nonne, & ego iure eos poſſum mutando in integrum reſtituere?

Sed ne propter vulgatum, & iam receptum nominãdi modum, dum res clariores facere volo, eas his mutationibus obſcuriores reddam; ſingulis nominibus germanam numeri notam addens, eam quoque, qua vulgo appellantur, adiunxi, vt de quo Pontifice loquatur vnuſquiſq; intelligat. vt exempli cauſa, Ioannes XXI. dictus XXII. primus enim numerus verus eſt, & is, quo iure appellari deberet, ſecundus autem falſus eſt, is videlicet, quo perperam ab omnibus nominatur, ob veterum monumentorum ignorantiam cum cæteris ſubortus.

Illud demum non ignorandum, eum Pontificem, qui vulgo deprauate Hilarius vocatur, non Hilarium, ſed Hilarum debere appellari, idque ex antiquis inſcriptionibus argenteis, muſiuis, & lapideis, quæ Romæ in baptiſterio Lateranenſi hactenus extant, reſtitui. ſi plura autem poſt hæc dicenda, vel aduertenda occurrent, ea in Romanorum Pontificum vitis explicabo. continet vero hæc pars ſecunda annos CLXXX.

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS SECVNDA.

Hadrianus II. Pont. CVIII.

ANNO CHRISTI DCCCLXVII.

HAdrianus II. iunior Talari Epiſcopi filius S. R. E. Preſbyter Cardinalis à Papa Sergio II. factus, Imp. Cæſ. Hludouico iuniore Aug. ſedit an. 5. d. 12.

Creatus 12. cal. Decembris. obiit cal. Decembris anno 872. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 12.

ANNO CHRISTI DCCCLXVIII.

Sancta, & vniuerſalis ſynodus VIII. Conſtantinopolitana quarta CCCLXXXIII. Epiſcoporum, contra Photium Neophytum Conſtantinopolitanæ ſedis inuaſorem conlecta, in qua eo exacto Ignatius Patriarcha, qui dolis Photii eiectus fuerat, reſtitutus eſt.

Ioannes VIII. Pontifex CIX.

ANNO CHRISTI DCCCLXXII.

IOannes VIII. Gundi filius Romanus, S.R.E. Cardinalis Archidiaconus Impp. Cæſſ. Hludouico iuniore, Carolo II. Caluo; Hludouico III. Balbo; & Carolo III. Craſſo Auguſtis, ſedit annos 10. d. 3.

Creatus 19. cal. Ianuarii. obiit 18. cal. Ianuarii anni 882. Indictione 15. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

Marinus

Digitized by Google

Marinus Pontifex CX.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXII.

MArinus Palumbi Preſbyteri filius Galleſianus, Tuſcus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſare Carolo III. Auguſto, ſedit annum 1.m.2.d.28.

Creatus 15. cal. Ianuarii. obiit 17. cal. Aprilis, anno 884. ſepultus in Baſilica S. Petri Apoſtoli. Vacauit ſedes dies 2.

Hadrianus III. Pontifex CXI.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXIII.

HAdrianus III. Romanus, Agapitus antea vocatus, Benedicti filius de regione via lata, Imper. Cæſ. Carolo III. Auguſto, ſedit annum 1 m. 1.d.22.

Creatus 15. cal. Aprilis. obiit 7. Idus Maii anno 885. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 5.

Stephanus V. Pontifex CXII.

ANNO CHRISTI DCCCLXXXV.

STephanus VI. dictus V. Romanus Baſilicus antea vocatus, Hadriani filius, de regione via lata, Impp. Cæſſ. Carolo III. & Arnulpho Augg. ſedit annos 6.d.14.

Creatus 4. Idus Maii. obiit 8. cal. Iunii anno 891. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 5.

Formoſus Pontifex CXIII.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

FOrmoſus Portuenſis Leonis filius, & Epiſcopus Portuenſis à Ioanne Papa VIII. factus, Imp. Cæſ. Arnulpho Auguſto, ſedit annos 5.m.6. d.18.

Creatus pridie cal. Iunii. obiit 16. cal. Ianuarii, anno 896. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 2.

Formoſus primus omnium Romanorum Pontificum ex Epiſcopo factus Papa.

Digitized by Google

Sergius III. Antipapa XVI.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

Schiſma XIII.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis in ſchiſmate contra formoſum Papam creatus, ſedit dies aliquot. Coactus abdicauit.

Bonifacius VI. Pontifex CXIV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVI.

BOnifacius VI. Hadriani Epiſcopi filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 15.

Creatus 13. Cal Ianuarii. obiit 3. nonas ianuarii, anno 897. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 4.

Stephanus VI. Pontifex CXV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVII.

STephanus VII dictus VI. Ioannis Preſbyteri Cardinalis filius Romanus Epiſcopus Anagninus à Formoſo Papa factus, Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit an. 1. m. 3.

Creatus 6. Idus Ianuarii, obiit 8. Idus Aprilis, anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 3.

Romanus Pontifex CXVI.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

ROmanus Conſtantini filius, Marini Papæ nepos Galleſianus Tuſcus Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit m. 4. d. 23.

Creatus 4. Idus Aprilis, obiit cal. Septembr. anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 8.

Theodorus II. Pontifex CXVII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

THeodorus Iunior II. Photii Filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 20.

Creatus 4. Idus Septembr. obiit 3. cal. Octobris ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 11.

Ioan-

Ioannes IX. Pontifex CXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

IOannes IX. Rampoaldi filius Tiburtinus monachus, Imp. Cæſ. Arnulpho Auguſto, ſedit annos 2. d. 15.

Creatus 5. Idus Octobris obiit 8. cal. Nouembr. anno 900. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 9.

Benedictus IV. Pontifex CXIX.

ANNO CHRISTI DCCCC.

BEnedictus IV. Mammoli filius Romanus, Imp. Cæſ. Ludouico IV. Arnulphi filio Auguſto, ſedit annos 4. menſ. 6. dies 15.

Creatus prid. nonas Nouembris. obiit 15. cal. Iunii an. 905. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 6.

Leo V. Pontifex CXX.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

Schiſma XIV.

LEo V. Ardeatinus, è villa Priapi; Imp. Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſem 1. d. 10.

Creatus 8. cal. Iunii, coactus a Chriſtophoro Preſbyteto abdicauit 5. nonas Iulii, & monachus factus eſt. non vacauit ſedes. obiit autē non longe poſt, & Laterani ſepultus.

Chriſtophorus Pontifex CXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

CHriſtophorus Leonis filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis tt. SS. Laurentii, & Damaſi, Imp. Cæſare Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſes 7.

Creatus V. nonas Iulii, coactus à Preſbytero Cardinale Sergio abdicauit, & monachus factus eſt 3. nonas Februarii anni 906. non longe poſt moriens in monaſterio ſuo ſepultus eſt.

Sergius III. Pontifex CXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCVI.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Imp. Ludouico IV. ſedit an. 7. m. 3. d. 16.

Digitized by Google

Creatus prid. nonas Februarii. obiit 13. cal. Iunii anno 913. Laterani ſepultus. Vacauit ſedes d. 7.

Anaſtaſius III. Pontifex CXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXIII.

ANaſtaſius III. Luciani filius Romanus. Imp. Cæſare Conrado Franco, ſedit annos 2. m. 2. d. 29.

Creatus 6. cal. Iunii. obiit 9. cal. Septembris anno 915. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 2.

Lando Pontifex CXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCXV.

LAndo Tami filius Sabinus, Imperatore Cæſare Conrado Franco, ſedit menſes 4. d. 22.

Creatus 6. cal. Septembris. obiit 16. cal. Februarii anno 916. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 26.

Ioànnes X. Pontifex CXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCXVI.

IOannes X. Ioannis filius Romanus prius Epiſcopus Bononienſis, poſt Archiepiſcopus Rauennas, Impp. Cæſſ. Conrado Franco, & Henrico Aucupe Augg. ſedit an. 14. m. 2. d. 15.

Creatus Idibus Februarii, obiit ſuffocatus ceruicali ſuper os coniecto 5. cal. Maii, anno 930. ſepultus Laterani. non vacauit ſedes.

Ioannes XI. Pontifex CXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCXXX.

IOannes XI. Sergii Papę III. filius nothus Romanus Imp. Cæſ. Henrico Aucupe Saxone Auguſtó, ſedit annos 4. m. 10. d. 15.

Creatus 5. cal. Maii, obiit 3. Idus Martii, anno 935. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes diem 1.

Leo VI. Pontifex CXXVII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

LEo VI. Chriſtophori Primicerii filius Romanus, Imp. Henrico Aucupe Saxone Auguſtò; ſedit m. 6. d. 15.

Creatus

Creatus Idibus Martii, obiit 3. cal. Octobris, anni 935. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

Stephanus VII. Pontifex CXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

STephanus VIII. dictus VII. Tendemundi filius Romanus, Imp. Cæſ. Henrico Aucupe, ſedit ann. 2. m. 1. d. 15.

Creatus 6. Idus Octobris. obiit 8. cal. Decembris, anno 937. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

Leo VII. Pontifex CXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXVII.

LEo VII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Saxone, ſedit annos 2. menſes 6. d. 12.

Creatus 5. cal Decembris obiit 8. Idus Maii, anno 940. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 1.

Stephanus VIII. Pontifex CXXX.

ANNO CHRISTI DCCCCXL.

STephanus IX. dictus VIII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Auguſto, ſedit annos 2. m. 4. d. 15.

Creatus 5. Idus Iunii. obiit 10. cal. Nouembris, anno 942. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

Marinus II. Pontifex CXXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCXLII.

MArinus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 3. m. 6. d. 13.

Creatus 3. nonas Nouembris. obiit Idibus Maii, anno 946. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

Agapetus II. Pontifex CXXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCXLVI.

AGapetus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus 14. cal. Iunii. obiit 5. cal. Ianuarii, anno 955. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes d. 12.

Digitized by Google

Ioannes XII. Pontifex CXXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLV.

IOannes XII Romanus, Octauianus antea vocatus, ex comitibus Tuſculanis, Alberici Romanorum principis, & Conſulis filius de regione via lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Othone, ſedit ann. 8. m. 4. d. 5.

Creatus 4. Idus Ianuarii, anno Domini 963. Idibus Decembris, à concilio Romæ iuſſu Imp. Cæſaris Othonis Auguſti congregato, Pontificatus ei abrogatus eſt, anno eiuſdem 7. menſe 11. dieque 4. non vacauit ſedes, quod eo die à concilio in eius locum factus eſt.

Leo VIII. Pontifex CXXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIII.

LEo VIII. Romanus Ioannis Protoſcriniarii filius, de regione cliui Argentarii, & ipſe Apoſtolicæ ſedis Protoſcriniarius, qui Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Auguſto, ſedit annum 1. m. 3. d. 5.

Creatus in concilio Idib. Decembris Ioanne Papa XII. priuato.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

IOannes XII. iam priuatus hoc anno 16. cal. Februarii Othone Auguſto abſente, & Leone VIII. vrbe fugato Pontificatum Romanum recepit, tenuitq; m. 3. d. 28.

Obiit eodem anno, prid. Idus Maii, & Laterani ſepultus. non vacauit ſedes: nam eo die ab eius factione in ſchiſmate in eius locum contra Papam Leonem VIII. creatus eſt.

Benedictus V. Antipapa XVII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

Schiſma XV.

BEnedictus V. Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, qui ſedit menſem 1. d. 11.

Creatus die obitus Ioannis, prid. nonas Maii. coactus ab Imp. Othone Auguſto abdicauit, eodem anno 8. cal. Iulii,

&in

& in Germaniam in vrbe Hamburgo relegatus, ibidem non longe poſt obiit, atque in cathedrali Hamburgenſi ſepultus eſt.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

LEo VIII. Romanus poſt Benedicti abdicationem ſedit menſ. 8. dies 21. obiit anno 865: 16. calend. Aprilis. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes Romana menſes 6. dies 15.

Ioannes XIII. Pontifex CXXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXV.

IOannes XIII. Ioannis Epiſcopi filius, Romanus, Epiſcopus Narnienſis Imp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit ann. 6. menſ. 11. d. 5.

Creatus 6. Nonas Octobris. obiit 8. Idus Septembris 972. ſepultus in Baſilica S. Pauli Apoſtoli via Oſtienſi. Vacauit ſedes d. 14.

Benedictus V. Pontifex CXXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

Schiſma XVI.

BEnedictus V. Dictus VI. Hildebrandi filius Romanus, Imp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit annum 1. m. 6.

Creatus 12. cal. Octobris. coactus abdicauit 14. cal. Aprilis anno 974. & in mole Hadriani in carcerem coniectus à Cincio iuſſu Bonifacii Papæ VII. ſtrangulatus eſt, ad S. Petrum ſepultus.

Bonifacius VII. Pont. CXXXVII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXIV.

BOnifacius VII. Romanus Franco Ferrutii filius antea vocatus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Othone Auguſto, ſedit annum 1 m. 1. d. 12.

Creatus pridie cal. Aprilis. coactus abdicauit 5. Idus Maii, exactus, relegatus eſt anno 975. Vacauit ſedes

Benedictus VI. Pont. CXXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXV.

BEnedictus VI. dictus VII. Deusdedit filius, ex comitib. Tuſculanis, Romanus, Epiſcopus Sutrinus Imp. Cæſare Othone iuniore Auguſto ſedit annos 9. menſem vnum, dies 12.

Creatus fugato Bonifacio VII. eodem anno 7. cal. Iunii. obiit 6. Idus Iulii, anno 984. ſepultus in titulo S. Crucis in Hieruſalem. Vacauit ſedes dies 5.

Ioannes XIV. Pont. CXXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXIV.

IOannes XIV. Papienſis, Petrus antea vocatus, Epiſcopus Papienſis Imp. Cæſ. Othone iuniore Auguſto ſedit menſ. 8. d. 2.

Creatus Idib. Iulii. exactus Pontificatu à Bonifacio VII. in vrbem reuerſo 17. cal. Aprilis; captusque, atque in carcerem coniectus, non longè poſt mortuus eſt. non vacauit ſedes.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

BOnifacius VII. Romanus, iterum Pontificatum Romanum tenuit Imp. Othone iuniore Auguſto menſ. 4. dies 6.

A die abrogationis Ioannis Papæ XIV. videlicet 17. cal. Aprilis, vſque ad 12. calend. Auguſti eius anni, in quo mortuus eſt, & Laterani ſepultus. Vacauit eo mortuo Romana ſedes dies 10.

Ioannes XV. Pontifex CXL.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

IOannes XV. Romanus Leonis Preſbyteri Cardinalis filius de vico Gallinæ Albæ, Imp. Cæſare Othone III. Auguſto ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus cal. Auguſti. obiit anno 995. 6. Idus Martii; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 7.

Ioan-

Ioannes XVI. Pontifex CXLI.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

IOannes XVI. Roberti filius Romanus Imp. Cæſ. Othone tertio Saxone Auguſto, ſedit m. 3.

Creatus 15. cal. April. obiit 15. cal. Iulii; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 6.

Gregorius V. Pontifex CXLII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

GRegorius V. ex vrbe Wangia, ſaxo, Germanus, Bruno antea vocatus, Othonis filius, & Imp. Othonis affinis, ac capellanus, Imp. Cæſare Othone III. Auguſto, ſedit annos 2. m. 7. d. 25.

Creatus Rauennæ 8. cal. Iulii, conſecratus Romæ. obiit 12 cal. Martii anno 998. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes menſ. 8. d. 10.

Ioannes Antipapa XVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVI.

Schiſma XVII.

IOannes XVII. Græcus, Epiſcopus Placentinus, creatus in ſchiſmate contra Gregorium V. à factione Creſcentii Nomentani Conſulis Romani, ſedit m. 10.

Pontificatu ab Imp. Cæſ. Othone III. Auguſto coactus abdicauit, & in Germaniam relegatus eſt.

Huius, quoniam vi, & contra canones Romanum Pontificatum inuaſit, in nominis numero ratio non eſt habita à trib. Pontificib proximè ſuccedentib. qui Ioannis nomen habuerè, neć in numero Rom. Pontificum receptus eſt.

Sylueſter II. Pontifex CXLIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVIII.

SYlueſter iunior II. Aquitanus Gallus, Gerebertus antea vocatus, Monachus Floriacenſis cœnobii in Galliis, primo Archiepiſcopus Remenſis, poſt Rauennas, Imper. Cæſ. Othone III ſedit an. 4. m. 6. d. 12.

Digitized by Google

Creatus calend. Nouembris. obiit 4. Idus Maii anno 1003. Indictione prima; ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 23.

Ioannes XVII. Pontifex CXLIV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVII. Sicco antea vocatus, Romanus, ignobilis de vico Biberatica, Imp. Cęſ. Henrico II Auguſto, ſedit menſes 5. d. 16.

Creatus Nonis Iunii, obiit pridie cal. Nouembris, anno 1003. ſepultus in eccleſia S. Sabæ de cella nona in Auentino. Vacauit ſedes dies 19.

Ioannes XVIII. Pont. CXLV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVIII. Romanus, Phaſanus ante vocatus, de vico portę Methodii, Imper. Cæſare Henrico II. iuniore Auguſto, ſedit an. 5. m. 7. d 5.

Creatus 14. cal. Ianuarii. obiit 12. cal. Auguſti; an. 1009. ſepultus in Baſilica Lateranenſi. Vacauit ſedes dies 30.

Sergius IV. Pont. CXLVI.

ANNO CHRISTI MIX.

SErgius IV. Petrus Martini filius ante vocatus, Romanus, Imp. Henrico II. Aug. ſedit annos duos, menſes 9. dies 12.

Creatus 12. cal. Septembr. obiit cal. Iunii anno 1012. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 8.

Benedictus VII. Pont. CXLVII.

ANNO CHRISTI MXII.

BEnedictus VII. dictus VIII. Romanus, Gregorii filius, ex comitibus Tuſculanis, S.R.E. Preſbyter Cardinalis Imp. Cæſ. Henrico II. Aug. ſedit an. 11. m. 10. d. 21.

Creatus 4. Idus Iunii. obiit prid. cal. Maii, anno 1024. ſepultus ad S. Petrum. non vacauit ſedes.

ANNO

ANNO CHRISTI DXII.

Schiſma XVIII.

Inter Benedictum VII. & alium quendam preſbyterum, cuius nomen nunquam inuenire potui, factione quorundam nobilium contra Benedictum creatum, qui non longè poſt vrbe exactus eſt.

Ioannes XIX. Pont. CXLVIII.

ANNO CHRISTI MXXIV.

IOannes XIX. Gregorii filius, & Benedicti VII. frater, Romanus, ex comitibus Tuſculanis, S.R.E. Cardinalis Epiſcopus Portuenſis. Imp. Cæſ. Conrado iuniore Saliquo Auguſto, ſedit an. 8. m. 7. d. 9.

Creatus pridie cal. Maii. obiit 6. Idus Decemb. an. 1032. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

Benedictus VIII. Pont. CXLIX.

ANNO CHRISTI MXXXII.

BEnedictus VIII. dictus IX. Romanus, Theophylactus Alberici filius antea vocatus, Benedicti VII. & Ioannis XIX. nepos, ex comitibus Tuſculanis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Conrado II. & Henrico III. Augg. ſedit an. 12. m. 4. d. 20.

Creatus 3 Idus Decembris. exactus Pontificatu 13. cal. Februarii anno 1045. in eius locum factus eſt ab aduerſa factione,

Syluester III. Antipapa XIX.

ANNO CHRISTI MXLV.

Schiſma XIX.

SYlueſter III. Roman. Ioannes ante vocatus, S.R.E. Epiſcopus Cardinalis Sabinus, qui in ſchiſmate contra Benedictum VIII. ſedit menſem 1. d. 19.

Creatus 13. cal. Februar. exactus Pontificatu à Benedicto VIII. 5. Idus Martii, & in eius locum iterum Pontificatum Romanum obtinuit ipſe.

Sergius III. Antipapa XVI.

ANNO CHRISTI DCCCXCI.

Schiſma XIII.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis in ſchiſmate contra formoſum Papam creatus, ſedit dies aliquot. Coactus abdicauit.

Bonifacius VI. Pontifex CXIV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVI.

BOnifacius VI. Hadriani Epiſcopi filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 15.

Creatus 13. Cal Ianuarii. obiit 3. nonas Ianuarii, anno 897. Sepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 4.

Stephanus VI. Pontifex CXV.

ANNO CHRISTI DCCCXCVII.

STephanus VII dictus VI. Ioannis Preſbyteri Cardinalis filius Romanus Epiſcopus Anagninus à Formoſo Papa factus, Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit an. 1. m. 3.

Creatus 6. Idus Ianuarii, obiit 8. Idus Aprilis, anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 3.

Romanus Pontifex CXVI.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

ROmanus Conſtantini filius, Marini Papæ nepos Galleſianus Tuſcus Imp. Cæſ. Arnulpho Aug. ſedit m. 4. d. 23.

Creatus 4. Idus Aprilis, obiit cal. Septembr. anno 898. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 8.

Theodorus II. Pontifex CXVII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

THeodorus Iunior II. Photii Filius Romanus, Imp. Cæſare Arnulpho Auguſto, ſedit dies 20.

Creatus 4. Idus Septembr. obiit 3. cal. Octobris ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 11.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes IX. Pontifex CXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCXCVIII.

IOannes IX. Rampoaldi filius Tiburtinus monachus, Imp. Cæſ. Arnulpho Auguſto, ſedit annos 2. d.15.

Creatus 5. Idus Octobris obiit 8. cal. Nouembr. anno 900. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 9.

Benedictus IV. Pontifex CXIX.

ANNO CHRISTI DCCCC.

BEnedictus IV. Mammoli filius Romanus, Imp. Cæſ. Ludouico IV. Arnulphi filio Auguſto, ſedit annos 4. menſ. 6. dies 15.

Creatus prid. nonas Nouembris. obiit 15. cal. Iunii an. 905. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 6.

Leo V. Pontifex CXX.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

Schiſma XIV.

LEo V. Ardeatinus, è villa Priapi; Imp. Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſem 1. d. 10.

Creatus 8. cal. Iunii, coactus à Chriſtophoro Preſbyteto abdicauit 5. nonas Iulii, & monachus factus eſt. non vacauit ſedes. obiit autẽ non longe poſt, & Laterani ſepultus.

Chriſtophorus Pontifex CXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCV.

CHriſtophorus Leonis filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis tt. SS. Laurentii, & Damaſi, Imp. Cæſare Ludouico IV. Auguſto, ſedit menſes 7.

Creatus V. nonas Iulii, coactus à Preſbytero Cardinale Sergio abdicauit, & monachus factus eſt 3. nonas Februarii anni 906. non longe poſt moriens in monaſterio ſuo ſepultus eſt.

Sergius III. Pontifex CXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCVI.

SErgius III. Benedicti filius Romanus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis, Imp. Ludouico IV. ſedit an. 7. m. 3. d. 16.

Digitized by Google

Creatus prid. nonas Februarii. obiit 13. cal. Iunii anno 913. Laterani ſepultus. Vacauit ſedes d. 7.

Anaſtaſius III. Pontifex CXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXIII.

ANaſtaſius III. Luciani filius Romanus, Imp. Cæſare Conrado Franco, ſedit annos 2. m. 1. d. 19.

Creatus 6. cal. Iunii. obiit 9. cal. Septembris anno 915. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 2.

Lando Pontifex CXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCXV.

LAndo Tami filius Sabinus, Imperatore Cæſare Conrado Franco, ſedit menſes 4. d. 22.

Creatus 6. cal. Septembris. obiit 16. cal. Februarij anno 916. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 26.

Ioannes X. Pontifex CXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCXVI.

IOannes X. Ioannis filius Romanus prius Epiſcopus Bononienſis, poſt Archiepiſcopus Rauennas, Impp. Cæſſ. Conrado Franco, & Henrico Aucupe Augg. ſedit an. 14. m. 2. d. 15.

Creatus Idibus Februarii, obiit ſuffocatus ceruicali ſuper os coniecto 5. cal. Maii, anno 930. ſepultus Laterani. non vacauit ſedes.

Ioannes XI. Pontifex CXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCXXX.

IOannes XI. Sergii Papę III. filius nothus Romanus Imp. Cæſ. Henrico Aucupe Saxone Auguſtó, ſedit annos 4. m. 10. d. 15.

Creatus 5. cal. Maii, obiit 3. Idus Martii, anno 935. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes diem 1.

Leo VI. Pontifex CXXVII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

LEo VI. Chriſtophori Primicerii filius Romanus, Imp. Henrico Aucupe Saxone Auguſtó; ſedit m. 6. d. 15.

Creatus

Creatus Idibus Martii, obiit 3. cal. Octobris, anni 935. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

Stephanus VII. Pontifex CXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXV.

STephanus VIII. dictus VII. Tendemundi filius Romanus, Imp. Cæſ. Henrico Aucupe, ſedit ann. 2. m. 1. d. 15.

Creatus 6. Idus Octobris. obiit 8. cal. Decembris, anno 937. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

Leo VII. Pontifex CXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCXXXVII.

LEo VII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Saxone, ſedit annos 2. menſes 6. d. 12.

Creatus 5. cal Decembris obiit 8. Idus Maii, anno 940. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes m. 1.

Stephanus VIII. Pontifex CXXX.

ANNO CHRISTI DCCCCXL.

STephanus IX. dictus VIII. Romanus, Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Auguſto, ſedit annos 2. m. 4. d. 15.

Creatus 5. Idus Iunii. obiit 10. cal. Nouembris, anno 942. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes d. 10.

Marinus II. Pontifex CXXXI.

ANNO CHRISTI DCCCCXLII.

MArinus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 3. m. 6. d. 13.

Creatus 3. nonas Nouembris. obiit Idibus Maii, anno 946. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 3.

Agapetus II. Pontifex CXXXII.

ANNO CHRISTI DCCCCXLVI.

AGapetus II. iunior Romanus, Imp. Othone ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus 14. cal. Iunii. obiit 5. cal. Ianuarii, anno 955. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes d. 12.

Digitized by Google

Ioannes XII. Pontifex CXXXIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLV.

IOannes XII Romanus, Octauianus antea vocatus, ex comitibus Tuſculanis, Alberici Romanorum principis, & Conſulis filius de regione via lata, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Othone, ſedit ann. 8. m. 4. d. 5.

Creatus 4. Idus Ianuarii, anno Domini 963. Idibus Decembris, à concilio Romæ iuſſu Imp. Cæſaris Othonis Augusti congregato, Pontificatus ei abrogatus eſt, anno eiuſdem 7. menſe 11. dieque 4. non vacauit ſedes, quod eo die à concilio in eius locum factus eſt.

Leo VIII. Pontifex CXXXIV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIII.

LEo VIII. Romanus Ioannis Protoſcriniarii filius, de regione cliui Argentatii, & ipſe Apoſtolicæ ſedis Protoſcriniarius, qui Imp. Cæſ. Othone Magno Saxone Auguſto, ſedit annum 1. m. 3. d. 5.

Creatus in concilio Idib. Decembris Ioanne Papa XII. priuato.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

IOannes XII. iam priuatus hoc anno 16. cal. Februarii Othone Auguſto abſente, & Leone VIII. vrbe fugato Pontificatum Romanum recepit, tenuitq; m. 3. d. 28.

Obiit eodem anno, prid. Idus Maii, & Laterani ſepultus. non vacauit ſedes: nam eo die ab eius factione in ſchiſmate in eius locum contra Papam Leonem VIII. creatus eſt.

Benedictus V. Antipapa XVII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

Schiſma XV.

BEnedictus V. Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, qui ſedit menſem 1. d. 11.

Creatus die obitus Ioannis, prid. nonas Maii. coactus ab Imp. Othone Auguſto abdicauit, eodem anno 8. cal. Iulii, & in

Digitized by Google

& in Germaniam in vrbe Hamburgo relegatus, ibidem non longe poſt obiit, atque in cathedrali Hamburgenſi ſe- pultus eſt.

ANNO CHRISTI DCCCCLXIV.

[L]Eo VIII. Romanus poſt Benedicti abdicationem ſedit menſ. 8. dies 21. obiit anno 865. 16. calend. Aprilis. ſe- pultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes Romana menſes 6. [di]es 15.

Ioannes XIII. Pontifex CXXXV.

ANNO CHRISTI DCCCCLXV.

[I]oannes XIII. Ioannis Epiſcopi filius, Romanus, Epiſco- [p]us Narnienſis Imp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit ann. 6. [me]nſ. 11. d. 5.

[C]reatus 6. Nonas Octobris. obiit 8. Idus Septembris [9]72. ſepultus in Baſilica S. Pauli Apoſtoli via Oſtienſi. [Vac]auit ſedes d. 14.

Benedictus V. Pontifex CXXXVI.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXII.

Schiſma XVI.

[Be]nedictus V. Dictus VI. Hildebrandi filius Romanus, [I]mp. Cæſ. Othone Auguſto ſedit annum 1. m. 6. [Cr]eatus 12. cal. Octobris. coactus abdicauit 14. cal. Apri- [lis an]no 974. & in mole Hadriani in carcerem coniectus [] à Cincio iuſſu Bonifacii Papæ VII. ſtrangulatus eſt; [ad S]. Petrum ſepultus.

Bonifacius VII. Pont. CXXXVII.

[A]NNO CHRISTI DCCCCLXXIV.

[Bo]nifacius VII. Romanus Franco Ferrutii filius antea [voc]atus, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Imp. Cæſ. Otho- [n]e Auguſto, ſedit annum 1 m. 1. d. 12. [Creat]us pridie cal. Aprilis. coactus abdicauit 5. Idus Maii, exactus, relegatus eſt anno 975. Vacauit ſedes

Benedictus VI. Pont. CXXXVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXV.

BEnedictus VI. dictus VII. Deusdedit filius, ex comitib. Tuſculanis, Romanus, Epiſcopus Sutrinus Imp. Cæſare Othone iuniore Auguſto ſedit annos 9. menſem vnum, dies 12.

Creatus fugato Bonifacio VII. eodem anno 7. cal. Iunii. obiit 6. Idus Iulii, anno 984. ſepultus in titulo S. Crucis in Hieruſalem. Vacauit ſedes dies 5.

Ioannes XIV. Pont. CXXXIX.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXIV.

IOannes XIV. Papienſis, Petrus antea vocatus, Epiſcopus Papienſis Imp. Cæſ. Othone iuniore Auguſto ſedit menſ. 8. d. 2.

Creatus Idib. Iulii. exactus Pontificatu à Bonifacio VII. in vrbem reuerſo 17. cal. Aprilis; captuſque, atque in carcerem coniectus, non longè poſt mortuus eſt. non vacauit ſedes.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

BOnifacius VII. Romanus, iterum Pontificatum Romanum tenuit Imp. Othone iuniore Auguſto menſ. 4. dies 6.

A die abrogationis Ioannis Papæ XIV. videlicet 17. cal. Aprilis, vſque ad 12. calend. Auguſti eius anni, in quo mortuus eſt, & Laterani ſepultus. Vacauit eo mortuo Romana ſedes dies 10.

Ioannes XV. Pontifex CXL.

ANNO CHRISTI DCCCCLXXXV.

IOannes XV. Romanus Leonis Preſbyteri Cardinalis filius de vico Gallinæ Albæ, Imp. Cæſare Othone III. Auguſto ſedit an. 9. m. 7. d. 10.

Creatus cal. Auguſti. obiit anno 995. 6. Idus Martii, ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 7.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes XVI. Pontifex CXLI.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

JOannes XVI. Roberti filius Romanus Imp. Cæſ. Othone tertio Saxone Auguſto, ſedit m. 3.

Creatus 15. cal. April. obiit 15. cal. Iulii; ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 6.

Gregorius V. Pontifex CXLII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCV.

GRegorius V. ex vrbe Wangia, ſaxo, Germanus, Bruno antea vocatus, Othonis filius, & Imp. Othonis affinis, ac capellanus, Imp. Cæſare Othone III. Auguſto, ſedit annos 2. m. 7. d. 25.

Creatus Rauennæ 8. cal. Iulii, conſecratus Romæ. obiit 12 cal. Martii anno 998. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes menſ. 8. d. 10.

Ioannes Antipapa XVIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVI.

Schiſma XVII.

IOannes XVII. Græcus, Epiſcopus Placentinus, creatus in ſchiſmate contra Gregorium V. à factione Creſcentii Nomentani Conſulis Romani, ſedit m. 10.

Pontificatu ab Imp. Cæſ. Othone III. Auguſto coactus abdicauit, & in Germaniam relegatus eſt.

Huius, quoniam vi, & contra canones Romanum Pontificatum inuaſit, in nominis numero ratio non eſt habita à trib. Pontificib. proximè ſuccedentib. qui Ioannis nomen habuere, neć in numero Rom. Pontificum receptus eſt.

Sylueſter II. Pontifex CXLIII.

ANNO CHRISTI DCCCCXCVIII.

SYlueſter iunior II. Aquitanus Gallus, Gerebertus antea vocatus, Monachus Floriacenſis cœnobii in Galliis, primo Archiepiſcopus Remenſis, poſt Rauennas, Imper. Cæſ. Othone III ſedit an. 4. m. 6. d. 12.

Digitized by Google

Creatus calend. Nouembris. obiit 4. Idus Maii anno 1003. Indictione prima; ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 23.

Ioannes XVII. Pontifex CXLIV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVII. Sicco antea vocatus, Romanus, ignobilis de vico Biberatica, Imp. Cęſ. Henrico II Auguſto, ſedit menſes 5. d. 16.

Creatus Nonis Iunii, obiit pridie cal. Nouembris, anno 1003. ſepultus in eccleſia S. Sabæ de cella nona in Auentino. Vacauit ſedes dies 19.

Ioannes XVIII Pont. CXLV.

ANNO CHRISTI MIII.

IOannes XVIII. Romanus, Phaſanus ante vocatus, de vico portę Methodii, Imper. Cæſare Henrico II. iuniore Auguſto, ſedit an. 5. m. 7. d. 4.

Creatus 14. cal. Ianuarii. obiit 12. cal. Auguſti; an. 1009. ſepultus in Baſilica Lateranenſi. Vacauit ſedes dies 30.

Sergius IV. Pont. CXLVI.

ANNO CHRISTI MIX.

SErgius IV. Petrus Martini filius ante vocatus, Romanus, Imp. Henrico II. Aug. ſedit annos duos, menſes 9. dies 12.

Creatus 12. cal. Septembr. obiit cal. Iunii anno 1012. ſepultus Laterani. Vacauit ſedes dies 8.

Benedictus VII. Pont. CXLVII.

ANNO CHRISTI MXII.

BEnedictus VII. dictus VIII. Romanus, Gregorii filius, ex comitibus Tuſculanis, S. R. E. Preſbyter Cardinalis Imp. Cæſ Henrico II. Aug. ſedit an. 11. m. 10. d. 21.

Creatus 4. Idus Iunii. obiit prid. cal. Maii, anno 1024. ſepultus ad S. Petrum. non vacauit ſedes.

ANNO

ANNO CHRISTI DXII.

Schiſma XVIII.

Inter Benedictum VII. & alium quendam preſbyterum, cuius nomen nunquam inuenire potui, factione quorundam nobilium contra Benedictum creatum, qui non longè poſt vrbe exactus eſt.

Ioannes XIX. Pont. CXLVIII.

ANNO CHRISTI MXXIV.

IOannes XIX. Gregorii filius, & Benedicti VII. frater, Romanus, ex comitibus Tuſculanis, S.R.E. Cardinalis Epiſcopus Portuenſis. Imp. Cæſ. Conrado iuniore Saliquo Auguſto, ſedit an. 8. m. 7. d. 9.

Creatus pridie cal. Maii. obiit 6. Idus Decemb. an. 1032. ſepultus ad S. Petrum. Vacauit ſedes dies 2.

Benedictus VIII. Pont. CXLIX.

ANNO CHRISTI MXXXII.

BEnedictus VIII. dictus IX. Romanus, Theophylactus Alberici filius antea vocatus, Benedicti VII. & Ioannis XIX. nepos, ex comitibus Tuſculanis, S. R. E. Diaconus Cardinalis, Impp. Cæſſ. Conrado II. & Henrico III. Augg. ſedit an. 12. m. 4. d. 20.

Creatus 3 Idus Decembris. exactus Pontificatu 13. cal. Februarii anno 1045. in eius locum factus eſt ab aduerſa factione,

Syluester III. Antipapa XIX.

ANNO CHRISTI MXLV.

Schiſma XIX.

SYlueſter III. Roman. Ioannes ante vocatus, S.R.E. Epiſcopus Cardinalis Sabinus, qui in ſchiſmate contra Benedictum VIII. ſedit menſem 1. d. 19.

Creatus 13. cal. Februar. exactus Pontificatu à Benedicto VIII. 5. Idus Martii, & in eius locum iterum Pontificatum Romanum obtinuit ipſe.

Digitized by Google

ANNO CHRISTI MXLV.

BEnedictus VIII. qui cum Ioanne alio, quem XX. appellabat, iterum ſedit in ſchiſmate contra Syluestrum menſ. 1. d. 21.

A die 6. Idus Martii ad Calen. Maii anni 1045. quo die, quum ipſe, & Ioannes XX. ſponte abdicaſſent, tertius ſuffectus eſt Gregorius VI.

Ioannes XX. Antipapa XX.

ANNO CHRISTI MXLV.

IOannes XX. Romanus, vna cum Benedicto VIII. in ſchiſmate contra Syluestrum III. ſedit m. 1. d. 21.

A die 6. Idus Martii, ad Cal. Maii, in quo quum abdicaſſet ipſe, & Benedictus IV. factus, eſt in vtriuſque locum tertius Papa videlicet.

Gregorius VI. Pontifex CL.

ANNO CHRISTI MXLV.

GRegorius VI. Romanus, Ioannes Gratianus antea appellatus, S. R. E. Archipreſbyter S. Ioannis ante portam Latinam, qui Imp. Cæſare Henrico III. Auguſto, ſedit annum 1. m. 7. d. 21.

Creatus Calend. Maii, coactus in concilio Sutri ab Imp. Henrico III. congregato abdicauit, 12. Cal. Ianuarii, anni 1046. & Cluniacum in Galliis relegatus. ibidem non longè poſt obiit.

Schiſma XIX. in Romana Eccleſia.

Inter hos quatuor Pontifices; in quo omnibus Pontificatu abrogatis, in ſynodo Sutrina Pontifex Maximus Imp. Cæſaris Henrici III. Auguſti auctoritate factus eſt,

Clemens Papa II. natione Saxo, Germanus.

CAN-

CANDIDO LECTORI S.

TErtia hæc eſt Romanorum Pontificum pars, cui ob ſuperius relatas rationes iure optimo Clemens Papa II. initium dedit. hinc enim deinceps librorum, & auctorum copia, clariora, & illuſtriora omnia erunt. hinc Cardinalium perpetua ſeries haberi incipit. hinc maieſtas Pontificia aſſeri cœpta. hinc deniq; ex temporum tenebris egreſſi, paulatim in apertiſſimam lucem prodibimus. hanc autem partem in plures quoq; diuidi partes neceſſe fuit: primo enim loco id temporis interuallum ponam, quod inter Clementem II. & Gelaſium II. eſt; quod hæc tempora, ſi inferiorum rationem habere voluerimus, paulo obſcuriora ſint, neque præſertim quantum ad Cardinalium indicem attinet, multum clara. non enim omnia eorum nomina ſuperſunt; & ea, quorum cognitionem habemus ratione quadam indiſtincta ſub ſingulis Pontificibus non per ſuas ſigillatim creationes adpoſui. item Cardinales viuentes, quando iſti Romani Pontifices creati ſunt, vel qui eorum comitiis interfuerunt, mihi per hæc tempora deſunt. quæ omnia, quum ſub Gelaſii II. Pontificis Maximi Pontificatu haberi, & cognoſci incipiant, ideo vſque ad id tempus hanc perduci debere partem, conueniens viſum fuit. quæ annos continet plus minus LXXI.

Digitized by Google

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

ROMANORVM PONTIFICVM PARS TERTIA.

Clemens II. Pont. CLI.

ANNO CHRISTI MXLVI.

CLEMENS II. Pontifex Maximus, Suidigerus antea vocatus, natione Germanus, prouincia Saxonia, Imper. Cæſaris Henrici III. Auguſti capellanus, qui tribus Pontificibus ſchiſmaticis ab Imper. Henrico III. abdicare coacti, ex Epiſcopo Bambergenſi Romanus Pontifex Sutri in ſynodo 12. calen. Ianuarii anni Domini 1047. renunciatus Romam veniens 8. cal. Ianuarii videlicet, die Natalis Domini conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico III. Auguſto menſes 9. & dies 19.

Obiit verò Romæ anno Domini 1047. 7. Idus Octobr. cuius cadauer Bambergam ad priorem ſuum Epiſcopatum tranſlatum, in cathedrali eccleſia ſepultū eſt. Vacauit ſedes menſes 9. & dies 7.

Damaſus II. Pontifex CLII.

ANNO CHRISTI MXLVII.

DAmaſus II. Pontifex Maximus, Poppo antea vocatus, cognomento Bagnarius, natione Germanus, prouincia

çia Bauaria, & Epiſcopo Bricinenſi in Noricis, ex auctoritate Imp. Cæſ. Henrici III. Auguſti Romanus Pontifex in locum Papæ Clementis II. anno Domini 1047. creatus eſt. qui Romam veniens 16. calen. Auguſti conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Henrico III. Auguſto dies tantum 23.

Nam quum poſt conſecrationem ſuam Præneſte vitandi caloris Vrbani cauſſa profectus fuiſſet, ibidem 6. Idus Auguſti deceſſit, cuius cadauer Romam relatum, in baſilica S. Laurentii extra muros ſepultum eſt. Vacauit eo mortuo Romana ſedes menſ. 6. & dies 14.

Leo IX. Pont. CLIII.

ANNO CHRISTI MXLIX.

LEo Papa IX. Bruno antea vocatus, natione Germanus, prouincia Alſatia, patrem habuit Hugonem virum nobiliſſimum, ex Regio comitum Dagſpurgi aliàs Egghiſeim genere ortum. hic ex Epiſcopo Tullenſi in Leucis anno Domini 1049. ex auctoritate Imp. Henrici III. Auguſti Romanus Pontifex renunciatus Romam veniens, pridie Idus Februarii, Dominica prima Quadrageſimæ, indictione ſecunda, conſecrationis munus, & coronationis inſignia iuxta baſilicam S. Petri ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imper. Cæſare Henrico III. Auguſto annos 5. menſes duos, & dies octo.

Cardinales XIV. creati à Papa Leone IX.

Leo Papa IX. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus eorum ſubiiciemus nomina, quorum memoriam ex tanta veterum illorum temporum obſcuritate inuenire, & in lucem edere potuimus.

Epiſcopi Cardinales IV.

Domnus Vbertus Monachus Tullenſis in Leucis, Francus Gallus, Epiſcopus Cardinalis Syluæ candidæ, aliàs SS. Virginum Rufinæ, & Secundæ.

Ioannes Minclus Guidonis filius Romanus ex comitibus Tuſculanis Epiſcopus Cardinalis Veliternus.

Bonifacius Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Petrus Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Preſbyteri Cardinales VI.

Hugo Blancus, aliàs Candidus Tridentinus Preſbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Domnus Stephanus monachus, & Abbas SS. Andreæ, & Gregorii in diuo Scauri de vrbe Preſbyter Cardinalis tituli ſanct.

Ioannes Archipreſbyter S. Petri de Vrbe, S.R.E. Preſbyter Cardinalis.

Leo Preſbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in Lucina; poſt, S.R.E. Archipreſbyter.

Domnus Mainardus Campanus monachus Caſſinas Preſbyter Cardinalis.

Domnus Stephanus monachus Caſſinas Preſbyter Cardinalis.

Diaconi Cardinales IV.

Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius, Lotharingus Gallus, ex canonico eccleſiæ S. Lamberti, S.R.E. Archidiaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica & S. R.E. Bibliothecarius, ac Cancellarius.

Domnus Dauferius, qui & Deſiderius Beneuentani Principis filius Beneuentanus Samnis monachus congregationis S. Trinitatis Canenſis, S.R.E. Diaconus Card.

Aribo Primiſcrinius, S.R.E. Diaconus Cardinalis.

Mancius Diaconus Cardinalis, poſt, S.R.E. Archidiacon.

Leo igitur Papa IX. aliquot ordinationibus, multos Cardinales creauit, ex quib. XIV. nomina reperta videlicet Epiſcoporum IV. Preſbyterorum VI. & Diaconorum IV.

Bibliothecarii, & Cancellarii ſub Papa Leone IX.

Petrus Diaconus Cardinalis Bibliothecarius, & Cancellarius S. Apoſtolicæ ſedis, anno primo Papæ Leonis IX.

Frideri-

Fridericus Lotharingus Gallus, poſt Petrum S. Apoſt. ſedis Bibliothecarius, & Cancellarius ab anno ſecundo ad finem Pontificatus.

Anno Domini 1054. 13. Cal. Maii, obiit Papa Leo IX. Romæ, Cadauer ibidem ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſ. 11. & dies 28.

Victor II. Pont. CLIV.

ANNO CHRISTI MLV.

Victor Papa II. Gebehardus ante vocatus, natione Germanus, prouincia Sueuia, Laureaci ex comitibus Calbenſib. ortus, Ardwigi comitis, & Bitzelæ filius, Imp. Henrici III. propinquus fuit. ex cuius auctoritate, quum eſſet Epiſcopus Eiſtatenſis, & eiuſdem conſiliarius Pontifex Romanus creatus, Romæ idib. Aprilis anni Domini 1055. ab Epiſcopis Cardinalibus conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem Imp. Cæſ. Henrico III. annos 2. menſes 3. & dies 16.

Preſbyter Card. creatus à Victore Papa II.

Anno Domini 1057. Pontificatus anno 3. menſe Iunio, ſabbato 4. temporum Pentecoſtes Florentiæ in Tuſcia.

Domnus Fridericus Gozzelonis Ducis Lotharingiæ filius Lotharingus Gallus, monachus Caſſinas paulò ante factus, atque à monachis eius monaſterii Abbas Caſſinenſis electus, & Archidiacono, S.R.E. à Victore Papa II Preſbyter Cardinalis tituli S. Chryſogoni creatus, & Abbas Caſſinenſis conſecratus eſt.

Fridericus Lotharingus, S. R. E. Archidiaconus, Bibliothecarius, & Cancellarius S. Apoſtolicæ ſedis; & eo abſente,

Domnus Hildebrandus, S.R.E. Card. ſubdiac. }
Domnus Vbert. Tullenſ. Epiſc. Card ſyl. cand. } pro Cancellario S. R. E
Aribo, S.R.E. Diaconus Card. & primiſcrinius }

Digitized by Google

Anno Domini 1057. 5. cal. Auguſti, Florentiæ in Tuſcia obiit Victor Papa II. ſepultus ibidem in eccleſia cathedrali. Vacauit ſedes dies 4.

Stephanus IX. Pontifex CLV.

ANNO CHRISTI MLVII.

STephanus Papa X. dictus IX. Fridericus antea appellatus, natione Gallus prouincia Lotharingia, regio Francorum regum genere oriundus, patrem habuit Gozzelonem Ducem Lotharingię, fratrem verò Gothefridum magnum, & in Italia potentiſſimum ducem, Mithildiſque comitiſſę maritum, habuit. qui Papæ Leonis IX. Archidiaconus fuerat. mortuo verò Victore II. ex Abbate Caſſinenſe, & S.R.E. Preſbytero Cardinale tt. S. Chryſogoni, Bibliothecario, & Cancellario, anno Domini 1057. 4. Nonas Auguſti, in eius locum, Pontifex Maximus renunciatus, die ſequenti, conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Henrico IV. nobiliſſimo puero, menſes 7. & dies 28.

Cardinalis creatus à Stephano Papa IX.

Anno Domini 1058. menſe Martio, Sabbato 4. temporum Quadrageſimæ Papa Stephanus X. Romæ Cardinalem vnum creauit, qui fuit,

Domnus Petrus de Honeſtis Damiani filius, cognomento Peccator, nobilis Rauenna, Eremita Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

Papa Stephanus ſine Cancellario vel Bibliothecario fuit, ſed

Domnus Vbertus Epiſcop. Card. Syluæ Cand.	pro Cancellario fuere.
D. Hildebrandus, S.R.E. Card. Subdiaconus	
Aribo Diac. Card. & S.R.E. Primiſcrinius	

Anno Domini 1058. 4. cal. Aprilis Florentiæ obiit Papa Stephanus, ibidemq; in cathedrali eccleſia ſepultus. Vacauit ſedes dies 13.

Benedi-

Digitized by Google

Benedictus IX. Antipapa XXI.

ANNO CHRISTI MLVIII.

Schiſma XX.

BEnedictus Papa IX. dictus X. Ioannes Mincius antea vocatus Guidonis filius, nobili comitum Tuſculanorũ genere Romæ oriundus, ex Epiſcopo Cardinale Veliterno a Leone Papa IX. creato, mortuo Papa Stephano, à Romanis proceribus laicis propinquis ſuis præter canones, & contra Cardinalium voluntatem Pontifex Maximus renunciatus, pridie Idus Aprilis anni 1058. conſecratus & coronatus eſt. ſedit Imp. Cæſ. Henrico IV. menſes nouem, dieſque 20.

Coactus à Cardinalibus & Nicolao Papa II. contra eum Senis in Tuſcia facto, Duce quoq; Goteſrido opem ferente, abdicauit prid. cal. Februarii anni Domini 1059. & non longe poſt moriens ad Sanctam Mariam Maiorem ſepultus eſt.

Hunc quod legitimis ſuffragiis renunciatus Pontifex nõ fuerit, ex albo Pontificum Romanorum quidam prorſus ammouent, menſeſq; 10. & dies :. ſedẽ vacaſſe ſcribunt. quo ille tempore Pontificatum Romanum inuaſit. huic ſententiæ & nos ſubſcribimus, quare in ſequentibus pontificibus, qui Benedicti nomen habuerunt, in numerandi ratione huius rationem non habebimus, ſicut nec Benedicti illius, quem omnes quintum appellant, habuimus.

Nicolaus II. Pontifex CLVI.

ANNO CHRISTI MLIX.

NIcolaus Papa II. Gerardus cognomine Burgundio antea appellatus, natione Allobrox; ex Epiſc. Florentino, Senis in Tuſcia omnium Cardinalium ſuffragiis in ſchiſmate contra Benedictum Papam IX. ſedis Apoſtolicæ inuaſorem pridie cal. Ianuarii anni 1059. Pontifex Maximus renunciatus eſt, eodem Benedicto prius abrogato, qui Romam cum Cardinalibus veniens auxilio Ducis Gote-

fridi, Stephani Papæ X. fratris, pulſo atque abdicare coacto Benedicto IX. menſe Ianuario conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit verò in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico IV. annos 2. m. 6. & d. 1.

Cardinales IV. creati à Nicolao Papa IV.

Anno Domini 1059. Pontificatus primo, menſe Martio ſabbato 4. temporum Quadrageſimæ, Auximi in Piceno Papa Nicolaus II. hos creauit cardinales, qui fuerunt,

Ioannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.

Ioannes Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Domnus Deſyderius Beneuentanus Samnis monachus, & electus Abbas Caſſinenſis, ex Diacono Leonis Papæ IX. Preſbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, & Abbas Caſſinenſis conſecratus eſt.

Domnus Hildebrandus Bonicii filius Soanenſis Tuſcus Monachus, & olim Prior Cluniacenſis ex Abbate S. Pauli extra vrbem via Oſtienſi, & S.R.E. Cardinale ſubdiacono, & œconomo, Apoſtolicæ ſedis Archidiaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica factus.

Domnus Oderiſius ex comitibus Marſorum Campanus, Oderiſii Comitis filius, Monachus Caſſinas, Diaconus Cardinalis, poſt Abbas Caſſinenſis.

Nicolaus Papa II. ordinatione vna menſe Martio facta, 4. nouos creauit Cardinales, Epiſcopos videlicet duos, & Diaconos totidem, Preſbyterumque vnum ex antiquo Diacono fecit.

Nicolaus Papa II. ſine Cancellario vel Bibliothecario fuit, ſed

Domnus Vbertus Epiſcop. Card. Syluæ Cand. Hildebrandus, S.R.E. Archidiaconus, & Aribo Diac. Card. & S.R.E. Primiſcrinius	pro Cancellario fuerũt.

Anno Domini 1061. pridie Cal. Iulii Romæ obiit Nicolaus Papa II. cadauer ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes menſes 3.

Hono-

Honorius II. Antipapa XXII.
ANNO CHRISTI MLXI.
Schiſma XXI.

HOnorius Papa II. Cadolus antea vocatus, Parma nobili genere ortus, ex Epiſcopo Parmenſe auctoritate Imperatoris Henrici IV. inconſultis Cardinalibus Romanus Pontifex deſignatus 5. Cal. Nouembr. anni 1061. conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit in ſua obedientia Imp. Cæſ. Henrico IV. annos 5.

Damnatus in Concilio Mantuano 6. Cal. Nouembris anni 1062.

Pontificatusq; ei abrogatus eſt, confirmato eius competitore Alexandro II. verum, quum obtemperare concilio noluiſſet, Pontificatus Romani inſignia multis annis vſq; ad mortem tenuit, Cardinales quoque, & alia omnia, quæ Romani Pontifices ritè creati facere conſueuerunt, fecit. eius tamen geſta, vt pleraque alia, omninò intercidere, vt etiam nec dies vel annus eius mortis ſciri poſſit.

Alexander II. Pont. CLVII.
ANNO CHRISTI MLXI.

ALexander Papa II. Domnus Anſelmus antea vocatus, Mediolani ſummo loco ex familia Badagia natus, patrem habuit Anſelmum , eiuſdem ciuitatis primarium hominem. hic ex canonico regulari monaſterii Lateranenſis Epiſcopus Lucenſis primo, mox à Cardinalibus, Romæ in ſchiſmate contra Cadolum Epiſcopum Parmenſem ab Imperatore Henrico IV. deſignatum, Calendis Octobris anni 1061. Romanus Pontifex renunciatus, non longè poſt conſecratus, & coronatus eſt. ſedit autem in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Henrico IV. Auguſto annos 11. m. 6. diesq; 22.

Cardinales XX. creati ab Alexandro Papa II.

Alexander Papa II. multas in ſuo Pontificatu Cardinaliũ

fecit ordinationes, ex quibus eorum ſubiiciemus nomina, quorum memoriam ex antiquis huius Pontificis monumentis eruere potuimus.

Epiſcopi Cardinales V.

Domnus Mainardus Campanus monachus Caſſinas, ex Preſbytero Leonis Papæ IX. Epiſcopus Cardinalis Syluæ Candidæ.

Baſilius Græcus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Vbaldus Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Vbertus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.

Gerardus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

Preſbyteri Cardinales XI.

Benno Germanus Preſbyter Cardinalis; poſt, S.R.E. Archipreſbyter.

Hugo Gallus Preſbyter Cardinalis, poſt Archiepiſcopus Lugdunenſis.

Hugobaldus Preſbyter Cardinalis.

Ponno Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Ioannes Preſbyter Cardinalis.

Domnus Bernardus Gallus monachus, & Abbas S. Victoris Maſſiliæ Preſbyter Cardinalis.

Domnus Ricardus Gallus monachus Preſbyter Card. poſt Abbas S. Victoris Maſſiliæ.

Atto Preſbyter Cardinalis.

Hermanus Preſbyter Cardinalis, poſt Archipreſbyter.

Domnus Aldemarius Capuanus Campanus, ex clerico Capuanæ eccleſiæ Ricardique Principis Capuani Cancellario, monachus Caſſinas, Abbas SS. Stephani & Laurentii extra muros Romæ, Preſbyter Cardinalis.

Anſelmus Preſbyter Cardinalis, poſt Epiſcopus Lucenſis.

Diaconi Cardinales V.

Domnus Albericus monachus Caſſinas Diaconus Cardinalis.

Domnus

Domnus Theodimus ex comitibus Marſorum Campanus Berardi comitis filius, monachus Caſſinas Diac. Card. poſt, S.R.E. Archidiaconus.

Leo Diaconus Cardinalis, & Camerarius, S.R.E.

Petrus Romanus ex Præpoſito S. Georgii in Lateranenſi Patriarchio Diac. Cardinalis & S.R.E. Cancellarius.

Albertus Diaconus Cardinalis.

Alexander Papa II. aliquot ordinationibus menſe Decembri, & aliis factis, multos creauit Cardinales, quorum xx. tãtum nomina reperta videlicet Epiſcoporum v. ſed vnius ex antiquo Presbytero; Presbyterorum xi. & Diaconorum v.

Bibliothecarius & Cancellarius S.R.E. ſub Alexandro Papa II.

Petrus Romanus Præpoſitus S. Georgii in Lateranẽſi Patriarchio pro Cancellario & Bibliothecario, S.R.E. anno Pontificatus primo.

Idem Petrus creatus, S.R.E. ſubdiaconus Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarius annis 4. & 5.

Idem Petrus creatus, S.R.E. Diaconus Cardinalis ſedis Apoſtolicæ Bibliothecarius & Cancellarius.

Aribo Diaconus Cardinalis & Primiſcrinius, pro Cancellario, & Bibliothecario abſente Petro, anno Pontificatus ſeptimo.

Anno Domini 1073. 10. Cal. Maii Romæ obiit Alexander Papa II. cadauer Laterani ſepuitum eſt. non vacauit ſedes.

Gregorius VII. Pontifex CLVIII.

ANNO CHRISTI MLXXIII.

GRegorius Papa VII. Domnus Hildebrandus antea vocatus, natione Tuſcus, patria Soanenſis, Bonicii filius, monacho, & priore Cluniacenſis monaſterii, S.R.E. Cardinalis ſubdiaconus, œconomus, & Abbas S. Pauli à Leone Papa ix. creátus, mox à Nicolao Papa II.

S.R.E. Archidiaconus ordinatus eſt. qui die obitus Alexandri Papæ II. videlicet 10. Calendas Maii anno 1073. omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Maximus renunciatus, Romæ III. Calenda Iulii conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico IV. Auguſto annos 12. menſem 1. & dies 3.

Gregorius Papa VII. multas in ſuo Pontificatu Cardinalium fecit ordinationes, ex quibus horum tantum nomina reperta ſunt.

Epiſcopi Cardinales IV.

Domnus Otho de Caſtillione Diœceſis Remenſis Gallus, ex canonico regulari Lateranenſi monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Gregorius Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Petrus Igneus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Ioannes Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales XI.

Petrus ex Diacono Cardinali Alexandri II. Presbyter Cardinalis tt. S. Chryſogoni, & S.R.E. Cancellarius.

Domnus Ioannes Gallus monachus, & Abbas Dolenſis Presbyter Card. SS. Sylueſtri & Martini, tt. Equitii, poſt factus Archiepiſcopus Dolenſis.

Deuſdedit VI. Conſultus Presbyter Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Gratianus Presbyter Cardinalis.

Domnus Gebizo monachus, & Abbas monaſterii SS. Bonifacii, & Alexii in monte Auentino Presbyter Cardinalis.

Cuno Germanus Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Benedictus Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Benedictus Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Domnus Reginerus Creſcentii filius Bleranus, ex comitatu Galliatæ Tuſcus, ex Canonico regulari Lateranenſis monachus Cluniacēſis, Abbas SS. Laurētii, & Stephani extra muros vrbis via Tiburtina Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Natro

Natro Presbyter Cardinalis.
Innocentius Presbyter Cardinalis.
.eo Presbyter Cardinalis.

Diaconi Cardinales VI.

Gregorius S.R.E. Diaconus Cardinalis.
oannes Diaconus Cardinalis, poſt S.R.E. Archidiaconus.
ernardus Papienſis Diaconus Cardinalis.
regorius Diaconus Cardinalis.
bertus Diaconus Cardinalis.
eſcentius Diaconus Cardinalis.
egorius Papa VII. aliquot ordinationibus factis multos creauit Cardinales ſed XXI. tantum nomina reperta; videlicet Epiſcoporum IV. Presbyterorum XII. ſed vnius ex antiquo Diacono, & Diaconorum VI.
rius Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

.nno Domini 1085. 8. Calen. Iunii Salerni in Brutiis, obiit
gorius Papa VII. cadauer ibidem in eccleſia S. Matthæi pultum eſt. Vacauit Romana ſedes annũ vnum, menſ 4. dieſq; 27.

Clemens III. Antipapa XXIII.
ANNO CHRISTI MLXXX.
Schiſma XXII.

.emens III. Antipapa, Gibertus antea vocatus, ſumno loco Parmę in Lombardia ex nobili Corrigiarum ortus eſt. hic primo fuit clericus Parmenſis eccleſ Imperatoris Henrici IV. Cancellarius: deinde, eo ante, Arhiepiſcopus Rauennas factus, atque ab A-o Papa II. conſecratus. quo mortuo, & Gregorio II. iam octauum ſui Pontificatus annum agente; opis Lombardis, & aliquibus ex clero Romano eratore pecunia corruptis, ex auctoritate eiuſ perat. Henrici IIII. in ſchiſmate contra Gre-

gorium Papā VII. anno Domini 1080. 7. Cal Iulii, Brixini in Noricis Antipapa creatus, Romæ 11. Cal. Aprilis anno 1084. pulſo Gregorio Papa, coronatus eſt.

Sedit autem in ſchiſmate cōtra Gregorium VII. Victorem III. Vrbanum II. & Paſchalem II. Romanos Pontifices Imp. Cæſare Henrico 4. Auguſto, annos 21. menſes & dies aliquot.

Cardinales XIX. creati à Clemente Papa III.

Clemens Papa III in ſua obedientia multas fecit Cardinalium ordinationes, quibus multos Cardinales creauit, ex quibus horum tantum nomina reperta.

Epiſcopi Cardinales V.

Adelbertus Epiſcopus Cardinalis Syluæ Candidæ, alias S. Rufinæ.

Joannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

Hugo Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.

Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.

Albertus Epiſcopus Cardinalis Nepeſinus.

Presbyteri Cardinales X.

Petrus Presbyter Cardinalis.

Anaſtaſius
Guarinus
Benno Germanus } Presbyteri Cardinales.
Romanus
Guido
Octauianus.

Domnus Theodericus monachus, & Abbas Farfenſis, Presbyter Cardinalis.

Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Sylueſtri Romæ Presbyter Cardinalis.

Domnus Nicolaus monachus, & Abbas S. Pancratii Preſbyter Cardinalis.

Diaconi Cardinales IV.

Seruidus ex ſubdiacono ſacri palatii Diaconus Cardinalis, & pro Cancellario.

Paulus

Paulus Primicerius, S.R.E. Diaconus Cardinalis.
Albertus Atellanus Diaconus Cardinalis.
Maginulphus Romanus Diaconus Cardinalis.

Seruidus ex ſubdiacono Diac. Card. pro Cancellario ſub Clemente III.

Anno Domini 1101. Romæ obiit Clemens Papa III cadauer eius Rauennam translatum in eccleſia cathedrali ſepultum eſt.

Victor III. Pontif. x CLIX.

ANNO CHRISTI MLXXXVI.

VIctor Papa III. Domnus Deſiderius antea vocatus, natione Samnis patria Beneuentanus, ex principibus eius ciuitatis oriundus, ex monacho, & Abbate Caſſinenſi, Presbyteroque Cardinale, S.R.E. tt. S. Cæciliæ à Nicolao Papa II. facto, Romanus Pontifex in ſchiſmate contra Clementem Papam III. à Gregorii VII. factione Romæ die Pentecoſtes videlicet 9. Cal. Iunii anno 1086. renunciatus, non niſi anno ſequenti Capuæ 12, Cal. Aprilis conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit in Apoſtolica ſede à die creationis ſuæ Imp. Cæſ. Henrico IV. Aug. annum vnum, menſes 3. dieſq; 24.

Obiit in monaſterio montis Caſſini anno 1087. 16. Calendas Octob. cadauer eius ibidem in capitulo fratrum ſepultum fuit. Vacauit Romana ſedes menſes 5. dieſq; 24.

Petrus Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, S.R E. Cancellarius ſub Victore Papa III.

Vrbanus II. Pontifex CLX.

ANNO CHRISTI MLXXXVIII.

VRbanus Papa II. Domnus Otho antea appellatus, natione Gallus, oppido Caſtelionis, quod eſt in diœceſi Remenſi, prius canonicus regularis Lateranẽſis, mox monachus Cluniacenſis factus, qui ex Epiſcopo Cardinale Oſtienſe à Gregorio Papa VII. creato, poſt obitum Victoris Papæ III. Romanus Pontifex in ſchiſmate contra

Clementem III. Antipapam à Gregorianæ factionis Cardinalibus Terracinæ in Campania 4. Idus Martii anno Domini 1088. creatus, & conſecratus fuit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico IV. Auguſto in ſchiſmate contra Clementē III. annos 2. menſ. 4. & dies 18.

Cardinales XXX. creati ab Vrbano Papa II.

Vrbanus Papa II. ordinationibus quam plurimis menſe Decembri, & aliis menſibus factis, multos creauit Cardinales, ex quibus horum nomina reperta.

Episcopi Cardinales VII.

Otho Gallus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Gualterus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Milo Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.
Mauritius Epiſcopus Card. Portuenſis.
Creſcentius alias Cintius Epiſcopus Cardin. Sabinus.
Bobo Epiſcopus Cardinalis Labricanus.
Offo Epiſcopus Cardinalis Nepeſinus.

Presbyteri Cardinales XIII.

Domnus Oderiſius ex comitibus Marſorum Oderiſii Comitis filius, Campanus monachus Caſſinas ex Diacono Cardinali Nicolai Papæ II. Presbyter Cardinalis creatus, & Abbas Caſſinenſis conſecratus eſt.

Domnus Bernardus Vbertus Florentinus Tuſcus, Monachus, & maximus Abbas vallis Vmbroſæ diœceſis Florentinæ, Presbyter Cardinalis tt. S. * poſt Epiſcopus Parmenſis, à Paſchali Papa II. conſecratus.

Petrus Presbyter Card. SS. Silueſtri, & Martini, tt. Equitii, poſt S.R.E. Archipresbyter.

Amicus Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Paulus Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Bonifacius Presbyter Card. tt. S. Marci, poſt S.R.E. Archipresbyter.

Benedi-

Benedictus S.Petri ad Vincula,tt.Eudoxiæ.
Gregorius Presbyter Cardinalis tt.S.Priſcæ.
Theobaldus SS.Ioannis,& Pauli,tt.Pammachii.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt S.Anaſtaſiæ.
Robertus Paſienſis Presbyter Card.tt.S.Euſebii.
Riſus Presbyter Card.tt.SS.Laurentii,& Damaſi.
Bernardus Presbyter Cardinalis tt,S.Chryſogoni.
Dietericus Germanus,S.R.E.Presbyter Cardinalis.

Diaconi Cardinales X.

Domnus Ioannes Caietanus Creſcentii filius, monachus Caſſinas,ex S R.E.ſubdiacono,& Papæ Vrbani II Præſignatore,Diac.Card.S.Mariæ in Coſmedin,& S.R.E. Cancellarius.

Domnus Gregorius monachus,& Abbas SublacenſisDiaconus Cardinalis.

Domnus Gregorius monachus,& Abbas SS. Andreæ, & Gregorii in cliuo *Scauri* de vrbe, Diaconus Cardinalis S.Euſtachii.

Leo Diaconus Cardinalis Sancti. *

Ionathas Diaconus Card.SS.Coſmæ,& Damiani.

Theodimus Campanus Diac Card S.Mariæ in Porticu.

Theobaldus Diaconus Card.S.Mariæ Nouæ.

Domnus Gregorius de Papa Ioannis Filius, Romanus de regione Tranſtiberim,Canonicus regularis Lateranẽſis Diac.Card.S.Angeli.

Ioannes Diaconus Card.S.Hadriani.

Bernardus,S.R.E.Diaconus Cardinalis.

Vrbanus Papa II.aliquot ordinationibus menſe Decemb. & aliis menſibus factis multos Cardinales creauit, ſed ex eis non niſi xxx.nomina inuenta,videlicetEpiſcoporum VII.Presbyterorum XIV.ſed vnius ex antiquo Diacono,&Diaconorum X.

Domnus Ioannes ex ſubdiacono,S.R.E.Diaconus Cardinalis S.Mariæ in Coſmedin,Præſignator Domni Vrbani Papæ II.

Anno Domini 1099. Romæ in ædibus Petri Leonis IV. Calen. Auguſti obiit Vrbanus Papa II. eius cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies 17.

Paſchalis II. Pontifex CLXI.

Anno Christi mxcix.

PAſchalis Papa II. Domnus Reginerius antea vocatus, natione Tuſcus oppido Blera in comitatu Galliatæ patrem habuit Creſcentium, matrem vero Alſatiam. hic primo fuit canonicus regularis Lateranenſis, mox monachus Cluniacenſis factus eſt. mortuo vero Vrbano Papa II. ipſe ex Abbate SS. Stephani, & Laurentii extra muros vrbis, & Presbytero Cardinale tt. S. Clemẽtis à Gregorio Papa VII. creato, Romanus Pontifex in ſchiſmate contra Clementem III. Antipapam à Gregorianæ factionis Cardinalibus 18. Cal. Septembr. anno 1199. Romæ renunciatus, die ſequenti ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Henricis IV. & V. Auguſtis, annos 18. menſes 5. & dies 7.

Creationes Cardinalium Paſchalis Papæ II.

Paſchalis Papa II. multas in ſuo Pontificatu Cardinaliũ fecit ordinationes, ex quibus earum, quas potuimus inuenire, hæ præcipuę feruntur.

Creatione prima ante annum VI. Pontificatus.

Habita inter multos, quos fecit Cardinales, horum IV. nomina tantum inuenta.

Domnus Leo Marſicanus Campanus, monachus, & Bibliothecarius monaſterii Caſſinenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Joannes Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Ricardus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Leo

Leo Epiſcopus Cardinalis Veliternus.

Creatione Cardinalium ſecunda.

Anno Pontificatus ſui ſexto, menſe Septembri habita, inter alios Cardinales hi XVIII. creati ſunt.

Domnus Lambertus de Fagnano alias de Scanabecchis ciuis, & Archidiaconus Bononienſis, ex Canonico regulari Lateranenſi Epiſcopus Card. Oſtienſis.

Diuizzo Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Conradus Epiſcopus Cardinalis Prænestinus.

Vincentius Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.

Leo Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Arnaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Gregorius Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Ceciliæ.

Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Chryſogoni.

Rainus Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Vbertus Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Antonius Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ.

Otho Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Gregorius Caietanus Papæ ſcriptor, Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio.

Aldo de Ferentino Campanus Papæ ſcripto, SS. Sergii, & Bacchi.

Domnus Henricus Siculus, monachus, Decanus Mazarenſis, Diac. Card. S. Theodori.

Domnus Oderiſius de Sangro Campanus, monachus, & Præpoſitus monaſterii Caſſinenſis, Diaconus Cardinalis S. Agathæ, poſt Abbas Caſſinenſis.

Domnus Roſcemanus Campanus monachus Caſſinas Diac. Card. S. Georgii in velabro.

Alia creatione anno Pontificatus VIII. habita, hi duo creati ſunt Cardinales.

Landulphus Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Digitized by Google

Diuizzo Presbyt. Card. SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii.
Aliis Cardinalium ordinationibus anno x. Pontificatus, & poſt habitis, multi Cardinales ab eodem Pontifice creati ſunt, ſed horum tantum nomina inuenta.

Epiſcopi Cardinales III.

Dominus Cuno Germanus Eremita Trunciberenger ordinis Arroſiam, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
Vitalis Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Presbyteri Cardinales XVII. vel XXI.

Conradus Presbyt. Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Deſiderius Presbyt. Cardinalis tt. S. Praxedis.
Deuſdedit Presbyt. Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Gregorius de Ceceano Campan⁹ Papæ ſcriptor tt. S. Laurentii in Lucina.
Hugo Piſanus Papæ Paſcalis II. capellanus, Presbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.
Saxo de comitibus Signiæ Anagninus Papæ ſcriptor & capellanus tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Petrus Piſanus Papæ Capellanus tt. S. Suſannæ.
Ioannes Cremenſis Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.
Sigizzo Presbyter Cardinalis tt. S. Xyſti.
Amicus Presbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Anaſtaſius Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Nicolaus Presbyt. Card. SS. Io. & tt. Pauli, tt. Pammachii.
Theobaldus Buceapecus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Gerardus Presbyter Cardinalis, tt. S. Priſcæ.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.
Ioannes Presbyter Cardinalis tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro Campanus Presbyt. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.
* * Presbyter Card. tt. SS. IV. coronatorum.
* * Presbyter Card. tt. S. Marcelli
* * Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
* * Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Calliſti.

Reliquo-

Reliquorum decem, & nouem Presbyterorum Cardinalium, quos à Paſchali Papa II. creatos fuiſſe conſtat, nomina deſiderantur.

Diaconi Cardinales VII. vel IX.

Petrus Diaconus Card. S. Hadriani.

Romanus Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.

Petrus Petri Leonis Romanus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

Comes Mediolanenſis Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Chryſogonus Piſanus Papæ ſcriptor, S. Nicolai in carcere Tulliano.

Stephanus Diac. Card. S. Luciæ in ſilice alias Orphea.

Creſcentius Anagrinus Campanus Papæ ſcriptor S. Mariæ in Domnica.

. . . Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

. . . Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

Reliquorum XVI. Diaconorum, quos Paſchalis Papa II. creauit, nomina adhuc reperire non potuimus.

Paſchalis Papa II. ordinationibus pluribus menſe Decembri, & aliis menſibus factis creauit Epiſcopos centum, habentur ex his Epiſcopi Cardinales xii. Presbyteros Cardinales l. habentur xxvii. & Diaconos Card. xxx. ex quibus xii. tantum nomina inuenta. ſunt autem omnino Cardinales à Papa Paſchali II. creati; quorum extat memoria li.

Domnus Joannes Caietanus monachus Caſſinas, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

Anno Domini MCXVIII. XII. Cal. Februarii Romæ in pace eccleſiæ obiit Paſchalis Papa II. cadauer eius Laterani ſepultum. Vacauit Romana ſedes dies 3.

Pontifices ſchiſmatici ſub Paſchali Papa II.

ALbertus Attelanus in ſchiſmate [illegible] Clementem III contra Paſchalem Papam II. [illegible] Domini MCI. crea-

tus ſedit menſes 4. captus à militibus Paſchalis Papæ II. coactuſq; abdicauit, & in monaſterio S. Laurentii Auerſæ perpetuo carceri mancipatus.

SYlueſter III. Romanus, Theodericus antea vocatus, monachus, & Abbas Farfenſis in ſchiſmate poſt Albertum contra Papam Paſchalem II. creatus à Clementis Antipapæ factione ſedit menſes 3. & dies 15. captus & ipſe à præſidiis Papæ Paſchalis, coactuſque abdicauit, atque in monaſterio Cauenſi S. Trinitatis relegatus.

MAginulphus Romanus, in ſchiſmate poſt Theodericum contra Paſchalem Papam II. anno MCII. creatus, non longe poſt moriens, maximo, & periculoſo ſchiſmati finem impoſuit,

PIO LECTORI S.

Qvanto magis ad noſtra tempora properamus, omnia nobis clariora, & illuſtriora occurrent: deinceps enim & Cardinalium creationes diſtinctæ, paucis admodum exceptis, videri poterunt, & eorum Cardinalium cognitio habebitur, qui ſingulis poſt hæc Romanorum Pontificum creationibus, vel præſentes, vel abſentes fuerunt: ſtellula enim aliquibus nominibus præfixa, eos ab eis comitiis abſentes fuiſſe notat. qua autem ratione hanc partem, quæ annos CXXV. continet, Innocentii IV. Papæ Pontificatum attingere voluerim, eo loco explicabo.

Gelaſius II. Pontifex CLXII.

ANNO CHRISTI MCXVIII.

GElasivs Papa II. Domnus Ioannes antea vocatus, natione Campanus, patria Caietanus, Creſcentii filius, nobili genere ortus eſt. hic ex monacho monaſterii Caſſinenſis, primo Præſignator (id eſt Cancellarius) S.R.E. & Papæ Vrbani II. fuit; mox ab eodem Pontifice Diaconus Cardinalis, S.R.E. S.Mariæ in Coſmedin factus eſt. qui mortuo Paſchale Papa II. Romæ omnium Cardinalium ſuffragiis 8. cal. Februarii anno MCXVIII. Pontifex Maximus renunciatus, Caietæ cal. Martii, conſecrationis munus, & coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Henrico V. Auguſto annum vnum, & dies quinque.

Cardinales LII. viuentes quando Gelaſius Papa II. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Vrbanus Papa II.

Cencius Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Prior Epiſcoporũ.

Paſchalis Papa II.

Domnus Lambertus Fagnanus, Epiſcopus Card. Oſtiẽſis.
* Diuizzo Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, abſens.
Petrus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis.
* Domnus Guno Germanus Epiſcop. Card. Prænestinus, abſens.
Vitalis Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Presbyteri Cardinales XXVIII.

Vrbanus Papa II.

Amicus tt. S. Crucis in Hieruſalẽ, S.R.E. Archipreſbyter.
Bonifacius Preſbyt. Cardinalis tt. S. Marci.
Benedictus Preſbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Digitized by Google

Paſchalis Papa II.

Ioannes Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
Rainus tt. SS. Marcellini, & Petri.
V... Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Diuizzo SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.
Conradus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Deſiderius Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Deuſdedit tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Gregorius de Ceccano, tt. S. Laurentii in Lucina.
Hugo Piſanus, Baſilicæ SS xii. Apoſtolorum.
Saxo Anagninus tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Petrus Piſanus tt. S. Suſannæ.
Ioannes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.
Sigizzo Presbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.
Anaſtaſius Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Nicolaus SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Theobaldus tt. S. Anaſtaſiæ.
Gerardus Presbyt. Card. tt. S. Priſcæ.
Guido Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Ioannes Presbyt. Card. tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro, S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
. . . Presbyt. Card. tt. SS. iv. Coronatorum.
. . . Presbyt. Card. tt. S. Marcelli.
. . . Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
. . . Presbyt. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Diaconi Cardinales XVIII.

Vrbhnus Papa II.

Ioannes Caietanus S. Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Cancellarius, & Archidiaconus.
Gregorius Diac. Card. S. Euſtachii.
Theobaldus Diac. Card. S. Mariæ nouæ.
Domnus Gregorius de Papa, S. Angeli.

Paſchalis Papa II.

Gregorius Caietanus S. Luciæ in Septiſolio.

Aldo de Ferentino SS. Sergii, & Bacchi.
Domnus Henricus ſiculus, S. Theodori.
Domnus Oderiſius de Sangio S. Agathæ.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.
Petrus Diac. Card. S. Hadriani.
Romanus S. Mariæ in Porticu.
Petrus Petri Leonis SS. Coſmæ, & Damiani.
Comes S. Mariæ in Aquiro.
Chryſogonus Piſanus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Stephanus S. Luciæ in Orphea.
Creſcentius S. Mariæ in Domnica.
. . . Diac. Card. S. Mariæ in via Lata.
. . . Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in Macello Martyrum.

Cardinalis creatus à Gelaſio Papa II.

Anno Domini MCXVIII. Pontificatus primo cal. Martii. Caietæ Papa Gelaſius II. primo creauit Cardinalem vnum, is fuit Petrus Rufus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Chryſogonus Piſanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Bibliothecarius, & Cancellarius.

Schiſma XXIII. in Rom. Eccleſia in quo

Gregorius Papa VIII. antea appellatus Mauritius Burdinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Bracarenſis, contra Papam Gelaſium II. in ſchiſmate ab Imp. Henrico V. Auguſto, creatus fuit. qui ſedit annos aliquot, & à Caliſto Papa II. Gelaſii II. ſucceſſore apud Sutrium captus, Pontificatu abdicare coactus eſt, & in monaſterio Cauenſi relegatus.

Anno Domini MCXIX. 4. cal. Februarii Papa Gelaſius II. Cluniaci in Galliis, quo timore Imp. Henrici V. Auguſti, confugerat, mortuus eſt; cadauer eius ibidem ſepultum. Vacauit ſedes dies 2.

Digitized by Google

Caliſtus II. Pontifex CLXIII.

ANNO CHRISTI MCXIX.

CAliſtus Papa II. Guido antea vocatus, ſummo loco in Galliis ortus, Guillelmum Burgundiæ comitem patrem habuit, qui ex Archiepiſcopo Viennenſi, Cluniaci in Galliis, vbi Gelaſius Papa II. obierat, ab eis Cardinalibus, qui Cluniacum cum Papa Gelaſio II. venerant, Pontifex Maximus renunciatus cal. Februarii anni MCXIX. ibidem non longe poſt conſecratus; & coronatus eſt.

Sedit autem Imp. Cæſ. Henrico V. Auguſto, annos 5. menſes 10. d. 13.

Cardinales VI. qui Cluniaci Caliſtum Papam II. elegerunt.

Presbyteri Cardinales II.

Paſchalis Papa II.

Ioannes Cremenſis Presbyt. Card. tt. S. Chryſogoni.
Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Balbinæ.

Diaconi Cardinales IV.

Vrbanus Papa II.

Domnus Gregorius de Papa Diac. Card. S. Angeli.

Paſchalis Papa II.

Petrus Petri Leonis SS. Coſmæ, & Damiani.
Chryſogonus Piſanus, S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Cancellarius.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.

Prima creatio Cardinalium.

Anno Domini MCXX. Pontificatus II. menſe Decembri, Romæ Papa Caliſtus II. primo creauit Cardinales; qui fuerunt

Petrus Petri Leonis Romanus, ex Diacono Cardin. SS. Coſmæ, & Damiani, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Calliſti.
Amicus iunior Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Petrus

Petrus Fontanis ortus Burgundus Gallus, tt. S. Marcelli.
Benedictus Preſbyter Card. tt. S. Clementis.
Gerardus Preſbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.
Stephanus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ioanathas iunior SS. Coſmæ, & Diamiani.
Gregorius Diaconus Card. S. Euſtachii.
Domnus Gaymericus vir illuſtris Burgundus Gallus, canonicus regularis Diaconus Cardinalis S. Mariç Nouç.

Secunda creatio.

Anno Domini MCXXI. Pontificatus 3. menſe Martio Papa Caliſtus II. Romæ, antiquum Diaconum, Abbatem, & in Preſbyterum Card. creauit, is fuit
Domnus Oderiſius de Sangro Campanus monachus, Caſſinenſis, ex Diacono Cardinale S. Agathæ, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, & Abbas Caſſinenſis creatus.

Tertia creatio Cardinalium.

Anno Domini MCXXII. Pontificatus 4. menſe Decembri, Romæ Papa Caliſtus II. tertio creauit Cardinales, in quibus fuerunt
Guillelmus Epiſcopus Card. Prænestinus.
Egidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.
Gregorius Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Gregorius Tarquinius Diac. Card. SS. Sergii, & Bacchi.

Quarta creatio Cardinalium.

Anno Domini MCXXIV. Pontificatus 6. menſe Decembri Romæ, Papa Caliſtus II. quarto creauit Cardinales, in quibus fuerunt hi
Creſcentius Anagninus Campanus ex Diacono Cardinali S. Mariæ in Domnica, Preſbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Robertus Preſbyt. Card. tt. S. Clementis.
Angelus Diaconus Card. S. Mariæ in Domnica.
Matthæus Diaconus Card. S. Hadriani.
Ioannes Danferii Salernitanus, S. Nicolai in carc. Tullian.
. . . Diac. Card. S. Agathæ.

Digitized by Google

Caliſtus Papa II. quatuor ordinationibus, menſibus Martio, & Decembri factis, multos creauit Cardinales, ex his tantum 16. memoria ſupereſt, videlicet Epiſcoporum 11. Preſbyterorum IX. ſed trium ex antiquis Diaconis, & Diaconorum VIII.

Cancellarii ſiue Bibliothecarii S.R.E. ſub Caliſto Papa II.

Chryſogonus Piſanus S.Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card.S.R.E.Bibliothecarius, ab anno Pontificatus primo ad 5.

Hugo S.R.E.Subdiaconus Pro Cancellario poſt mortem Chryſogoni anno 5.

Domnus Haymericus Burgundus Gallus Diac. Card.S. Mariæ Nouæ S. R. E. Cancellarius, ab anno V. ad XII. Innocentii II. Papæ.

Caliſtus Papa II. Epiſcopatum ſyluæ candidæ, alias S.Ruffinæ, propter incolarum defectum, Epiſcopatui Portuenſi adiunxit, anno XXIV. vacantis ſedis ſub Petro Epiſcopo Cardinali Portuenſi.

Anno Domini MCXXIV. Idibus Decembris, Romæ obiit Caliſtus Papa II. cadauer Laterani ſepultum. Vacauit ſedes Romana dies 10.

Honorius II. Pontifex CLXIV.

ANNO CHRISTI MCXXIV.

HOnorius Papa II. Domnus Lambertus antea vocatus, nobili de Fagnano, vt quidam ſcribunt, vel vt alii Scanabecchorum familia Bononiæ ortus, primo canonicus regularis Lateranenſis fuit, mox ſuæ ciuitatis eccleſiæ maioris Archidiaconus; deinde Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis à Paſchali II. Papa creatus. qui demum, mortuo Caliſto II. Papa, Romæ 19. cal. Ianuarii anni MCXXIV. in ſchiſmate cum Theobaldo Buccapeco Presbytero Cardinale tt. S. Anaſtaſiæ in Cæleſtinum Papam II. electo, Pontifex Maximus renunciatus eſt; quo etiam die, quum ei, tanquam digniori, ceſſiſſet Cæleſtinus Papa II. ſeque in ordi-

ordinem redegiſſet, ipſe ſolus in Pontificatu remanſit, atque 12. calendas Ianuarii omnium Cardinalium ſuffragiis libere, & ſponte accedentibus, ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Impp. Cæſaribus Henrico V. Auguſto, & Hlothario Saxone annos 5. menſes 2. dies 3.

Cardinales viui quando Honorius Papa II. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Vrbanus Papa II.

Cencius Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Prior Epiſcoporũ.

Paſchalis Papa II.

Domnus Lambertus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Petrus Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.
Vitalis Epiſcopus Card. Albanus.

Caliſtus Papa II.

Guillelmus Epiſcopus Card. Præneſtinus.
Ægidius Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales XXVIII.

Vrbanus Papa II.

Bonifacius tt. S. Marci, S.R.E. Archipresbyter.
Benedictus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Paſchalis Papa II.

Ioannes Presbyt. Cardinalis tt. S. Cæciliæ.
. . . Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Conradus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
...zzo SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii.
...derius tt. S. Praxedis.
...ſdedit tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Gregorius tt. S. Laurentii in Lucina.
... tt. S. Stephani in monte Cœlio.
...us Piſanus tt. S. Suſannæ.
...nes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.

Sigizzo Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.
Nicolaus SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Theobaldus Buccapecus tt. S. Anaſtaſiæ.
Guido Preſbyt. Card. tt. S Balbinæ.
Ioannes tt. S. Euſebii.
Hugo de Alatro S. Vitalis tt. Veſtinæ.
. . . Preſbyt. Card. tt. SS. IV. Coronatorum.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

Petrus Petri Leonis, S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Caliſtus Papa II.

Amicus iunior tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus Burgundus tt. S. Marcelli.
Gerardus Preſbyt. Card. tt. S. Priſcæ.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

* Domnus Oderiſius de Sangro, Abbas Caſſinenſis, tt. S. Cyriaci in Thermis.

Caliſtus Papa II.

Gregorius Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

Creſcentii Anagninus tt. SS. Marcellini, & Petri.

Caliſtus Papa II.

Robertus Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Diaconi Cardinales XVIII.

Urbanus Papa II.

Domnus Gregorius de Papa S. Angeli, S.R.E. Archidiac.

Paſchalis Papa II.

Gregorius Caietanus S. Luciæ in Septiſolio.
Domnus Henricus Siculus Diac. Card. S. Theodori.
Domnus Roſcemanus S. Georgii in Velabro.
Romanus S. Mariæ in Porticu.
Comes S. Mariæ in Aquiro.
Stephanus S. Luciæ in Silice, alias in Orphea.
. . . Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

. . . SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

Caliſtus Papa II.

Stephanus S. Mariæ in Coſmedin.
Ionathas iunior SS. Coſmæ, & Damiani.
Gregorius S. Euſtachii iuxta templum Agrippæ.
Domnus Haymericus S. Mariæ Nouæ, S. R. E. Cancellar.
Gregorius SS. Sergii, & Bacchi.
Angelus S. Mariæ in Dominica.
Matthæus Diac. Card. S. Hadriani.
Ioannes Dauferii S. Nicolai in carcere Tulliano.
. . . Diac. Card. S. Agathæ ad equos marmoreos.

Prima creatio Cardinalium.

Anno Domini MCXXV. Pontificatus 2. menſe Decembri Romæ Papa Honorius II. primo creauit Cardinales; qui fuerunt

Matthæus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.
Comes Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.
Gregorius Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ.
Vbertus tt. S. Clementis, poſt creatus Archiepiſcopus Piſanus.
Matthæus Presbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Sigizzo iunior Presbyt. Cardinalis tt. S. Xyſti.
Domnus Gerardus Caccianimicus Bononienſis canonicus regularis monaſterii S. Crucis in Hieruſalem Romæ, congregationis S. Fridiani.
Lucenſis Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus SS. Syluestri, & Martini. tt. Equitii.
Vldaricus Presbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli. tt. Pammachii.
Stephanus Diaconus Card. S. Luciæ in Orphea.
Ruſticus S. Georgii in Velabro, Archipresbyter S. Petri.
Hugo Diaconus Card. S. Theodori.
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .
. . . Diaconus Cardinalis. S. . .

Secunda creatio Cardinalium.

Anno Domini MCXXVI. Pontificatus 3. menſe Decembri, Romæ Papa Honorius II. iterum creauit Cardinales, qui fuerunt,

Dominus Conradus de Subura Romanus, canonicus regularis, & Abbas S. Rufi Valentinæ diœceſis in Galliis, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Petrus Presbyter Cardinalis tt. S. Anaſtaſiæ.

Dominus Anſelmus, canonicus regularis monaſterii S. Petri in Cœlo aureo Papienſis, Presbyter Card. tt. S Laurentii in Lucina.

Iozelinus Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.

Lictifredus Presbyt. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Matthæus Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

Tertia creatio Cardinalium.

Anno Chriſti MCXXVIII. Pontificatus 5. menſe Decembri Romæ, Papa Honorius II. tertio creauit Cardinales; qui fuerunt,

Henricus Presbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.

. . . Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Albertus Diaconus Card. S. Theodori.

Magiſter Guido de Caſtello Tiphernas Tuſcus, ex ſubdiacono, & ſcriptore Apoſtolico, Diaconus Card. S. Mariæ in via lata.

Petrus Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

. . . Diaconus Cardinalis S. . . .

Honorius Papa II. ordinationibus tribus menſe Decembri factis creauit Epiſcopos XXXV. in his Cardinales, qui extant, tres Presbyteros Cardinales XVI. ex quibus XIII. memoria extat, & Diaconos XI. quorum ſeptem tantum nomina ſuperſunt. ſunt igitur Cardinales ab Honorio Papa II. creati, quorum nomina extant XXIII. ex XXXI.

D. Haymericus Burgundus Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, S.R.E. Cancellarius.

Schi-

Digitized by Google

Schiſma XXIV. in Eccleſia Romana.

INter Honorium II. & Cæleſtinum II. in quo Cæleſtinus ſponte abdicauit.

Anno Domini MCXXX. 14. Cal. Martii Romæ obiit Honorius Papa II. cadauer Laterani ſepultum, vacauit ſedes antum diem 1.

Anacletus II. Antipapa XXIX.

ANNO CHRISTI MCXXX.

ANacletus Papa II. Petrus antea vocatus, Petri Leonis viri per ea tēpora nobiliſſimi, & in vrbe potentiſſimi, quo familia Petri Leonis Romæ manauit, filius. qui quū Paſchale Papa II. Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani primo creatus fuiſſet, mox à Caliſto Papa II. Presbyter Cardinalis S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti factus. hic mortuo Papa Honorio II. in ſchiſmate contra Gregorium Diaconum Cardinalem S. Angeli, & S. R. E. Archidiaconum 13. cal. Martii anni MCXXX. à maiori parte Cardinalium, verum paulo poſt creationem Gregorii, eo tamen die, Romanus Pontifex renunciatus, non lōgo poſt conſecratus, & coronatus fuit. ſedit autem Imper. Lothario Saxone Auguſto Romæ in ſchiſmate contra Innocentium II. Papam, annos 7. m. 9. & d. aliquot.

Cardinales XXVII. qui Papam Anacletum II. elegerunt.

Epiſcopi Cardinales II.

Paſchalis Papa II.

...s Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, Prior Epiſcoporum.

Caliſtus Papa II.

...s Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales XVII.

Vrbanus Papa II.

...cius tt. S. Marci, S. R. E. Archipresbyter.

Paſchalis Papa II.

Deſiderius Presbyt. Card. tt. S. Praxedis.
Saxo Anagninus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S. R. E. Cancellarius.
Petrus Piſanus tt. S. Suſannæ.
Amicus tt. SS. Nerei, & Achillei.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

Petrus Petri Leonis Romanus, S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Caliſtus Papa II.

Petrus Burgundus tt. S. Marcelli.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

Domnus Oderiſius de Sangro tt. S. Cyriaci in Thermis.

Caliſtus Papa II.

Gregorius Presbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Paſchalis II. & Caliſtus II.

Creſcentius tt. SS. Marcellini, & Petri.

Honorius Papa II.

Comes Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.
Gregorius tt. S. Balbinæ.
Matthæus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.
Sigizzo Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Vldaricus SS. Ioannis, & Pauli. tt. Pammachii.
Lictifredus S. Vitalis tt. Veſtinæ.
Henricus Presbyter Card. tt. S. Priſcæ.

Diaconi Cardinales VIII.

Caliſtus Papa II.

Stephanus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ionathas SS. Coſmæ, & Damiani.
Gregorius S. Euſtachii iuxta templum Agrippæ.
Angelus S. Mariæ in Domnica.
Ioannes Salernitanus S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Hono-

Honorius Papa II.

Stephanus S. Luciæ in Silice, alias in Orphea.
Ruſticus S. Georgii in Velabro.
Petrus Dia. Cardinalis S. Hadriani.

Prima creatio Cardinalium.

Anno Domini 1130. Pontificatus primo Sabbatho ſancto Anacletus Papa II. Romæ primo creauit Cardinales, inter quos hi fuerunt:

Jonathas junior ex Diacono Cardinale SS. Coſmæ, & Damiani, Presbyt. Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Joannes Presbyt Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.
Stephanus tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Petrus Presbyt. Card. tt. S. Euſebii.
Anſelmus Mediolanenſis Presbyter Card. tt S. ...
Syluinus Diaconus Card S. Luciæ in Septiſolio.
Hermanus Diaconus Cardinalis S. Angeli.
Gregorius Diac. Cardinalis S. Mariæ in Aquiro.
Domnus Petrus Piſanus monachus Caſſinenſis, Diaconus Cardinalis S... an alios Cardinales creauerit incertũ eſt. ſunt autem hi, quorum extat memoria VIII. Presbyteri v. ſed vnus ex antiquis Diaconis, & Diaconi quatuor.
Saxo Anagninus Presbyt. Cardin. tt. S. Stephani in Cælio monte, S.R.E. Cancellarius, in locum Haymerici ab Anacleto Papa II. priuati, creatus.

Anno Chriſti 1138.... Cal. Decemb. Romæ obiit Papa Anacletus II. cadauer in Baſilica Lateranenſi ſepultum eſt.

Quo mortuo à Cardinalibus ſuæ factionis in ſchiſmate contra Papam Innocentium II. Romanus Pontifex creatus fuit.

VIctor Papa IV. Gregorius Romanus Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum antea appellatus; qui non longe poſt, ſuaſu S. Bernardi Clareuallenſis Abbatis, Pontificatu abdicauit, atque cum omnibus ſuæ partis Cardinalibus Innocentium II. Papam rerum Ro-

manum Pontificem cõfeſſus eſt, omneſque in numerum Cardinalium ab eodem Pontifice recepti; ſicq;

Schiſma XXV. in Romana Eccleſia,

Quod inter Anacletum II. & Innocentium II. exortum fuerat, anno octauo exacto ſublatum eſt.

Innocentius II. Pontifex CLXV.

ANNO CHRISTI MCXXX.

INnocentius Papa II. Domnus Gregorius antea vocatus Ioannis filius, familia de Papa, nobili, & inter Romanas honorata, de regione vrbis XIV. Tranſtiberim, ab ineunte ætate canonici ordinis inſtitutum in monaſterio Lateranenſi profeſſus eſt, quem Vrbanus Papa II. Diaconum Cardinalem S. Angeli creauit. hic, quum eſſet S. R. E. Archidiaconus eodem die in ſchiſmate cum Anacleto Papa II. videlicet 13. Cal. Martii anni 1130. Romanus Pontifex à minori parte Cardinalium, paulo tamen ante Anacleti electionem renunciatus eſt; ob quam poſtea cauſſam totius fere orbis Chriſtiani conſenſu eius confirmata eſt electio, Anacleto II. abrogato. conſecratus autem, & coronatus eodem menſe fuit à ſuæ partis Epiſcopis Cardinalibus. ſedit vero Impp. Cæſaribus Lothario Saxone, & Conrado Sueuo Auguſtis, annos 13. menſ. 7. & dies 8.

Cardinales XVII. qui Innocentium II. Papam elegerunt.

Epiſcopi Cardinales IV.

Caliſtus Papa II.

Guillelmus Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Honorius Papa II.

Matthæus Epiſcopus Cardinalis Albanus.
Ioannes Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis.

Domnus

Domnus Cōradus Epiſcopus Card. Sabinus, Vicarius Papæ in vrbe.

Presbyteri Cardinales VII.

Paſchalis Papa II.

Ioannes Cremenſis tt. S. Chryſogoni.

Honorius Papa II.

Vbertus Presbyt. Card. tt. S. Clementis.
Domnus Gerardus tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Petrus SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii.
Petrus tt. S. Anaſtaſiæ.
Domnus Anſelmus tt. S. Laurentii in Lucina.
Iozelinus tt. S. Cæciliæ.

Diaconi Cardinales VI.

Vrbanus Papa II.

Domnus Gregorius S. Angeli, S.R.E. Archidiaconus.

Paſchalis Papa II.

Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Caliſtus Papa II.

Domnus Haymericus S. Mariæ Nouæ, S. R. E. Cancellarius.
Gregorius Tarquinius SS. Sergii, & Bacchi.

Honorius Papa II.

Albertus Diac. Card. S. Theodori.
Magiſter Guido de Caſtello, S. Mariæ in via Lata.

Hi quatuor ab Anacleto Papa II. primis ſui Pontificatus menſibus ad Innocentium Papam II. defecere.

Deſiderius tt. S. Praxedis
Comes tt. S. Sabinæ.
Lictifredus tt. S. Vitalis.
} Presbyt. Cardinales.

Stephanus Diac. Card. S Luciæ in Orphea.

Prima creatio Cardinalium.

Anno Domini 1130. Pontificatus primo, menſe De-

cembri, in concilio generali apud Claromontem Aluernæ in Galliis congregato, Papa Innōcētius II. primo creauit Cardinales; inter quos hi fuerunt,

Magiſter Guido de Caſtello Tiphernas Tuſcus ex Diacono Cardinali S. Mariæ in via Lata, Presbyt. Card. tt. S. Marci.

Magiſter Iuo Gallus Presbyter Cardinalis tt. S. . . .

Frater Balduinus Gallus monachus Ciſtercienſis, Presbyter Card. tt. S.... poſt Archiepiſcopus Piſanus.

Lucas Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.

Martinus Presbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cælio.

Rodulphus Diaconus Card. S.... poſt Epiſcopus Ortanus.

Otho Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

Guido Moricotus de Vico Piſanus SS. Coſmæ, & Damiani.

Epiſcopi Cardinales VIII. creati à Clemente Papa V.

Petrus Capella, ex Presbytero tt. S. Vitalis, Epiſcop. Card. Prænestinus.

Beren-

Berengarius Stedelli ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. Tuſculanus.
Arnaldus Falguerius Epiſc. Card. Albanus.
Leonardus de Guercino ex Presbytero Epiſcopus Cardin. Albanus.
Arnaldus ex Archiepiſcopo Aquenſi Epiſcopus Card. Albanus.
Guillelmus de Mandagóto Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.
Iacobus Arnaldi de Oſſa Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Arnaldus de Anxio Epiſc. Card. Sabinus.
Clemens Papa V. tribus ordinationibus menſe Decembri factis XXIV. creauit nouos Cardinales, videlicet Epiſcopos VIII. Presbyteros X. & Diaconos VIII. ſed in his duos à Bonifacio Papa VIII. priuatos reſtituit.

Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Clemente V.

Frater Arnaldus Nouelli, Vaſco, Gallus, monachus Ciſtertienſis, & Abbas Fontis frigidi, ab anno Pontific. primo ad IX. factus Presbyter Card. tt. S. Priſcæ.
Frater Petrus Arnaldi Presbyter Cardinal. tt. S. Stephani in Cœlio monte, anno 9. paulo ante obitum Papę creatus.

Cardinales XX. mortui ſub Papa Clemente V.

Frater Robertus monachus Ciſtertienſis Presbyt. Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris obiit Parmæ, menſe Auguſt. anno 1305. Pontificat. primo. cadauer in eccleſia S. Martini ordinis ſui extra Parmam ſepultum eſt.
Frater Gualterus Anglus ordinis prædicatorum, obiit Genuæ Calendis Septemb. anni 1305. in itinere dū in Galliam proficiſcitur. cadauer in Angliam delatum in monaſterio ordinis ſui ſepultum eſt.
Matthæus Rubeus Vrſin⁹ Papæ Nicolai III. nepos, Roma-

nus, S.R.E. Archidiaconus Card. S. Mariæ in porticu, & Archipresbyter S. Petri, obiit anno 1305. Pontificatus primo.

Theodericus Vrbeuetanus Epiſcopus Card. Prænestinus, obiit anno 1306 Pontificatus II.

Ioan. monachi Gallus Presb. Card. tt. S. Marcellini, & Petri, obiit Auinione anno 1307 Pontific. III.

Stephanus Pariſienſis Gallus, Presb Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit Auinione anno 1308. Pontific. IV.

Franciſcus Neapolionis Vrſinus Romanus Diac. Card. S. Luciæ in Silice, obiit Auinione anno 1308. Pontificatus IIII.

Leonardus Epiſcopus Card. Albanus obiit Auinione anno 1308.

Landulphus Brancatius Neapolitanus Diaconus Cardin. S. Angeli, obiit Auinione eod. anno.

Ioannes Buccamatius Romanus Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Auinione menſe Iulio anni 1309. Pontificatus V.

Arnaldus Frangerius de Cantalupo Burdegalen. diœceſis, Vaſco, Gallus, Presbyter Cardin. tt S. Marcelli, & S. R.E. camerarius, obiit Auinione anno 1310. Pontificatus VI.

Frater Thomas Anglus ordinis prædicatorũ, Presb. Card. tt. S. Sabinæ, obiit in legationis Italicæ itinere ad Imp. Henricum VII. apud Allobroges anno 1311. Pontificat. VII. cadauer in Angliam delatum, in monaſterio prædicatorum Oxonienſi ſepultum eſt.

Petrus Hiſpani Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Auinione anno 1311. cadauer Romam relatum in Baſilica S. Petri ſepultum eſt.

Arnaldus Faltuerius Epiſcopus Cardin. Albanus, & S. R. E. Camerarius obiit Auinione anno 1311.

Petrus Capella Gallus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus obiit Auinione Anno Domini 1312. Pontificatus VIII.

Frater

Frater Gentilis de Monteflorís Picenus Ordinis Minorum, Preſbyt. Card. tt. Equitii obiit Auinione an. 1312. Cadauer in Italiam relatum Aſiſii in Eccleſia S. Franciſci ſepultum eſt.

Frater Ioannes de Murro Picenus Ordinis Minorum, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Auinione anno 1312. ibidem ad Minores ſepultus.

Leonardus de Guercino, Epiſcopus Card. Albanus, obiit anno 1312. Auinione.

Ricardus Petronus Senenſis ex *Vicecancellario* Diac Card. S. Euſtachii, obiit Auinione anno 1303. Pontificatus 9.

Frater Arnaldus Nouelli, Vaſco, Gallus Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ, & S. R. E. *Vicecancellarius*, obiit Auinione, anno 1314. Pontificatus 10.

Obitus Clementis Papæ V.

Anno Domini 1314. 12. Cal. Maii, Papa Clemens V. in itinere Auinione Burdegalam proficiſcens, apud Rocam Maulam prouinciæ ſuper Rhodanum oppidum mortuus eſt. Cadauer Burdegalam delatum in Eccleſia Cathedrali ſepultum fuit. Vacauit ſedes annos 2. menſes tres, dieſq; 17.

Raimundus Guillelmi de Fargis Burdegalenſis Diac. Card. obiit anno Domini 1314. ſede vacante poſt obitum Clementis Papæ V.

Michaël de Becco Gallus, Preſbyter Card. obiit anno 1316. ſede vacante. mortuo Papa Clemente V. diu Romana ſedes vacauit, Cardinalibus de ſucceſſore legendo inter ſe concordare non valentibus: pluries enim conclaue ingreſſi ſemper re infecta egreſſi ſunt, non ſine maximo Reipublicæ Chriſtianæ ſcandalo, & incommodo, & præſertim paulo poſt obitum Papæ Clementis V. quando Carpenctorate conuenerunt, vbi poſt multas diſſenſiones conclaui effracto, re infecta, egreſſi ſunt, & per diuerſa Galliæ loca diſperſi fuere per duos annos, & aliquot menſes. tandem anno Domini 1316. tertio vacan-

Digitized by Google

tis ſedis anno ineunte, induſtria Philippi Comitis Pictauenſis Lugdunum Cardinales omnes congregati, in conuentu Fratrum Prædicatorum 4. Calen. Iulii, tanquam in conclaui vi incluſi ſunt, non egreſſuri niſi Romano Pontifice creato, qui tandem poſt multas altercationes, quum acriter à Comite Philippo vrgerentur, quadrageſimo poſt eorum recluſionem die, videlicet 7. Idus Auguſti, Romanum Pontificem creauerunt Iacobum Arnaldi de Oſſa Caturcenſem Epiſcopum Cardinalem Portuenſem & S. Rufinæ, qui Ioannes XXII. appellatus eſt.

Ioannes XXI. dictus XXII. Pont. CXCVII.

ANNO CHRISTI MCCCXVI.

IOannes Papa XXI. dictus XXII. Jacobus antea vocitus, natione Gallus, patria Caturcenſis ex Prouincia Aquitania, familia de Oſſa, patre Arnaldo, humili, ac pene ſordido loco natus eſt, quippe cuius pater Arnaldus ſutor veteramentarius fuerit. hic primò fuit Epiſcopus Forudienſis, & Cancellarius Regis Caroli ſecundi Siciliæ Regis, mox Epiſcopus Aquenſis, deinde Auinionenſis; demum Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S Rufinæ à Clemente Papa V. creatus eſt. quo mortuo, tertio vacantis ſedis anno Lugduni duorum, & viginti Cardinalium ſuffragiis, 7. Idus Auguſti, anni 1316. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem ad Prædicatorum Eccleſiam, vbi etiam Pontifex factus fuerat, Nonis Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Ludouico Bauaro Auguſto annos 18. menſes 3. dieſq; 28.

Cardinales XXIII. vivi, quando Joannes Papa XXI. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Benedictus Papa IX.

Frater Nicolaus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

Clemens

Clemens Papa V.

Berengarius Epiſcop. Card. Tuſculanus.
Arnaldus Epiſcop. Card. Albanus.
Guillelmus Epiſcop. Card. Præneſtinus.
Iacobus Epiſcop Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Arnaldus Epiſcop. Card. Sabinus.

Preſbyteri Cardinales V.

Clemens Papa V.

Frater Nicolaus, tt. S. Euſebii, S.R.E. Archipreſbyter.
Fr. Petrus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S.R.E. Vicecancellarius.
Fr. Guillelmus Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
Fr. Vitalis SS. Sylueſtri, & Martini tt. Equitii.
Fr. Petrus Monachus Preſbyt. Card. S.R.E.

Diaconi Cardinales XII.

Nicolaus Papa IV.

Neapoleo S. Hadriani, S.R.E. Archidiaconus.

Cæleſtinus Papa V.

Guillelmus Longus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Bonifacius Papa VIII.

Iacobus S. Georgii in Velabro.
Franciſcus S. Mariæ in Coſmedin.
Lucas de Fliſco S. Mariæ in via lata.

Nicol. III. & Clem. V.

Iacobus Columna, S.R.E. Diac. Card.

Nicol. IV. & Clem. V.

Petrus de Columna S. Euſtachii.

Clemens Papa V.

Guillelmus Artufarti, S.R.E. Diac. Card.
Arnaldus S Mariæ in porticu.
Raimundus S. Mariæ nouæ.
Bertrandus de Gerarno Diac. Card.
Guillelmus Teſta Diac. Card.

Prima creatio octo Cardinalium.

Anno Dom. 1316. Pontific. 1. die Veneris, quatuor temporum Aduentus Dom. 16. Cal. Ianuar. Auinione Ioannes Papa primò creauit octo Cardinales, qui fuerunt

Digitized by Google

Bertrandus de Caſtaneto Gallus, ex Epiſcopo Albienſi Anicienſis Epiſc. Card. Portuenſis, & S Ruſinæ.

Iacobus de Veza Caturcenſis, Vaſco, Gallus, Papæ ſororis filius, electus Epiſcopus Auinionenſis Preſbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Gauzelinus Ioannis de Oſſa Caturcenſis Vaſco, Gallus, fratris ſui filius, Preſbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, & S.R.E. Vicecancellarius.

Bertrandus de Porto, aliàs de Podietto de Caſtro nouo Rotherii Caturcenſis diœceſis, Vaſco, Gallus, Papæ filius, Preſbyter Card. tt. S. Marcelli.

Petrus de Accblaio Gallus, Cancellarius Regni Francorum, tt. S. Suſannæ.

Bertrandus de Monte Fauentio de Caſtro nouo Rotherii Caturcenſis diœceſis, Vaſco, Gallus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card S. Mariæ in Aquiro.

Galhardus de Mola Burdegalenſis, Vaſco, Gallus, Papæ Clementis V. ex nepote pronepos, Protonot. Apoſtol. Diac. Card S. Luciæ in Silice.

Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus, Protonotarius Apoſt Diac. Card. S. Theodori.

Secunda creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1317. Pontificatus primo 8. Calen. Iulii, Auinione Ioannes Papa iterum creauit Cardinalem, is fuit

Arnaldus de Veza Caturcenſis, Vaſco, Gallus, Papæ ſororis filius, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Euſtachii in locum Iacobi de Veza Cardinalis fratris ſui paulò ante mortui creatus.

Tertia creatio VII. Cardinalium.

Anno Domini 1320. Pontific. 5. feria 6. quatuor temporum Aduentus videlicet 14. Cal. Ianuarii Auinione Papa Ioannes tertio creauit Cardinales; qui fuerunt

Rainaldus Loporta de Altoſacco Lemouicenſis diœceſis Gallus, Archiepiſc. Bituricenſ. Preſbyt. Card. tt. S. . . .

Frater

Fr. Bertrandus de Turre de Cambolico Caturcenſis diœceſis Gallus, Ordinis Minorum Theologus, ex miniſtro Aquitaniæ Archiepiſcopus Salernitanus Preſbyt. Card. SS Syluestri, & Martini tt. Equitii.

Petrus de Prato diœceſis Salicanenſis, Gallus, Epiſcopus Virmi inenſis Preſbyter Card. tt. S. . . . poſt S.R.E. Vicecancellarius.

Pilus Forcis de Capiſtrano de ſancto Georgio, prope fluuium Carin. diœceſis Albienſis, Gallus, Epiſc. Viuenſis, Preſbyt. C rd. tt. S. . . .

Petrus Textoris de S. Antonio diœceſis Caturcenſ. Vaſco, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, & S.R.E. Vicecancellarius.

Talairandus Comes Petragoricenſ. Gallus, Preſbyt. Card. S Petri ad vincula, tt. Eudoxiæ.

Rainerius de Ruſo Caturcenſ. Vaſco, Gallus, Papæ nepos, Protonotarius Apoſtolicus Diac. Card. poſt Preſbyter tt. S. Chryſogoni.

Quarta creatio X. Cardinalium.

Anno Domini 1327. Pontificatus 12. feria 6. quatuor temporum Aduentus 15. Cal. Ianuar. Auinione Papa Ioannes quartò creauit Cardinales; qui fuere

Ioannes Raimundi Comes Conuennarum, Gallus, ex Epiſcopo Tholoſano Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ.

Annibaldus de Ceccano Roman⁹, ex Archiepiſcopo Neapolitano, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Frater Iacobus Fornerius de Sauardino Appamiarum diœceſis ex Prouincia Tholoſana Gallus, Monachus Ciſtercienſis, Magiſter in Theologia, Abbas Fontis frigidi, Epiſc. Mirapicenſ. Preſbyt. Card. tt. S. Priſcæ.

Raimundus Vehenſis Ruthenenſis diœceſis, Gallus, Epiſcopus Tricaſtinenſis, aliàs S. Pauli, Preſbyter Card. tt. S Euſebii.

Petrus de Mortuo mari diœceſis Lemouicenſis, Gallus,

Epiſcopus Antiſiodorenſis Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Petrus de Cappis, Gallus, Epiſcopus Coruthenſis Preſbyt. tt. S. Clementis.

Fr. Matthæus Vrſinus de Monte Iordano, Romanus Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Prouinciali Romano Epiſcopus Agrigentinus, poſt Archiepiſcopus Sypontinus, Preſbyter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Petrus Gometii de Aluarez de Toleto Hiſpanus, Epiſ. Carthaginienſis, Preſbyter Card. tt. S. Praxedis.

Ioannes Columna Stephani filius Romanus, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Angeli.

Imbertus de Puteo de Monte Peſſulano Gallus, Papæ affinis, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. poſt Preſbyt. Baſilicæ SS. Apoſtolorum.

Epiſcopi Cardinales X. creati à Papa Ioanne XXI.

Bertrandus de Caſtaneto Epiſcop. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Fr. Vitalis de Furno, ex Preſbytero tt. Equitii Clementis V. Epiſc. Card. Albanus.

Ganzelinus Ioannis de Oſſa ex Preſbytero tt. SS. Marcellini, & Petri, Epiſc. Card. Albanus.

Rainaldus Loporta de Alto ſacco, ex Preſbytero Cardinale Epiſc. Oſtienſis, & Veliternus.

Fr. Bertrandus de Turre de Cambolico, ex Preſbytero tt. Equitii Epiſc. Card. Tuſculanus.

Fr. Guillelmus de Baiona, ex Preſbytero tt. S. Ceciliæ Clementis V. Epiſc. Card. Sabinus.

Petrus de Prato, ex Preſbytero Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Bertrandus de Podietto, ex Preſbytero tt. S. Marcelli Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Ioannes Raimundi Comes Conuennarum Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Anni

Annibaldus de Ceccano Romanus, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Bertrandus de Gerarıo, ex Diacono Clementis V. Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Papa Ioannes XXI. quatuor ordinationibus menſibus Iunio, & Decembri factis XXVI. creauit nouos Cardinales, Epiſcopos X ſed duos ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros XIIII. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos ſex.

Vicecancellarii S R. E. ſub Ioanne Papa XXI.

Fr. Petrus Arnaldi Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, anni primi Pontificatus parte.

Gaucelinus Ioannis de Oſſa, Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri ab anno primo ad . . .

Petrus Textoris, tt. S. Stephani in Cœlio monte, Preſbyt. Card.

Petrus de Prato Epiſc. Card. Præneſtinus, ab an. 15. . . . ad finem Pontificatus.

Cardinales XXIV. mortui ſub Ioanne Papa XXI.

Iacobus de Vezza Caturcenſis, Gallus, Preſbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii, obiit Auinione, anno 1316. Pontific. primo, 8. Cal. Iulii.

Arnaldus Epiſcop. Card. Albanus, obiit Auinione anno 1316.

Frater Petrus Arnaldi Banauenſis, Burdegalenſis, Monachus, & Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio, ac S. R. E. Vicecancellarius, obiit Auinione, anno 1316.

Guillelmus Longus Bergomenſis Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, obiit Auinione 5. Idus Septemb. anno 1319. Pontific 5. Cadauer Bergomum portatum, ad Minorum Eccleſiam ſepultum eſt.

Fr. Vitalis de Furno Bazatenſis, Ord. Minorum Theolog. Epiſc. Card. Albanus, obiit Auinione, anno 1320. ſepultus ibidem ad Minores.

Frater Nicolaus Pratenſis Ord. Prædicatorum, Epiſcopus

Digitized by Google

Card.Oſtienſis,& Veliternus,Decanus,obiit Auinione anno 132 .ibidem ad Prædicatores ſepultus.

Berengarius Stedelli, Gallus, Epiſcopus Card. Tuſculanus obiit Auinione anno 1321. . . .

Guillelmus de Mandagoto, Gallus, Epiſcop. Card. Prænestinus obiit Auinione anno Chriſti 1321. . . .

Frater Nicolaus Farinula Ordinis Prædicatorum Theologus, Presbyter Cardinalis tt. S. Euſebii, obiit Lugduni anno 1323 ibidem ad Prædicatores ſepultus.

Arnaldus de Anxio, Gallus, Epiſc. Card. Sabinus obiit Auinione anno 1324.

Rainaldus Loporta de Alto ſacco Lemouicenſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus, obiit Auinione anno 1325.

Petrus Columna Romanus Diac. Cardinalis S. Euſtachii, obiit Auinione anno 1326. Cadauer Romam portatum ad S. Mariam maiorem ſepultum eſt.

Cardinales duodecim incerto tempore mortui.

Bertrandus de Caſtaneto Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit ante annum Domini 1326. ſepultus Auinione in Cathedrali.

Iacobus Columna Romanus Diac. Card.

Franciſcus Gaietanus Anagninus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Lucas de Fliſco Genuenſis Diac. Card. S. Mariæ in via lata, obiit Auinione, ſepultus ad minores.

Frater Petrus Gallus Monachus, & Abbas S. Seueri, Presbyter Card.

Guillelmus Artufarti Burdegalenſ Vaſco, Diac. Card. obiit Auinione, ſepultus ad Minores.

Raymundus del Goth Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Bertrandus de Gerarduo Presby. Card. tt. S. Clementis, obiit Auinione, ſepultus ad Minores.

Petrus de Aceblaio Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

Frater Bertrandus de Turre de Cambolico, Ord. Minor.

Epiſco-

Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, obiit Auinione, ſepultus ad minores ante annum 1327.

Pilus Fortis de Capiſtrano de S. Georgio Preſbyter Cardinalis.

Petrus Textoris de S. Antonio Caturcenſis, Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlo monte, S.R.E. Vicecancellarius, obiit Auinione poſt annum 1330.

Obitus Papæ Joannis XXI.

Anno Domini 1334. pridie Nonas Decembris, Auinione in Palatio Apoſtolico obiit Papa Ioannes XXI. dictus XXII. Cadauer ibidem in Eccleſia Cathedrali S. Mariæ de Donis ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 16.

Eodem anno Nonis Decembris in Eccleſia Cathedrali Auinione Nouemdialia ſiue exequiæ Ioannis Papæ, à Cardinalibus ex Gregorii Papæ X. inſtituto nouem diebus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 19. Cal. Ianuarii, finitis exequiis Papæ Ioannis 21. & Miſſa Spiritus Sancti cantata, Cardinales omnes numero XXIV. qui tunc Auinione erant, conclaue ingreſſi ſunt præparatum in conuentu prædicatorum Auinione, vbi ſex diebus commorati, tandem die ſeptimo ingreſſus conclauis, vacantis verò ſedis 16. elegerunt in Papam fratrem Iacobum Tholoſanum Monachum Ciſtertienſem Preſbyterum Cardinalem tt. S. Priſcæ, qui Benedictus Papa XII. appellatus eſt.

Nicolaus V. Antipapa XXXIV.

ANNO CHRISTI MCCCXXVII.

Sshiſma XXVII.

NIcolaus V. Antipapa, frater Petrus Reynalucii ante vocatus, ex oppido Corbario, diœceſis Reatinæ in Vmbria natus eſt; qui prius vxorem habuerat Ioannam Matthæi filiam de Corbario mox; ea relicta ordinem Fratrum Minorum profeſſus, in eo diu non ſine ſanctitatis opinione vixit, hic à Ludouico Bauaro Imperatore Ioannis

Digitized by Google

Papæ acerrimo hoſte in ſchiſmate Antipapa contra Ioannem Papam XXI. Romæ 4. Idus Maii in die Aſcenſionis anni Domini 1327. creatus, à quibuſdam ſchiſmaticis Epiſcopis in Imperatoris gratiam conſecratus fuit.

Sedit autem in ſua obedientia in ſchiſmate Imp. Lodouico Bauaro, annos 3. menſes 3. & dies 4.

Prima creatio ſeptem Cardinalium.

Anno Domini 1327. Pontificatus 1. Idibus Maii, Romæ Nicolaus V. Antipapa primo creauit ſeptem Cardinales, qui fuerunt

. . . Archiepiſcopus Modonenſis Preſbyt. Card.

Iacobus Pratenſis, Tuſcus, Epiſc. Caſtellanus Venetiis nepos Cardinalis Pratenſis, Preſbyter Cardinalis.

Fr. Ioannes Vicecomes Mediolanenſis, Monachus Ciſtertienſis, Abbas S. Ambroſii Mediolani Preſbyt. Card.

Frater . . . Monachus, & Abbas Fuldenſis, Germanus, Preſbyt. Card.

Fr. Nicolaus Fabrianenſis Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Epiſc. Recanatenſis Preſbyt. Card.

Petrus Oringha Romanus, Diac. Card.

Ioannes Arlottus Romanus, Diac. Card.

Secunda creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1329. Pontific. 3. 14. Cal. Februarii Piſis in Tuſcia Nicolaus V. Antipapa vnum creauit Cardinalem, is fuit

Ioannes Vicecomes Mediolanenſis Epiſcopus, Nouarienſis, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, Legatus ſuus in Lombardia, qui Septembri ſequenti abdicauit.

Nicolaus V. Antipapa duabus ordinationib. menſibus Maio, & Ianuario factis VIII. creauit Cardinales, Preſbyteros VI. & Diaconos II.

Anno Domini 1330. Antipapa Nicolaus V. Piſis captus, atq; Auinionem perductus 8 Cal. Septembr. Pontificatu, quem iniuſtè occupauerat, in publico Conſiſtorio abdicauit,

Digitized by Google

uit,& honeſto carcere reſeruatus,non longè poſt moriens ad Minores ſepultus eſt.

Benedictus X.dictus XII. Pont. CXCVIII.

ANNO CHRISTI MCCCXXXIV.

Benedictus Papa X. dictus XII. Frater Iacobus antea vocabatur;fuit autem natione Gallus, prouincia Tholoſana;ex oppido Sauarduno,diœceſis Appamiarum,familia quæ Forneria dicebatur ortus. hic primò fuit Monachus Ciſtertienſis, Abbasq; Monaſterii Fontis frigidi , & ſacræ Theologiæ Magiſter eximius ; mox factus Epiſcopus Appamiarum,deinde Mirapicenſis; demum Preſbyter Card. tt.S.Priſcæ à Ioanne Papa XXI creatus, Cardinalis Albus appellabatur. mortuo verò Ioanne Papa Auinione ad Prædicatores,omnium Cardinalium ſuffragiis 13. Cal. Ianuarii anni Domini 1334. Pontifex Maximus renunciatus,ibidem 8. Cal. Ianuarii ſuæ coronationis inſignia ſolenniter ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſarib. Lodouico Bauaro,& Carolo IV. Augg. an.6.menſ.4.& dies 6.

Cardinales XXIV.viui,quando Benedictus Papa X. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Ioannes Papa XXI.

Cancellinus de Oſſa Epiſc. Card.Albanus Decanus.

Clemens V. & Ioannes XXI.

Fr.Guillelmus Baionenſis,Epiſc.Card.Sabinus.

Ioannes Papa XXI.

Petrus de Prato,Epiſcopus Card.Prænestinus,S.R.E. Vicecancellarius.

Bertrandus de Podietto Epiſcop. Card. Oſtienſis,& Veliternus.

Ioannes de Conuennis Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Annibaldus de Ceccano Epiſc.Card.Tuſculanus.

Digitized by Google

Preſbyteri Cardinales IX.

Ioannes Papa XXI.

Talairandus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, S.R.E. Archipreſbyter.
Rainerius de Rufo tt. S. Chryſogoni.
Frater Iacobus Fornerius tt. S. Priſcæ.
Raimundus tt S. Euſebii.
Petrus de Mortuo Mari, tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Petrus de Cappis tt. S Clementis.
Frater Matthæus SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Petrus Gometii tt S Praxedis.
Imbertus de Puteo Baſilicæ XII. Apoſtolorum.

Diaconi Cardinales IX.

Nicolaus Papa IV.

Neapoleo S. Hadriani, S.R.E. Archidiaconus.

Bonifacius Papa VIII.

Iacobus Caietanus S. Georgii in Velabro.

Clemens Papa V.

Arnaldus de Pelagrua S. Mariæ in Porticu.
Guillelmus Teſta Diaconus Card.

Ioannes Papa XXI.

Bertrandus de Monte Fauentio S. Mariæ in Aquiro.
Galhardus de Mola S. Luciæ in Septiſolio.
Iò. Caietanus Vrſinus S. Theodori.
Arnaldus de Veza S. Euſtachii.
Ioannes de Columna S. Angeli.

Prima creatio VI. Cardinalium.

Anno Domini 1337. Pontificatus 4. in quatuor temporibus Aduentus 15. Cal. Ianuarii Auinione Papa Benedictus primo creauit ſex Cardinales, qui fuerunt

Goctius de Ariminis Tholoſanus Gallus, Patriarcha Conſtantinopolitanus Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ.

Bertran-

Bertrandus de Deucio oppido Blandiaco, Vticenſis diœceſis, Gallus, LL. Doctor, ex Archiepiſcopo Ebredunenſi, Preſbyter Cardinalis tt. S. Marci, S.R.E. Viceecancellarius.

Frater Petrus Rogerii Monſtrius de Malmonte Lemouicenſis diœceſis, Gallus, Monachus, & Abbas Fiſcanenſis in Nortmandia, Theologus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Guillelmus Curti de Diuano, Gallus, Monachus, & Abbas montis Oliuarum Carcaſſonenſis diœceſis, Preſbyt. Card. tt. SS. IV. Coronatorum.

Bernardus . . . Gallus, electus Epiſc. Ruthenenſis, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Guillelmus Albus Tholoſanus, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Epiſcopi Cardinales III. creati à Benedicto Papa X.

Frater Matthæus Vrſinus, ex Preſbytero tt. Pammachii Ioannis XXI. Epiſcop. Card. Sabinus.

Guillelmus Teſta ex Diacono Clementis V. Epiſcop. Card. Albanus.

Petrus de Mortuo Mari ex Preſbytero tt. S. Stephani in Cœlio Monte Ioannis Papæ XXI. Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Papa Benedictus vna ordinatione menſe Decembri facta, ſex nouos creauit Preſbyteros Cardinales, & ex antiquis Cardinalibus tres Epiſcopos fecit.

Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Benedicto X.

Petrus de Prato Epiſcopus Card. Prænestinus abdicauit: in eius locum factus eſt

Bertrandus de Deucio Vticenſis, Preſbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Cardinales ſeptem mortui ſub Papa Benedicto X.

Arnaldus de Pelagrua Burdegalenſis Diac. Card. S. Mariæ

Digitized by Google

in Porticu, obiit Auinione anno 1355. Pontificatus primo.

Fr. Guillelmus Godiuus de Baiona Ordinis Prędicatorum, Epiſc. Card. Sabinus, obiit Auinione pridie Idus Iunii anno 1336. Pontific ſecundo. Cadauer in monte Peſſulano ad Prædicatores ſepultum.

Gaucellinus Ioannis de Oſſà Caturcenſis Epiſc. Card. Albanus, obiit Auinione anno 1337. Pontificatus 3.

Raimundus Preſbyt. Card. tt. S. Euſebii, obiit anno 1337.

Arnaldus de Veza Caturcenſ Diac. Card. S. Euſtachii, obiit Auinione anno 1338. Pontific. 4.

Io. Caietanus Vrſinus Romanus Diac. Card. S. Theodori, obiit Auinione anno 1339. Pontific. 5. Cadauer ibidem ad Minores ſepultum eſt.

Fr. Matthæus Vrſinus Romanus Ordinis Prædicatorum, Epiſcop. Card. Sabinus obiit Auinione 15. Cal. Septembris anno 1341. Pontificat. 7. Cadauer Romam relatum in Eccleſia Prædicatorum S. Mariæ ſuper Mineruam ſepultum eſt.

Obitus Papæ Benedicti X.

Anno Domini 1342. 7. Cal. Maii Auinione in Palatio Apoſtolico, quod ipſe fabricauerat, obiit Papa Benedictus X. dictus XII. Cadauer eius ibidem in Cathedrali Eccleſia S. Mariæ de Donis ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies 12.

Eodem anno 6. Cal. Maii eius exequiæ ſiue Nouendialia in Eccleſia Cathedrali Auinionenſi à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 3. Nonas Maii, cantata Miſſa Spiritus Sancti, Cardinales omnes præſentes conclaue ingreſſi ſunt paratum in Monaſterio Prædicatorum Auinione, pro electione noui Pontificis, qui die altero poſt ingreſſum conclauis, videlicet Nonis Maii, elegerunt in Papam Fratrem Petrum Rogerii Preſbyterum Cardinalem tt. SS. Nerei, & Achillei, qui Clemens Papa VI. appellatus eſt.

Clemens

Digitized by Google

Clemens VI. Pont. CXCIX.

ANNO CHRISTI MCCCXLII.

CLemens Papa VI. Frater Petrus Rogerii antea vocatus, natione Gallus, ex Prouincia Tholoſana, oppido Malmonte, Lemouicenſis diœceſis, ex familia Monſtria originem duxit. fuit autem profeſſus Monachus in Monaſterio Caſæ Dei, Claromontenſis diœceſis, qui Luteriæ Pariſiorum Theologiæ magiſterium aſſumpſit. primò autem prior conuentualis monaſterii, mox Abbas Fiſcanenſis in Nortmandia, deinde Archiepiſcopus Arelatenſis, poſtea Senonenſis, poſt Rothomagenſis factus fuit: demum à Benedicto Papa X. Preſbyter Cardinalis tt. SS. Nerei, & Achillei creatus eſt. quo mortuo in eius locum Auinione à Cardinalibus in monaſterio Prędicatorum, Nonis Maii anni 1342. Pontifex Maximus renunciatus, ibidem 14. Cal. Iunii, die Pentecoſtes coronatus eſt.

Sedit autem Imp. Cæſare Carolo IV. Auguſto annos 10. & menſes 7.

Cardinales XXII. viui, quando Clemens Papa VI. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Ioannes Papa XXI.

Petrus de Prato, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, Decanus.

Bertrandus de Podieto, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Ioannes Comes Conuenarum, Epiſcopus Card. Portuenſis, tt. S. Rufinæ.

Annibaldus de Ceccano, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Clemens V. & Benedictus X.

Guillelmus Teſta, Epiſc. Card. Albanus.

Ioannes XXI. & Benedictus X.

Petrus de Mortuo Mari, Epiſc. Card. Sabinus.

Preſbyteri Cardinales XI.

Ioannes Papa XXI.

Digitized by Google

Talairandus S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, S.R.E. Archi-preſbyter.
Rainerius tt. S. Chryſogoni.
Petrus tt. S. Clementis.
Petrus Gometii tt. S. Praxedis.
Imbertus Preſbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

Benedictus Papa X.

Goctius de Ariminis tt. S. Priſcæ.
Bertrandus tt. S. Marci, S.R.E. Vicecancellarius.
F. Petrus Rogerii tt. SS. Nerei, & Achillei.
F. Guillelmus tt. SS. quatuor Coronatorum.
Bernardus tt. S. Cyriaci in Thermis.
Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Diaconi Cardinales V.

Nicolaus Papa IV.

Neapoleo S. Hadriani, S R.E. Archidiaconus.

Bonifacius Papa VIII.

Iacobus Caietanus S. Georgii in Velabro.

Ioannes Papa XXI.

Bertrandus S. Mariæ in Aquiro.
Galhardus S. Luciæ in Septiſolio.
Ioannes de Columna S. Angeli.

Prima creatio X. Cardinalium.

Anno Domini 1342. Pontificatus primo in quatuor temporibus Septembris, videlicet 12. Calendas Octobris Auinione Papa Clemens VI. primò creauit X. Cardinales, qui fuerunt

Frater Hugo Rogerii, Monſtrius, de Malmonte Lemouicenſis diœceſis, Gallus, frater ſuus, Monachus Monaſterii Tutellenſis, Preſbyter Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi.
Haymericus de Guardia Lemouicenſis, Gallus, eius affinis, Preſbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Andreas

Andreas Ghini Malpilia Florentinus, Tuſcus, Epiſcopus Tornacenſis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Guido de monte Forti Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Bolonienſis, tt. S. Cæciliæ.

Petrus Cyriaci Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Atrebatenſis, tt. S. Chryſogoni.

Stephanus Alberti Lemouicenſis, Gallus, DD. Doctor Epiſcopus Claromontanus Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii, & maior Pœnitentiarius.

Ademarus Roberti Lemouicenſis, Gallus, Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Frater Gerardus Domarus Lemouicenſis, ex prouincia Tholoſana, Gallus Papæ ſororis filius, ordinis prædicatorum, XVII. magiſter de conuentu Briuenſi, Theologus Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Bernardus de Turre de Anuerguia Lemouicenſis, Gallus, Diac. Card. S. Euſtachii.

Guillelmus Indicis Lemouicenſis, Gallus, Papæ ſororis filius, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Secunda duorum Cardinalium creatio.

Anno Domini MCCCXLIII. Pontificatus 2. 4. cal. Iunii, Auinione, Papa Clemens VI. iterum creauit Cardinales; qui fuerunt

Raimundus de Canilhaco Antiſiodorenſis, Gallus, Epiſcopus Atrebatenſis, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Nicolaus de Reſſa Lemouicenſis, Gallus, Papæ ſororis filius, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Tertia creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCXLVIII. Pontificat. 7. 3. cal. Iunii Auinione Papa Clemens VI. tertio creauit Cardinalem vnum, is fuit

Petrus Rogerii, Monſtrius, de Malmonte, Lemouicenſis Gallus, Comes Bellifortis, Papæ fratris filius, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Digitized by Google

Quarta XII. Cardinalium creatio.

Anno Domini MCCCL. Iubilei ſecundi Pontificatus.9. in quatuor temporibus Aduentus, videlicet 15. cal. Ianuarii, Auinione Clemens Papa VI. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Egidius Aluari de Albornotiis, Hiſpanus, Archiepiſcopus Toletanus Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Frater Guillelmus de Agrifolio, Gallus, monachus Cluniacenſis, ex priore conuentuali S. Petri de Abbatis Villa, Ambianenſis diœceſis, Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus Preſbyt. Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Raimundus de Viſſ. Gallus, Archiepiſcopus Tholoſanus, Preſbyter Card.

Magiſter frater Paſtor Prouincialis, Gallus, ordinis minorum conuentus Albenaci Theologus, Archiepiſcopus Ebredunenſis, preſbyter Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitii.

Pictainus Gallus, Epiſcopus Albienſis, Presbytet Card. Baſilicæ SS. Apoſtolorum.

Nicolaus Capoccius Romanus, Epiſcopus Vercellenſis, Preſbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Arnaldus Gallus Epiſcopus Appaminiarum, Preſbyter Card. tt. S. Xyſti.

Petrus Bertrandi Gallus Epiſcopus, Antiſiodorenſis Preſbyter Cardinalis.

Frater Ioannes de Morlandinis, Lemouicenſis, ordinis prædicatorum, de conuentu Briuenſi Prouinciæ Tholoſanæ, Theologus, inquiſitor Tholoſanus, ſacri Palatii Lector & 20. ordinis magiſter, Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Rainaldus Vrſinus Romanus Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Hadriani.

Frater Petrus Foreſca Gallus, monachus, & Abbas S. Dionyſii, Diaconus Cardinalis, poſt Preſbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

Ioannes de Caramagnia, Gallus, Protonot. Apoſtolicus Diac. Card. S. Georgii in Velabro. *Epi-*

Epiſcopi Cardinales V. creati à Papa Clemente VI.

Talairandus ex Preſbytero tt. Eudoxiæ Ioannis XXI. Epiſcopus Card. Albanus.

Bertrandus de Deucio ex Presbytero tt. S. Marci Benedicti X. Epiſcopus Card. Sabinus.

Stephanus Alberti ex Presbytero tt. Pammachii Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Guido de monte Forti ex Preſbytero Card. tt. S. Cæciliæ, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.

Frater Guillelmus Curti ex Presbytero tt. SS. quatuor Coronatorum Benedicti Papæ X. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Papa Clemens VI. quatuor ordinationibus, menſibus Maio, Septembri, & Decembri factis 25. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos v. ſed tres ex antiquis Presbyteris, Presbyteros xv. & Diaconos VIII.

Bertrandus de Deucio ex Presbytero Card. tt. S. Marci, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, S. R. E. Vicecancellarius ſub Papa Clemente VI.

Cardinales XXI. mortui ſub Clemente Papa VI.

Rainerius de Rufo Caturcenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, obiit Auinione anno Chriſti MCCCXLIII. Pontificatus primo, ſepultus ad minores.

Iacobus Caietanus Anagninus Diac. Cardin. S. Georgii in Velabro, obiit anno MCCCXLIII. Pontificatus 2.

Bertrandus de monte Fauentio Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, obiit anno MCCCXLIII. Pontific. 3.

Andreas Ghini Malpiglia Florentinus Presbyter Card. tt. S. Suſannæ, obiit in itinere legationis Hiſpanicæ anno MCCCXLIII.

Goctius de Ariminis, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Priſcæ obiit Auinione anno MCCCXLIV. Pontific. 3.

Digitized by Google

Bernardus Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis obiit eodem anno.

Frater Gerardus Domanis ordinis prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Tholoſæ anno MCCCXLV. ibidem ad prædicatores ſepultus.

Guillelmus Teſta Epiſcopus Card. Albanus obiit anno MCCCXLV. Pontificatus 4.

Petrus de mortuo mari Epiſcopus Card. Sabinus, obiit eodem anno.

Guillelmus Albus Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte obiit Auinione anno MCCCXLVI. Pontificatus 5.

Bertrandus de Podietto Caturcenſis Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit Auinione anno MCCCXLVI. ſepultus ad minores.

Neapoleo Vrſinus Romanus, S. R. E. Archidiaconus Cardinalis S. Hadriani obiit Auinione anno MCCCXLVII. Pontificatus 6.

Imbertus de Puteo de monte Peſſulano Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit anno MCCCXLVII.

Petrus de Cappis Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit eodem anno.

Ioannes de Columna Romanus Diac. Card. S. Angeli obiit eodem anno.

Haymericus de Guardia, Lemouicenſis, Presbyter Card. tt. Equitii obiit anno MCCCXLVIII.

Petrus Gometii Hiſpanus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis obiit anno MCCCXLIX. Pontificatus 7.

Ioannes Comes Conuennarum Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ obiit Auinione menſe Februario anno MCCCXLIX. Pontificatus 7.

Annibaldus de Ceccano Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit menſe Iulio anno MCCCL. in Campania, legatione Neapolitana. cadauer Romam relatum ad S. Petrum ſepultum eſt.

Petrus Cyriaci Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni obiit anno MCCCLI. Pontific. 10.

Rai-

Raimundus de Viſſ. S. R. E. Presbyter Cardinalis obiit anno MCCCLII. Pontificatus XI.

Obitus Clementis Papæ VI.

Anno Domini MCCCLII. 8. Idus Decembris obiit Auinione in Palatio Apoſtolico Pontificum Papa Clemens VI. eius cadauer primo in eccleſia cathedrali Auinionenſi ſepultum fuit; poſt ad monaſterium Caſæ dei, vbi religionis habitum ſumpſerat, delatum ibidem honorifice conditum eſt. Vacauit ſedes dies II.

Eodem anno 7. Idus Decembris, eius Nouendialia Auinione in eccleſia cathedrali à Cardinalib. celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 17. cal. Ianuarii, finitis exequiis, & Miſſa Spiritus ſancti cantata Cardinales conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio Auinionenſi pro electione noui Pontificis, qui die altero ingreſſus ſui, videlicet 15. cal. Ianuarii, elegerunt in Papam Stephanum Alberti Epiſcopum Card. Oſtienſem, qui Innocentius Papa VI. appellatus eſt.

Innocentius VI. Pontifex CC.

ANNO CHRISTI MCCCLII.

INnocentius Papa VI. Stephanus Alberti ante vocatus, natione Gallus, patria Lemouicenſis. hic primo fuit cauſarum procurator, mox delectus iudex, quum eſſet vtriuſque iuris doctiſſimus, poſtea clericus factus, Epiſcopatum Nouiodunenſem, & paulo poſt Claromontanum adeptus eſt à Clemente autem Papa VI. Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii, maior Pœnitentiarius, & denum Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus creatus fuit, quo mortuo, Auinione in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis 15. cal. Ianuarii anni MCCCLII. Pontifex Maximus renunciatus 10. calend. Ianuarii ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Imp. Cæſare Carolo IV. Auguſto ann. 9. menſes 8. & d. 26.

Digitized by Google

Cardinales XXV. viui quando Innocentius Papa VI. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Ioannes Papa XXI.

Petrus de Brato Epiſcopus Card. Præneſtinus Decanus.

Ioann. XXI. & Clem. VI.

Talairandus Epiſcopus Cardinalis Albanus.

Clemens Papa VI.

Stephanus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, maior Pœnitentiarius.

Bened. X. & Clem. VI.

Bertrandus Epiſcopus Card. Sabinus, S.R.E. Vicecancellarius.

Clemens Papa VI.

Guido Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.
Frater Guillelmus Curti Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales XI.

Clemens Papa VI.

Frater Hugo tt. SS. Laurentii, & Damaſi, S. R. E. Archipresbyter.
Ademarus Roberti tt. S. Anaſtaſiæ.
Raimundus tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Egidius de Albornotio tt. S. Clementis.
Frater Guillelmus S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.
Frater Paſtor SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.
Pictainus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Nicolaus S. Vitalis tt. Veſtinæ.
Arnaldus tt. S. Xyſti.
Petrus Bertrandi S. R. E. Presbyter Cardinalis.
Frater Ioannes tt. S. Sabinæ.

Diaconi Cardinales VIII.

Ioannes Papa XXI.

Galhardus S. Luciæ in Septiſolio, S. R. E. Archidiaconus.

Cle-

Clemens Papa VI.

Bernardus de Turre S. Euſtachii.
Guillelmus Iudicis S. Mariæ in Coſmedin.
Nicolaus de Reſſa S. Mariæ in via lata.
Petrus Bellifortis S. Mariæ nouæ.
Petrus de Foreſca Diaconus Cardinalis.
Rainaldus Vrſinus S. Hadriani.
Ioannes S. Georgii in Velabro.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCLIII. Pontificatus primo in quatuor temporibus Quadrageſimæ, menſe Martio, Auinione Papa Innocentius VI. primo creauit Cardinalem vnum, is fuit

Andoinus Alberti Lemouicenſis eius fratris filius, Gallus, Epiſcopus Magalonenſis Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Secunda VI. Cardinalium creatio.

Anno Domini MCCCLVI. Pontificatus 5. feria ſexta in quatuor temporibus Aduentus Domini 10. cal. Ianuarii, Auinione Papa Innocentius VI. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Petrus de Creſo Lemouicẽſis, Gallus, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Frater Helias de Sancto Heredio, Gallus, ordinis minorũ Theologus, Epiſcopus Vticenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Franciſcus . . . Tudertinus Epiſcopus Florentinus tt. S. Marci, maior Pœnitentiarius.

Petrus de Monturuco Lemouicenſis, eius ſororis filius, Gallus, Epiſcopus Pampilonenſis Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ poſt S.R.E. Vicecancellarius.

Frater Guillelmus Farinerii Aquitanus, Gallus, ordinis fratrum minorum 20. Generalis miniſter Theologus, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Digitized by Google

Frater Nicolaus Roſſelli Arrago Hiſpanus ordinis prædicatorum Theologus, ex prouinciali, & inquiſitore Aragoniæ, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Tertia VIII. Cardinalium creatio.

Anno Domini MCCCLXI. Pontific. 9. 15. cal. Octobris Auinione Papa Innocentius VI. tertio creauit Cardinales, qui fuerunt

Frater Fortanerius Vaſſelli Valuenſis, Vaſco, Gallus, ordinis minorum 19. Generalis miniſter Theologus, ex Epiſcopo Maſſilienſi Archiepiſcopus Rauennas, & Patriarcha Gradenſis, Presbyter Cardinalis obiit ante adeptum pileum.

Egidius Iſſalnii Bellamera de Monte acuto, Gallus, Auditor Rotæ Epiſcopus Morinenſis LL. D. Presbyt. Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Frater Andoinus de Roca Burgundus, Gallus, monachus, & Abbas Cluniacenſis Theologus Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Ioannes de Blanſaco, Gallus V. I. D. Epiſcopus Nemauſenſis, Presbyter Card. tt. S. Marci.

Petrus Itenii Aquitanus, Gallus, Epiſcopus Aquenſis in Vaſconia, tt. SS. 4. coronatorum.

Stephanus Alberti Lemouicenſis, Gallus Papæ nepos, electus Epiſcopus Carcaſſonenſis, Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Guillelmus Bragoſe, Gallus, electus Epiſcopus Vabrenſis, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Hugo de S Marciali Gallus LL. Doctor Diac. Card. S. Mariæ in porticu.

Epiſcopi Cardinales V. creati ab Innocentio Papa VI.

Petrus Bertrandi, Gallus, ex Presbytero Card. tt. S. Clementis VI. Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus.

Egidius Aluari ex Presbytero tt. S. Clementis, Clementis VI. Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Raimun-

Raimūdus de Cainl'haco ex Presbytero tt. S. Crucis, Clementis VI. Epiſcopus Card. Prænestinus.

Nicolaus Capoceius ex Presbytero tt. Veſtinæ, Clementis VI. Epiſcop. Card. Tuſculanus.

Andoinus Alberti, ex Presbytero Cardin. tt. Pammachii Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus.

F. Petrus de Foreſca ex Diacono, Clementis VI. Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

Innocentius Papa VI. tribus ordinationibus, menſibus Martio, Septembri, & Decemb. factis, xv. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos v. ſed quatuor ex antiquis Presbyteris; Presbyteros xii. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos iii.

Vicecancellarii S.R.E. ſub Innocentio Papa VI.

Bertrandus de Deucio, Epiſcopus Card. Sabinus, ab initio Pontificatus ad annum tertium.

Petrus de Prato Epiſcopus Cardin. Prænestinus iterum ab anno 3. ad 9.

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ ab anno 9. ad finem Pontificatus, & ſub Vrbano V. Gregorio XI. & Clemente VII. Romanis Pontificibus.

Cardinales XVIII. mortui ſub Innocentio Papa VI.

Ademarus Roberti Lemouicenſis, Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ obiit Auinione anno Chriſti 1353. Pontificatus primo.

Frater Paſtor ordinis minorum Presbyt. Card. tt. Equitii obiit Auinione Anno Domini 1354. Pontificatus II. ad minoreſque ibidem ſepultus.

Bertrandus de Deucio Epiſcopus Card. Sabinus, & Vicecancellarius, S R.E. obiit Auinione 12. Cal. Nouembr. anni 1355. Pōtific. III. ibidem ſepultus in Eccleſia S. Deſiderii à ſe fundata.

Arnaldus Presbyter Card. tt. S. Xyſti obiit Auinione eod. anno.

Pictainus Presbyter Cardin. Baſilicæ Apoſtolorum obiit anno 1356. Pontificatus IV.

Galhardus de Mola Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio, obiit Auinione anno 1357. Pontific. V.

Frater Ioannes de Morlandinis ord. prædicatorũ, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Auinione anno 1358. Pont. VI. ſepultus Tholoſæ ad prædicatores.

Petrus de Prato Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Auinione menſe Maio, anno 1361. Pontificatus IX.

Frater Guillelmus Curti de Diuano Epiſcop. Card. Tuſculanus, obiit Auinione prid. Idus Iunii anno 1361. Pontificatus nono ex peſte.

Frater Petrus de Foreſca Presbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum, obiit Auinione V. Calendas Iulii eiuſdem anni, ex peſte.

Frater Guillelmus Farinerii Aquitanus ordinis minorum, Presbyt. Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Auinione 8. Calend. Septembr. eiuſdem anni ſepultus ad minores.

Petrus Bertrandi Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, obiit ex peſte Auinione 3. Idus Iulii, eiuſdem anni 1361.

Ioan. de Caramagnia Diac. Card. S. Georgii in Velabro, obiit Auinione Calendis Auguſti eiuſdem anni ex peſte.

Bernardus de Turre de Anuergnia, Diac. Cardin. S. Euſtachii, obiit Auinione Idibus Auguſti, eiuſdem anni 1361. ex peſte.

Franciſcus Tudertinus Presbyt. Cardin. tt. S. Marci maior Pœnitentiarius, obiit Auinione 8. Cal. Septemb. ex peſte eodem anno 1361. cadauer in monaſterio Cæleſtinorum Gentilino apud pontem Sorgiæ ſepultum eſt.

Frater Fortanerius Vaſſelli Aquitanus ordinis minorum, Presbyter Card. obiit ante adeptum pileum, & titulũ, menſe Septemb. eiuſdem anni.

Petrus de Croſo Lemouicenſis, Presbyter Card. tt. Equitii obiit Auinione 9. Cal. Octobris ex peſte eodem anno.

Frater

rater Nicolaus Roſſelli Arrago Hiſpanus ord. prædicatorum Presbyter Card. tt. S. Sabinæ obiit anno 1362. ſepultus Maioricis ad prædicatores.

Obitus Innocentii Papæ VI.

Anno Domini 1362. pridie Idus Septemb. obiit Auinione Papa Innocentius VI. ſepultus ibidem in eccleſia cathedra'i Auinionenſi S. Mariæ de Donis, poſtea ad eccleſiam Carthuſianorum apud Villam nouam tranſlatum. Vacauit ſedes menſem vnum, & dies 15.

Eodem anno Idibus Septembr. Auinione in cathedrali eccleſia Nouendialia Papæ Innocentii VI. à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 10. Cal. Octobr. finitis exequiis, & Spiritus ſancti Miſſa cantata Cardinales XX. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio Auinionenſis, in quo poſt multas diſſenſiones, quum inter ſe concordes eſſe nō poſſent, vt vnum ex ſuo corpore eligerent Romanū Pontificem, tandem 5. Cal. Nouemb. creauerunt in Papam fratrem Guillelmum de Griſaco Abbatem S. Victoris Maſſilię extra eorum collegium abſentemq; in Italia, vbi ſedis Apoſtolicæ nuncius erat, qui Vrbanus Papa V. appellatus eſt.

Vrbanus V. Pontifex CCI.

ANNO CHRISTI MCCCLXII.

VRbanus Papa V. magiſter frater Guillelmus antea vocatus, Grimaldi Militis filius, natione Gallus, prouincia Tholoſana, oppido ditionis paternæ Griſaco, diœceſis Mimmatenſis ortus, ab ineunte ætate liberalibus diſciplinis imbutus artium, decretorum, & ſacræ Theologiæ magiſter factus eſt. fuit autem monachus profeſſus in monaſterio conuentuali Chiriacenſi, Mimmatenſis diœceſis, cū Papa Innocentius VI. ex Abbate monaſterii Antiſiodorēſis, Abbatē Cœnobii S. Victoris Maſſiliæ fecit. quo mortuo Auinione omnium Cardinalium ſuffragiis, non Cardinalis, & abſens V. Calend. Nouembris Anni 1362.

Digitized by Google

Pontifex Maximus renunciatus, Auinionem veniens 8. Idus Nouembris, conſecrationem ſimul, & coronationem ſuam perfecit.

Sedit Imper. Carolo IV. Auguſto annos 8. menſem 1. & dies 17.

Cardinales XXI. viui quando Vrbanus Papa VI. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Ioannes XXI. & Clem. VI.

Talairandus Epiſcopus Cardin. Albanus Decanus.

Clemens Papa VI.

*Guido Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Clem. VI. & Innocent. VI.

Egidius Aluari Epiſcopus Cardin. Sabinus.
Raimundus Epiſcopus Card. Prænestinus.
Nicolaus Capoceius Epiſc. Card. Tuſculanus.

Innocentius Papa VI.

Andoinus Alberti Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Presbyteri Cardinales VIII.

Clemens Papa VI.

Frater Hugo tt. SS. Laurentii, & Damaſi, S. R. E. Archipresbyter.
Frater Guillelmus S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Innocentius Papa VI.

Frater Helias tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Petrus tt. S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Vicecancellarius.
Egidius SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.
Frater Andoinus de Rocca tt. S. Marcelli.
Ioannes tt. S. Marci.
Petrus tt. SS. quatuor Coronatorum.

Diaconi

Digitized by Google

Diaconi Cardinales VII.

Clemens Papa VI.

uillelmus S. Mariæ in Coſmedin, S. R. E. Archidiaconus.

icolaus S. Mariæ in via lata.

etrus S. Mariæ nouæ.

ainaldus Vrſinus S. Hadriani.

Innocentius Papa VI.

uillelmus S. Georgii in Velabro.

tephanus S. Mariæ in Aquiro.

ugo S. Mariæ in porticu.

Prima creatio III. Cardinalium.

Anno Domini 1366. Pontificatus IV. 15. Calen. Octobris, in IV. temporibus Septembris, Auinione Papa Vrbanus V. primo creauit tres Cardinales, qui fuerunt

rater Anglicus Grimoaldi de Griſaco, Mimmatenſis diœceſis, Gallus, nepos ſuus, canonicus regularis S. Rufi prope Valentiam, Epiſcopus Auinionenſis, Presbyter Card. S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

rater Guillelmus Sudre, Lemouicēſis, ex prouincia Tholoſana, Gallus, ordinis prædicatorum, ex prouinciali Tholoſana Lector ſacri Palatii, & Epiſcopus Maſſilienſis Presbyter Card. tt. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

rater Marcus de Viterbio, ordinis minorum XXII. Generalis miniſter, Theologus ex prouincia Romana, Preſbyter Cardinalis tt. S. Praxedis.

Secunda creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1367. Pontific. V. 4. Idus Maii Maſſiliæ apa Vrbanus iterum creauit Cardinalem, is fuit

uillelmus de Agrifolio, Gallus, Notarius Papæ DD. Doctor, Presbyter Cardin. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Digitized by Google

Tertia creatio VIII. Cardinalium.

Anno Domini 1368. Pontific. VI. apud Montemflaſconem xi. Cal. Octobr. in iv. temporibus, Papa Vrbanus V. tertio creauit Cardinales, qui fuerunt

Arnaldus Bernardi de monte maiori, Gallus, Archiepiſcopus Auxitanus, Patriarcha Alexandrinus, & S R.E. Camerarius Presbyter Cardin. tt. S. . . .

Philippus Patha Cabaſole, Auinionenſis, Gallus, Epiſcopus Cauillacēſis, & Patriarcha Hieroſolymitanus Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Simon de Laughiam, Anglus Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Primas Angliæ tt. S. Xyſti.

Bernardus de Boſqueto, Gallus, Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum.

Ioannes de Dormano, Gallus, Epiſcopus Beluacenſis, tt. SS. iv. Coronatorum.

Stephanus de Pariſiis, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis Presb. Card. tt. S. Euſebii.

Franciſcus de Thebaldeſcis Romanus, prior S. Petri ad Vincula, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Petrus de Cinacho comes Petragoricēſis, Gallus, Presbyt. Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi.

Quarta creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1370. Pontificatus VIII. 7. Idus Iunii apud Montemflaſconem Vrbanus Papa V. quarto creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus de Stagno, Gallus, Archiepiſcopus Bituricenſis, S. R.E. Camerarius, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim. tt. Caliſti.

Petrus Corſinus ciuis, & Epiſcopus Florentinus DD. D. Presbyter Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi.

Epiſcopi Cardinales VII. creati à Papa Vrbano V.

Frater Helias de S. Heredio, Vticenſis, ord. minorum, ex Presbytero

Presbytero Card. tt. S. Stephani in Cælio monte, Innocentii VI. Epiſcop. Card. Oſtienſis, & Veliternus.
Petrus Itenii, ex Presbytero Card. tt. SS. IV. Coronatorum Innocentii VI. Epiſcopus Card. Albanus.
Frater Guillelmus Sudre ord. prædicatorum ex Presbytero tt. Pammachii, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.
Frater Anglicus de Griſaco, ex Presbytero tt. Eudoxiæ, Epiſcopus Cardin. Albanus.
Frater Guillelmus de Agifolio, ex Presbytero tt. Caliſti, Clementis VI. Epiſc. Card. Sabinus.
Egidius Iſſalnii ex Presbytero tt. Equitii Innocentii VI. Epiſc. Card. Tuſculanus.
Philippus de Cabaſole ex Presbytero tt. S. Sabinæ Epiſc. Card. Præneſtinus.
Guillelmus Bragoſe ex Diacono S. Georgii in Velabro Innocentii VI. Presbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, & maior Pœnitentiarius.
Stephanus Alberti, ex Diacono S. Mariæ in Aquiro Innocentii VI. Presbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in Lucina.
Papa Vrbanus V. quatuor ordinationib. mēſibus Maio, Iunio, & Septemb. factis XIV. nouos creauit Cardin. Epiſcopos videlicet VII. & in his quatuor ex antiquis Preſbyteris, & Presbyteros XIII. ſed duos ex antiquis Diaconis.
Petrus de Monturuco Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Vicecancellarius ſub Vrbano Papa V.

Cardinales XV. mortui ſub Vrbano Papa V.

Andoinus Alberti Lemouicenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus obiit Auinione 7. Idus Maii, Anno Chriſti 1363. Pontificatus primo.
Frater Hugo Rogerii monachus Tucellenſis, Presb. Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi obiit Auinione 12. Cal. Octobris anni 1363.

Digitized by Google

Talairandus comes Petragoricenſis Epiſcopus Card. Albanus obiit Auinione anno 1364. Pont. II

Frater Helias de S. Heredio ord. minorũ Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus obiit Auinione IV. nonas Octobris anno 1367. Pontificatus V. ſepultus ad minores.

Petrus Itenii Vaſco, Epiſcopus Card. Albanus obiit Auinione 13. Calendas Iunii anni 1367. Pontificatus V.

Egidius Aluari de Albornotiis Epiſcopus Cardin. Sabinus obiit Viterbii 9. Cal. Septembr. an. 1367. cadauer in Hiſpaniam translatum.

Guillelmus Bragoſe Presbyt. Cardin. tt. Lucinæ, & maior Pœnitentiarius obiit Romæ 3. Idus Nouemb. anno eodem ſepultus in titulo ſuo.

Nicolaus Capoceius Romanus Epiſcopus Card. Tuſculanus obiit apud Montem Flaſconem 7. Cal. Auguſti añο 1368. Pontificatus VI. cadauer Romam translatum in Eccleſia S. Mariæ maioris ſepultum eſt.

Frater Marcus Viterbienſis, ordinis minorum, Presbyter Card. tt. S. Praxedis obiit Viterbii 3. nonas Septembris anno 1369. Pontific. VII. ibidem ad minores ſepultus.

Stephanus Alberti, Lemouicenſis, Presbyter Card. tt. Lucinæ, obiit Viterbii 4. Cal. Octob. eodem anno, ſepultus ibidem in eccleſia cathedrali.

Frater Guillelmus de Agrifolio, monachus Cluniacenſis, Epiſcopus Cardin. Sabinus, obiit Viterbii 4. Nonas Octobris eiuſdem anni, ſepultus ibidem ad Trinitatis eccleſiam.

Arnaldus Bernardi de monte Maiori Presbyter Card. & S. R. E. Camerarius, obiit Viterbii ex peſte anno 1369. Pontificatus VIII. ſepultus ad eccleſiam minorum, S. Franciſci.

Frater Androinus de Roca, monachus, & Abbas Cluniacenſis,

cenſis, Presbyter Car.tt. S. Marcelli obiit Viterbii anno 1369. Pontific. VII. 4. Cal. Octobr. cadauer in eccleſia Veritatis ſepultum eſt.

Nicolaus de Reſſa, Lemouicenſis, Gallus Diacon. Card. S. Mariæ in via lata, obiit Romæ Nonis Nouembr. anno Chriſti eodem, Pontific. vero, VIII.

Petrus de Kinacho Comes Petragoricenſis Presbyt. Card. tt. SS. Laurentii, & Damaſi obiit Auinione anno 1370. Pontific. IX.

Obitus Vrbani Papæ V.

Anno Domini 1370. 14. Calen. Ianuarii Auinione obiit Vrbanus Papa V. in domo Anglici Cardinalis, Epiſcopi Albanenſis nepotis ſui. cadauer Maſſiliam portatum in eccleſia S. Victoris, cuius olim Abbas fuerat, ſepultum eſt. vacauit, eo mortuo, ſedes dies 10.

Eodem anno 13. Cal. Ianuarii Nouendialia Vrbani Papæ V. in cathedrali Eccleſia Auinionenſi à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 4 Calen. Ianuarii finitis exequiis, & miſſa Spiritus ſancti cantata Cardinales qui Auinione erant numero xx. conclaue paratum in Apoſtolico palatio Auinionenſi ingreſſi ſunt, vbi die ſequenti videlicet 3. Calend. Ianuarii elegerunt in Papam Petrum Rogerii Diaco. Cardinalem S. Mariæ nouæ, qui Gregorius Papa XI. appellatus eſt.

Gregorius XI. Pontifex CCII.

ANNO CHRISTI MCCCLXXI.

GRegorius Papa XI. Petrus antea vocatus, natione Gallus, prouincia Tholoſana, patria Lemouicenſis, familia Monſtria, ex oppido Malmonte oriunda, comes Belli fortis, Papæ Clementis VI. fratris filius fuit, atque ab eodem S. Mariæ nouæ Diac. Cardinalis creatus, qui mortuo Vrbano Papa V. in eius locum Auinione omniũ Cardinalium ſuffragiis 3. Calen. Ianuarii Anno Domini 1371.

Digitized by Google

ineunte, Pontifex Maximus renunciatus, die Epiphania conſecratus,& coronatus eſt.

Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Carolo IV & Wenceſlao Auguſtis annos 7.menſes 2.& dies 27.

Cardinales XX. viui quando Gregorius Papa XI. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Clemens Papa VI.

Guido Epiſcopus Portuenſis,& S.Rufinæ Decanus.

Clem.VI. & Innocent. VI.

Raimundus Epiſcopus Card.Prænestinus.

Vrbanus Papa V.

Frater Guillelmus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus.

Frater Anglicus Epiſcopus Card. Albanus.

Innocentius VI. & Vrban.V.

Egidius Bellamera Epiſcopus Cardin. Tuſculanus.

Vrbanus Papa V.

Philippus de Cabaſole Epiſc. Card. Sabinus.

Presbyteri Cardinales X.

Innocentius Papa VI.

Petrus tt.S.Anaſtaſiæ,S.R.E. Archipresbyter,& Vicecancellarius.

Ioannes de Blanſaco tt.S.Marci.

Vrbanus Papa V.

Guillelmus tt.S.Stephani in Cœlio monte.

Simon de Laughiam tt.S.Xyſti.

Bernardus de Boſqueto, Baſilicæ Apoſtolorum.

Ioannes tt.SS.quatuor Coronatorum.

Stephanus de Pariſiis,tt.S.Euſebii.

Franciſcus Tebaldeſcus tt.S.Sabinæ.

Petrus S.Mariæ Tranſtiberim,& Caliſti.

Petri

Petrus Corſinus tt. SS. Laurentii, & Damaſi.

Diaconi Cardinales IV.

Clemens Papa VI.

Guillelmus S. Mariæ in Coſmedin, S. R. E. Archidiaconus.
Petrus Bellifortis S. Mariæ nouæ.
Rainaldus Vrſinus S. Hadriani.

Innocentius Papa VI.

Hugo de S. Marciali S. Mariæ in Porticu.

Prima creatio XII. Cardinalium.

Anno Domini 1371. Pontific. primo 6. Idus Iunii Auinione Gregorius Papa XI. primo XII. creauit Cardinales; qui fuerunt

Petrus Gometii Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Hiſpanus, Presbyter Cardin. tt. S. Praxedis.
Ioannes de Croſo ciuis, & Epiſcopus Lemouicenſis, Gallus LL. Doctor Presbyter Cardinalis tt. SS. Nerei, & Achillei, S. R. E. maior Pœnitentiarius.
Frater Bertrandus Lagerii de Figiaco, Gallus, ordinis minorum, Theologus, Epiſcopus Glaudacenſis, Presbyter Card. tt. S Priſcæ.
Bertrandus de Canhaco Gallus, Epiſcopus Conuēnarum, Presbyter Cardinalis tt. S...
Frater Guillelmus de Conaco, Gallus, monachus DD. Doctor, Epiſcopus Mimmatenſis, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Robertus ex Comitibus Gebennenſibus, Gallus, Epiſcopus Cameracenſis, Presbyter Cardin. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Ioannes Fabri, Gallus, Epiſcopus Tutellenſis, Presbyter Card. tt. S. Marcelli.
Frater Ioannes de Turre; Gallus, monachus, & Abbas Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Digitized by Google

Iacobus Vrſinus Romanus DD. Doctor, Papæ Notarius Diaconus Card.S. Georgii in Velabro.

Petrus Flandrini Gallus, DD.D. Diaconus Cardin.S. Euſtachii.

Guillelmus Noueletti, Gallus, LL. Doctor Diac. Card.S. Angeli.

Petrus de Veruco, Gallus, DD. Doctor Diaconus Cardin. S. Mariæ in via lata.

Secunda creatio X. Cardinalium.

Anno Domini 1375. Pontificat. V. menſe Decembri, Auinione Papa Gregorius XI. iterum creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus Iudicis, Lemouicenſis, Gallus, eius conſobrinus, Archiepiſcopus Narbonenſis Presbyter Cardinalis.

Simon de Borſano ciuis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis V. I. Doctor Presbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Ioannes de Fliſco Genuenſis, Epiſcopus Vercellenſis, Presbyt. Cardin. tt S. Marci.

Hugo de Monte Longo dictus de Britannia, Gallus, tt. SS. IV. Coronatorum.

Ioannes de Buxeriis Gallus, Epiſcopus . . . Presbyter Card.

Guido de Maloſicco, Gallus, ciuis, & Epiſcopus Pictanenſis DD.D. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Frater Ioannes de Grangia, Gallus, monachus DD. Doctor, Epiſcopus Ambianenſis tt. S Marcelli.

Petrus de Bernhia, Gallus, LL. Doctor Epiſcopus Viuariẽſis, tt. S. Laurentii in Lucina.

Frater Gerardus de Podio, Gallus, monachus Cluniacenſis, & Abbas maioris monaſterii, Presbyt. Cardin. tt. S. Clementis.

Petrus de Luna Arrago Hiſpanus DD. Doctor Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Epiſcopi

Epiſcopi Cardinales V. creati à Gregorio Papa XI.

Ioannes de Blanſaco, ex Presbytero tt. S. Marci, Innocentii VI. Epiſc. Card. Sabinus.

Simon de Laughiam, ex Presbytero tt. S. Xyſti, Vrbani V. Epiſc. Card. Prænestinus.

Petrus de Stagno, ex Presbytero tt. Caliſti, Vrbani V. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Petrus Corſinus, ex Presbytero tt. Damaſi, Vrbani V. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Ioannes de Croſo, ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Guillelmus Iudicis ex Diacono S. Mariæ in Coſmedin, Clementis Papæ VI Presbyter Cardinal. tt. S. Clementis.

Gregorius Papa XI duabus ordinationibus menſibus Iunio, & Decembri factis, creauit Cardinales nouos xxII. videlicet Epiſcopos v. ſed quatuor ex antiquis Presbyteris, Presbyteros xvII. in quibus vnũ ex antiquis Diaconis, & Diaconos v.

Anno Domini 1375. Papa Gregorius XI. curiam Romanam ex Auinione, vbi magno quum vrbis Romæ, tum totius orbis Chriſtiani incommodo per annos plus minus 70. permanſerat, menſe Ianuario ad Vrbem veniens, Romam reduxit, vbi etiam vitamININglorioſe finiuit.

Petrus de Monturuco Presbyter Cardinal. tt. S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Vicecancellarius ſub Gregorio Papa XI.

Bartholomæus Prægnanus Neapolitanus, Archiepiſcopus Acheruntinus, poſt Barenſis, Cancellariæ Regens in Italia ſub Papa Gregorio xI. in abſentia Petri de Monturuco Cardinalis, & Vicecancellarii, ab anno 5. ad finem Pontificatus.

Cardinales xvIII. mortui ſub Gregorio Papa XI.

Bernardus de Boſqueto, Presbyter Card. Apoſtolorum,

Digitized by Google

obiit Auinione 5. Idus Aprilis anno 1371. Pontificatus primo.

Ioannes Fabri, Gallus tt. S. Marcelli, obiit Auinione prid. nonas Martii, anno 1372. Pontific. II.

Philippus Patha de Cabaſole, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Peruſii in legatione ſua 6. Cal. Septembr. eiuſdem anni.

Raimundus de Cainlhaco, Epiſcopus Card. Præneſtinus, obiit Auinione 12. Cal. Iulii anni 1373. Pontific. III. ſepultus ibidem ad minores.

Frater Guillelmus Sudre Lemouicen. ord. prædicatorum, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit eodem anno. cadauer ad prædicatorum ſepultum.

Stephanus de Pariſiis Presbyter Cardinalis tt. S. Euſebii, obiit Auinione 16. Calend. Nouembris Anno eodem.

Guido de Monte Forti Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Rufinæ obiit Ilerdæ in legatione Hiſpanica 7. Cal. Decemb. anni 1373.

Frater Ioannes de Turre, monachus Presbyter Cardin. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit Auinione 17. Cal. Maii, anno 1374. Pontific. IV.

Guillelmus Iudicis, Presbyter Card. tt. S. Clementis obiit Auinione 4. Cal. Maii, eod. anno.

Rainaldus Vrſinus Romanus, Diac. Cardin. S. Hadriani, obiit Auinione 8. Idus Iunii, eodem anno ſepultus ad minores.

Bertrandus de Cainlhaco, Presbyter Cardinalis obiit Auinione 14. Cal. Iulii eod. anno.

Petrus Gometii Hiſpanus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis, obiit Auinione 6. Nonas Iulii, Anno 1374. Pontificatus IV.

Ioannes de Dormano, tt. SS. IV. Coronatorum, obiit Auinione anno 1375. Pontific. V.

Ioannes de Fliſco tt. S. Marci, obiit anno 1376.

Simon de Laughiam Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, obiit

Auinione

Auinione xı. Cal. Auguſti anni 1376. Pontificat. VI.

Ioannes de Buxeriis Presbyter Cardinalis obiit Auinione prid. nonas Septemb. anno eodem.

Petrus Iudicis Presbyt. Card. obiit P. ſis 4 nonas Nouembris, eodem anno.

Petrus de Stagno, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit Romæ 7. Calend. Decembris anno 1377. Pontificat. VII ſepultus in titulo S. Mariæ Tranſtiberim.

Obitus Papæ Gregorii XI.

Anno Domini 1378. 6. Cal. Aprilis, hora noctis ſecunda, Romæ obiit Papa Gregorius XI. cadauer eius in eccleſia S. Mariæ nouę, cuius quondam fuerat Diaconus Cardinalis, ſepultum eſt. vacauit Romana ſedes, eo mortuo, ſi electionis Vrbani Papæ VI. rationem habere voluerimus, dies xı. ſi vero vſque ad creationem Clementis VII. interregnum Pontificium fuiſſe dixerimus, menſes quinque, & dies 24.

Eodem anno 4. Cal. Aprilis, eius Nouendialia à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno ſeptimo Idus Aprilis, finitis exequiis Gregorii XI. & Spiritus ſancti Miſſa decantata, hora iam tarda, Cardinales XVI. qui tunc in vrbe aderant, cōclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio iuxta S. Petrum pro electione noui Romani Pontificis, qui die ſequenti videlicet 6. Idus Aprilis mane facto ſcrutinio hora conſueta elegerunt in Papam Bartholomæum Prægnanum Neapolitanum Archiepiſcopum Barenſem Cancellariæ Apoſtolicæ Regentem extra collegium Cardinalium, qui die ſequenti ab eis in Apoſtolica ſede locatus, Vrbanus Papa VI. appellatus eſt.

Clemens VII. Antipapa XXXV.

ANNO CHRISTI MCCCLXXVIII.

CLemens Papa VII. Robertus antea vocatus, natione Gallus, ex prouincia Arelatenſi, familia nobi-

liſſima comitum Gebennenſium ortus, patrem habuit Amadeum comitem Gebennenſem, matrem vero Mithildem de Bolonia; qui à Gregorio Papa XI. ex Epiſcopo Cameracenſi Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum creatus eſt. quo mortuo in ſchiſmate contra Vrbanum Papam VI. ab eiſdem Cardinalibus, qui Vrbanum Papam paulo ante elegerant, fundis in Campania 12. Cal. Octobris anni 1378. Romanus Pontifex renunciatus, ibidem pridie Cal. Octobris coronatus eſt.

Sedit autem Auinione Imp Cæſ. V. Wenceſlao in ſchiſmate contra Vrbanum VI. & eius ſucceſſorem Bonifacium IX. annos 15. menſ. 11. & dies 28.

Cardinales XXII. viui quando Clemens VII. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Vrbanus Papa V.

* Frater Anglicus Epiſcopus Card. Albanus Decanus.

Innocent. VI. & Vrban. V.

* Egidius Iſſalnii Epiſcop. Card. Tuſculanus.

Innocent. VI. & Gregor. XI.

* Ioannes de Blanſaco Epiſc. Card. Sabinus.

Vrban. V. & Gregor. XI.

Petrus Corſinus Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Gregorius Papa XI.

Ioannes de Croſo Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Greg. XI. & Vrban. VI.

Frater Bertrandus Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Presbyteri Cardinales X.

Innocentius Papa VI.

* Petrus tt. S. Anaſtaſiæ, S.R.E. Archipresbyter, & Vicecancellarius.

Vrba-

Urbanus Papa V.

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Gregorius Papa XI.

Frater Guillelmus de Conhaco S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Robertus Presbyter Card. Baſilicæ Apoſtolorum.
Simon SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Hugo tt. SS. IV. Coronatorum.
Guido tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Frater Ioannes tt. S. Marcelli.
Petrus tt. S. Laurentii in Lucina.
Frater Gerardus tt. S. Clementis.

Diaconi Cardinales VI.

Innocentius Papa VI.

Hugo S. Mariæ in porticu, S.R.E. Archidiaconus.

Gregorius Papa XI.

Iacobus Vrſinus S. Georgii in Velabro.
Petrus Flandrini S. Euſtachii.
Guillelmus Nouelletti S. Angeli.
Petrus de Veruco S. Mariæ in via lata.
Petrus de Luna S. Mariæ in Coſmedin.

Prima creatio VI. Cardinalium.

Anno Domini MCCCLXXVIII. Pontific. I. 17. cal. Ianuarii in 4. temporibus Aduentus Fundis, Papa Clemens VII. primo creauit Cardinales, qui fuerunt

Iacobus de Viſſ. Gallus, Archiepiſcopus Hidruntinus, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, Presbyter Cardinalis tt. S. Priſcæ.

Nicolaus Brancatius Auinionenſis, Gallus, Archiepiſcopus Conſentinus, Presbyter Card. tt. S. Marci.

Petrus Soracenacus, Gallus, Auditor Rotæ Archiepiſcopus Ebredunenſis, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Petrus de Bareria, Gallus, Epiſcopus Eduenſis Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Frater Nicolaus de Sancto Saturnino de Claromonte Aluerniæ, Gallus, ordinis prædicatorum Theologus, magiſter ſacri Palatii, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Frater Leonhardus de Ciſſono Regnicola ordinis minorum XXIII. Generalis miniſter Theologus Presbyter Card. SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Secunda vnius Cardinalis creatio.

Anno Domini MCCCLXXXII. Pontific. 4. iterum Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum abſentem, in Hiſpania commorantem, per Petrum de Luna Cardinalem, & tunc in Hiſpania ſedis Apoſtolicæ legatum, is fuit

Guncterus Gometii de Luna, Hiſpanus, Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Tertia vnius Cardinalis creatio.

Anno Domini MCCCLXXXII. Pontific. 4. tertio cal. Iunii Papa Clemens VII. Auinione tertio creauit Cardinalem, is fuit

Frater Thomas de Caſaco, Gallus, monachus, & Abbas, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Quarta X. Cardinalium creatio.

Anno Domini MCCCLXXXIII. Pontific. 6. 10. cal. Ianuarii Auinione Papa Clemens VII. quarto creauit Cardinales, qui fuerunt

Petrus de Croſo Lemouicenſis, Gallus Archiepiſcopus Arelatenſis, & S. R. E. Camerarius, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Fayditus de Agrifolio, Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Auinionenſis, Preſbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Haymericus de Manhaco, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis tt. S. Euſebii.

Petrus Amelii de Monte acuto, Gallus, Epiſcopus Laudunenſis, tt. S. Marci.

Martinus

Martinus . . . Luſitanus, Hiſpanus, Epiſcopus Vlixiponenſis Presbyter Cardinalis.

Gualterus Epiſcopus Glaſquenſis Presbyter Cardinalis.

Frater Ioannes de Nouo caſtro Arrago, Hiſpanus ordinis prædicatorum Theologus, Epiſcopus Tullenſis, Presbyter Card. tt. SS. 4. Coronatorum.

Iacobus de Mentenayo, Gallus, Archidiaconus Remenſis, & cubicularius Papæ, Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Amadeus ex Marchionibus Sallutiarum Lombardus, electus Archiepiſcopus Valenſis, & Dienſis, Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Petrus de Fitigniaco, Gallus V. I. Doctor Prot. Apoſtolic. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Quinta creatio VIII. Cardinalium.

Anno Domini MCCCLXXXV. Pontific. 7. 4. Idus Iulii Auinione Papa Clemens VII. quinto creauit Cardinales, qui fuere

Bertrandus de Canhaco, Gallus, Patriarcha Hieroſolymitanus Presbyter Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Thomas de Manatis ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Amelinus de Lantrico Gallus Epiſcopus Conuennarum Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Ioannes de Minoliis, Gallus, Epiſcopus Gebennenſis, Presbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Viuanenſis V. I. Doctor, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, & S. R. E. Vicecancellarius.

Petrus de Tureyo, Gallus, Epiſcopus Malleacenſis tt. S. Suſannæ.

Ioannes de Placentinis, Gallus, Epiſcopus Caſtellanus tt. S. Cyriaci in Thermis.

Ioannes Rothlandi, Gallus, Epiſcopus Ambianenſis, Presbyter Cardinalis.

Digitized by Google

Sexta creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCLXXXVI. Pontificatus 8. Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, is fuit.

Petrus de Lutcemburgo, Guidonis filius, Gallus, comes S. Pauli Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Septima creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini MCCCLXXXVII. Pontific. 9. in Pentecoſte Auinione Papa Clemens VII. creauit duos Cardinales ab Vrbano VI. creatos, & poſteà priuatos, hi fuere

Pileus de Pratis Concordienſis, Foroiulienſis, Archiepiſcopus Rauennas Preſbyter Cardinalis.

Galeottus Tarlatus de Petra Mala, Aretinus, Tuſcus, Diacon. Card. S. Georgii in Velabro.

Octaua creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCLXXXIX. Pontific. 10. Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Iacobus de Arragonia regio genere ortus, Hiſpanus, Preſbyter Cardinalis.

Nona creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCLXXXIX. Pontific. 12. 6. Idus Nouembris Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum; is fuit

. . . Gallus Archiepiſcopus Lugdunẽſis, Presbyter Cardinalis.

Decima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCXC. Pontific. 12. 10. cal. Auguſti Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Martinus de Salegiis de Balnes, Gallus, Epiſcopus Pampilonenſis Preſbyter Cardinalis.

Vndecima creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini MCCCXC. Pontific. 13. menſe Octobri

in Bel-

Digitized by Google

in Bellocadio Arelatenſis diœceſis, Papa Clemens creauit Cardinales duos, qui fuere

Ioannes Flandrini, Gallus, Archiepiſcopus Auxitanus, Preſbyter Card. tt. SS. Ioannis & Pauli.

Petrus Gerardi de Podio Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Anicienſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis, maior Pœnitentiarius.

Duodecima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCXCI. Pontific. 13. 5. Cal Maii Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Guillelmus de Vergeio, Gallus, Archiepiſcopus Biſuntinus, Presbyter Cardinalis.

Tertiadecima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini MCCCXCIV. Pontific. 16. 4. cal. Februarii Auinione Papa Clemens VII. creauit Cardinalē vnum, qui fuit

Petrus Fernandi Frias, Hiſpanus, Epiſcopus Oxomenſis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Epiſcopi Cardinales VII. creati à Clemente Papa VII.

Frater Bertrandus Lagerii, ex Presbytero tt. S. Priſcæ Gregorii XI. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, ab Vrbano VI. creatus: verum eius ordinatione tanquam ſchiſmatici Pontificis reiecta, à Clemente Papa VII. iterum factus eſt.

Hugo de Britannia ex Presbytero tt. SS. 4. Coronatorum Gregorii XI. Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Petrus Soracenacus ex Presbytero tt. Caliſti; Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Guido Pictauenſis ex Preſbytero tt. S. Crucis, Gregorii XI. Epiſcopus Card. Præneſtinus.

Nicolaus Brancatius ex Preſbytero tt. S. Marci, Epiſcopus Card. Albanus.

Digitized by Google

Iacobus de Arragonia ex Presbytero Cardinale Epiſcopus Card. Sabinus.

Frater Ioannes de Nouo caſtro ex Presbytero tt. SS. 4. Coronatorum Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus.

Papa Clemens VII. treſdecim ordinationibus, menſibus Ianuario, Aprili, Maio, Iulio, Octobri, Nouembri, & Decembri factis 34. creauit nouos Cardinales, Epiſcopos videlicet 7. in his tres ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XXVIII. in his vnum ab Vrbano priuatum, & Diaconos IV. in quibus erat vnus ab Vrbano VI. priuatus.

Vicecancellarii S. R. E. ſub Papa Clemente VII.

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, ab anno primo ad 7.

Ioannes de Bronhiaco Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ ab anno 7. ad finem Pontificatus, & ſub Benedicto Papa XIII.

Cardinales XXVII. mortui ſub Clemente Papa VII.

Egidius Iſſatnii Epiſcopus Card. Tuſculanus obiit Auinione 3. nonas Decembris, anno MCCCLXXVIII. Pontificatus primo.

Ioannes de Blanſaco, Gallus, Epiſcopus Cardin. Sabinus obiit Auinione 8. Idus Iulii anno MCCCLXXIX. Pontificatus primo.

Iacobus Vrſinus Romanus Diac. Card. S. Georgii in Velabro obiit apud Vicouarum Tiburtinæ diœceſis 18. cal Septembris, eodem anno; ibidem ſepultus.

Petrus Flandrini, Gallus, Diac. Cardin. S. Euſtachii, obiit Auinione 10. cal. Februarii anno MCCCLXXXI. Pontificatus 3.

Simon de Borſano Presbyter Card. tt. Pammachii obiit Niciæ in prouincia 6. cal. Septembris anno eodem: ibidem ſepultus fuit.

Frate

Frater Nicolaus de ſancto Saturnino de Aluernia ord. Prædicatorum, tt. S. Xyſti obiit Auinione 10. cal. Februarii, anno MCCCLXXXII. ibidem ad prædicatores ſepultus.

Petrus de Bareria Presbyter Card tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Auinione Idibus Iunii anni MCCCLXXXIII. Pōtific. 5. ibidem in cathedrali ſepultus.

Ioannes de Croſo Epiſcopus Card. Præneſtinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Auinione XI. cal. Decembris anni MCCCLXXXIII. Pontificat. 6. cadauer ibidem in cathedrali eccleſia ſepultum eſt.

Guillelmus de Conaco Presbyter Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ, obiit Auinione 3. cal. Ianuarii anni MCCCLXXXIIII. Pontific. 6.

Hugo de ſancto Marciali, Diac. Card. S. Mariæ in porticu, obiit Auinione prid. cal. Martii, anno MCCCLXXXIV. Pontific. 6. ſepultus ibidem in cathedrali.

Haymericus de Manhaco Presbyter Cardin. tt. S. Euſebii obiit Auinione 12. cal. Aprilis, anno MCCCLXXXV. Pōtificatus 7.

Petrus de Monturuco, Presbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ, S. R. E. Viceecancellarius, obiit Auinione eodem anno 3. cal. Iunii.

Frater Anglicus Grimoaldi de Griſaco Epiſcopus Cardin. Albanus, obiit Auinione 16. cal. Aprilis anno MCCCLXXXVII. Pontificatus 9.

Petrus de Lutcemburgo, Gallus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro, obiit Auinione 3. nonas Iulii anno eodem. ſepultus ad eccleſiam Cæleſtinorum apud pontem Sorgiæ.

Petrus de Croſo Presbyter Card. tt. S. Nerei, & Achillei, & S. R. E. Camerarius, obiit Auinione 16. cal. Decembris anno MCCCLXXXVIII. Pontific. XI.

Frater Gerardus de Podio monachus, Presbyter Card. tt. S. Clementis obiit Auinione 14. calen. Februarii, anno MCCCLXXXIX. Pontificatus XI.

Petrus Amelii de Monte acuto, Presbyt. Card. tt. S. Marci,

Digitized by Google

obiit Auinione 4. Idus Auguſti, anno MCCCLXXXIX. Pontificatus XI.

Amelinus de Lantrico, Presbyter Card. tt. S. Euſebii obiit Auinione 7. Idus Iunii anno MCCCXC. Pontificatus 12.

Frater Thomas de Caſaco, Gallus, monachus Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Auinione 15. cal. Iulii anno MCCCXC.

Petrus Soracenacus Epiſcopus Card. Sabinus obiit Auinione 16. cal. Septembris eiuſdem anni.

Gunſterus Gometii de Luna, Presbyter Card. tt. Pammachii obiit in Hiſpania anno MCCCXCI. Pontific. 13.

Iacobus de Mentenayo, Gallus, Presbyter Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Auinione cal. Maii eiuſdem anni.

Fayditus de Agrifolio Lemouicen. Presbyter Card. tt. Equitii obiit Auinione 6. nonas Octobris, anni MCCCXCI. Pontific. 14. ſepultus ibidem in cathedrali.

Petrus de Fitigniaco Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro, obiit Auinione nonis Nouembris, anno MCCCXCII. Pontif. 15. ſepultus ad Cæleſtinos apud pontem Sorgiæ.

Frater Bertrandus Lagerii de Figiaco ord. minorum Epiſcopus Card. Oſtienſis, obiit 6. Idus Nouembris anni eiuſdem. ſepultus ibidem ad minorum eccleſiam.

Guillelmus Nouelletti Diaconus Card. S. Angeli, obiit Auinione 4. nonas Iulii anno MCCCXCIV. Pontificat. 16.

Obiit quoque ſub Clemente Papa VII. Iacobus de Viſſi Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ, ſed quo anno, vel die incertum.

Obitus Clementis Papæ VII.

Clemens in ſua obedientia vocatus Papa VII. obiit Auinione in palatio Apoſtolico 16. cal. Octobris, anni MCCCXCIV. cadauer Auinione ad Cæleſtinorum eccleſiam ſepultum eſt. Vacauit in ſua obedientia ſedes dies XI.

Eodem

Eodem anno 15. Cal. Octobr. Auinione in Eccleſia Cathedrali Nouendialia Papæ Clementis VII. à ſuæ obedientiæ Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 6. Cal. Octobris, finitis exequiis Clementis VII. & Spiritus Sancti Miſſa percantata, Cardinales obedientię Clementis conclaue ingreſſi ſunt, paratum in Apoſtolico palatio Auinionenſi pro eligendo ſucceſſore Clemēti VII. qui 4. Cal. Octobris elegerunt Petrum de Luna Hiſpanum Diac. Card. S. Marię in Coſmedin, hac conditione, vt pro tollendo ſchiſmate liberè Pontificatu abdicaret, quoties Papa alterius obedientiæ idem faceret, quod etiam iam electus iurauit ſe facturum, qui Benedictus XIII. Papa appellatus eſt.

Benedictus XI. dictus XIII. Antipapa XXXVI.

ANNO CHRISTI MCCCXCIV.

Benedictus Papa XI. dictus XIII. Petrus antea vocatus, natione Hiſpanus, Prouincia Arragonia, familia nobiliſſima de Luna ortus, præſtantiſſimus legum, & iuris Canonici interpres fuit. qui à Gregorio Papa XI. Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin creatus eſt. mortuo verò Clemente Papa VII. in ſua obedientia nuncupato, Auinione in ſchiſmate contra Bonifacium Papam IX. Vrbani VI. ſucceſſorem, à Cardinalibus obedientiæ Clementis IV. Cal. Octob. anni 1394. Pontifex hac lege renunciatus eſt, vt pro pace publica, & Eccleſiæ cōcordia, Pontificatu ſponte abdicaret, quoties & alterius obedientiæ Pontifex idem faceret, quod etiam ſe facturum iure iurando promiſit. ibidem autem Calend. Octobris conſecratus, & coronatus fuit. ſedit verò in ſua obedientia Imp. Cæſaribus Wenceslao, Ruperto, & Sigiſmundo Auguſtis annos plus minus 30.

Cardinales XXVIII. viui, quando Benedictus Papa XI. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Digitized by Google

Vrbanus V. & Gregorius XI.

Petrus Corſinus Epiſcop. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ Decanus.

Gregorius XI. & Clemens VII.

Hugo Epiſc. Card. Tuſculanus.
Guido Epiſc. Card. Prænestinus.

Clemens Papa VII.

Nicolaus Brancatius Epiſc. Card. Albanus.
Iacobus de Arragonia Epiſc. Card. Sabinus.
Fr. Ioannes Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Presbyteri Cardinales XIX.

Vrbanus Papa V.

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte, S.R.E. Archipreſbyter.

Gregorius Papa XI.

Fr. Ioannes de Grangia tt. S. Marcelli.
Petrus de Bernhia tt. S. Laurentii in Lucina.

Clemens Papa VII.

Fr. Leonardus de Chiffono, tt. S. Xyſti.
* Martinus Luſitanus Preſbyt. Card.
* Gualterus, S.R.E. Preſbyt. Card.
Bertrandus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.
Thomas tt. S. Praxedis.
Ioannes S. Vitalis tt Veſtinæ.
Ioannes tt. S. Anaſtaſiæ, S.R.E. Vicecancellarius.
Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ.
Ioannes tt. S. Cyriaci in Thermis.
Ioannes Rothlandi Preſbyt. Card.
. . . Lugdunenſis Preſbyt. Card.
Martinus de Salegiis Preſbyt. Card.
Ioannes Flandrini SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachii.
Petrus de Podio tt. S. Clementis.
Guillelmus de Vergeyo Preſbyt. Card.
Petrus Fernandi Frias Preſbyt. Card.

Diaco-

Diaconi Cardinales III.

Gregorius Papa XI.

Petrus de Veruco S. Mariæ in via lata, S. R. E. Archidiaconus.

Petrus de Luna S. Mariæ in Coſmedin.

Clemens Papa VII.

Amadeus S. Mariæ nouæ.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1396. Pontificat. 3. 9. Cal. Ianuarii Auinione Benedictus Papa XI. primo creauit Cardinalem vnum. is fuit

Petrus Blani Hiſpanus LL. Doctor, Referendarius Apoſt. Diac. Card. S. Angeli.

Secunda creatio trium Cardinalium.

Anno Domini 1397. Pontific. 3. 12. Cal. Octobris Auinione Papa Benedictus XI. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Ferdinandus de Calniello, Hiſpanus, Epiſc. Tiraſonenſis, Preſbyt. Card. Baſilicæ SS XII. Apoſtolorum.

Ianfridus de Ronyl, Gallus, Referendarius Apoſtol. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Petrus Serra Hiſpanus, electus Cataníenſis, Diac. Card. S. Angeli.

Tertia creatio trium Cardinalium.

Anno Domini 1397. Pontific. 4. 12. Cal. Ianuarii, Auinione Benedictus Papa XI. tertio creauit tres Cardinales, qui fuerunt

Berengarius Hiſpanus, Epiſcopus Gerundenſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Bonifacius de Manatis Neapolitanus, Notarius Apoſtol. Diac. Card. S. Hadriani.

Ludouicus de Barro, Gallus, propinquus regis Francorum, Diac. Card. S. Agathæ.

Digitized by Google

Tertia creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1306. . . . Pontific. 10. . . . Auinione Papa Benedictus XI. quartò creauit Cardinalem vnum, is fuit

Antonius de Calancho Sabaudienſis, Allobrox, electus Archiepiſcopus Lauſannenſis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata.

Epiſcopi Cardinales IV. creati à Benedicto Papa XI.

Guillelmus de Agrifolio ex Preſbytero tt. S. Stephani in Cœlio monte Vrbani V. Epiſc. Card. Sabinus.

Ioannes de Bronhiaco ex Preſbytero tt. S. Anaſtaſiæ Gregorii XI. Epiſcop. Card. Oſtienſis, & Veliternus, S.R.E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, ex Preſbytero tt. S. Clementis, Clementis VII. Epiſc. Card. Tuſculanus.

. . . ex Preſbytero Clementis VII. Epiſcop. Card. Portuenſis, & S Rufinæ.

An alios Epiſcopos Cardinales creauerit incertum.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, poſt Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, S.R.E. Vicecancellarius ſub Papa Benedicto XI. ab anno Pontificatus primo ad 15. in quo, eó relicto, ad Concilium Piſanum cum reliquis Cardinalibus acceſſit.

Cardinales XXIV. mortui ſub Benedicto Papa IX. ante primam eius in Concilio Piſano abrogationem.

Iacobus de Arragonia, Epiſc. Card. Sabinus, obiit in Arragonia anno 1396. Pontific. 2.

Thomas de Amanatis Neapolitanus, Preſbyter Card. tt. S. Praxedis, obiit Auinione 8. Idus Decembr. anno 1396. Pontific. 3.

Fr. Ioannes de Nouocaſtro Arrago, Ord. Prædicatorum, Epiſco-

Epiſcopus Card. Oſtienſis, obiit anno 1400. Pontificatus 6.

Hugo de Montelongo dictus de Britannia, Epiſcop. Card. Præneſtinus, obiit Auinione anno Domini 1400. . . . Pontificat. 6.

Petrus Corſinus Florentinus, Epiſc. Card. Portuenſis, tt. S. Rufinæ, obiit anno 1404. Pontific. 10. Cadauer Florentiæ in Cathedrali ſepultum.

Guillelmus de Agrifolio, Gallus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, obiit anno Domini 1405. . . . Pontificatus 12.

Cardinales incerto tempore mortui inter annos 1400. & 1409.

Fr Ioannes de Grangia Monachus, DD. Doctor, Preſbyt. Card tt. S. Marcelli.

Petrus de Bernhia LL. Doctor Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Fr. Leonhardus de Chiffono Ordin. Minorum Preſbyter Card. tt. Equitii.

Martinus Luſitanus Epiſcopus Vlixponenſis Preſbyter Cardinalis.

Gualterus Epiſcopus Glaſquenſis Preſbyt. Card.

Bertrandus de Canhaco Preſbyter Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Ioannes de Minoliis, Gallus, Preſbyter Cardinalis S. Vitalis tt. Veſtinæ.

Ioannes de Placentinis, Preſbyter Cardin. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Ioannes Rothlandi, Gallus, Preſbyt. Card.

. . . Gallus, Archiepiſcopus Lugdunenſis Preſbyt. Cardinalis.

Martinus Salegius de Balues, Preſbyt. Card.

Guillelmus de Vergeyo Preſbyt. Card.

Petrus de Veruco, Gallus, Diaconus Card. S. Mariæ in via lata.

Petrus Blani Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

Digitized by Google

Ferdinandus de Calmiello Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Ianfridus de Ronyl, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro.

Berengarius Hiſpanus, Preſbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Bonifacius de Amanatis, Neapolitanus, Diac. Card. S. Hadriani.

Cardinales X. qui relicto Benedicto XI. Piſas ad Concilium cum Cardinalibus alterius obedientiæ pro noua Pontificis electione conuenerunt.

Guido de Miloſicco Pictauenſis Gallus, Epiſc. Card. Prænestinus.

Nicolaus de Brancatiis Neapolitanus, Epiſcopus Card. Albanus.

Ioannes de Bronhiaco Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus, S.R.E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ, Preſbyt. Card.

Petrus Fernandi Frias dictus, de Hiſpania, tt. S. Praxedis.

Amadeus Marchio Sallutiarum Diaconus Card. S. Mariæ nouæ.

Petrus Serra, Hiſpanus. Diac. Card. S. Angeli.

Lodouicus de Barro, Gallus, Diac. Card. S. Agathæ.

Antonius de Calancho, Allobrox, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Lodouicus de Fliſco, Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani, qui, quum ab Vrbano VI. creatus eſſet, relicto Innocentio Papa VII. eius ſucceſſore ad Benedictum XI. confugerat: rediit autem nouiſſimus omnium Bononiam poſt creationem Papæ Ioannis XXIII.

Prima abrogatio Benedicti Papæ XI. in Concilio Piſano.

Anno Domini 1409. Pontificatus Papæ Benedicti XI.

anno 14. menſe 8. & die 9. Nonis Iuniis, in Concilio Piſano à Cardinalibus vtriuſque obedientiæ congregato, ex totius Synodi ſententia, Benedictus Papa XI. dictus VIII. & Gregorius Papa XII. periurii, ſchiſmatis, & aliorum criminum damnati, Pontificatibus priuati ſunt, tertiusq; in vtriuſque locum ſuffectus eſt Alexander Papa V. nec Benedictus, nec Gregorius Concilio obtemperare voluerunt; ſed vterque Pontificatus inſignia tenuerunt; Benedictus quidem vſq; ad mortem, Gregorius verò vſq; ad Concilium Conſtantienſe.

Quinta creatio duodecim Cardinalium.

Anno Domini 1409. Pontificatus 15. in quatuor temporibus menſis Septembris, Paniſchoiæ, quod eſt Arragoniæ oppidum, Benedictus Papa XI. audita ſua depoſitione facta in Concilio Piſano, ad augendum ſchiſma quintò creauit Cardinales, qui fuerunt

. . . Archiepiſcopus Tholoſanus, Gallus. Preſbyt. Card.

. . . Archiepiſcopus Roſanenſis, Preſbyt. Card.

Antonius Venenz, Hiſpanus, Epiſc. Legionenſis, Preſbyt. Card.

Fr. Petrus Comes de Fuxo, Gallus, Ord. Minorum Theologus, Epiſc. Laſcurrenſis, & Conuennarum, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Fr. . . . Hiſpanus, Canonicus regularis, & Abbas montis Arragonum, Preſbyt. Card.

. . . de Anche, Hiſpanus, Preſbyt. Card.

Iulianus Dobla, Hiſpanus, Preſbyt. Card.

Fr. . . . Hiſpanus, Ord. Carthuſianorum Preſbyt. Card.

Carolus de Viries Hiſpanus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus Gometii filius, Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachii.

Petrus Fonſecca, Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

Iordanus . . . Dia. Card.

An alias creationes fecerit adhuc mihi incognitum eſt.

Digitized by Google

Papa Benedictus XI. dictus XIII. his quinque ordinationibus menſibus Septembri,& Decembri factis 20. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos quatuor, omnes ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros X. & Diaconos X.

Cardinales VI. mortui apud Benedictum Papam XI. poſt primam eius in Concilio Piſano abrogationem.

Ioannes Flandrini, Gallus, Preſbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt Pammachii.

. . . Gallus, Archiepiſcopus Tholoſanus, Preſbyter Cardinalis.

. . . Archiepiſcopus Roſanenſis, Preſbyt. Card.

Antonius Veneriz Preſbyt. Card.

. . . de Anche, Preſbyt. Card.

Iordanus Diac. Card.

Frater Petrus, Comes de Fuxo, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte eum reliquit tempore Concilii Conſtantienſis, & ad Concilium acceſſit.

Secunda Papæ Benedicti in Concilio generali Conſtantienſi abrogatio.

Anno Domini 1417. Pontificatus Benedicti Papæ XI. anno 22. menſe 9. & die 28. 7. Calen. Auguſti, publico Patrum Concilii Conſtantienſis decreto, eidem Benedicto, pro Catholicæ Eccleſiæ concordia, Pontificatum pertinaciter renunciare recuſanti, iterum Papatus ei abrogatus eſt, iterum Concilio non paruit, ſed Pontificatus inſignia vſq; ad mortem retinuit.

Cardinales IV. qui poſt Concilium Conſtantienſe relicto Benedicto XI. ſchiſmatico & damnato ad Martinum Papam V. acceſſerunt.

Frater . . . Hiſpanus Canonicus Regularis, & Abbas montis Arragonum, Preſbyt. Card.

Carolus

Carolus de Viries Hiſpanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus Hiſpanus Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.

Petrus Fonſecca Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

Obitus Antipapæ Benedicti XI. dicti XIII.

Anno Domini 1424. menſe Septembri, Pontificatus anno 30. Paniſcholę in Hiſpania obiit octuogenario maior Antipapa Benedictus XI. dictus XIII. Cadauer ibidem ſepultum eſt.

Clemens VIII. Antipapa XXXVII.

ANNO CHRISTI MCCCCXXIV.

CLemens VIII. Antipapa Egidius Munionis antea vocatus, natione Hiſpanus, Prouincia Arragonia, ex Canonico Eccleſiæ Barchinonenſis in ſchiſmate contra Papam Martinum V. Pontifex in locum Antipapæ Benedicti XI. à Iuliano Dobla, & Carthuſiano Anticardinalibus à Benedicto ipſo creatis, Paniſcholæ in Hiſpania menſe Septembri anni Domini 1424. ſtudio Alphonſi Regis Arragonum Martino Papæ infenſi, renunciatus, coronationis inſignia ſuſcepit, & omnia fecit, quę veri Romani Pontifices facere conſueuerunt. verum annis aliquot poſt, quum Alphonſus Rex Arragonum in gratiam cum Pontifice Martino rediiſſet, à legato Apoſtolicæ ſedis fratre Petro de Fuxo Cardinale Clemens ipſe coactus, an. Domini 1429. Pontificatus ſui 5. abdicauit, & ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate Epiſcopus Maioricenſis ordinatus eſt. Cardinales quoq;, quos ipſe creauerat, eius exemplum ſequuti, omnes dignitatem depoſuerunt. cæterùm Iulianus Dobla, & Carthuſianus Cardinales, qui ſoli ex Benedicti antiquis Cardinalibus ſupererant, quum ſchiſma eiurare nollent, nec Martinum Papam V. verum Pontificem confiteri, à legato

capti ſunt, & diris carceribus mancipati: vbi paulò poſt animi dolore cõfecti miſere periere ſicq; ingens, & diuturnum ſchiſma; quod in Eccleſia Romana XXVIII. fuit, quodq; per annos continuos duos, & quinquaginta perdurauerat, totumq; orbem Chriſtianum vexauerat, omninò ſublatum eſt, ſolusq; Martinus verus, & legitimus Papa remanſit.

LECTORI S.

Nouiſſima huius voluminis pars annos complectitur 180. ab Vrbani VI. Papæ creatione ad ſecundũ Pauli IV. Pontificis Maximi Pontificatus annum, qui eſt annus ſalutis 1557. quam propter ſchiſma omnium quæ fuere, quæque futura ſunt (vt exiſtimo) peſſimum, & longiſſimum à ſuperiore ſeiunxi. quum eodem tempore Vrbanus VI. Romæ, Clemens verò VII. Auinione in Galliis Põtificatus iura tenerent. accedit, q Vrbanus VI. primus fuit, qui in vrbe poſt tot annorum interuallum, quo Romana curia trans montes permanſerat, creatus fuerit: Gregorius enim XI. qui ante eum Romanus Pontifex fuit, Romanam curiam ex Auinione ad Vrbem reduxerat. Porrò autem omnis ferè hæc pars prodiit ex officina Triuulciana; quam (vt dixi) ex multis monumentis vir ille omnibus ſeculis laudandus in vnum congeſſerat. ego verò multa ex his habui ab integerrimo viro Triuulcio Gualtero Vrbeuetano, cuius frater qui hodie eſt Epiſcopus Viterbienſium, quum Triuulcii Cardinalis à ſecretis fuiſſet, multas ex eius lucubratio-

brationibus ab eo moriente acceperat. non parum quoque luminis huic rei attulit, & alius eiuſdem generis liber ex eadem erutus Bibliotheca, quem mihi accommodauit vir reuerendiſsimus, & dominus meus, Rodulphus Pius, Carpenſis, S.R.E. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, bonorum omnium, & literatorum in primis ſtudioſiſsimus.

Vrbanus VI. Pontifex CCIII.

ANNO CHRISTI MCCCLXXVIII.

VRbanus Papa VI. Bartholomæus Butillus antea vocatus, Neapoli in platea Vindi, in loco, qui vulgo Infernus appellatur, familia Prægnana patre Piſano, & matre Neapolitana vtriſque ignobilibus ortus eſt. fuit autem vtriuſq; iuris Doctor, & in Romana curia poſt reditum Gregorii Papæ XI. ad vrbem pro Petro Preſbytero Cardinale tt. S. Anaſtaſiæ, & S. R. E. Vicecancellario abſente, Cancellariæ Apoſtolicæ in Italia regens, primò Archiepiſcopus Acheruntinus, mox Barenſis à Gregorio Papa XI. eius prædeceſſore factus: quo mortuo, vndecimo vacantis ſedis die Romæ, ipſe à ſexdecim Cardinalib. tunc apud Baſilicam S. Petri in conclaui exiſtentibus, qui inter ſe concordes eſſe non poterant, vt vnum ex ſui collegii corpore eligerent, non Cardinalis VI. Idus Aprilis anni 1378. Pontifex Maximus renunciatus, die ſequenti omnium ſuffragiis, in Apoſtolica ſede locatus eſt, & 14. Calendas Maii in die Paſchæ per Jacobum Cardinalem Vrſinum, S.R.E. Archidiaconi locum tenentem ſuæ coronationis, omnibus Cardinalibus conſentientibus, inſignia ſuſcepit.

Digitized by Google

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Wenceslao Boemo Auguſto, annos 11. menſes 6. & dies 8.

Cardinales XXIII. viui, quando Vrbanus Papa VI. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales V.

Vrbanus Papa V.

* Frater Anglicus Epiſc. Card. Albanus Decanus.

Innocent. VI. & Vrbanus V.

* Egidius Iſſalnii Epiſc. Card. Tuſculanus.

Innocent. VI. & Greg. XI.

* Ioannes de Blanſaco Epiſc. Card. Sabinus.

Vrbanus V. & Gregorius XI.

Petrus Corſinus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ.

Gregorius Papa XI.

Ioannes de Croſo Epiſcop. Card. Præneſtinus, maior Pœnitentiarius.

Ecclesia Oſtienſis vacabat.

Preſbyteri Cardinales XII.

Innocentius Papa VI.

* Petrus tt. S. Anaſtaſiæ, S.R.E. Archipreſbyter, & Vicecancellarius.

Vrbanus Papa V.

Guillelmus tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Franciſcus Thebaldeſcus tt. S. Sabinæ.

Gregorius Papa XI.

Fr. Bertrandus Lagerii tt. S. Priſcæ.
* Fr. Guillelmus S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Robertus Preſbyt. Card. Baſilicæ Apoſtolorum.
Simon SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Hugo tt. SS. quatuor Coronatorum.

Guido

Digitized by Google

Guido tt. S. Crucis in Hieruſalem.

* Fr. Ioannes de Grangia, tt. S. Marcelli.

Petrus tt. S. Laurentii in Lucina.

Fr. Gerardus tt S. Clementis.

Diaconi Cardinales VI.

Innocentius Papa VI.

* Hugo S. Mariæ in Porticu, S. R. E. Archidiaconus.

Gregorius Papa XI.

Iacobus Vrſinus S. Georgii in Velabro.

Petrus Flandrini S. Euſtachii.

Guillelmus Nouelletti S. Angeli.

Petrus de Veruco S. Mariæ in via lata.

Petrus de Luna S. Mariæ in Coſmedin.

Stellula aliquibus Cardinalibus præfixa, eos abſentes in electione Pontificis fuiſſe demonſtrat.

Creatio Epiſcopi Cardinalis.

Papa Vrbanus VI. poſt Coronationem ſuam Romæ fratrem Bertrandum Preſbyterum Card. tt. S. Priſcæ Epiſcopum Oſtienſem, & Veliternum creauit.

Schiſma in Romana Eccleſia XXVIII.

Vrbano Papa VI. creato, & coronato, Cardinales omnes tam Itali, quàm Galli vno Cardinali tt. S. Sabinæ excepto, qui vſque ad mortem, quę ei non longè poſt accidit, in Vrbani fide permanſit, dolentes Pontificem nimis contumacem, moroſum, aſperum, & inhumanum delegiſſe, eius mores pertæſi, tertio poſt eius creationem menſe circa finem menſis Iunii, conficta vitandi caloris æſtiui cauſſa, Anagniam conceſſerunt, ibique coniuratione facta ab eo defecere, atque 5. Idus Auguſti per Patriarcham Conſtantinopolitanum de mandato, & vnanimi eorundem Cardinalium conſenſu, declaratum, & publicatum fuit, ipſum Vrbanum non eſſe, neque vnquam fuiſſe verum Papam, ſicque ei Pontificatum abrogant, Bartholomæum Baren-

Digitized by Google

ſem intruſum eum appellantes, occaſione accepta, quod metu populi Romani, & non liberis ſuffragiis Papa creatus, & coronatus eſſet; quod tamen falſum fuiſſe omnibus manifeſtum erat. his peractis Septembri ſequenti, Fundos Campaniæ ciuitatem Anagnia diſcedentes acceſſerunt, ibiq; expectatis quos in ſuam paulatim traxere ſententiam Cardinalibus Italis, qui per varia Campaniæ loca rerum exitus expectantes manebant, ſub protectione Honorati Caietani Comitis Fundorum pro Romana Eccleſia Campaniæ Gubernatoris, & non ſine auxilio, & fauore Ioannæ primę Neapolitanorum Reginę, Vrbano iterum tanquam intruſo, & ſedis Apoſtolicæ inuaſore damnato, conclaue ingreſſi ſunt; vbi 12. Calend. Octobr. anni Domini 1378. in ſchiſmate contra Vrbanum Papam VI. Antipapam elegerunt Robertum ex Comitibus Gebennenſibus Preſbyterum Cardinalem Baſilicæ SS XII. Apoſtolorum, qui Clemens VII. appellatus eſt; qui Auinionem profectus, ibidem Cathedram Pontificalem firmauit; ſicq; peſſimum & diuturnum ſchiſma inchoatum eſt, omniſq; Reſpublica Chriſtiana diuiſa: Clemens enim à Gallis omnibus, Hiſpanis, & Regnicolis ſuſceptus eſt. Germania verò omnis, Hungaria, Anglia, & Italiæ pars Vrbani Papæ VI. partes ſequutæ ſunt. durauit autem hoc ſchiſma annos continuos vnum, & quinquaginta videlicet vſque ad annum Domini 1429.

Prima creatio XXVI. Cardinalium.

Vrbanus igitur ſolus ab omnibus Cardinalibus relictus, excepto Cardinale tt. S. Sabinæ, qui etiam 13. Cal. Septembris Romæ obierat, audita Clementis Papæ VII. electione, rebus iam deſperatis, quum nullus amplius concordiæ locus relictus eſſe videretur, nullumq; haberet Cardinalem, anno Domini 1378. Pontificatus ſui primo 14. Cal. Octobris, Romę in Baſilica S. Mariæ Transtiberim fecit primam Cardinalium ordinationem, qua ſimul ſex, & viginti Cardinales creauit, viros ex omni obedientia ſua electos, graues, & prudentes, qui fuere

Gui-

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus, Preſbyt. Card. tt.S.Stephani in Cœlio monte.

Fr. Thomas de Firignano Mutinenſis, Ord. Minorum Generalis Miniſter, Theolog. Patriarcha Gradenſis, Preſbyter Card tt.S.Laurentii in Damaſo.

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, nepos ſuus, Archiepiſcopus Piſanus, Preſbyt.Card.tt.S. . . . poſt, S.R.E. Vicecancellarius.

Pileus de Pratis Cõcordienſis, diœceſis Aquilegienſis, Foroiulienſis, Archiepiſc.Rauennas, Preſbyter Card. tt.S. Praxedis.

Ioannes Archiepiſc.Corfienſis, Preſb. Card.tt.S.Sabinæ.

. . . Archiepiſcopus de Virſoglie, Preſbyter Cardinalis tt.S. . . .

. . . Epiſcopus de Edena, Preſbyt.Card.tt. S. . . .

. . . Epiſcopus de Seme, Preſbyt.Card tt.S. . . .

Lucas de Gentilibus Camers, Picenus, Epiſcop. Lucerinus, Preſbyt.Card.tt.S.Xyſti.

Fr. Philippus Gezza Romanus, de regione Parionis, Ord. Prædicatorum Theolog. Epiſc. Tiburtinus, Preſbyter Card.tt.S. Suſannæ.

Poncellus Vrſinus Romanus Epiſcopus Auerſanus, Preſbyter Card.tt S. Clementis.

Rainulphus de Monturuco Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Siſtaricenſis, Preſbyt. Card. S.Pudentianę tt.Paſtoris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regens.

Eleazarus Epiſcopus Theatinus Preſbyt. Card. maior Pœnitentiarius.

Philippus Carapha Neapolitanus, Epiſcopus Bononienſis Preſbyt. Card.tt.S.Martini in montibus.

Adam Anglus Epiſcop. Londonienſis Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

Petrus Hiſpanus Epiſc. Palentinus Preſbyt. Card.

Andreas Bontempus ciuis, & Epiſc. Peruſinus, tt. SS. Marcellini, & Petri.

Agapitus de Columna Romanus Epiſc. Vlixponenſ. Preſb. Card.tt.S.Priſcæ.

Fr. Nicolaus Miſcinus de Carractiolis Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, inquiſitor in regno Siciliæ, Preſbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Fr. Ludouicus Donatus, Venetus, Ord. Minorum Theologus, inquiſitor Venetiæ, Preſbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Guillelmus de Capua Neapolitanus, filius Comitis Altavillæ, electus Archiepiſcopus Salernitanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.

Stephanus de Columna, Romanus, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Euſtachii.

Ludouicus de Capua, Neapolitanus, Protonot. Apoſtolic. Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Gentilis de Sangro, Neapolitanus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Hadriani.

Stephanus Sanſeuerinus, Neapolitanus, Protonot. Apoſt. Diac. Card.

Galeottus Tarlatus de Petra mala, Aretinus, Tuſcus, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Agathæ.

Secunda creatio III. Cardinalium.

Anno Domini 1379. Pontificatus 2. Papa Vrbanus VI. Romæ iterum creauit Cardinales, hi fuere

Ioannes Boëmus Archiepiſcop. Pragenſis, Preſbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Demetrius Hungarus Archiepiſc. Strigonienſis, Preſbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Valentinus Hungarus Epiſc. Quinqueeccleſienſis Preſbyt. Card. tt. S. Sabinæ.

Tertia creatio octo Cardinalium.

Anno Domini 1381. Pontificatus 4. menſe Decembri, Romæ Vrbanus Papa VI. tertio creauit Cardinales, qui fuere

Philippus de Alenconio, Gallus, regio Francorum Regum genere

genere orſundus, Patriarcha Aquileienſis Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Frater Bartholomæus de Cocurno de Clauari ordinis minorum Theologus, ciuis, & Archiepiſcopus Genuenſis, Presbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Marinus Amalphitanus Archiepiſcopus Tarentinus, S. R. E. Camerarius Presbyter Cardin. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Bartholomæus Mezzauacca Bononienſis, Epiſcopus Reatinus, Auditor Rotæ tt. S. Marcelli.

Perinus Tomacellus Neapolitanus ex Acolyto, & Protonotario Apoſtolico, Diacon. Cardin. S. Georgii in Velabro.

Thomas Vrſinus de Manupello Romanus Protonot. Apoſtolic. Diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Landulphus Marramaurus Neapolitanus electus Archiepiſcopus Barenſis S. Nicolai in carcere Tulliano.

Ludouicus de Fliſco Genuenſis Diaconus Cardinalis S. Hadriani.

Quarta creatio XVIII. Cardinalium.

Anno Domini 1395. Pontificatus VII. 7. Idus Ianuarii Luceriæ Chriſtianorum in Apulia Vrbanus Papa VI. quinto creauit Cardinales; qui fuerunt

Ludouicus de Miſna Germanus Archiepiſcopus Moguntinus.

Fridericus Germanus Archiepiſcopus Colonienſis.

Cuno Germanus Archiepiſcopus Treuerenſis.

Arnoldus Germanus Epiſcopus Leodienſis.

Wenceſlaus Germanus Epiſcopus Vratiſlauienſis.

Petrus de Roſſemburgo Boëmus Clericus.

Hi ſex Presbyteri Cardinales creati ſunt, ſed pileum recuſantes, dignitatē accipere noluerunt.

Stephanus Paloſius Romanus ex canonico S. Mariæ n
ioris Epiſcopus Tudertinus, Papæque in vrbe Vicari
Presbyter Card. tt. S. Marcelli.

Angelus Acciaiolus ciuis, & Epiſcopus Florentinus, Pr
byter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Franciſcus Carbonus Neapolitanus, Epiſcopus Monop
litanus, Presbyter Cardin. tt. S. Suſannæ, & S.R.E. n
ior Pœnitentiarius.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus, ordinis fratri
Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis, Theolog
Preſbyt. Cardin. tt. S. Cæciliæ.

Marinus Bulcanus Neapolitanus eius propinquus, ex Su
diaçono, & Protonotario Apoſtolico, Diac. Cardin
Mariæ nouæ, & S.R.E. Camerarius.

Franciſcus de Aliſia Neapolitanus Diac. Card. S. Euſtacl

Rainaldus Brancacius Neapolitanus ex Acolyto Apoſt
lico Diac. Card. SS. Viti, & Modeſti in Macello Mar
rum.

Ioannes Stephaneſcus Romanus de Tranſtiberim Di
Card. S. Georgii in Velabro.

Frater Angelus de Anna Neapolitanus monachus Cam
dulenſis, electus Epiſcopus Laudenſis, Diacon. Card
Luciæ in ſeptiſolio.

Raimundellus Vrſinus Romanus filius comitis Nol
Diac. Card.

Ioannes Carlonus Neapolitanus Diac. Cardinalis.

Franciſcus Caſtagnola Neapolitanus Diac. Card.

Hi quatuor vltimi Diaconi Cardinales, non niſi Ge
publicati ſunt 17. Cal. Nouembris eiuſdem anni.

Epiſcopi Cardinales IV. creati ab Vrbano Papa VI.

Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus ex Presby
tt. S. Stephani in monte Cœlio, Epiſcop. Card. Tuſc
nus.

Frater Thomas de Firignano, ex Presbytero Card.
Laurentii in Damaſo, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

F

Franciſcus Prægnanus, S.R.E. Vicecancellarius, ex Presbytero Cardin. Epiſcopus Card. Prænestinus.
Philippus de Alenconio, ex Presbytero tt. Caliſti Epiſcopus Car. Oſtienſis, & Veliternus
Guillelmus de Capua ex Diacono S. Mariæ in Coſmedin, Presbyter Card. tt. S Euſebii.
Perinus Tomacellus ex Diacono S. Georgii in Velabro Presbyt. Card. S. tt. Anaſtaſiæ.
Ioannes Stephaneſcus ex Diacono S. Georgii in Velabro Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.
Papa Vrbanus VI. quatuor ordinationibus menſibus Ianuario, Septembri, & Decembri factis LV. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. Presbyteros XXXV. & Diaconos XVI.

Vicecancellarii S.R.E. ſub Vrbano Papa VI.

Petrus de Monturuco Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, ab anno primo Pontificatus ad octaui partem.
Rainulphus de Monturuco Lemouicenſis, Presbyt. Card. S. Pudentianæ, tt. Paſtoris, Cancellariæ Apoſtolicæ regens, abſente Petro de Monturuco ab anno Pontificatus primo ad quintum.
Franciſcus Prægnanus Neapolitanus Presbyter Card. Cãcellariæ Apoſtolicæ regens, pro Petro de Monturuco abſente ab anno 5. ad 8.
Franciſcus idem Epiſcopus Card. Præneſtinus, S. R. E. Vicecancellarius, in obedientia Vrbani Papæ VI. ab anno 8. ad finem Pontificatus.

Cardinales XIX. mortui vel priuati ſub Vrbano Papa VI.

Franciſcus Thebaldeſcus Romanus Presby. Cardinalis tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 13. Cal. Septembris anno 1378. Pontificatus 1.
Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, obiit Romæ anno 1380. Pon[illegible]atus 3.

Ioannes Boëmus Archiepiſcopus Pragenſis, Presbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorũ obiit Pragæ in Boëmia anno 1381. Pontificatus IV.

Rainulphus de Montuiuco Lemouicenſis, Gallus, Preſbyter Card. tt. Paſtoris Cancellariæ Apoſtolicę regens, obiit Romæ 18. Cal. Septemb. anno 1382. Pontificat. V. ſepultus ante fores tituli ſui Romæ.

Bartholomæus Mezauacca Bononienſis Presbyt. Card. tt. S. Marcelli Sueſſæ ab Vrbano Papa VI. dignitatibus omnibus, & Cardinalatu priuatus eſt, Idibus Octob. anni 1383. Pontificatus VI.

Ioannes Archiepiſcopus Corſienſis Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Adam Anglus Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ.

Frater Lodouicus Donatus Venetus Presbyter Card. tt. S. Marci.

Frater Bartholomæus de Cocurno Genuenſis, tt S. Laurentii in Damaſo.

Marinus Amalphitanus, Presbyter Card. tt. Paſtoris, & S. R. E. Camerarius, & Gentilis de Sangro Neapolitanus Diac. Cardin. S. Hadriani, Luceriæ Chriſtianorum in Apulia ab Vrbano Papa VI. 4. Nonas Ianuarii, anni 1385. Pontificatus ſui VII. omnibus dignitatibus priuati ſunt, diriſque carceribus mancipati, atque anno ſequenti 1386. menſe Decembri Genuæ eius iuſſu omnes necati ſunt, vno Cardinali Anglico excepto, quem omnibus facultatibus, & dignitate mulctatũ, ad preces regis Anglorum dimiſit

Eleazarus Presbyter Card. & S. R. E. maior Pœnitẽtiarius, Luceriæ Chriſtianorum ab Vrbano Papa VI. Cardinalatu priuatus eſt anno 1385.

Landulphus Maramaurus Neapolitanus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano Cardinalatu priuatus eſt Luceriæ Chriſtianorum anno 1385.

Franciſcus Caſtagnola Pauli filius, Neapolitanus Diaconus Cardinalis, obiit 17. Calend. Decembris, ante

adeptam

adeptam Diaconiam Anno 1385. Pontificatus VIII.

Philippus de Alēconio, Gallus, Epiſc. Card. Sabinus, priuatus Cardinalatu Genuæ ab Vrbano Papa VI. anno 1386. Pontificatus IX.

Pileus de Pratis Concordienſis Presbyt. Card. tt. S. Praxedis Genuæ ab Vrbano Papa VI. dignitate mulctatus, Auinione ad Clemētem VII. ſe contulit, à quo in ſuorum Cardinalium collegium cooptatus eſt, anno 1387.

Galeottus Tarlatus de Petramala Aretinus, Diac. Card. Agathæ Genuæ ab Vrbano Papa VI. priuatus, Auinionē profectus eſt cum Pileo Cardinale, añо 1387. vbi à Clemente VII. Diac. Card. S. Georgii in Velabro iterū creatus, non longe poſt ab eo defecit, & ad Vrbanum eſt reuerſus, à quo, quum reſtitutus ad priſtinam dignitatem fuiſſet, non longe poſt obiit, eiuſque cadauer in monte Aluerniæ ad fratrum minorum eccleſiam ſepultum eſt.

Frater Bonauentura de Peraga Patauinus ord. eremitarum Presbyter Cardin. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ Añо 1389. ſepultus in eccleſia S. Tryphonis poſt ad S. Auguſtinum in capella S. Nicolai translatus.

Guillelmus de Capua Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii, obiit Romæ 10 Cal. Auguſti, anno 1389. Pontific. XII.

Frater Nicolaus Miſcinus de Carractiolis Neapolitanus ord. prædicatorum Presbyter Car. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit Romæ 4. Cal. Auguſti anno 1389. cadauer ibidem ad prædicatores ſepultum eſt.

Cardinales XV. in certo tempore mortui ſub Vrbano Papa VI.

Frater Thomas de Firignano Mutinenſis ord. minorum, Epiſcopus Cardin. Tuſculanus obiit Romæ ſepultus ad eccleſiam S Mariæ de Aracœli ordinis ſui.

. . . Archiepiſcopus de Virſoglie Presbyt. Card.

. . . Epiſcopus de Edina Presbyt. Card.

. . . Epiſcopus de Seme Presbyt. Cardin.

Lucas de Gentilibus Camers Picenus Presbyt. Card. tt S. Xyſti, obiit & ſepultus eſt Camerini in eccleſia Cathedrali poſt annum Chriſti 1388.

Frater Philippus Gezza Romanus de regione Parionis ord. prædicatorum, Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ, obiit Romæ, ſepultus in titulo S. Sabinæ.

Philippus Caraſa Neapolitanus, Presbyt. Card. tt. Equitii, obiit Bononiæ, cuius Epiſcopus erat, ſepultus in ſacrario eccleſiæ cathedralis.

Petrus Hiſpanus Epiſcopus Palentinus Presbyter Cardin. obiit in Hiſpania.

Agapitus de Columna Romanus, Presb. Card. tt. S. Priſcę. obiit Romæ 5. Idus Octobris anni 1380. . . . ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Stephanus de Columna Romanus Diac. Cardin. S. Euſtachii obiit Romæ ſepultus in S. Maria maiore.

Lodouicus de Capua Neapolitanus, Diac. Cardin. S. Mariæ nouæ.

Stephanus Sanſeuerinas Neapolitanus, Diaconus Card.

Demetrius Hungarus, Presbyter Card. tt. SS. IV. Coronatorum, obiit in Hungaria.

Raimundilus Vrſinus Romanus, filius Comitis Nolani Diaconus Card.

Ioannes Carlonus Neapolitanus, Diac. Card.

Obitus Vrbani Papæ VI.

Anno Domini 1389. 3. Idus Octobris Romæ Papa Vrbanus VI. nullo recepto eccleſiæ ſacramento, in palatio Apoſtolico apud S. Petrum mortuus eſt. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum. Vacauit eo mortuo ſedes dies 19.

Eodem anno 17. Cal. Nouembris, quarto die poſt obitum Vrbani Papæ VI Romæ in Baſilica S. Petri eius Nouendialia more maiorum à Cardinalibus præſentibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 8. Cal. Nouembris, finitis exequiis Papæ Vrbani VI. & Miſſa Spiritus ſancti per Franciſcum Epiſcopum

pum Cardinalem Prænestinum cantata, Cardinales XIII. conclaue ingreſſi ſunt, paratum in Apoſtolico palatio S. Petri pro electione noui Pontificis. quo clauſo VI. Calend. Nouembris Andreas Bontempus Cardinalis Peruſinus, ex Marchia Anconitana vbi erat Legatus veniens ad Vrbem, eo die & ipſe conclaue ingreſſus eſt, auctoque patrum numero XIV. facti qui poſt aliquas contentiones 4. Calendas Nouembris, elegerunt in Papam Perinum Tomacellum Neapolitanum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Anaſtaſiæ, qui Bonifacius Papa IX. appellatus eſt.

Bonifacius IX. Pontifex CCIV.

ANNO CHRISTI MCCCLXXXIX.

BOnifacius Papa IX. Petrus, vel Perinus antea vocatus, Neapoli familia Tomacella ortus, ex Acolyto, & Protonotario Apoſtolico primo Diaconus Cardinalis S Georgii in Velabro, mox Presbyter tt. S. Anaſtaſiæ ab Vrbano Papa VI. creatus eſt. quo mortuo Romæ, à Cardinalibus obedientiæ Vrbani, in ſchiſmate contra Clementem VII. 4. Nonas Nouembris anni 1389. Pontifex Maximus renunciatus III. Idus Nouembris conſecratus, & coronatus eſt.

Sedit autem Romæ in ſchiſmate contra Clementem VII. & eius ſucceſſorem Benedictum XI. Auinione commorantes Impp. Cæſaribus Wenceſlao, & Ruperto Auguſtis annos 14. & menſes 11.

Cardinales XV. viui quando Bonifacius Papa IX. creatus eſt.

Vrbanus Papa VI.

Epiſcopi Cardinal. I.

Franciſcus Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, Decanus, & Viceecancellarius,

Presbyteri Cardinales VIII.

Poncellus Vrſinus tt.S. Clemẽtis, S.R.E. Archipresbyter.
Andreas Bontempus tt.SS.Marcellini, & Petri.
Valentinus Hungarus tt.S.Sabinæ.
Stephanus Paloſius tt. S. Marcelli, Vicarius Papæ.
Angelus Acciaiolus tt.S.Laurentii in Damaſo.
Franciſcus Carbonus tt. S. Suſannæ, maior Pœnitentiarius.
Perinus Tomacellus tt.S. Anaſtaſiæ.
Ioannes Stephaneſcus tt.S.Cæciliæ.

Diaconi Cardinales VI.

Thomas Vrſinus S.Mariæ in Domnica S. R. E. Archidiaconus.
Ludouicus de Fliſco S.Hadriani.
Marinus Bulcanus S.Mariæ nouæ S.R.E.Camerarius.
Franciſcus de Alifia S.Euſtachii.
Rainaldus Brancatius SS.Viti, & Modeſtę in macello martyrum.
Frater Angelus de Anna S.Luciæ in Septiſolio.

Prima creatio VII. Cardinalium.

Anno Domini 1389. Pontificat. primo 15. Cal. Ian. Romæ Bonifacius Papa IX. primo creauit Cardinales, in quibus quatuor nouos creauit, & tres ab Vrbano VI. priuatos reſtituit; qui fuere

Henricus Minutolus ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card.tt.S.Anaſtaſiæ.
Adam Anglus Epiſcopus Londonienſis reſtitutus Presbyter Cardinal.tt.S.Cæciliæ.
Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus, ordinis minorum Theologus, Epiſcopus Florentinus, Presbyt.Card. S.Pudentianæ tt.Paſtoris.
Coſmatus Melioratus Sulmonenſis, Epiſcopus Bononienſis, Presbyt.Cardin.tt.S.Crucis in Hieruſalem.

Chri-

Chriſtophorus Marronus Romanus, Epiſcopus Eſernienſis, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, poſt Archipresbyter S. Petri.

Bartholomæus Mezauacca Bononienſis reſtitutus Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

Landulphus Maramaurus Neapolitanus, electus Archiepiſcopus Barenſis, reſtitutus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Secunda creatio unius Card. reſtituti.

Anno Domini 1390. Pontificatus primo à Papa Bonifacio IX. Romæ.

Philippus de Alenconio, Gallus reſtitutus eſt, factuſque Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Tertia creatio unius Cardinalis reſtituti.

Anno Domini 1391. Pontificat. 2. Idib. Februarii Romæ, à Papa Bonifacio IX. reſtitutus eſt ad Cardinalatum.

Pileus de Pratis, Concordienſis Diœceſis Aquileienſis Foroiulienſis, factuſque eſt Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Quarta creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1401. Pontificatus 13. 6. calend. Februarii, Romæ Papa Bonifacius IX. quarto creauit Cardinales, qui fuere

Antonius Caietanus Romanus, Patriarcha Aquileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Cæciliæ, poſt maior Pœnitentiarius.

Balthaſſar Coſſa Neapolitanus, Archidiaconus Bononienſis, DD. D. Papæ cubicularius, Diaconus Cardin. S. Euſtachii.

Epiſcopi Cardinales V. creati à Bonifacio Papa IX.

Philippus de Alenconio Epiſcopus, Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Pileus de Pratis, Concordienſis Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Angelus Acciaiolus Florentinus, ex Presbytero tt. Damaſi Vrbani VI. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Franciſcus Carbonus Neapolitanus, ex Presbytero tt. S. Suſannæ, Vrbani VI. Epiſcopus Card. Sabinus.

Henricus Minutolus Neapolitanus ex Presbytero tt. S. Anaſtaſiæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Frater Angelus de Anna Neapolitanus ex Diacono Cardinale S. Luciæ in Silice Vrbani VI. Presbyter Card. S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Papa Bonifacius IX. quatuor ordinationibus menſibus Ianuario, & Decembri factis XI. creauit Cardinales, in quibus quinque ab Vrbano Papa VI. priuatos reſtituit. fecit autem ex his Epiſcopos quinque, ſed quatuor ex antiquis, vel reſtitutis Cardinalibus. Presbyteros VII. ſed duos ex his, quos Vrbanus Papa VI. priuauerat, & alterum ex antiquis Diaconis, & Diaconos duos, in quibus vnus erat reſtitutus. creauit igitur Cardinales nouos tantum 6. videlicet Epiſcopum I. Presbyteros IV. & Diaconum vnum.

Viceecancellarii S. R. E. ſub Bonifacio Papa IX.

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus ab anno Pontificatus primo ad initium 5.

Angelus Acciaiolus Florentinus, ex Presbytero Cardinale tt. S. Laurentii in Damaſo, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, ab anno 5. ad finem Pontificatus.

Cardinales XIII. mortui ſub Bonifacio Papa IX.

Ioannes Stephaneſcus Romanus, Presbyter Cardin. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ menſe Decembri anno 1389. Pontific. I. ſepultus ad S. Petrum.

Thomas Vrſinus de Manupello Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica, obiit Romę 6. Idus Iulii anno 1390. Pontific. I. ſepultus ad S. Petrum.

Andreas Bontempus Peruſinus Presbyter Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Recaneti in legatione Picena

17. cal.

17. calend. Auguſti eodem anno, ibidemque in cathedrali ſepultus.

Franciſcus de Alifia Neapolitanus, Diac. Card. S. Euſtachii obiit 5. cal. Octobris anno 1390. Pontificatus primo Romæ.

Franciſcus Prægnanus Neapolitanus, Epiſcopus Card. Præneſtinus, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Romæ 8. Idus Februarii, anno 1394. Pontific. 5.

Marinus Bulcanus Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & S. R. E. Camerarius, obiit Romæ 6. Idus Auguſti anno 1394. ſepultus in Diaconia ſua.

Poncellus Vrſinus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ 4. Nonas Februarii anno 1395. Pontificatus v I.

Frater Bartholomæus Vliarius Patauinus ordinis minorum, Presbyter Card. tt. Paſtoris, obiit Caietæ in legatione Neapolitana 16. cal. Maii anno 1396. Pontific. 7. cadauer ibidem ad minores ſepultum eſt.

Bartholomæus Mezauacca Bononienſis, Presbyter Card. tt. Equitii obiit Romæ 3. cal. Auguſti anno 1396. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Philippus de Alenconio, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit Romæ 18. cal. Septembris anno 1397. Pontific. 8. ſepultus ad S. Mariam Tranſtiberim.

Adam Anglus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ 13. cal. Octobris anno 1397. ſepultus in titulo ſuo.

Stephanus Paloſius Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, & S. R. E. Camerarius, obiit Romæ 3. cal. Maii anno 1398. Pontificatus 9. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Pileus de Pratis Concordienſis, Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Pataui mense Decembri, anni 1398. Pontificatus 9. cadauer ibidem in cathedrali ſepultum eſt.

Obitus Bonifacii Papæ IX.

Anno Domini 1404. cal. Octobris Romæ, in palatio

Apoſtolico apud ſanctum Petrum, obiit Bonifacius Papa IX. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 15.

Eodem anno 5. nonas Octobris, Romæ in Baſilica S. Petri eius Nouendialia à Cardinalib. celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 4. Idus Octobris finitis exequiis Bonifacii Papæ IX. & Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales octo, qui tunc in vrbe aderant, conclaue paratum in Apoſtolico palatio apud S. Petrum ingreſſi ſunt, pro noua Romani Pontificis electione, hoc iuramento aſtricti, vt quiſquis Pontifex renunciatus eſſet, libere Pontificatu abdicaret, quoties & alterius obedientiæ Papa idem faceret, pro eccleſiæ catholicæ concordia ſchiſmatiſque tollendi cauſa, qui 12. calen. Nouembris omnium votis elegerunt in Papam Coſmatum Sulmonenſem Presbyterum Cardinalem tt. S. Crucis in Hieruſalem, qui Innocentius Papa VII. vocatus eſt.

Innocentius VII. Pontifex CCV.

ANNO CHRISTI MCCCCIV.

INnocentius Papa VII. Coſmatus antea vocatus, ex prouincia Apulia, patria Sulmonenſis, Valuenſis, diœceſis, familia mediocri, quæ Meliorata dicebatur, vtriſque parentibus honeſtæ conditionis ortus eſt. fuit autem vtriuſque iuris Doctor, & ſub Vrbano Papa VI. Clericus Cameræ Apoſtolicæ, à quo etiam collector redditum eiuſdem Cameræ, in regno Angliæ eſt miſſus; poſtea ab eodem Vrbano Archiepiſcopus Rauennas, in locum Pilei Cardinalis priuati, mox Bononienſis Epiſcopus cum commenda Rauennatis eccleſiæ, deinde Romanæ eccleſiæ Theſaurarius, & Viceeamerarius creatus fuit, demum à Bonifacio Papa IX. in principio ſui Pontificatus Presbyter Cardinalis tt. S. Crucis in Hieruſalem factus, aliquot annis poſt, mortuo Stephano Paloſio, S.R.E. Camerario, Camerariatus munus obtinuit. mortuo autem Bonifacio IX. Romæ in eius locum in ſchiſmate omnium Cardinalium in con-

in conclaui exiſtentium ſuffragiis 16. cal. Nouembris anni 1404. Pontifex Maximus renunciatus 4. nonas Nouembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Impp. Caeſſ. Ruperto, & Wenceslao Auguſtis, in ſchiſmate contra Benedictum XIII. annos duos & dies 21.

Cardinales XII. viui quando Innocentius Papa VII. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales III.

Vrban. VI. & Bonifac. IX.

Angelus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus Decanus, S. R. E. Vicecancellarius.

Franciſcus Carbonus Epiſcopus Cardin. Sabinus, maior Pœnitentiarius.

Bonifacius Papa IX.

* Henricus Minutolus Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales V.

Vrbanus Papa VI.

* Valentinus Hungarus tt. S. Sabinæ, S.R.E. Archipresbyter.

Bonifacius Papa IX.

Coſmatus tt. S. Crucis in Hieruſalē, S.R.E. Camerarius.

Chriſtophorus tt. S. Cyriaci in Thermis.

Vrban. VI. & Bonifac. IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Bonifacius Papa IX.

Antonius Caietanus tt. S. Suſannæ.

Diaconi Cardinales IV.

Vrbanus Papa VI.

* Lodouicus S. Hadriani, S.R. E. Archidiaconus.

Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

Vrbanus VI. & Bonifac. IX.

Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Bonifacius Papa IX.

* Baldaſſer Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

Prima creatio XI. Cardinalium.

Anno Domini 1405. Pontificatus 1. prid. Idus Iunii, Romæ Innocentius Papa VII primo creauit XI. Cardinales; qui fuere

Conradus Carractiolus Neapolitanus, ex Patriarcha Gradenſi, Archiepiſcopus Nicoſienſis, poſt Epiſcopus Melitenſis, S.R.E. Camerarius Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

Angelus Corarius Venetus Patriarcha Conſtantinopolitanus Presbyter Cardinalis tt. S. Marci.

Franciſcus Huguccionius Vrbinas, Picenus V.I.D. Archiepiſcopus Burdegalenſis Presbyter Card. tt. SS. 4. Coronatorum.

Iordanus Vrſinus Romanus, Archiepiſcopus Neapolitanus, Preſbyter Card. tt. Equitii.

Ioannes Melioratus Sulmonenſis nepos ſuus V. I. Doctor Archiepiſcopus Rauennas, Preſbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Frater Petrus Philareti Cretenſis, Græcus, ordinis minorum Theologus, Archiepiſcopus Mediolanenſis Preſbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Antonius Archionius Romanus, ex Epiſcopo Aquinate Aſculanus, Presbyter Cardin. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Antonius Caluus Romanus, ex canonico S. Petri Epiſcopus Tudertinus, Presbyter Card. tt. S. Praxedis, poſt Archipresbyter S. Petri.

Otho de Columna Romanus Protonotarius, & Referendarius Apoſtolicus Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Petrus Hannibaldus Stephaneſcus Romanus, de regione Tranſtiberim, protonotarius, & Acolytus Apoſtolicus, Diac. Card. S. Angeli.

Ioannes Egidii Germanus, Præpoſitus Leodienſis V.I.D. Auditor Rotę Diaconus Card. SS. Colmę, & Damiani.

Epiſcopus Cardinalis creatus ab Innocent. VII.

Antonius Caietanus Romanus, ex Presbytero Cardinale tt. S.

tt. S. Cæciliæ Bonifacii IX. Epiſcopus Card. Prænestinus, & maior Pœnitentiarius.

Innocentius Papa VII. ordinatione vna menſe Iunio facta 12. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopum vnum ex antiquo Preſbytero, Preſbyteros VIII. & Diaconos III.

Angelus Acciaiolus Florentinus. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus S. R. E. Vicecancellarius, ſub Innocentio Papa VII.

Cardinales III. mortui ſub Innocentio Papa VII.

Chriſtophorus Marronus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, & Archipreſbyter S. Petri, obiit Romæ prid. Nonas Decembris anno 1404. Pontificatus primo, ſepultus ad S. Petrum in Vaticano.

Franciſcus Carbonus Neapolitanus Epiſcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 14. calen. Iulii, anno 1405. Pontificatus primo cadauer Neapolim Translatum in Cathedrali ſepultum eſt.

Antonius Archionius Romanus, Preſbyter Card. tt. Eudoxiæ, obiit Romæ 11. cal. Auguſti anno 1405. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Obitus Papæ Innocentii VII.

Anno Domini 1406. 8. Idus Nouembris, Romæ in palatio Apoſtolico, apud S. Petrum, obiit Innocentius Papa VII. ſepultus in Baſilica S. Petri. Vacauit ſedes dies 23.

Eodem anno 5. Idus Nouembris Romæ in Baſilica S. Petri Nouendialia Innocentii Papæ VII. ab eius Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Quum ſchiſma Romanæ eccleſiæ, in longum protraheretur, ſuperioreſq; Pontifices vtriuſque obedientiæ dominandi cupiditate adducti ſegnes omnino, & tardi ad cõcordiam faciendam ſe demonſtraſſent, Cardinales obedientiæ Vrbani VI. Innocentio VII. defuncto, hoc conſilium ſequuti ſunt, vt eidem ſucceſſorem hac lege darent, vt

vnuſquiſque Cardinalium ſanctiſſimo ſeſe obſtringeret ſacramento, quod ſi Pontifex eligi contigiſſet, nec Cardinales nouos crearet, & totis viribus incumberet per viam ſimplicis ceſſionis Papatus ad vnionem in eccleſia faciendam, dummodo & Benedictus XI. dictus XIII. idem faceret, quod & ipſe, quando à ſuæ obedientiæ Cardinalibus factus fuit Pontifex, ſe facturum iurauerat. his igitur iuramentis religioſiſſime factis 14. cal. Decembris, finitis exequiis Papæ Innocentii VII. & miſſa Spiritus ſancti per Cardinalem Oſtienſem cantata Cardinales numero 14. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio iuxta S. Petrum pro noui Pontificis electione, qui pridie cal. Decembris elegerunt in Romanum Pontificem Angelum Corarium Venetum Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci Octogenarium, qui Gregorius Papa XII. appellatus eſt.

Gregorius XII. Pontifex CCVI.

ANNO CHRISTI MCCCCVI.

GRegorius Papa XII. Angelus antea vocatus, Veneriis ex familia patritia Coraria natus eſt. qui quum eſſet ſacræ Theologiæ magiſter eximius, primo Epiſcopus Caſtellanus Venetiis, mox Chalcidis in Græcia, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus à Bonifacio IX. factus, ab eius demum ſucceſſore Innocentio VII. Presbyter Card. tt. S. Marci creatus fuit; quum prius eius Referendarius, aſſiſtens, & in palatio ſocius fuiſſet. quo mortuo Romæ in eius locum in ſchiſmate ipſe à Cardinalibus pridie calend. Decembris anni 1406. Romanus Pontifex renunciatus nonis Decembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in ſchiſmate contra Benedictum XI. dictũ XIII. annos duos, menſes 6. & dies 6. & contra eundem Benedictum, Alexandrum V. & eius ſucceſſorem Ioannem XXII. dictum XXIII. annos ſex, & menſem vnum Impp. Cæſaribus Wenceslao, Ruperto, & Sigiſmundo Auguſtis.

Cardi-

Cardinales XIX. obedientiæ Vrbani VI. viui quando Gregorius Papa XII. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales III.

Vrban. VI. & Bonif. IX.

Angelus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius.

Bonifacius Papa IX.

Henricus Minutolus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Bonifac. IX. & Innoc. VII.

Antonius Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, S. R. E. maior Pœnitentiarius.

Presbyteri Cardinales IX.

Vrbanus Papa VI.

* Valentinus Hungarus tt. S. Sabinæ, S. R. E. Archipresbyter.

Vrban. VI. & Bonifac. IX.

Frater Angelus de Anna, S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Innocentius Papa VII.

Conradus tt. S. Chryſogoni, S. R. E. Camerarius.
Angelus Corarius tt. S. Marci.
* Franciſcus tt. SS. quatuor Coronatorum.
Iordanus SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.
Ioannes tt. S. Crucis in Hieruſalem.
* Frater Petrus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
Antonius Caluus tt. S. Praxedis.

Diaconi Cardinales VII.

Vrbanus Papa VI.

* Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.
Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum.

Vrban. VI. & Bonifac. IX.

Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Bonifacius Papa IX.

* Balthaſſar Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

Digitized by Google

Innocentius Papa VII.

Otho Columna S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus S. Angeli.
Ioannes Egidii SS. Coſmæ, & Damiani.

Prima creatio IV. Cardinalium.

Anno Domini 1408. Pontificatus 2. menſe Iunio Lucæ in Tuſcia Gregorius Papa XII. contra fidem ſacramenti in electione ſua de non creandis Cardinalibus præſtitam, quatuor nouos fecit Cardinales, qui fuere

Frater Ioannes Dominici Florentinus ordinis fratrũ Prædicatorum ex prouinciali Romano, Archiepiſcopus Raguſinus, Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Domnus Antonius Corarius Venetus eius fratris filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis, Epiſcopus Bononienſis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, & S. R. E. Camerarius.

Domnus Gabriel Condulmerius Venetus eius ſororis filius, Canonicus S. Georgii in Alga Venetiis electus Epiſcopus Senenſis, Protonotarius, & theſaurarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, & paulo poſt Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Iacobinus Vtinenſis Foroiulienſis, protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. ſine Diaconia, & paulo poſt S. Mariæ nouæ. qui tamen pro Cardinalibus non ſunt recepti, vſque ad concilium Conſtantienſe, quando Gregorius ipſe Pontificatu abdicauit.

Concilium Piſanum & Gregorii XII. Benedictiq. XI. dicti XIII. abrogatio.

Anno Chriſti 1409. Pontificatus Gregorii Papæ XII. anno ſecundo, & Benedicti XI. dicti XIII. xv. Cardinales obedientiæ Gregorii XII. videntes negociũ tollendi ſchiſmatis paulatim ad nihilum reduci, & non ſolum Gregorium, verum etiam Benedictum ipſum concordiam detrectare, contra iuramenta, & fidem in eorum electionibus data, Gregorium quoque contra eadem ſacramenta nouos Cardinales abſque neceſſitate aliqua, ipſiſq; inuitis creaſ-

creaſſe; hanc nacti occaſionem ab eo tunc Lucæ commorante defecerunt, Piſasque conceſſere. quod quum maior pars eorum, qui Benedictum ſequebantur, Cardinalium vidiſſent, atque laudaſſent, ſimili exemplo ducti, ſuum & ipſi præſulem deſerentes, ceteris Cardinalibus Gregorii, qui Piſis erant, ſe coniunxerunt. ibique concilio Generali indicto, eoque cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, vterque Pontifex ab eis damnatus eſt, atque vtriſque tanquam periuris, hæreticis, colluſoribus, ſchiſmaticis, ſchiſmatiſq; fautoribus, publico omnium decreto nonis Iunii anno Domini 1409. iidem Cardinales Pontificatus abrogarunt; quum vſque ad eam diem ſediſſet Gregorius annos duos, menſes ſex, & dies ſex. Atque in vtriuſq; locum, 20. poſt abrogationem die tertium ſubrogarunt fratrem Petrum Philareti Cretenſem Presbyterum Cardinalem Baſilicæ Apoſtolorum, qui Alexander Papa V. appellatus eſt.

Gregorius vero his cognitis, concilio nulla ratione obtemperare voluit, ſed Pontificatus inſignia multis annis poſtea retinuit. timens autem ne ex ſynodi decreto contra ſe procederetur, locis tutis, & munitiſſimis apud amicos ſuos ſe continebat; manſit enim primo in regno Neapolitano apud regem Ladislaum, qui eius ſtudioſus erat, mox apud Vtinum aliquod tempus commoratus, demum Ariminum apud Malateſtas venit, vbi vſque ad concilii Conſtantienſis tempus permanſit. in quo quum ſponte Pontificatu per procuratorem abdicaſſet, Cardinalis, & Piceni perpetuus Legatus deſignatus eſt: Cardinaleſq; ab eo creati, qui tunc viuebant cum ceteris numerati ſunt. vixit autem poſt primam eius abrogationem ad ſpontaneam ceſſionem vſque annos ſex, & dies aliquot.

Secunda creatio IX. Cardinalium.

Anno Domini 1408. quum omnes Cardinales obedientiæ Vrbani Papæ VI. periurio Gregorii offenſi eum deſeruiſſent, videns Gregorius ipſe ſe non niſi quatuor Car-

dinales, quos nuper creauerat, habere, quo Pontificatum ſuum firmaret, ſenis in Tuſcia 13. cal. Octobris, anno Pontific. 2. iterum nouem fecit Cardinales. qui fuerunt

Lodouicus DD. Doctor, Archiepiſcopus Tarentinus, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Caliſti.

Angelus Ciuis, & Epiſcopus Recanatenſis, DD. D. Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Angelus Barbadicus Venetus, Epiſcopus Veronenſis DD. D. Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Bandellus de Bandellis Lucenſis Tuſcus V. I. Doctor, ex Epiſcopo Tiphernate, Epiſcopus Ariminenſis, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Philippus Anglus Epiſcopus Linconienſis, Theologus, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Matthæus Germanus, Epiſcopus Vormacienſis Theologus, Orator Imp. Ruperti, Presbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Frater Lucas Manzolus Florentinus, ordinis Humiliatorum Generalis; Theologus, Epiſcopus Feſulanus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Vicētinus de Arragonia Hiſpanus prior Mōtisferrati DD. Doctor, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Petrus Maurocenus, Venetus, artium Doctor Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica. hi nouem, vt de aliis quatuor dictum eſt, nunquam pro Cardinalibus habiti ſunt, niſi illi, qui tempore concilii Conſtantienſis viuebant, in quo pro publica pace conſeruanda in ceterorum collegium cooptati ſunt.

Epiſcopus Cardinalis creatus a Gregorio Papa XII.

Domnus Antonius Corarius Venetus, ex Presbytero tt. S. Chryſogoni, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ.

Papa Gregorius XII. duabus ordinationibus Iunio, & Septembri factis; treſdecim creauit Cardinales videlicet Epiſcopum 1. Presbyteros x. & Diaconos duos.

Angelus

Angelus Acciaiolus Florentinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus S. R. E. Vicecancellarius, ab anno Pōtificatus Gregorii Papæ XII. primo, ad initium concilii Piſani, in quo mortuus eſt.

Cardinales III. mortui ſub Gregorio Papa XII. ante eius in concilio Piſano abrogationem.

Ioannes Egidii Germanus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit in Italia menſe Iulio, anno 1407. Pontificat. primo, Leodium translatus, ibidem ſepultus eſt.

Valentius Hungarus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit in Hungaria anno 1408. Pontificatus 2. cadauer ibidem ſepultum eſt.

Angelus Acciaiolus, Florentinus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Piſis in concilio, menſe Iunio, anno 1409. Pontificat. 3. cadauer ibidem ſepultum eſt.

Cardinales VII. obidientiæ Gregorii Papæ XII. mortui poſtquam in concilio Piſano Pontificatus ei abrogatus eſt.

Iacobinus Vtinenſis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Arimini proficiſcens legatus ad Venetos pro Gregorio Papa XII.

Lodouicus Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Philippus Anglus, Presbyter Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Matthæus Germanus, Presbyter Cardin. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Vicentinus de Arragonia tt. S. Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis.

Frater Lucas Manzolus, Florentinus ordinis Humiliatorum, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit Florentiæ 18. cal. Octobris, anno 1411. Pontificat. 5.

Digitized by Google

cadauer ibidem in eccleſia omnium Sanctorum ordinis ſui ſepultum eſt.

Angelus ciuis, & Epiſcopus Recanatenſis, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obiit Recaneti xi. cal. Iulii, anno 1412. Pontificatus 6. ibidem in cathedrali ſepultus.

Spontanea abdicatio Gregorii Papæ XII. in concilio Conſtantienſi.

Anno Domini 1415. Gregorius Papa XII. ſponte per procuratorem ſuum Carolum Malateſtam Domicellum, Arimini pro pacis bono, ſchiſmateque tollendo 4. nonas Iulii abſens in concilio Conſtantienſi, ob eam cauſam cõgregato, Põtificatu abdicauit. quum etiam Ioannes XXII. dictus XXIII. pro eadem cauſa idem paulo ante feciſſet. ſederat autem ab electione ſua ad eam diem annos 8. menſes 7. & dies 5. quamobrem ex ſynodi decreto creatus eſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, collegiique Cardinalium Decanus, & Piceni perpetuus legatus.

Cardinales quoque omnes ab ipſo creati, qui tunc viuebant, & vſque ad eam diem pro Cardinalibus non fuerant habiti, ex eiuſdem concilii ſententia in ceterorum collegium adſcripti ſunt. fuerunt autem hi ſex,

Domnus Antonius Corarius Venetus in ſua obedientia S. R. E. Camerarius, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ.

Frater Ioannes Dominici, Florentinus, ord. prædicatorum Presbyter Card. tt. S. Xyſti.

Domnus Gabriel Condulmerius, Venetus, Presbyt. Card. tt. S. Clementis.

Angelus Barbadicus, Venetus, Presbyter Cardin. tt. S. Marcellini, & Petri.

Bandellus de Bandellis, Lucenſis, Tuſcus, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Petrus Maurocenus, Venetus, Diaconus Cardinalis Mariæ nouæ.

Obi.

Obitus Angeli Corarii olim Gregorii Papæ XII.

Anno Domini 1407. paulo ante creationem Papæ Martini Angelus Corarius, Venetus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, collegii Decanus, & perpetuus Marchiæ Anconitanæ Legatus, olim Gregorius Papa XII. vocatus Recaneti in Piceno in legatione ſua prope nonagenarius mortuus eſt. eius cadauer ibidem in eccleſia cathedrali ſepultum fuit.

Alexander V. Pontifex CCVII.

ANNO CHRISTI MCCCCIX.

ALexander Papa V. frater Petrus Philareti antea vocatus, natione Græcus, prouincia, & patria Cretenſis, ordinis fratrum minorum, & ſacræ Theologiæ Doctor eximius, primo fuit Epiſcopus Vicentinus, poſt Nouarienſis, & Patriarcha Gradenſis, deinde Archiepiſcopus Mediolanenſis, demum Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum ab Innocentio Papa VII. creatus, qui priuatis nonis Iuniis in concilio Piſano ab vtriuſque obedientiæ Cardinalibus numero 23. ex Synodi ſententia Gregorio XII. & Benedicto XV. in vtriuſq; locum in eodem concilio, omnium Cardinalium vtriuſque obedientiæ, qui ſynodo interfuerunt, ſuffragiis viceſimo vacantis ſedis die, videlicet 6. cal. Iulii, Pontifex Maximus renunciatus, nonis Iulii ſuæ coronationis inſignia in eccleſia cathedrali Piſana ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Ruperto Auguſto, menſ. 10. & dies 8.

Cardinales XXVI. vtriuſque obedientiæ viuentes quando Alexander Papa V. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.
Greg. XI. & Clem. VII.

Guido de Maloſicco Pictauenſis, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus Decanus.

Digitized by Google

Bonifacius Papa IX.

Henricus Minutolus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Clemens Papa VII.

Nicolaus Brancatius, Epiſcopus Card. Albanus.

Bonifac. IX. & Innocent. VII.

Antonius Caietanus, Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, maior Pœnitentiarius.

Clem. VII. *& Benedict.* XI.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, S. R. E. Vicecancellarius.

Petrus Gerardi de Podio, Epiſcopus Cardin. Tuſculanus, maior Pœnitentiarius.

Presbyteri Cardinales X.

Clemens Papa VII.

Petrus de Tureyo tt. S. Suſannæ, S. R. E. Archipresbyter.

* Ioannes Flandrini SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Vrban. VI. *& Bonifac.* IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ, tt. Paſtoris.

Clemens Papa VII.

Petrus Fernandi Frias tt. S. Praxedis, dictus de Hiſpania.

Innocentius Papa VII.

Conradus tt. S. Chryſogoni, S.R.E. Camerarius.

Franciſcus tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iordanus SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Ioannes tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Frater Petrus Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Antonius Caluus tt. S. Praxedis.

Diaconi Cardinales X.

Vrbanus Papa VI.

* Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

Clemens Papa VII.

Amadeus Marchio Salluciarum S. Mariæ nouæ.

Vrba-

Vrbanus Papa VI.

Rainaldus SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

Vrbanus VI. & Bonif. IX.

Landulphus Maramaurus S. Nicolai in carcere Tulliano.

Benedictus Papa XI.

Petrus Serra Diac. Cardinalis S. Angeli, dictus Senior.
Ludouicus de Barro S. Agathæ.

Bonifacius Papa IX.

Balthaſſar Coſſa Diac. Card. S. Euſtachii.

Innocent. Papa VII.

Otho de Columna S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus S. Angeli, dictus Iunior.

Benedictus Papa XI.

Antonius de Calancho S. Mariæ in via lata.

Papa Alexander V. nullos Cardinales creauit.

Sed tantum quibuſdam Epiſcopatus, titulos, & Diaconias mutauit: nam ob ſchiſma contigerat, vt plerumq; duo eſſent in eodem ſacerdotio titulares. hinc mutandorum titulorum in Romana eccleſia mala conſuetudo manauit, quod ad hanc vſque diem inauditum fuerat,

Henricus Minotolus, ex Tuſculano factus eſt Epiſcopus Cardin. Sabinus.

Antonius Caietanus, ex Præneſtino factus eſt Epiſcopus Cardin. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Antonius Caluus, ex Presbytero tt. S Praxedis factus eſt Presbyter Card. tt. S Marci.

Petrus Hannibaldus, ex Diacono S. Angeli factus eſt Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

Iordanus Vrſinus, ex Presbytero tt. Equitii factus eſt Presbyter Card. tt. Damaſi.

Lodouicus de Barro, ex Diac. S. Agathæ Benedicti XI. factus eſt Presbyt. Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Petrus Hannibaldus, ex Diacono SS Coſmæ, & Damiani, mortuo Petro Serra Hiſpano, iterum factus eſt Diac. Cardin. S. Angeli.

Factæ ſunt hæ mutationes Anno Domini 1409. Pontificatus I.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Cardin. Oſtienſis, & Veliternus, S.R.E. Viceecancellarius ſub Alexandro Papa V.

Anno Domini 1409. Pontificat. primo, pridie Idus Decembris, Petrus Serra Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli, cognomento ſenior, obiit in Hiſpania, ibique ſepultus eſt.

Obitus Alexandri Papæ V.

Anno Domini 1410. 5. Nonas Maii Bononiæ obiit Papa Alexander V. hora noctis V. cadauer eius ibidem ad ecclesiam fratrum minorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies XI.

Eodem anno 4. Nonas Maii Nouendialia Alexandri Papæ 5. à Cardinalibus Bononiæ celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno pridie Idus Maii, finitis exequiis, & miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Card. Tuſculano cantata, Cardinales XVII. qui tunc Bononiæ aderant, conclaue ingreſſi ſunt pro electione noui Pontificis, qui altero poſt ingreſſum die, videlicet 16. Cal. Iunii, elegerunt in Papam Balthaſſarem Coſſam Neapolitanum, Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, & Bononiæ legatum, qui Ioan. XXIII. Papa appellatus eſt.

Ioannes XXII. Dictus XXIII. Pontifex CCVIII.

Anno Christi MCCCCX.

IOannes Papa XXII. Dictus XXIII. Balthaſſar antea vocatus, Neapoli mediocri familia, quæ Coſſa dicebatur, ortus eſt; quem ex Protonotario, & Cubiculario Apoſtolico Bonifacius Papa IX. Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, Bononiæque Legatum creauit. hic mortuo Bononiæ

Papa

Digitized by Google

Papa Alexandro V. in eius locum à Cardinalib. 16. Cal. Iunii Pontifex Maximus renunciatus, ibidem 8. Cal. Iunii coronatus eſt.
Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Ruperto, & Sigiſmundo Augg. annos 5. & dies 15.

Cardinales XXIIII. viui quando Ioannes Papa XXII. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Gregor. XI. *&* *Clem.* VII.

* Guido de Maloſicco Epiſc. Card. Præneſtinus Decanus.

Bonifacius IX. & *Alex.* V.

Henricus Minutolus, Epiſc. Card. Sabinus.

Clemens Papa VII.

Nicolaus Brancatius, Epiſc. Card. Albanus.

Bonif. IX. *Innoc.* VII. *&* *Alex.* V.

* Antonius, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, maior Pœnitentiarius.

Clemens VII. & Bened. XI.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſis, S.R.E. Vicecancellarius.
Petrus Gerardi de Podio, Epiſc. Card. Tuſculanus.

Presbyteri Cardinales X.

Clemens Papa VII.

*Petrus de Tureyo, tt. S. Suſannæ, S.R.E. Archipresbyter.
*Ioannes Flandrini, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Vrbanus VI. & Bonif. IX.

Frater Angelus S. Pudentianæ tt. Paſtoris.

Clemens Papa VII.

Petrus, Fernandi, Frias, tt. S. Praxedis, dictus de Hiſpania.

Inno-

Innocentius Papa VII.

Conradus Caractiolus, tt. S. Chryſogoni, S. R. E. Camerarius.
Franciſcus Huguccionius, tt. SS. IV. Coronatorum.
Iordanus Vrſinus, tt. S. Laurentii in Damaſo.
Ioannes Melioratus, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Antonius Caluus, tt. S. Marci.

Benedict. XI. & Alex. V.

* Ludouicus de Barro, Presbyter Card. Baſilicæ SS. Apoſtolorum.

Diaconi Cardinales VIII.

Vrbanus Papa VI.

* Ludouicus de Fliſco, S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

Clemens Papa VII.

* Amadeus Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Vrbanus Papa VI.

Rainaldus, SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

Vrban. VI. & Bonifac. IX.

Landulphus, S. Nicolai in carcere Tulliano.

Bonifacius Papa IX.

Balthaſſar Coſſa, Diac. Card. S. Euſtachii.

Innocentius Papa VII.

Otho Columna, S. Georgii in Velabro.
Petrus Hannibaldus, Diac. Card. S. Angeli.

Benedictus Papa XI.

Antonius de Calancho S. Mariæ in via lata.

Prima creatio XIV. Cardinalium.

Anno Domini 1411. Pontificat. II. 8. Idus Iunii, Romæ Ioannes Papa XXII. primo creauit XIV. Cardinales, qui fuere

Fran-

Franciſcus Landus, Venetus, V. I. Doctor ex Patriarcha Gradenſi, Conſtantinopolitanus, Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Antonius Pancerinus, de Portugruario, Foroiulienſis, Patriarcha Aquileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Suſannæ.

Alamanus Adimarius, Florentinus, ex Archiepiſcopo Tarentino Piſanus, Presbyt. Card. tt. S. Euſebii, abſens nūcius ad regem Francorum.

Ioannes Luſitanus, Hiſpanus, ex Epiſcopo Coimbrienſi Archiepiſcopus Vlixponenſis, Presbyter Card. S. Petri ad vincula, tt. Eudoxiæ.

Petrus de Alliaco, Gallus, Doctor Pariſienſis, Epiſcopus Cameracenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Chryſogoni.

Georgius Germanus, Epiſcopus Tridentinus, Presbyter Card.

Thomas eius ſororis filius, Neapolitanus, Epiſcop. Tricaricenſis, Presbyt. Card. SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Branda Caſtellio, Mediolanenſis, Epiſcopus Placentinus, Auditor Rotæ, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis.

Thomas Anglus, Epiſcopus Dunelmenſis, Presbyt. Card.

Robertus Anglus, Epiſcopus Saresbirienſis, Presbyt. Cardinalis.

Egidius de Campis, Gallus, Theologus, & confeſſor regis Francorum, Epiſcopus Conſtantienſis, Presbyter Cardinalis.

Lucidus de Comitibus, Romanus, Protonotarius Apoſtolicus Diaconus Cardin. S. Mariæ in Coſmedin.

Franciſcus Zabarella, Patauinus, V. I. Doctor, electus Epiſcopus Florētinus, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani.

Guillelmus Philaſterii Cœnomanenſis, Gallus, Decanus Remenſis, Diaconus Card. poſt Presbyter Card. tt. S. Marci.

Secunda creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1413. Pontific. III. 18. Cal. Maii Romæ Papa Ioannes creauit Cardinalem vnum: is fuit

Simon Cramado, Gallus, Archiepiſcopus Remenſis, Patriarcha Alexandrinus, Presbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Tertia vnius Cardinalis creatio.

Anno Domini 1414. Pontific. IV. 12. Calend. Octobris, Bononiæ, Ioannes Papa creauit Cardinalem vnum; qui fuit

Iacobus Inſulanus, Bononienſis, Miles, & V. I. D. Diacon. Card. S. Euſtachii.

Epiſcopi Cardinales IV. creati à Ioanne Papa XXII.

F. Angelus de Anna, ex Presbytero tt. Paſtoris, Bonifacii, IX. Epiſcopus Cardin. Prænestinus.

Petrus Frias ex Presbytero tt. S. Praxedis, Clementis VII. Epiſcopus Card. Sabinus.

Iordanus Vrſinus, ex Presbytero tt. Damaſi, Innocentii VII. Epiſcopus Card. Albanus.

Lodouicus de Barro, ex Presbytero Apoſtolorum, Alexandri V. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, tt. S. Rufinæ.

Antonius de Calancho, ex Diacono S. Mariæ in via lata, Benedicti XI. Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes Papa XXII. dictus XXIII. tribus ordinationibus menſibus Aprili, Iunio, & Septembri factis, XVI. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. ex antiquis Presbyteris, Presbyteros XIV. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos III.

Ioannes de Bronhiaco, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, S. R. E. Vicecancellarius ſub Ioanne Papa XXII.

Cardinales XI. mortui ſub Ioanne Papa XXII.

Ioannes Melioratus, Sulmonenſis, Presbyter Card.tt.S. Crucis in Hieruſalem, obiit Rauennæ Cal. Nouembr. anno 1410. Pontificatus 1. ibiq; ſepultus.

Conradus Caracciolus, Neapolitanus, Presbyter Card.tt. S. Chryſogoni, & Camerarius S.R.E. obiit Bononię 15. Calend. Martii, anno 1411. Pontific. 1.

Antonius Caluus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marci Archipresbyter S. Petri, obiit Romæ 6. Nonas Octobris, Anno 1411. Pontificatus 2. ſepultus ad S. Petrum.

Antonius Caietanus, Romanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ac S.R.E. maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 4. Idus Ianuarii anno 1412. Pontificat. 2. ſepultus ad S. Mariam ſuper Mineruam.

Henricus Minutolus, Neapolitanus, Epiſcopus Card. Sabinus, Bononiæ Legatus, obiit Romæ 15. Cal. Iulii, anno 1412. Pontific. 3. cadauer Neapolim translatum in eccleſia cathedrali ſepultum eſt.

Nicolaus Brancatius, Auinionenſis, Gallus, Epiſcopus Bononienſis, & Epiſcopus Cardinal. Albanus, obiit Florentiæ apud S. Antonium, 3. Calend. Iulii Anno 1412. cadauer ibidem ad S. Mariam Nouellam ſepultum eſt.

Franciſcus Huguccionius, Vrbinas, Presbyter Cardinalis tt. SS. quatuor Coronatorum, obiit Florentiæ 19. Calend. Septembris, Anno 1412. Pontificatus 3. cadauer Romam portatum in eccleſia S. Mariæ nouæ ſepultum eſt.

Guido de Maloſicco, Pictauenſis, Gallus, Epiſc. Card. Prenestinus, & Decanus, obiit in Galliis menſe Auguſto, Anno Domini 1412.

Petrus de Tureyo, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ, obiit in legatione Gallica, menſe Septembri, anno Domini 1412.

Digitized by Google

Ioannes Luſitanus, Hiſpanus, Presbyter Card. tt. Eudoxiæ, obiit in Hiſpania apud Villam Bruges, 10. Cal. Feb. reuertens ex vrbe in patriam anno 1415.

Petrus Gerardi de Podio, Lemouicenſis, Gallus, Epiſcopus Cardin. Tuſculanus S R.E maior Pœnitentiarius, obiit Auinione, anno 1415. Pontificatus V. ſepultus in cathedrali Auinionenſi.

Georgii Epiſcopi Tridentini, Presbyteri Card. Germani.

Thomæ Angli, Epiſcopi Dunelmenſis, Presbyteri Card.

Roberti Angli, Epiſcopi Saresbirienſis, Presbyteri Cardinalis, & Egidii de Campis, Galli, Epiſcopi Conſtantienſis, Presbyteri Cardinalis geſta, & exitus, quod nunquã Romanam curiam adierint, incerti, & obſcuri omnino ſunt. ſatis tamen conſtat, eos ante Papę Martini electionem mortuos fuiſſe.

Conciliũ Generale Conſtantienſe in quo priuato Ioanne XXII. Gregorio XII. abdicante & Benedicto XI. damnato ſchiſma ſublatum eſt, creato in eodem concilio Martino Papa III.

Quum per Gregorii XII. & Benedicti XI. in cõcilio Piſano priuationẽ, alteriuſq; ſubrogationem, peſſimum ſchiſma non ſublatũ, ſed magis auctum eſſe videretur, tribus iá exiſtentib. qui ſe veros Pontifices eſſe affirmarent, Ioanne XXII. Romæ, Gregorio XII. Arimini, & Benedicto XI. in Hiſpania; nõ ſine diuino numine actum eſt per Sigiſmundum Imperatorem, qui per id tempus rex Romanorum creatus fuerat, vt à Ioanne XXII. Papa concilium generale conuocaretur, in quo totius Chriſtianæ Reipublicæ ſaluti cõſuli poſſet, & peſſimum ſchiſma omnino tolli; Ioannes Papa Imperatori obtemperauit, quod credebat interuentu, & auctoritate Concilii Generalis Petrum de Luna, & Angelum Corarium Pontificatibus ſuis ceſſuros, ſeque vnum in Barionæ ſede confirmandum fore. de conſilio igitur Cardinalium Conſtantiæ, quæ vrbs eſt Moguntinæ diœceſis in Germania, 5. Idus Decembris, laude in Lombardia vbi cum Imperatore Sigiſmundo con-

do conuenerat anno 1413. Concilium generale celebrandum indixit, & conuocauit, omnibus Chriſtiani orbis prælatis accerſitis, anno Pontificatus ſui 4. indictione 7. ad quod anno ſequenti 1414. menſe Nouembris cum Cardinalibus perſonaliter acceſſit Angelus quoque Corarius, qui adhuc ſe pro Pontifice gerebat, Imperatoris precibus flexus, Concilium ipſum à Ioanne indictum ſua auctoritate firmauit, quumque ipſe iam ſenio grauis ad illud accedere non poſſet, Arimini ſubſiſtens, legatos ſuos miſit fratrem Ioannem Dominici Florentinum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Xyſti, obedientiæ ſuæ, & Carolum Malateſtam Domicellum Ariminenſem, cum maxima auctoritate approbandi Concilium ipſum, renunciandiq; Pontificatum nomine ſuo, ſi idem tamen Ioannes XXII. & Petrus de Luna faceret.

Petrus verò de Luna, vt idem faceret, ab Imperatore quæſitus, omninò renuit, aſſerens, Conſtantiam idoneum locum non eſſe, nec tutum ad Concilium generale celebrandum. quo non obſtante anno Domini 14[illegible]4. Pontificatus Papæ Ioannis V. Angeli Corarii IX. & Petri de Luna XXI. Nonis Nouembris, indictionis 8. cantata Miſſa Spiritus Sancti à Ioanne Papa XXII. inchoatum eſt Concilium Generale Conſtantienſe, & die Veneris 16. Cal. Decembris eiuſdem anni, prima Seſſio celebrata eſt, Ioanne Papa Præſidente.

Habita prima Seſſione, Patres conſiderantes difficultatem, quę maxima erat in ſpontaneis ceſſionibus Papatuum Gregorii, & Benedicti, niſi idem faceret, & Ioannes Papa, aliter enim fieri nō poſſe exiſtimabant, vt omninò ſchiſma tolli poſſet, vt hoc ipſum faceret, illum requiſierunt. quod quū Ioannes Papa facere recuſaſſet, & mutato habitu clam à Concilio aufugiſſet, ex fuga retractus, honeſto carceri mancipatus eſt, eiq; ex totius ſynodi ſentētia, in XII. ſeſſione, cum ob fugā, tum ob alia crimina, de quib. accuſatus & conuictus fuerat, tum etiam ad concordiam ſublato ſchiſmate, & vnionem in Eccleſia Dei faciendam 4. Cal. Iunii,

Digitized by Google

anni Domini 1415. Pontificatus abrogatus eſt. quæ omnia contra ſe acta, & geſta, ipſe probauit, & firmauit, Papalibus ſe exuens veſtimentis pridie Nonas Iunii eius anni, quum ad eam diem ab initio ſuę creationis ſediſſet annos 5. & dies 15. poſt cuius abdicationem, dum Cōcilium ceſſionem Papatus à Gregorio XII. primo quæ facilis fuit, mox à Benedicto XI. quod vt faceret nulla vnquam ratione adduci potuit, quærendo, tempus terit. Apoſtolica ſedes vacauit annos duos, menſes 5. & dies 10. videlicet vſque ad Papæ Martini creationem.

Joannes autem priuatus datus eſt à Concilio in cuſtodiam Lodouico Bauariæ Duci, & Comiti Palatino Rheni: timebant enim ne iterum aufugiens Eccleſiæ pacem turbaret, qui Dux Ioannem ipſum in ſui fide ſuſcipiens in munitiſſima arce Gothlebes ipſum cum fida cuſtodia recluſit, vbi prope quadriennium permanſit, ſine alicuius Italici hominis ſocietate.

Anno Chriſti 1419. Balthaſſar Coſſa olim Ioannes Papa XXII. triginta Ducatorum millibus è carcere ſe redemit, liberq; factus, recta Florentiam verſus venit, vbi Martinus Papa cum curia reſidebat, vrbemq; ingreſſus eſt in vigilia Corporis Chriſti, & ad pedes Martini procumbens, eum vt verum Chriſti Vicarium veneratus eſt. quamobrem eodem anno 9. Cal. Iulii Florentiæ ab eodem Pontifice Martino Card. Epiſc. Tuſculan. & Collegii Cardinalium Decanus creatus eſt. obiit autem eodem anno 1419. Florentiæ 9. Cal. Ianuarii, quum poſt abrogationem Pontificatus vixiſſet annos 4. menſes 6. & dies 24.

Cardinales III. mortui poſt abrogationem Joannis Papæ & ante electionem Martini.

Bandellus de Bandellis, Lucenſis, Tuſcus, Preſbyt. Card. tt. S. Balbinæ, obiit anno 1415. tempore Concilii generalis Conſtantienſis.

Landulphus Maramaurus, Neapolitanus Diac. Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano, obiit Conſtantiæ 17. Cal. Nouem-

Nouembris, anno 1415. ſepultus ad Prædicatores ibidem.

Franciſcus Zabarella Patauinus V.I. Doctor, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit Conſtantiæ in Concilio generali 6. Cal. Octobr. anno 1417. Cadauer Patauium translatum ibidem in Eccleſia Cathedrali ſepultum eſt.

Proſecutio Synodus generalis Conſtantienſis.

Anno Domini 1415. 4. Cal. Iunii, priuato Ioanne Papa, eiusq; priuationis ſententia pridie Cal. Iunii à ſe confirmata, actum eſt ab Imp. Sigiſmundo, vt & Gregorius XII. Concilium à ſe iam pridem auctoritate ſua conuocatum denuò firmaret, omnesq; obedientiæ ſuæ prælatos mitteret, atque omnia faceret: quæ quum Pontifex Romanus factus fuit, promiſit, iurauit, ac vouit. quæ omnia ab eo peracta ſunt: nam quum prius duos tantum legatos miſiſſet cum plena auctoritate tamen firmandi Concilium, & renunciandi Pontificatum, tunc eo miſit omnes ſuos Cardinales vno excepto, quem apud ſe detinuit, & reliquos omnes Prælatos, vt Concilio cum cæteris intereſſent.

Eodem autem anno 4. Nonas Iulii in XIV. Concilii Seſſione, Carolus Malateſta regulus Auinionenſis, Gregorii XII. nomine Pontificatum depoſuit, & omnibus, quas in Papatu habebat, rationibus pro tollendo ſchiſmate ſponte ceſſit. quapropter à Concilio laudatus, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus renunciatus eſt, Collegiique Cardinalium Decanus, atque agri Piceni perpetuus legatus, & omnia quæ in ſuo Pontificatu geſſit probata, & confirmata ſunt. Cardinales quoque ſex tum viuentes qui ab eo creati fuerant in cæterorum Collegium cooptati ſunt, locaque cum cæteris eis aſſignata fuerunt: qui omnes excepto Petro Mauroceno, qui apud eum remanſerat, ad Concilium acceſſerunt, omnesque excepto Cardinale Bandello, qui paulò poſt obiit, creationi Papæ Martini III. interfuerunt. Gregorius quoq; audita renunciatione nomine ſuo facta, Papalia ornamenta Cardinalis habitu aſſumpto depoſuit,

Duabus obedientiis vnitis reſtabat tertia obedientia reducenda, vel amputanda Benedicti videlicet XI. qui quum nunquam adduci potuiſſet, vt Pontificatum deponeret, oppido munitiſſimo Paniſchola in Arragonia ſe continebat. quo non obſtante, ex totius Synodi ſententia, ꝓceſſus contra eum formatus eſt, & tandem vt pertinax, hæreſiarcha periurus, & inobediens Eccleſiæ Dei, ei in publica XXVII. Seſſione VII. Cal. Auguſti, anno Domini 1417. Pontificatus abrogatus eſt, ipſeque diris deuotus. quo facto, omnes prælati, qui ad eam diem apud eum remanſerant, cum Cardinale fratre Petro de Fuſſò, qui ab eodem poſt Concilium Piſanum cum aliis XI. creatus fuerat, eo relicto ad Concilium acceſſere. conſtabat autem Synodus Generalis Conſtantienſis ex quinq; nationum orbis Chriſtiani Prælatis, videlicet Italica, Gallica, Germanica, Hiſpana, & Anglica, quorum ſuffragiis omnia maxima cum diligentia tranſigebantur Concilii generalis acta.

His geſtis ſancta Synodus de conſenſu omnium S. R. E. Cardinalium decreuit, vt ad noui Pontificis electionem hac ratione procederetur, vt videlicet cum ipſis Cardinalibus quælibet natio ſex viros idoneos, & religioſos eligeret, qui pro hac vice tantum Romani Pontificis electioni intereſſent, & vna cum ipſis Cardinalibus, qui ad Concilium venerant, cõclaue intrarent, cum auctoritate eligendi Romanum Pontificem, & is qui à duabus partibus Cardinalium, & à duabus partib. eiuſmodi hominum electus eſſet, verus, & legitimus Pontifex haberetur, & ab omnibus teneretur. quæ omnia facta ſunt, trigintaquè viri ex omnib. nationibus à Concilio lecti, qui omnes ſacris initiati erant. quapropter eodem anno, videlicet 1417. *6.* Idus Nouemb. celebrata ſeſſione XLI. hora tertia poſt meridiem XXIII. Cardinales Concilio præſentes & XXX. alii electores cõclaue ingreſſi ſunt, paratum in palatio Epiſcopali Conſtantienſi; qui quarta die poſt ingreſſum conclauis, videlicet 3. Idus Nouembris, omnium ſuffragiis, inuocata Spiritus Sancti gratia, elegerunt in Romanum Pontificem, & Catholicæ

tholicæ Eccleſiæ Epiſcopum Othonem de Columna nobilem Romanum, Diaconum Cardinalem S. Georgii in Velabro, qui Martinus Papa V. ideo appellatus eſt, quod eius electio die feſto S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris celebrata ſit.

Martinus III. dictus V. Pont. CCIX.

ANNO CHRISTI MCCCCXVII.

MArtinus Papa III. dictus V. Otho antea vocatus, Romæ ſummo loco natus, patre Agapito ex familia Columnenſi ortus eſt. hic quum iuris Pontificii peritus eſſet, primò referendarius fuit Vrbani Papæ VI. cum poſtea Innocentius VII. Diaconum Cardinalem S. Georgii in Velabro creauit; qui in Concilio generali Conſtantienſi, ſublato ſchiſmate XXII. Cardinalium, & XXX. electorum ſuffragiis, in die S. Martini Epiſcopi Pontif. Maximus renunciatus x I. Cal Decemb. coronatus eſt.

Sedit verò in Apoſtolica ſede, Imp. Cæſare Sigiſmundo Auguſto, annos 13. menſes 3. & dies 12.

Cardinales XXVII. viui, quando Martinus Papa III. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Clemens VII. & Benedictus XI.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſcop. Card. Oſtienſis, Decanus, S.R.E. Vicecancellarius.

Vrbanus VI. Bonif. IX. & Ioannes XXII.

Fr. Angelus de Anna, Epiſcop. Card. Præneſtinus.

Clemens VII. & Ioannes XXII.

* Petrus Fernandi Frias, Epiſcop. Card. Sabinus, dictus de Hiſpania.

Innocentius VII. & Ioannes XXII.

Iordanus Vrſinus, Epiſc. Card. Albanus, maior Pœnitentiarius.

Digitized by Google

Ben. XI. & Alex. V. & Ioan. XXII.

Lodouicus de Barro, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Gregorius Papa XII.

Antonius Corarius Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Preſbyteri Cardinales XIII.

Ioannes Papa XXII.

Franciſcus Landus tt. S. Crucis in Hieruſalem, S.R.E. Archipreſbyter.

Gregorius Papa XII.

Fr. Ioannes Dominici tt. S. Xyſti.

Ioannes Papa XXII.

Antonius Pancerinus tt. S. Suſannæ.
Alamanus Adimarius tt. S. Euſebii.

Gregorius Papa XII.

Gabriel Condulmerius tt. S. Clementis.

Ioannes Papa XXII.

Petrus de Aliaco tt. S. Chryſogoni.
Thomas SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Branda Caſtellio tt. S. Clementis.

Gregorius Papa XII.

Angelus Barbadicus tt. S. Marcellini, & Petri.

Ioannes Papa XXII.

Guillelmus Philaſterii tt. S. Marci.
Simon Cramado tt. S. Laurentii in Lucina.

Benedictus XI. & Ioan. XXII.

Antonius de Calancho tt. S. Cæciliæ.

Benedictus Papa XI.

Fr. Petrus de Fuxo tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Diaconi Cardinales VIII.

Vrbanus Papa VI.

Lodouicus de Fliſco S. Hadriani, S.R.E. Archidiaconus.

Clemens

Clemens Papa VII.

Amadeus S. Mariæ nouæ.

Vrbanus Papa VI.

Rainaldus Brancatius SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

Innocentius Papa VII.

Otho Columna S. Georgii in Velabro.
* Petrus Hannibaldus de Stephaneſcis S. Angeli.

Joannes Papa XXII.

Lucidus de Comitibus S. Mariæ in Coſmedin.
* Iacobus Inſulanus S. Euſtachii.

Gregorius Papa XII

* Petrus Maurocenus S. Mariæ in Domnica.

Cardinales Benedicti XI. ideo non adpoſui, quod hi tunc pro Cardinalibus non habebantur.

Electores XXX. qui ex ſingulis nationibus lecti Martinum Papam III. cum Cardinalibus crearunt.

Electores VI. nationis Italicæ.

Bartholomæus Archiepiſcop. Mediolanenſis.
Franciſcus Epiſcop. Melphitenſis.
Henricus Epiſcop. Feltrenſis.
Iacobus electus Epiſcop. Pennenſis.
Fr. Leonardus Magiſter Generalis Ord. Prædicatorum.
Pandulphus Malateſta Archidiac. Bononienſis.

Electores VI. nationis Gallicæ.

Guillelmus Archiepiſcop. Bituricenſis.
Iacobus Archiepiſcop. Turonenſis.
Ioannes Epiſc. Gebennenſis.
Fr. Robertus Abbas Cluniacenſis.
Gualterus Graſſi Prior Rhodus.
Lambertus de Stiptite, Prior Berchenyo.

Electores VI. nationis Germanicæ.

Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus.
Ioannes Archiepiſcopus Rigenſis.
Nicolaus Archiepiſcopus Guiſnenſis.
Simon Epiſcopus Traguricnſis.
Nicolaus de Dincheſpuel Magiſter in Theologia.
Conradus de Suſato ſacræ Theologiæ Doctor.

Electores VI. nationis Hiſpanicæ.

Didacus Epiſcopus Conchenſis.
Ioannes Epiſcopus Pacenſis.
Nicolaus Epiſcopus Aquenſis.
Philippus de Madalia Archidiaconus Barchinonenſis.
Gundiſſaluus Garziæ Archidiaconus de Biruieſcha.
Velaſcus Petri vtriuſque iuris Doctor.

Electores VI. nationis Anglicæ.

Ricardus Epiſcop. Londonienſis.
Nicolaus Epiſcopus Bathonienſis.
Ioannes Epiſcopus Lichfeldenſis.
Ioannes Epiſcopus Noruicenſis.
Fr. Thomas Abbas S. Mariæ Eboraci.
Thomas Protonotarius Apoſtolicus, Decanus Eboracenſis.

Finis Concilii Conſtantienſis.

Anno Domini 1418. 12. Cal. Maii, ex totius Concilii decreto, Pontificiſque Martini auctoritate, finitum eſt Concilium Conſtantienſe, quum annos 3. menſes 5. & dies 15. perduraſſet, & in ſequens triennium aliud Concilium generale indictum eſt, in quo de Eccleſiæ reformatione agendum eſſet. ſicq; Martinus Papa, Conſtantia diſcedens, Florentiam venit, vbi quum per biennium ferè manſiſſet, Romam profectus eſt.

Aduentus IV. Cardinalium Petri de Luna ad Curiam Rom.

Anno Chriſti 1419. quatuor ex Cardinalibus Petri de Luna,

Luna,qui vſque ad finem Concilii Conſtantienſis cum eo permanſerant,videntes eiuſdem Petri pertinaciam, Concilii ſententiam ſequuti, eo relicto, Florentiam, vbi tunc Curia Romana reſidebat,acceſſerunt,& die 16. Cal. Aprilis,oſculatis pedib. Papæ Martini, ab eo in cæterorum collegium conſcripti ſunt;nam vſque ad eam diem pro Cardinalibus habiti non fuerant. fuerunt autem hi

Domnus . . . Hiſpanus, Canonicus Regularis, Abbas montis Arragonum,Preſbyt.Card.tt.S. . . .

Carolus de Viries Hiſpanus,Diaconus Card. S.Georgii in Velabro.

Alphonſus Carillus,Gometii filius, Hiſpanus, Diac.Card. S.Euſtachii.

Petrus Fonſeca,Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1419.Pontificatus 2. 9.Cal. Iulii Florentiæ Papa Martinus primo creauit Cardinalem vnum : is fuit

Balthaſſar Coſſa Neapolitanus, Ioannes quondam Papa XXII. Epiſc. Card. Tuſculanus,Collegiique Cardinalium Decanus.

Secunda creatio XIV. Cardinalium.

Anno Domini 1426.Pontificatus 9. 9.Calendas Iulii Romæ Papa Martinus iterum creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes de Rupeſciſſa,Gallus,V.I. Doctor,corrector literarum Apoſtolicarum, Archiepiſcopus Rothomagenſis,Patriarcha Conſtantinopolitanus,Preſbyter Cardinalis tt.S.Laurentii in Lucina, & S.R.E. Vicecancellarius.

Domnus Lodouicus Alamannus, Gallus, Canonicus Regularis,V.I. Doctor,ex Epiſcopo Maclouienſi, Archiepiſcopus Arelatenſis,Vicecamerarius,& Prolegatus Bo-

nonię, Preſbyter Card.tt.S. Cęcilię, & Bononię Legatus.

Henricus filius Ducis Lancaſtrię, regio regum Anglorum ſanguine, & familia ortus, Anglus, Archiepiſcopus Vintonienſis, Preſbyt. Card.tt.S. Euſebii.

Io. Germanus, Epiſc. Olmucenſis, & Archiepiſcop. Pragenſis, Preſbyt. Card.tt.S. Cyriaci in Thermis.

Antonius Caſſinus Ciuis, & Epiſcop. Senenſis, Theſaurarius Papę, & Camerę Apoſtolicę Clericus, Preſbyter Card.tt.S. Marcelli.

Fr. Nicolaus Albergatus, ciuis, & Epiſcopus Bononienſis, Ord. Carthuſianorum, Preſb. Card.tt.S. Crucis in Hieruſalem.

Raimundus Mayroſius Gallus DD. Doctor, ex Epiſcopo Tricaſtinenſi, Caſtrenſis, Preſbyt. Card.tt.S. Praxedis.

Io. Ceruantes ciuis, & Archidiaconus Hiſpalenſis, ex Prouincia Gallęcia DD. Doctor, ex Epiſcopo Abulenſi, Segobienſis, & poſt Burgenſis, Preſbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxię.

Ardicinus de la Porta, Nouarienſis, V.I. Doctor, Aduocatus Conſiſtorialis, Clericus Camerę Apoſtolicę, & literarum Apoſtolicarum corrector, Diac. Card. SS. Coſmę, & Damiani.

Hugo Luſignanus, Regis Cypri frater, Cyprius, Gręcus, electus Archiepiſc. Nicoſienſis, Diac. Card. S. Hadriani.

Dominicus Ram, Hiſpanus, ex Epiſcopo Oſcenſi, Ilerdenſis, & poſt Archiepiſcop. Tarraconenſis, Preſbyt. Card. tt.S. Xyſti.

Proſper Columna, eius fratris filius, Romanus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Dominicus Capranica Romanus, DD. Doctor, Secretarius, & Protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſcopus Firmanus, Diac. Card. S. Marię in via lata.

Iulianus Cęſarinus Romanus, Protonot. Apoſtolicus, Diac. Card. S. Angeli. quatuor extremi non publicati fuerunt.

Tertia

Tertia creatio Cardinalium.

Anno Chriſti 1430. Pontific. 13. 5. Idus Nouembris, Romæ Papa Martinus fecit tertiam Ordinationem, in qua duos ex quatuor ſuperiorib. publicauit Cardinales, duosq; nouos creauit; ſed non publicauit, hi fuere

Proſper Columna, Romanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro. } publicati.
Iulianus Cæſarinus Roma. Cameræ Apoſt. Auditor, S. Angeli. } publicati.

Fr. Ioannes, Caſanoua, Arrago Hiſpanus, Ord. Prædicator. Theolog. ex Epiſcopo Bonſano, Eluenſis; Presby. Card. tt. S. Xyſti.

Guillelmus Diuanus de Monteforti, Gallus, Protonot. Apoſtol. Epiſcop. Maclouienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ. hi duo publicati non fuerunt.

Epiſcopi Cardinales duo creati a Martino Papa III.

Balthaſſar Coſſa, Neapolitanus, Epiſco. Card. Tuſculanus, & Decanus.

Franciſc. Landus, ex Preſbytero, tt. S. Crucis Ioannis XXII. Epiſcop. Card. Sabinus.

Iacobus Inſulanus Bononienſis, ex Diac. S. Euſtachii, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Papa Martinus III. tribus ordinationib. menſibus Iunio, & Nouembri factis XVI Cardinales nouos creauit, videlicet Epiſcopos duos, in quib. alter fuit Ioannes quondam Papa, alter verò antiquus Preſbyter Preſbyteros XI. & Diaconos V. ex quib. non niſi XII. publicauit.

Vicecancellarii S.R.E. ſub Martino Papa III.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſ. & Veliternus, ab anno Pontificatus primo ad 9.

Io. de Rupeſciſſa, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, ab initio anni 9. ad finem Pontificatus.

Cardinales XXIV. mortui ſub Martino Papa III.

Petrus Stephaneſcus, Roman. Diac. Card. S. Angeli, obiit

Romæ pridie Cal. Nouemb. anno 1417. Pontificat. 1. ſepultus in Eccleſia S. M. Tranſtiberim.

Anglus Barbadicus, Venetus, Preſby. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Gebennis 17. Calendas Septembris, anno 1418. Pontificatus primo, ſepultus ibidem in Cathedrali.

Antonius de Calancho, Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Lauſannis, vbi erat Archiepiſcopus, 3. Nonas Septembris, eodem anno ibidem in Cathedrali ſepultus.

Fr. Ioannes Dominici Ord. Prædicatorum Florentinus, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti, obiit Budæ in legatione Hungarica, 4. Idus Iunii, anno 1419. Pontific. 2. Cadauer ibidem in ſuburbio in Eccleſia Fratrum S. Pauli primi Eremitæ ſepultum eſt.

Amadeus ex Marchionib. Sallutiarum, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Florentiæ 4. Cal. Iulii, an. 1419. ibique ſepultus.

Balthaſſar Coſſa, Neapolitanus, Epiſc. Card. Tuſculanus, obiit Florentiæ 11. Cal. Ianuarii, an. 1419. Pontific. 3. ibidem in Baptiſterio ſepultus.

Petrus Fernandi, Frias, Hiſpan⁹, Epiſc. Card. Sabinus, obiit Florentiæ 5. Idus Septembr. an. 1420. ibidem in Eccleſia S. Mariæ de Angelis ſepultus.

Carolus Viries, Hiſpanus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro, obiit Romæ in regione Tranſtiberim 7. Idus Octobris, an. 1420. Pontific. 3.

Domnus . . . Hiſpanus, Abbas Montis Arragonum, Preſbyt. Card. obiit Romæ, menſe Nouemb. an. 1420. Pontific. 4.

Petrus Fonſecca, Portugallenſis, Hiſpanus, Diac. Card. S. Angeli, obiit apud Vicouarrum 12. Cal. Septembr. anni 1422 Pontific. 5. ſepultus Romæ ad S. Petrum.

Alamannus Adimarius, Florentinus, Preſbyter Card. tt. S. Euſebii, obiit Tibure 14 Cal. Octobr. eodem anno ſepultus Romæ ad S. Mariam Nouam.

Lodo-

Lodouicus de Fliſco, Genuenſis, Diac. Card. S. Hadriani, obiit Romæ 3. Nonas Aprilis, an. 1423. Pontific. 6. Genuam translatus auito monumento ſepultus eſt.

Petrus Maurocenus, Venetus, Diac. Card. S. Mariæ in Domnica, obiit in Caſtro Gallicani Prænestinæ diœceſis, 3. Idus Auguſti, an. Domini 1424. Pontific. 7. Cadauer Romam relatum ad S. Mariam Nouam ſepultum eſt.

Lodouicus de Barro, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit in Galliis anno 1425. Pontificatus 8. ibique ſepultus.

Petrus de Alliaco, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Chryſogoni, obiit an. 1425.

Ioannes de Bronhiaco, Epiſc. Card. Oſtienſ. & Veliternus, ac S.R.E. Vicecancellarius, obiit Romæ menſe Februario, anni 1426. Pontific. 9.

Simon Cramado, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina, obiit an. 1426.

Thomas Neapolitanus, Preſbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ, an. 1427. Pontificatus 10. 6. Idus Septembris.

Rainaldus Brancatius, Neapolitanus, Archidiac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in macello Martyrum, obiit Romæ menſe Septembri, an. 1427. Cadauer Neapolim translatum, ſepultum eſt in Eccleſia S. Angeli ad Nidum, à ſe fundata.

Raimundus Mayroſius, Preſbyt. Card. tt. S. Praxedis, obiit Romæ 12. Cal. Nouemb. anno 1427. ſepultus in titulo ſuo.

Guillelmus Philaſterii Cœnomanenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci, Archipreſbyter Lateranenſis, obiit Romæ 8. Idus Nouembris, anno 1428. ſepultus ad S. Chryſogonum.

Franciſcus Landus, Venetus, Epiſcop. Card. Sabinus, obiit Romæ 7. Cal. Ianuar. an. 1427. Pontific. 12. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Io. Germanus, Preſb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis, obiit

Digitized by Google

in partibus, menſe Decembri, anno 1430. Pontific.14. ibiq; ſepultus.

Iacobus Inſulanus, Bononienſis, Diac. Card. S. Mariæ Nouæ, obiit Mediolani 11. Cal. Martii, anno 1431. Pontifici 14. ſepultus in Eccleſia prioratus S. Mariæ de Calunzono prope Mediolanum.

Obitus Martini Papæ III.

Anno Dom. 1431. Pontific. 14. 10. Cal. Martii, Romæ in Palatio obiit Papa Martinus III. dictus V. Cadauer Laterani ſepultum. Vacauit ſedes dies 10.

Eodem anno die obitus Papæ Martini Nouendialia eius celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno Cal. Martii, Spiritus Sancti Miſſa ab Epiſcopo Albano cantata, Cardinales XIV. qui tunc in vrbe erant, conclaue ingreſſi ſunt, paratum in ſacrario S. Mariæ ſuper Mineruam Ord. Prædicatorum, vbi altero die, videlicet 5. Nonas Martii elegerunt in Romanum Pontificem D. Gabrielem Condulmerium Venetum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Clementis qui Eugenius Papa IV. appellatus eſt.

Eugenius IV. Pontifex CCX.

ANNO CHRISTI MCCCCXXXI.

EVgenius Papa IV. Domnus Gabriel antea vocatus, Venetiis familia Condulmeria populari ortus Gregorii Papæ XII. ſororis filius fuit. fuerat autem ante dignitates eccleſiaſticas Canonicus (vt vocant) ſecularis Cæleſtini habitus, congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, ab auunculo verò in Pontificem Maximum renunciato, ad Romanam curiam euocatus, ab eo primo Protonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius ſuus, mox electus Epiſc. Senenſis, & S. Mariæ nouæ Diac. Card. demum tt. S. Clementis Preſbyter creatus eſt; qui nonniſi in Concil. Cõſtantienſi, quando Gregorius Papa XII. Pontificatu abdicauit, pro Cardinali haberi cœptus eſt; ſub Martino autem Papa III. Agrippiceni legatum egit. quo mortuo 5. Nonas Martii, anni

anni 1431. omnium Cardinalium in conclaui exiſtentium ſuffragiis Pont. Max. renunciatus 5. Idus Martii apud Baſilicam S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Impp. Cæſarib. Sigiſmundo, Alberto, & Friderico III. Augg. an. 15. m. 11. dieſq; 21.

Cardinales XIX. viui, quando Eugenius Papa III. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales III.

Urbanus VI. Bonif. IX. & Ioan. XXII.

* Fr. Angelus de Anna, Epiſc. Card. Præneſtin. Decanus.

Innocentius VII. & Ioan. XXII.

Iordanus Vrſinus, Epiſc. Card. Albanus, maior Pœnitentiarius.

Gregorius Papa XII.

Antonius Corarius, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Preſbyteri Cardinales X.

Ioannes Papa XXII.

Antonius Pancerinus, tt. S. Suſannæ, S.R.E. Archipreſbyter.

Gregorius Papa XII.

Domnus Gabriel Condulmerius, tt. S. Clementis.

Ioannes Papa XXII.

Branda Caſtellio, Preſbyt. Card. tt. S. Clementis.

Benedictus Papa XI.

* Fr. Petrus de Fuxo, tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Martinus Papa III.

Ioannes de Rupeſciſſa, tt. S. Laurentii in Lucina, S.R.E. Vicecancellarius.

Domnus Lodouicus Alamannus, tt. S. Cæciliæ.

* Henricus Anglicus, tt. S. Euſebii.

Antonius Caſſinus, tt. S. Marcelli.

Fr. Nicolaus Albergatus, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

* Io. Ceruantes S. Petri ad vincula, tt. Eudoxiæ.

Digitized by Google

Diaconi Cardinales VI.

Joannes Papa XXII.

Lucidus Comes S.Mariæ in Coſmedin, S.R.E. Archidiaconus.

Benedictus Papa XI.

Alphonſus Carillus, Hiſpanus, S. Euſtachii.

Martinus Papa III.

Ardicinus de la Porta, SS. Coſmæ, & Damiani.
Hugo Luſignanus, Cyprius, S. Hadriani.
Proſper Columna S. Georgii in Velabro.
* Iulianus Cæſarinus, Diac. Card. S. Angeli.

Cardinales IV. à Martino Papa III. creati, verum ab Eugenio Papa IV. publicati anno Pontific. 1.

Dominicus Ram, Hiſpanus, Preſbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tt. Pammachii.
Fr. Ioannes Caſanoua, Hiſp. Ord. Prædicatorum, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.
Guillelmus Diuanus, de Monteforti, Gallus, Preſby. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Dominicus Capranica, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in via lata.

Prima creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1431. Pontificatus primo 13. Cal. Octobris Romæ Papa Eugenius IV. primo creauit duos Cardinales, qui fuere

Franciſcus Condulmerius, Venetus, eius fratris filius, Protonotarius Apoſtolicus, & Vicecamerarius Preſbyter Card. tt. S. Clementis, & S.R.E. Camerarius.
Angelottus Fuſcus, Romanus, Epiſc. Cauenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci.

Secun-

Secunda creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1437. Pontificat. 7. 5. Idus Auguſti, Florentiæ, Eugenius Papa IV. creauit Cardinalem vnum, qui fuit

Ioannes Vitelleſchus, Cornetanus, Protonot. Apoſtolicus, Epiſcopus Recanatenſis, poſt Archiepiſcopus Florentinus, Patriarcha Alexandrinus, Marchiæque Anconitanæ Legatus, Presbyter Cardinalis, tt. S. Cæciliç.

Tertia XVII. Cardinalium creatio.

Anno Domini 1439. Pontificatus 9. 15. cal. Ianuarii, Florentiæ in concilio generali, in publico Conſiſtorio Papa Eugenius IV. 17. creauit Cardinales, qui fuere

Reginaldus de Caruare, Gallus, Decanus Beluacenſis, cubicularius, & Referendarius Apoſtolicus, regni Francorum Cancellarius, & Archiepiſcopus Remenſis, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Ioannes ex comitibus Taliacotii, Neapolitanus, Archiepiſcopus Tarentinus Preſbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, poſt S.R.E. maior Pœnitentiarius.

Ioannes Kemp. Anglus ex Archiepiſcopo Eboracenſi, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Angliæ primas, Presbyter Card. tt. S. Balbinæ.

Nicolaus de Acciapacio, Surrentinus, Campanus, DD. Doctor, ex Epiſcopo Tropienſi Archiepiſcopus Capuanus, Preſbyter Card. tt. S. Marcelli.

Lodouicus de Lutcemburgo, Gallus, ex Epiſcopo Morinenſi Archiepiſcopus Rothomagenſis, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iſidorus Theſſalonicenſis Græcus, monachus S. Baſilii, & Abbas S. Demetrii Conſtantinopoli, Archiepiſcopus Ruthenorum, Preſbyter Cardin. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Georgius de Sanigono, de Fliſco, ex Lauaniæ comitibus, ciuis, & Archiepiſcopus Genuenſis, Preſbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ.

Beſſarion Trapezuntius, Græcus, Aſiaticus, monac[illegible]

Baſilii, Archiepiſcopus Nicænus, Presbyter Card. Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.

Gerardus Landrianus, Mediolanenſis, Epiſcopus Comenſis, Presbyter Card. S. Mariæ Tranſtiberim, tt. Caliſti.

Sbigneus Polonus Epiſcopus Cracouienſis, Presbyter Card. tt. S. Priſcæ.

Antonius Martini de Clauibus, Luſitanus, Hiſpanus, ex Decano Elborenſi Epiſcopus Portugallenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

Petrus Schowembergus diœceſis Herbipolenſis, in Franconia Germanus, Epiſcopus Auguſtanus, Preſbyter Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ.

Ioannes Iuuenis, Picardus, Gallus, V. I. Doctor, ex Epiſcopo Coſoronenſi Epiſcopus Morinenſis, Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Lucina.

Dionyſius Agrienſis, Hungarus, Archiepiſcopus Strigonienſis, Preſbyter Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.

Guillelmus de Eſtonteuilla, Nortmãdus, Gallus, DD. Doctor, ex Epiſcopo Marinenſi Epiſcopus Andegauenſis, poſt Biterenſis, demum Rothomagenſis Archiepiſcopus, Presbyter Card. SS. Sylueſtri, & Martini, tt. Equitii.

Frater Ioannes de Turre cremata, Hiſpanus, ord. Prædicatorum Theologus, & magiſter ſacri palatii, Preſbyter Cardinalis, tt. S. Xyſti, poſt, tt. Caliſti.

* Albertus de Albertis, Florentinus, electus Epiſcopus Camers, Diac. Card. S. Euſtachii.

Quarta duorum Cardinalium creatio.

Anno Domini 1440. Pontific. 10. cal. Iuliis Romæ, Eugenius Papa IV. duos creauit Cardinales; hi fuere

Lodouicus Scarampus Patauinus Medicus, Patriarcha Aquileienſis, Preſbyter Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, & S.R.E. Camerarius.

Petrus Barbus, Venetus, eius ſororis filius, protonotarius Apoſtolicus, electus Epiſcopus Ceruienſis, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Quin-

Quinta vnius Cardinalis creatio.

Anno Domini 1444. Pontific. 14. 4. Idus Iulii, Romæ Papa Eugenius IV. creauit Cardinalem vnum, is fuit

Alphonſus Boria, ex oppido Sauina, Valentinæ Diœceſis, Hiſpanus, Archiepiſcopus Valentinus, DD. Doctor, Presbyter Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Sexta quatuor Cardinalium creatio.

Anno Domini 1446. Pontificat. 16. 17. cal. Ianuarii, Romæ Eugenius Papa IV. creauit quatuor Cardinales, hi fuerunt

Henricus de Sancto Alloſio, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Terdonenſi, Papienſis, poſt Archiepiſcopus Mediolanenſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Thomas Lucanus Sergianenſis, diœceſis Lunenſis, Ligur, magiſter in Theologia, Epiſcopus Bononienſis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Domnus Ioannes Siculus, monachus congregationis S. Iuſtinæ, Abbaſque S. Pauli extra muros vrbis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

Ioannes Caruaial, Hiſpanus, V I. Doctor, ciuis, & electus Epiſcopus Palentinus Diac. Cardinalis S. Angeli.

Epiſcopi Cardinales XI. mutati vel creati ab Eugenio Papa IV.

Iordanus Vrſinus, ex Epiſcopo Albano, Epiſcopus Card. Sabinus.

Antonius Corarius ex Epiſcopo Portuenſi, & S. Rufinæ Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Antonius Pancerinus, ex Presbytero tt. S. Suſannæ Ioannis XXII. Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Branda Caſtellio, ex Presbytero tt. S. Clementis, Ioannis XXII. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Frater Petrus de Fuxo, ex Preſbytero tt. S. Stephani in Cœlio, monte Benedicti XI. Epiſcopus Card. Albanus.

Digitized by Google

Hugo Luſignanus, ex Diacono S. Hadriani, Martini III. Preſbyter Card. tt. S. Clementis, & paulo poſt Epiſcopus Card. Prænestinus.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, ex Diacono S. Angeli, Martini III. Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ, & poſt Epiſcopus Card. Tuſculanus, & maior Pœnitentiarius.

Dominicus Ram, Hiſpanus, ex Preſbytero Card. tt. Pammachii, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Ioannes Taliacotius, ex Presbytero tt. SS. Nerei, & Achillei, Epiſcopus Card. Prænestinus.

Ioannes Ceruantes, ex Preſbytero tt. Eudoxiæ, Martini Papæ III. Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Franciſcus Condulmerius, ex Presbytero Card tt. S. Clementis, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Dominicus Capranica, ex Diacono S. Mariæ in via lata, Martini III. Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Papa Eugenius IV. ſex Cardinalium ordinationibus Cardinales nouos XXVII. creauit, videlicet Epiſcopos IX. in quibus ſeptē ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros XXIII. in his vnum ex antiquo Diacono, & Diaconos tres.

Vicecancellarii S. R. E. ſub Eugen. Papa IV.

Ioannes de Rupeſciſſa, Presbyter Card. tt. Lucinæ, ab anno Pontificatus primo, ad 7.

Franciſcus Condulmerius, Presbyter Card. tt. S. Clementis, poſt Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ab anno ſeptimo ad finem Pontific.

Cardinales XXIII. mortui ſub Eugenio Papa IV.

Frater Angelus de Anna, Neapolitanus, monachus Camaldulenſis, Epiſcopus Cardin. Prænestinus, & Decanus, obiit Romæ menſe Aprilis, anno 1431. Pontific. I. Neapolim translatus, in eccleſia S. Mariæ de Porta noua ſepultus eſt.

Antonius

Antonius Pancerinus, de Portugruario Epiſcopus Card. Tuſculanus, obiit Romæ anno 1431. 5. nonas Iulii, ſepultus ad S. Petrum.

Guillelmus Diuanus, de Monte forti, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Senis in Tuſcia 5. cal. Octobris anni 1432. Pontific. 2. ibique ſepultus.

Alphonſus Cirillus, Hiſpanus, Diac. Card. S. Euſtachii, obiit Baſileæ in concilio, anno 1434. Pontific. 4. ibique ſepultus.

Ardicinus de la Porta, Nouarienſis, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani obiit Romæ 5. Id. Auguſti anno 1434. ſepultus ad S. Petrum.

Frater Ioannes Caſanoua, Arrago, Hiſpanus, ord. Prædicatorum, Presbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Florentiæ Kal. Martii, anno 1436. ibidem in eccleſia Prædicatorum S. Mariæ Nouellæ ſepultus eſt.

Ioannes de Rupeſciſſa, Gallus, Presbyter Card. tt. Lucinæ, & S.R.E. Vicecancellarius, obiit Bononiæ in legatione anno 1437. 7. cal. Aprilis: ibidem ſepultus.

Lucidus de Comite, Romanus, Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin, obiit Bononiæ 5. Id. Septembris anno 1437. Pontificat. 7. ſepultus ibidem ad Seruitas.

Antonius Caſſinus, Senenſis, Presbyter Card. tt. S. Marcelli, obiit Romæ prid. nonas Februarii, anno 1439. Pontific. 8. ſepultus ad S. Mariam maiorem.

Ioannes Vitelleſcus, Cornetanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Romæ in mole Hadriani VI. Idus Aprilis, anno 1439. Pontific. 9. ſepultus ad Mineruam.

Iordanus Vrſinus, Romanus, Epiſcopus Card. Sabinus, & maior Pœnitentiarius, Decanuſque collegii, obiit ad balnea Petriolana, Senenſis diœceſis 4. cal. Iunii, anno 1439. cadauer Romam portatum ad S. Petrum ſepultum eſt.

Hugo Luſignanus, Cyprius, Græcus, Epiſcopus Cardin. Præneſtinus, obiit priuatus in Subaudia, menſe Auguſto, anno 1442. Pontificatus 12.

Digitized by Google

Branda Caſtellio Mediolanenſis, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit in Caſtillioneo ſuo Mediolanenſis diœceſis, Prid. nonas Februarii, anno 1443. ibique ſepultus.

Frater Nicolaus Albergatus Bononienſis, ordinis Carthuſianorum, Preſbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem, obiit Senis 7. Idus Maii, anno Domini 1443. Pontificatus 1:. ſepultus ibidem ad Carthuſianos.

Lodouicus de Lutcimburgo, Gallus, Presbyter Cardinalis tt. SS. quatuor Coronatorum, obiit in Galliis, ibiq; ſepultus anno Domini 1443.

Angelottus Fuſcus, Romanus, Presbyter Card. tt. S. Marci, Romæ à familiari occiſus eſt, prid. Idus Septembris, anni 1444. Pont. 14. ſepultus ad Mineruam.

Antonius Corarius, Venetus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, poſt Oſtienſis, & Veliternus, Decanus, obiit Patauii 14. cal. Februarii anno 1445. Pontificat. 14. cadauer Venetias portatum ad S. Georgium in Alga ſepultum eſt.

Dominicus Ram, Hiſpanus, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Romæ, menſe Aprili, anno 1445. Pontific. 15. ſepultus Laterani.

Iulianus Cæſarinus, Romanus, Epiſcopus Card. Tuſculanus, & maior Pœnitentiarius, Archipresbyter S. Petri occiſus eſt in Hungaria in Bello contra Turcas, menſe Iulio, anni 1445. Pontificatus 15.

Albertus de Albertis, Florentinus, Diac. Card. S. Euſtachii, obiit in monaſterio Cryptæ ferratæ, Tuſculanēſis diœceſis 3. Idus Auguſti, anno 1445. cadaueris pars Romam relata, Laterani ſepulta eſt.

Gerardus Landrianus Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. Caliſti, obiit Viterbii 7. Idus Octobris, anno 1445. ibidem ad minores ſepultus.

Reginaldus de Carnare, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte, obiit in Galliis, ibique ſepultus anno Domini 1446. Pontific. 16.

Frater

Pater Petrus ex comitibus de Fuxo, Epiſcopus Card. Albanus, ordinis minorum, obiit Auinione, cuius Legatus erat anno 1446. ibidem ad minores ſepultus.

Eugenius IV. priuauit dignitate Cardinalatus, & ceteris ſacerdotiis Lodouicum Alamannum Presbyterũ Card. tt. S. Cæciliæ, quod concilio Baſileenſi adhæſiſſet. reſtitutus autem fuit à Nicolao Papa V.

Obitus Eugenii Papæ IV.

Anno Domini 1447. 7. cal. Martii, Romæ in Palatio Apoſtolico iuxta S. Petrum, obiit Eugenius Papa IV. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies 10.

Eodem anno die obitus Papæ Eugenii IV. eius Nouendialia in Baſilica S. Petri à Cardinalibus celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 4. nonas Martii, finitis exequiis Eugenii Papæ IV. & Spiritus ſancti ſacris ab Epiſcopo Portuenſe factis, Cardinales in vrbe præſentes numero 18. conclaue ingreſſi ſunt paratum in ſacrario Mineruæ, pro electione noui Pontificis: qui altero poſt ingreſſum conclauis die, videlicet pridie nonas Martii, elegerunt in Romanũ Pontificem Thomam Lucanum, Sergianenſem, Presbyterum Card. tt. S. Suſannæ, qui Nicolaus Papa V. appellatus eſt.

Concilium Baſileenſe & ſchiſma XXIX. in Romana Eccleſia.

INdixerat concilium Baſileenſe ex præſcripto concilii generalis Conſtantienſis Martinus Papa III. in quo de componendis moribus tam Clericorum, quam Laicorum nimia licentia iam labefactatis, itemq; de eccleſia Romana reformatione agendum eſſet: iamq; ad eum inchoandum legatum Cardinalem Iulianum Cæſarinum maxima cum auctoritate miſerat, quum rebus humanis exemptus eſt.

Digitized by Google

huius ſucceſſor Eugenius IV. Martini inſtitutum ſequutus concilium ipſum à Martino indictum auctoritate ſua confirmauit, atque approbauit, & vt inciperetur à legato Iuliano Cæſarino voluit. quum autem maxima prælatorum multitudo ex vniuerſo orbe Latino Baſileam in dies conflueret, atque 14. calend. Auguſti, anni 1431. Pontificatus Eugenii Papæ IV. primo, concilium inchoatum eſſet, multa de eccleſiæ Romanæ reformatione tractari cœpta ſunt; in quibus ſub prætextu reformandi rempublicam Chriſtianam, pleraque eccleſiæ Romanæ priuilegia, & ea quæ erant magis neceſſaria, omnino tollere, & antiquare ſtudebant. id veritus Papa Eugenius IV. Concilium Baſileenſe, licet illud iam pridem approbaſſet, legato Apoſtolicæ ſedis reuocato, ob eiuſmodi cauſam diſſoluere iuſſus eſt, cumque Ferrariam tranſtulit, hac occaſione, quod diceret Græcos cum eccleſia Romana in fidei articulis, in quibus Græci aberrabant, conuenturos eundem locum ſibi delegiſſe. quæ omnia eo tendebant, vt concilium Baſilienſe diſſolueretur, quo cognito Prælati concilii Baſileenſis, quorum ſignifer, & dux erat Lodouicus Alamannus Cardinalis Arelatenſis, qui ab Eugenio IV. cum quo graues inimicitias habebat, ad eos confugerat, nulla ratione vnquam compelli potuerunt, vt Eugenio obtemperarent. quamobrem non ſolũ Baſilea non diſceſſerunt, ſed ipſum cum Cardinalibus omnibus ad concilium Baſileenſe legitime congregatum citauerunt. ipſe autem Baſileam omnino accedere renuens, quo illud cõcilium vel omnino tolleret, vel infirmaret, Ferrariam, vbi ſuo nomine Nicolaus Albergatus Cardinalis tt. S. Crucis Apoſtolicæ ſedis legatus 5. Idus Aprilis, anno 1438. concilium generale ab ſe iam pridem indictum inchoauerat, cum ſuis Cardinalib. profectus eſt Pontific. ſui anno 8. in quo de omnibus controuerſiis tranſactum eſt, quæ vnquam inter Græcos, & Latinos emerſerint; verum nono, poſtquã inchoatum fuerat, menſe, repentina peſtis vi Ferrariæ ingruente, Pont. Eug. coactus eſt illud Florentiã trãsferre, vbi an. ſequenti 1439.

pridie

pridie Nonas Iulii finitum eſt, quum per annum, & tres fere menſes partim Ferrariæ, & partim Florentiæ perduraſſet: in eo autem Græcam eccleſiam cum Romana in eis articulis fidei conſenſiſſe ferunt, de quibus olim maxima inter vtraſque eccleſias exorta fuerat controuerſia. interim vero Baſileenſes, quum Eugenium IV. ſuoſque Cardinales Baſileam ad concilium ſæpe citaſſent, nec vnquam vel accedere, vel aliquem ſuo nomine mittere voluiſſet, ipſum tunc Florentino concilio inſiſtentem damnauerũt, & anathemate notatum, in publica xxxiv. ſeſſione 7. Cal. Iulii anni 1439. Romano Pontificatu priuauerunt. ſacerdotii ſui anno 8. menſe 3. & die 23. atque ad alterius Pontificis electionem hac ratione eodem anno proceſſerunt.

Priuato Romano Sacerdotio Eugenio IV. prȩlati Concilii Baſileenſis, quibus Cardinalis Arelatenſis Eugenio IV. infenſiſſimus præſidebat de noua Romani Pontificis electione pertractare cœperunt, atque poſt multas diſceptationes, tandem in hanc ſententiam deuentum eſt, vt Triumuiri nominarentur, qui ex corpore concilii nouem, & viginti alios electores, omnes viros religioſos, & in ſacris ordinibus cõſtitutos, legerent, quorum ſuffragiis cum ipſo Cardinali Arelatenſi nouus Romanus Pontifex eligeretur: tunc pridie Idus Octobris, anni 1439. ex ſententia Guillelmi Archidiaconi Metenſis, poſtea Cardinalis frater Thomas Abbas de Donduno Scotus, Ioannes Segobienſis Hiſpanus, & Thomas Corcellus, viri graues, & prudentes, eximiæque probitatis exiſtimati, ac ſacræ Theologiæ Doctores lecti ſunt, cum auctoritate, vt ſinguli tot collegas ex quatuor nationibus, quæ concilio intererant, Italica videlicet, Gallica, Hiſpana, & Germanica, ſibi cooptarent qui cum ipſis xxxii. numerum complerent. ſtatutum enim in concilio fuerat in electione Pontificis futuri addendos eſſe Cardinalibus, qui electioni eſſent adfuturi duos & xxx. alios electores octo ſ. ex vnaqua-

que natione. quo autem hæc commodius perſici poſſent, Triumuiri 9. Calend. Nouembris quartum ſibi conlegam adſciſcunt Chriſtianum de Grez Germanum: nam totidem erant nationes, qui ſimul iuncti 5. Calend. Nouembris in publica XXXVII. concilii Baſileenſis ſeſſione XXVIII. alios electores elegerunt, pari numero ex omnibus nationibus, ſeptem videlicet pro qualibet natione, quę quatuor erant. porro autem inter ipſos electores fuerunt Epiſcopi XI. Abbates VII. Theologi V. interluminati ac Doctores IX. omnes in Presbyterii ordine conſtituti, quorum ſuffragiis, & lectione, nouus Romanus Pontifex crearetur.

Eodem anno 9. Calend. Nouembris locus conclauis, in Epiſcopali palatio extructus eſt, & cellulæ Romano more omnibus diuiſæ.

Eodem anno 3. Calend. Nouembris, officiales conclauis videlicet cuſtodes numero XI. Clerici cæremoniarum duo; Promotor vnus, & Soldanus vnus in concilio creati ſunt.

Eodem anno, & die videlicet 3. Calend. Nouembris, cantata miſſa Spiritus ſancti per dominum Cardinalem Arelatenſem, omnibuſque electoribus ſacra Euchariſtia refectis, electores ipſi numero XXXII. cum ipſomet Cardinali conclaue ingreſſi ſunt paratum in Epiſcopali palatio Baſileenſi pro noui Pontificis electione, vbi ſex diebus cõmorati, ſeptimo poſtquam conclaue ingreſſi fuerant die, à depoſitione vero Eugenii Papæ IV. menſe 4. & die 12. hoc eſt Nonis Nouembris, mane, hora tertia, facto ſcrutinio, ſex & viginti electorum ſuffragiis, Amadeus olim Subaudiæ Dux, tunc vero in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis, vitam eremiticam agens Romanus Pontifex in ſchiſmate renunciatus eſt, qui electioni de ſe factæ aſſenſum præbens, Felix Papa V. appellatus eſt.

Felix

Felix IV. Dictus V. Antipapa XXXVIII.

Anno Christi mccccxxxix.

FElix Papa IV. Dictus V. Amadeus antea vocatus, qui nobiliſſimo genere ducum Subaudienſium ortus, & ipſe olim Dux Subaudiæ fuerat: qui Chriſti amore ſuccenſus, filiis principatu relicto, vitam ſolitariam elegerat, Eremitæque habitu aſſumpto, cum decem aliis nobilibus viris in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis in monaſterio à ſe conſtructo vitam angelicam agens, Deo ſeruiebat; vocabaturque Decanus militum Jeſu Chriſti, ordinis S Auguſtini, monaſterii S. Mauritii de Ripalia: qui dum religioſe in ea ſolitudine viueret, à prælatis concilii Baſilenſis, abrogato Eugenio IV. Romanus Pontifex in ſchiſmate in eius locum factus eſt, Felixque V. appellatus, quũ potius IV. dicendus eſſet.

Sedit autem in ſua obedientia in ſchiſmate contra Eugenium Papam IV. & Nicolaum V. Impp. Cæſaribus Alberto, & Friderico IV. Auguſtis annos 9. menſes 6. & dies 7.

Electores XXXIII. qui Felicem Papam IIII. creauerunt.

Presbyter Cardinalis I.

Martinus Papa III.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ, Arelatenſis vulgo appellatus, qui non Triumuirali lectione, ſed iure, quod in electione Romani Põtificis Cardinales habent, conclaue ingreſſus eſt.

Electores VIII. nationis Italicæ.

Guillelmus Gallus, Epiſcopus Vercellenſis.

Georgius ex Marchionibus Sallutii, Epiſcopus Auguſtanus.

Ioannes Epiſcopus Eporedienſis.

Lodouicus Epiſcopus Auguſtæ prætoriæ Taurinorum.

Frater Aleranus de Carrecto Genuenſis, Abbas monaſterii S. Benigni Fructuarienſis, Eporedien, diœceſis.

Frater Iacobus de Segneſia Abbas S. Benedicti Taurinenſis diœceſis.

Frater Ioannes de Montecomito DD. D. Præceptor Domus S. Antonii de Reuerſo Taurinenſis diœceſis.

Frater Bartholomæus de Prouanis, præceptor Domus S. Antonii de Clauaſio Eporediẽſis diœceſis DD. Doctor.

Electores VIII. nationis Gallicæ.

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Archiepiſcopus Tarentaſienſis.

Franciſcus, Epiſcopus Gebennenſis.

Bernardus Epiſcopus Aquenſis, cui podagra laboranti ſuffectus eſt Lodouicus Epiſcopus Maſſilienſis.

Frater Raimundus Abbas Conchenſis, Ruthenenſis diœceſis.

Nicolaus Thibouth Northmandus, Pœnitentiarius, Conſtantienſis Theologus.

Ioannes de Valle Britto Rector Parœcialis eccleſię de plenior diœc. Lugdunenſis Theologus.

Thomas Corcellus canonicus Ambianenſis Theologus.

Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunenſis, Archidiaconus Metenſis V. I. D.

Electores VIII. nationis Germanicæ.

Fridericus Epiſcopus Baſileenſis.

Frater Conradus Abbas de Lucella, Theologus ordinis Ciſtertienſis, diœceſis Baſileenſis.

Frater Thomas de Donduno Scotus, Abbas Ciſtertienſis diœceſis, Caſæ candidæ Theologus.

Detzclaus Polonus Archidiaconus Cracouienſis DD. Doctor.

Ioannes Wiler Decanus Baſileenſis, DD. Doctor.

Henricus Iudæus, Colonienſis, LL. Doctor.

Iacobus Saltzburgenſis, Licentiatus in iure canonico, canonicus Ratiſponenſis.

Chriſtianus de Gretz Reginæ præpoſitus eccleſiæ S. Petri in Bramia, Olmucẽſis diœceſis, magiſter in Theologia.

Electo-

M... r.

Electores i

Otho Epiſcopus Dertuſenſis.

Georgius Epiſc. Vicenſis Legatus regis Arrago

Ludouicus Portugallenſis Epiſcopus Viſenſis Legis Portugalliæ.

Frater Petrus Abbas S. Cucuphatis Barchinonẽſis diœceſis.

Frater Antonius Abbas Arularum E'uenſis diœceſis.

Ioannes de Villa Vezzoſa Segobienſis Archidiaconus Ouetenſis Theologus.

Bernardus Buſcho Canonicus Ilerdenſis DD. Doctor.

Raimundus Allioli canonicus Tyraſonenſis DD Doctor.

Ab his igitur Felix IV. electus eſt, cuius electio 15. Calen. Decembris in publica XXXIX. ſeſſione ab omni concilio confirmata fuit.

Eodem anno 3. Nonas Decemb. legati XXV. à cõcilio ad Amadeũ mittuntur vt eius cognoſcerent volũtatem, qui 15. Calen. Ianuarii electioni de ſe factæ conſentiens Felicis nomen aſſumpſit.

Prima creatio IIII. Cardinalium.

Anno Domini 1440. quum Felix Papa IV. iter Baſileam verſus ad concilium arripuiſſet, & Cardinales non haberet, vt auguſtiori cultu Baſileam ingredi poſſet, concilium Baſileenſe illi vt nouos crearet Cardinales permittunt: ſtatutum enim fuerat in IV. ſeſſione eius concilii, ne Pontifex Romanus durante ſynodo Cardinales crearet. quapropter eodẽ anno, Pontificatus ſui primo, menſe Aprili, ante coronationem ſuam, primo quatuor fecit Cardinales, qui fuere

Lodouicus Gallus, Epiſcopus Lauſanenſis, Presbyter Cardinalis.

Bartholomæus Italus, Epiſcopus Nouarienſis, Presbyter Cardinalis.

Vrbanus electus Epiſcopus Traiactenſis Germanus, Presbyt. Card.

Digitized by Google

...as ... Protonotarius Apoſtolic.
Card.S.Euſtachii.

Coronatio Felicis Papæ IV.

Anno Domini 1440. Felix Papa IV. 9. Cal. Iunii Baſileã ingreſſus eſt, & 9. Cal. Auguſti ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Secunda creatio IX Cardinalium.

Anno Domini 1440. Pontificat. primo. 4. Idus Octob. Baſileæ Papa Felix iterum creauit Cardinales, qui fuere

Alexander filius Zemouitti Ducis Moſouiæ Polonus, Germanus Epiſcopus Tridentinus, & Patriarcha Aquileienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Laurentii in Damaſo.

Otho Hiſpanus, Epiſcopus Dertuſenſis, Presbyter Cardin. tt. S. Pudentianæ.

Georgius Hiſpanus, Epiſcopus Vicenſis, Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Franciſcus Gallus, Epiſcopus Gebennenſis, Presby. Card. tt. S. Marcelli.

Bernardus Gallus, Epiſcopus Aquenſis, Presbyter Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ioannes Germanus, Epiſcopus Argentoratenſis, Presbyt. Card. tt. S. Xyſti.

Ioannes Grucumalter ex Ducibus Bauariæ Germanus, ex canonico, & prępoſito, Epiſcopus Friſingenſis, Presbyter Card. tt. S. Martini in montibus.

Sbigneus Polonus, Epiſcopus Cracouienſis, Presby. Card. tt. S. Priſcæ.

Ioannes de Villa Vezzoſa Segobienſis Hiſpanus, Theologus Archidiaconus Ouetenſis, Presbyt. Card. tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Tertia creatio VI. *Cardinalium.*

Anno Domini 1440. Pontific. 2. prid. Idus Nouembris Baſileæ

Baſileæ in concilio Papa Felix creauit tertio Cardinales, qui fuere

Dionyſius Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, & Patriarcha Antiochenus, Presbyter Cardinalis.

Amadeus Gallus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Presbyter Cardinalis.

Philippus Gallus, Archiepiſcopus Turonenſis, Presbyter Card.

Frater Nicolaus Tudeſcus Cathanienſis Siculus monachus, & Abbas Monacenſis, auditor Rotæ, Archiepiſcopus Panhormitanus V.I.D. Presbyt. Card.

Ioannes ex familia Ducum Britanniæ, Gallus, Epiſcopus Namretenſis, Presbyt. Card.

Ioannes Gallus, Epiſcopus Caſtrenſis Regis Francorum confeſſor, Presbyt. Cardinalis.

Finis concilii Baſileenſis.

Anno Domini 1442. Pontificatus Papæ Felicis quarti, tertio 17. Cal. Iulii celebrata 45. (quæ vltima fuit) ſeſſione in concilio Baſileenſi. finis eidem concilio impoſitus eſt, & in ſequens triennium Lugduni aliud concilium generale celebrandum indictum, durauit autem concilium Baſileenſe annos XI. menſes 9. & dies 27.

Quarta creatio V. *Cardinalium.*

Anno Domini 1443. Pontificatus IV. menſe Aprili Gebennis Papa Felix quarto creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Nerei, & Achillei.

Lodouicus Portugallenſis, Hiſpanus, Epiſcopus Viſenſis, Presbyter Card.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Epiſcopus Maurianenſis, Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Vincen-

Digitized by Google

Vincētius Polonus, Germanus, Archiepiſcopus Geſnēſis, & Primas Poloniæ, Presbyter Card.

Guillelmus Hugonis de Stagno Virdunenſis, Gallus, Archidiaconus Metenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ.

An alios creauerit Cardinales incertum.

Papa Felix IV. quatuor Cardinalium ordinationibus, menſibus Aprili, Octobri, & Nouembri factis, XXIV. creauit Cardinales, Presbyteros XXIII. & Diaconum I.

Abdicatio Felicis Papæ IIII.

Mortuo Eugenio Papa IV. qui in concilio Baſileenſi priuatus fuerat, atque ab eius obedientiæ Cardinalibus, contra ipſum Papam Felicem, qui Lauſanis reſidebat Romæ, in locum Eugenii Nicolao Papa V. creato Anno Domini 1449. 5. Idus Maii Pontificatus Nicolai V. anno tertio, Felix Papa V. in ſua obedientia appellatus precibus Imperatoris Friderici III. Auguſti à Nicolao Papa ad id ſollicitati, Pontificatu ſponte abdicauit. quamobrem à Nicolao Papa V. Epiſcopus Cardin. Sabinus, collegii Cardinalium Decanus, perpetuuſque totius Germaniæ Legatus, & tres ex Cardinalibus ab eo factis, legitimi S. R. E. Cardinales creati ſunt. atque non longe poſt Lauſanis beate vitam finiuit, ibiq; in cathedrali ſepultus, ſub Pontificatu eiuſdem Nicolai.

Nicolaus V. Pontifex CCXI.

ANNO CHRISTI MCCCCXLVII.

NIcolaus Papa V. magiſter Thomas antea vocatus, natione Ligur, oppido Sergiana, Lunenſis diœceſis, ex ignobili familia, quæ Lucana dicebatur, ortus, patrem habuit Bartholomęum Medicum, matrem vero Andreolam, vtroſq; infimæ ſortis homines. hic Bononiæ ſtudiis literarum, & Theologiæ adoleſcens operam dedit, adiutus liberalitate Nicolai Albergati Cardinalis, S. Crucis, atque magiſterii,

giſterii, vt vocant, lauream conſequutus eſt. mox quum Romam veniſſet, ſtudio eiuſdem Cardinalis, in numero ſcriptorum Pœnitentiariæ relatus, paulo poſt ſubdiaconus Apoſtolicus factus eſt. ab Eugenio vero Papa IV. Epiſcopus Bononienſis, & Presbyter Card. tt. S. Suſannę creatus, eius non longe poſt in Pontificatu Romano ſucceſſor fuit: eo enim mortuo Romæ XVII. Cardinalium ſuffragiis pridie Nonas Martii Pontifex Maximus renunciatus, Nicolaum ſe appellari voluit, hominis de ſe benemeriti, & cuius aliquando œconomus fuerat, Cardinalis videlicet S. crucis nomen aſſumens. coronatus autem fuit 4. Idus Martii eiuſdem anni prope Baſilicam principis Apoſtolorum.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Friderico III. Auguſto, annos 8. & dies 19.

Cardinales XXIV. viui quando Nicolaus Papa V. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinal. III.

Eugenius Papa IIII.

Ioannes Taliacotius, Epiſcopus Cardinalis Prænestinus, Decanus, & maior Pœnitentiarius.

Martin. III. & Eugen. IIII.

* Ioannes Ceruantes, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Eugenius Papa IV.

Franciſcus Condulmerius Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Ruſinæ, S. R. E. Viceecancellarius.

Presbyteri Cardinales XVIII.

Martinus Papa III.

* Henricus Anglus, tt. S. Euſebii, S. R. E. Archipresbyter.

Eugenius Papa IV.

* Ioannes Kemp. Anglus, tt. S. Balbinæ.

Nicolaus de Acciapacio, tt. S. Marcelli.
Georgius de Fliſco, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Iſidorus tt. SS. Marcellini, & Petri.
Beſſarion Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum.
* Sbigneus Polonus, tt. S. Priſcæ.
Antonius Martini, tt. S. Chryſogoni.
* Petrus à Schouuembergh, S. Vitalis, tt. Veſtinæ.
Ioannes Iuuenis, tt. S. Laurentii in Lucina.
* Dionyſius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.
Guillelmus de Eſtonteuilla, tt. S. Martini in montibus.
Frater Ioannes de Turre cremata, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.
Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Camerarius.

Martin. III. & Eugen. IV.

Dominicus Capranica, tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Eugenius Papa IIII.

Alphonſus, tt SS. 4. Coronatorum.
Henricus de S Alloſio, tt. S. Clementis.
Thomas Lucanus, tt. S. Suſannæ.
Domnus Ioannes tt. S. Sabinæ.

Diaconi Cardinales III.

Martinus Papa III.

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

Eugenius Papa IV.

Petrus Barbatus, Venetus S. Mariæ nouæ.
Ioannes Caruial Hiſpanus, S. Angeli.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1448. Pontific. II. 13. Cal. April. Romæ Nicolaus Papa V. primo creauit Cardinalem vnum: is fuit
Magiſter Antonius Cerdanus Maioricenſis, Theologus, Cubi-

Cubicularius Papæ, Archiepiſcopus Meſſanenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.

Secunda creatio VI. Cardinalium.

Anno Domini 1448. Pontificat. 2. 13. Cal. Ianuarii Romæ Papa Nicolaus V. creauit iterum Cardinales, qui fuere

Aſtorgius Agnenſis Neapolitanus Archiepiſcopus Beneuentanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii.

Latinus Vrſinus Romanus V. I. Doctor Archiepiſcopus Tranenſis, Presbyter Cardinalis tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Alanus Cœttinus Britto, Gallus, ex Epiſcopo Volenſi, Corizopitenſis, poſt Archiepiſcopus Auinionenſis, Presbyter Card. tt. S. Praxedis.

Ioannes Gallus; Confeſſor Delphini primogeniti regis Francorum ex Epiſcopo Cabilonenſi Eduenſis, Presbyt. Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Philippus Calandrinus Sergianenſis eius frater, Epiſcopus Bononienſis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ, poſt tt. S. Laurentii in Lucina.

Magiſter Domnus Nicolaus de Cuſa Germanus, ex canonico regulari Archidiaconus Leodienſis, & Protonot. Apoſtolicus, Theologus, Presbyt. Card. S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ, poſt Epiſcopus Brixinenſis.

Tertia creatio V. Cardinalium.

Anno Domini 1449. Pontificatus 3. 14. Cal. Iannarii, Romæ Papa Nicolaus V. ad extinctionem ſchiſmatis fecit tertiam Cardinalium ordinationem, in qua ex concordia facta cum Amadeo, olim Papa Felice hos creauit vel reſtituit Cardinales, qui fuere

Amadeus olim Dux Subaudiæ Allobrox Felix Papa V. in ſua obedientia appellatus, factus eſt Epiſcop. Card. Sabinus, collegii Cardinaliū Decanus, & perpetuus Germaniæ legatus.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis, priuatus ab Eugenio IV. reſtitutus à Nicolao V. Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ.

Joannes Arſius de Artus, Gallus, Comes & Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ludouicus de Varambone, Gallus, Epiſcopus Maurianenſis, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Guillelmus Hugonis de Stagno Virdunenſis Gallus V.I. Doctor, Archidiaconus Metenſis, Presbyter Cardinal. tt. S. Sabinæ.

Epiſcopi Cardinales V. creati à Nicolao Papa V.

Amadeus Subaudienſis, Epiſcopus Card. Sabinus, & collegii Decanus.

Georgius Fliſcus ex Presbytero tt. S. Anaſtaſiæ, Eugenii IV. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus.

Iſidorus Græcus ex Presbytero tt. S. Marcellini, & Petri, Eugenii IV. Epiſc. Card. Sabinus.

Beſſarion Græcus, ex Presbytero Baſilicæ Apoſtolorum Eugenii IV. Epiſc. Card. Tuſculanus.

Guillelmus de Eſtonteuilla ex Presbytero tt. Equitii, Eugenii IV. Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufinæ.

Petrus Barbus Venetus, ex Diacono S. Mariæ nouæ, Eugenii IV. Presbyter Card. tt. S. Marci.

Nicolaus Papa V. tribus ordinationibus menſibus Martio, & Decembri factis XI. nouos creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos ſex, ſed quinque ex antiquis Presbyteris, & Presbyteros XII. ſed vnum priuatum reſtituit, & alterum ex antiquo Diacono fecit.

Franciſcus Condulmerius Venetus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius, ab anno primo Pontificatus ad 7.

Reliquum temporis ſine Vicecancellario fuit eccleſia Romana.

Cardi-

Cardinales XVI. mortui ſub Nicolao Papa V.

Nicolaus de Acciapacio, Surrentinus, Presbyt. Card. tt. S. Marcelli, obiit Romæ anno 1447. Pontificatus 1. 3. Nonas Aprilis ſepultus ad S. Petrum.

Antonius Martini de Clauibus, Luſitanus, Hiſpanus, Presbyt. Cardin. tt. S. Chryſogoni, obiit Romæ 5. Idus Iulii anno 1447. Laterani ſepultus.

Henricus, Ducis Lancaſtriæ filius, Anglus, Presbyt. Cardinalis tt. S. Euſebii obiit, & ſepultus eſt in Anglia Anno 1447.

Ioannes ex Comitibus Taliacotii, Neapolitanus, Epiſcop. Card. Prænestinus, & maior Pœnitentiarius, obiit Romæ 12. Calend. Februarii, Anno 1449. Pontificatus 2. ſepultus ad S. Auguſtinum, cuius ordinis protector erat.

Domnus Ioannes Siculus, monachus congregationis S. Iuſtinæ, Presbyt. Cardin. tt. S. Sabinæ obiit Neapoli 12. Cal. Februarii eiuſdem anni, ſepultus ibidem ad S Seuerinum.

Henricus de Sancto Alloſio, Mediolanenſis, Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis obiit Romæ IV. Nonas Iulii anni MCCCCL. Pontificatus 4. ſepultus in titulo ſuo.

Ioannes Ceruantes, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, obiit in Hiſpania anno 1450.

Lodouicus Alamannus, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Arelate 13. Cal. Nouemb. anni 1450. Pontif. 4. ibidem in cathedrali ſepultus.

Ioannes Iuuenis Picardus, Presbyter Card. tt. Lucinæ, obiit Romæ 5. Idus Septemb. anni 1451. Pontificat. 5. ſepultus in titulo ſuo.

Aſtorgius Agnenſis, Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Euſebii, obiit Romæ 6. Idus Octobris anni MCCCCLI. ſepultus in clauſtro prædicatorum ad Mineruam.

Digitized by Google

Amadeus Allobrox, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Lauſanis in legatione ſua, ibique in cathedrali ſepultus anno 1452. Pontificat 6.

Franciſcus Condulmerius Venetus, Epiſcopus Veronenſis, & Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ac S R.E. Viceecancellarius, obiit Romæ Nonis Septembris, anni 1453. Pontificat. 7. cadauer ad S. Petrum in Vaticano ſepultum eſt.

Ioannes Arſius de Artus, Gallus, Presbyter Cardin. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit in Galliis, pridie Idus Decembr. anni 1453. ſepultus ad Motyer.

Ioannes Kemp. Anglus, Presbyter Cardin. tt. S. Balbinæ, obiit, & ſepultus eſt in Anglia, anno 1454. Pontificatus 8.

Lodouicus de Varambone, Gallus, Presbyter Cardin. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit nouiſſimis Nicolai Papæ V. temporibus.

Sbigneus Polonus, Epiſcopus Cracouienſis, Presbyt. Car. tt. S. Priſcæ obiit Sendomiriæ in Polonia anno 1555. Pontific. 9. Calend. April. ibique ſepultus.

Obitus Nicolai Papæ V.

Anno Domini 1455. 9. Cal. Aprilis Romæ in palatio Apoſtolico iuxta S. Petrum obiit Nicolaus Papa V. eius cadauer in Baſilica principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 14.

Eodem anno 7. Calen. Aprilis eius Nouendialia in eccleſia S. Petri à Cardinalibus more maiorum celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno prid. Nonas Aprilis, finitis exequiis Nicolai Papæ V. Miſſaque Spiritus ſancti ab Epiſcopo Cardin. Oſtienſe cantata, Cardinales in vrbe præſentes numero xv. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio apud S. Petrum pro noui Pontificis electione, qui quinto poſt ingreſſum conclauis die elegerunt in Papam Alphonſum Boriam Hiſpanum Presbyterum Cardinal.

dinal.tt.SS.4.Coronatorum, qui Caliſtus Papa III. appellatus eſt.

Caliſtus III. Pontifex CCXII.

Anno Christi MCCCCLV.

CAliſtus Papa III Alphonſus Boria ante vocatus, natione Hiſpanus, oppido Sauina, Valentinæ diœceſis, ortus, patrem habuit Ioannem, matrem vero Franciſcam vtroſque generoſi ſtemmatis. hic adoleſcens Iuri operam dedit, atque vtriuſque Iuris Doctor factus eſt. eum autem ex Archiepiſcopo Valentino Eugenius Papa IV. Presbyterum Cardinalem tt. SS.4. Coronatorum creauit. qui Nicolao Papa V. vita functo Romæ apud S.Petrum xv. Cardinalium ſuffragiis 6. Idus Aprilis anni 1455. Pontifex Maximus in eius locum factus 12. Cal. Maii ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto, annos 3. menſes 3. & dies 26.

Cardinales XIX. viui quando Caliſtus Papa III. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinal. IV.
Eugen. IV. & Nicol. V.

Georgius de Fliſco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

Iſidorus Græcus, Epiſc. Card. Sabinus.

Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Guillelmus de Eſtonteuilla, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S.Rufinæ.

Presbyteri Cardinales XIV.

Eugenius Papa IV.

Petrus Schowenbergh, S. Vitalis tt. Veſtinæ S. R. E. Archipresbyter.

Dionyſius Hungarus, tt. S. Cyriaci in Thermis.

Frater Ioann. de Turre cremata, tt. S. Mariæ Transtiberim.

Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo S.R.E. Camerarius.

Martin. III. & Eugen. IV.

Dominicus Capranica tt. S. Crucis in Hieruſalem, maior Pœnitentiarius.

Eugenius Papa IV.

Alphonſus Boria tt. SS. quatuor Coronatorum.

Nicolaus Papa V.

Antonius Cerdanus tt. S. Chryſogoni.
Latinus Vrſinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.
Alanus Cœttinus, tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephani in monte Cœlio.
Philippus Calandrinus, tt. S. Laurentii in Lucina.
* M. Nicolaus de Cuſa S. Petri ad Vincula tt. Eudoxiæ.

Felix IV. & Nicol. V.

Guillelmus de Stagno, tt. S. Sabinæ.

Eugen. IIII. & Nicol. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

Diaconi Cardinales II.

Martinus Papa III.

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro S.R.E. Archidiaconus.

Eugenius Papa IV.

Ioannes Caruaial, S. Angeli.

Prima creatio III. Cardinalium.

Anno Domini 1456. Pontific. 2. 14. Cal. Octob. Romæ Papa Caliſtus III. primo creauit tres Cardinales, qui fuerunt

Lodouicus Milanus Valentinus Hiſpanus, eius ſororis filius, ex Epiſcopo Segobienſi Ilerdenſis, Presbyr. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Iaco-

Iacobus nepos Regis Portugalliæ, Luſitanus, Hiſpanus, electus Archiepiſcopus Vlixponenſis, Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.

Rodericus Lenzolius Boria, Valentinus, Hiſpanus, eius ſororis filius, electus Archiepiſcopus Valentinus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, & S R. E. Vicecancellarius.

Secunda creatio VI. Cardinalium.

Anno Domini 1456. Pontifi. 2. 16. cal. Ianuarii Romæ Papa Caliſtus III. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Rainaldus Piſſicellus ciuis, & Archiepiſcopus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Ioannes de Mela ciuis, & Epiſcopus Zamorenſis, Hiſpanus, Preſbyter Card. tt. S. Priſcæ.

Ioannes Caſtellio, Mediolanenſis, ex Epiſcopo Conſtantienſi in Nortmandia Papienſis, Preſbyter Card. tt. S. Clementis.

Iacobus Thebaldus Romanus, oriundus oppido Collis Scipionis I. ciuilis Doctor, Epiſcopus Ferretranus, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Riccardus Oliuerii de Ango Nortmandus, Gallus, Licentiatus in legibus Archidiaconus Rothomagenſis, ciuis, & Epiſcopus Conſtantienſis, Preſbyter Card tt. S. Euſebii.

Æneas Siluius Picolomineus ciuis, & electus Epiſcopus Senenſis, Diac. Cardin. S. Euſtachii, poſt Preſbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Epiſcopus Cardinalis creatus à Papa Caliſto III.

Frater Ioannes de Turre Cremata, ex Presbytero tt. Caliſti Eugenii IV. Epiſcopus Card. Albanus.

Papa Caliſtus duabus ordinationibus menſib. Decemb. & Septemb. factis nouem creauit Cardinales, videlicet Epiſcopum 1. ex antiquis Preſbyteris, Preſb. 7. & Diac. 2.

Rodericus Boria, Valentinus, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Vicecancellarius ſub Caliſto Papa III.

Digitized by Google

Cardinales mortui ſub Caliſto Papa III.

Guillelmus Hugonis de Stagno, Virdunenſis, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 5. cal. Nouembris anni 1455. Pontific. 1. ſepultus in titulo ſuo.

Rainaldus Piſſicellus Neapolitanus, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Neapoli 3. Idus Iulii anni 1458. Pontific. 4. ſepultus in cathedrali.

Dionyſii Hungari, Presbyteri Cardinalis tt. S. Cyriaci in Thermis; quem vſque ad Caliſti III. tempora vixiſſe conſtat, exitus obſcurus eſt.

Obitus Caliſti Papæ III.

Anno Domini 1458. 4. nonas Auguſti Romæ in palatio Apoſtolico S. Petri, obiit Caliſtus Papa III. cadauer eius in ſacrario Baſilicæ principis Apoſtolorum ſepultum eſt. Vacauit ſedes d. 17.

Eodem anno 3. nonas Auguſti eius exequiæ more maiorum celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno pridie Idus Auguſti Spiritus ſancti miſſa ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales XVIII. præſentes conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio S. Petri, pro noua Pontificis lectione; qui die 14. cal. Septembris elegerunt in Papam Æneam Siluium Picolomineum Senenſem, Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabinæ, qui Pius Papa II. appellatus eſt.

Dominicus Capranicus Romanus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem maior Pœnitentiarius obiit Romæ 19. cal. Auguſti anno Domini 1458. ſede vacante per obitum Caliſti Papæ III.

Pius II. Pontifex CCXIII.

ANNO CHRISTI MCCCCLVIII.

Pius Papa II. Æneas Siluius antea vocatus, natione Tuſcus, patria Senenſis, familia nobili, ſed populari, Picolominea ortus; Corſiniani, quod oppidum eſt Senenſis agri, patre Syluio, & matre Victoria natus eſt. fuit autem

vir bonarum artium peritiſſimus, atque à ſecretis primo Dominici Capranici Cardinalis, poſt Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis, demum Friderici III. Imperatoris. à Nicolao autem V. ex canonico Tridentino, abbreuiatore, & ſubdiacono Apoſtolico, Epiſcopus Tergeſtinus, & paulo poſt Senenſis deſignatus eſt. eum Caliſtus Papa III. Diaconum Cardinalem S. Euſtachii, mox Presbyterum Cardinalem, tt. S. Sabinæ creauit. qui, mortuo eodem Caliſto, Romæ in eius locum à Cardinalibus 13. cal. Septembris anni 1458. Pontifex Maximus renunciatus 3. nonas Septembris coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto annos 5. menſes 11. & dies 26.

Cardinales XXIV. viui quando Pius Papa II. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales V.

Eugen. IV. & Nic. V.

Georgius de Fliſco, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Decanus.

Iſidorus Græcus, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Guillelmus de Eſtonteuilla, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Eugen. IV. & Caliſt. III.

Frater Ioannes de Turre cremata, Epiſcopus Card. Alban.

Presbyteri Cardinales XV.

Eugenius Papa IV.

* Petrus Schowembergh, S. Vitalis, tt. Veſtinæ, S. R. E. Archipresbyter.

* Lodouicus Scarampus, tt. S. Laurentii in Damaſo, S. R. E. Camerarius.

Nicolaus Papa V.

Antonius Cerdanus, tt. S. Chryſogoni.

Latinus Vrſinus, SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.

* Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Philippus tt. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. maior Pœnitentiarius.

* D. Nicolaus de Cuſa S. Petri ad vincula tt. Eudoxiæ.

Eugen. IV. & Nicol. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

Caliſtus Papa III.

Lodouicus Milanus, tt. SS. IV. Coronatorum.

Ioannes de Mela, tt. S. Priſcæ.

Ioannes Caſtellio, tt. S. Clementis.

Iacobus Thebaldus, tt. S. Anaſtaſiæ.

* Ricardus Oliuerii, tt. S. Euſebii.

Æneas Syluius Picolomineus, tt. S. Sabinæ.

Diaconi Cardinales IV.

Martinus Papa III.

Proſper de Columna S. Georgii in Velabro, S. R. E. Archidiaconus.

Eugenius Papa IV.

* Ioannes Caruaial Diac. Card. S. Angeli.

Caliſtus Papa III.

Iacobus Luſitanus S. Mariæ in porticu.

Rodericus Borgia S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Vicecancellarius.

Prima creatio V. Cardinalium.

Anno Domini 1460. Pontificatus 2. 3. nonas Martii, Romæ Pius Papa II. primo creauit quinque Cardinales; qui fuere

Angelus Capranicus Romanus, Dominici Cardinalis frater, Epiſcopus Reatinus, Presbyter Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Berardus Herulus Narnienſis, Auditor Rotæ, Epiſcopus Spoletanus, Presbyter Card. tt. S. Sabinæ.

Nicolaus

Nicolaus Fortiguerra Piſtorienſis, Epiſcopus Theanenſis Theſaurarius, Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.

Magiſter frater Alexander Oliua Saxoferratenſis, Vmbrus, Theologus, ord. Eremitarum S. Auguſtini prior generalis, Presbyter Card. tt. S. Suſannæ.

Franciſcus Picolomineus ciuis, & electus Archiepiſcopus Senenſis, eius ſororis filius, Diaconus Cardinalis S. Euſtachii.

Secunda creatio VI. Cardinalium.

Anno Domini 1461. Pontific. 3. 15. calend. Ianuarii, Romæ Papa Pius II. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Bartholomæus Rouerella Ferrarienſis, Archiepiſcopus Rauennas Presbyter Card. tt. S. Clementis.

Frater Ioannes Lofredi ignobilis, Luxinienſis, diœceſis Biſuntinæ, Gallus, monachus Cluniacenſis, DD. & Theologiæ Doctor ex priore S. Mariæ de Caſtro ſuper Salinas Abbas S. Petri de Luxinio, poſt Epiſcopus Atrebatenſis, & Referendarius Apoſtolicus, Presbyter Card. SS. Syluestri, & Martini, tt. Equitii.

Iacobus de Cardona, Hiſpanus, Epiſcopus Vrgelenſis, Presbyter Cardinalis.

Lodouicus de Albreto, Gallus, regio ſanguine oriundus, Epiſcopus . . . Presbyter Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Iacobus Amanatus Lucenſis, Tuſcus, Epiſcopus Papienſis, Presb. Card. tt. S. Chryſogoni, poſt Epiſcopus Lucenſis.

Franciſcus Gonzaga ciuis, & electus Epiſcopus Mantuanus, Lodouici Marchionis Mantuæ filius, Diac. Card. S. Mariæ nouæ.

Tertia creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1462. Pontific. 4. prid. cal. Iunii Viterbii Pius Papa II. creauit Cardinales, qui fuerunt

. . . Epiſcopus Eiſtatenſis, Germanus, Presbyter Card. qui beneficium remiſit.

Brocardus Germanus, præpoſitus Saltzburgenſis, Presbyter Cardinalis.

Epiſcopus Cardinalis creatus à Pio Papa II.

Guillelmus de Eſtonteuilla, ex Epiſcopo Portuenſi Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Ioannes Caruaial ex Diacono S. Angeli Eugenii IV. Presbyter Cardin. tt. S. Marcelli, & paulo poſt Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Frater Ioannes de Turre cremata, ex Epiſcopo Albano, Epiſcopus Card. Sabinus.

Pius Papa II. tribus ordinationibus, menſibus Martio, Maio, & Decembri factis 13. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopum vnum ex antiquo Presbytero, Presbyteros xi. & Diaconos duos.

Rodericus Boria Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius ſub Pio Papa II.

Cardinales VIII. mortui ſub Pio Papa II.

Antonius Cerdanus, Maioricenſis, Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni, obiit Romæ prid. Idus Septembris anno 1458. Pontific. 1. ſepultus in Veſtibulo ſacrarii S. Petri.

Iacobus Portugallenſis, Diac. Card. S. Mariæ in porticu, obiit Florentiæ 16. cal. Maii anno 1459. Pontific. 1. ſepultus ad Oliuetanos.

Ioannes Caſtellio, Mediolanenſis, Presbyter Card. tt. S. Clementis, obiit anno 1460. Pontific. 2. 18. cal. Maii; ſepultus Mediolani in auitis ſepulchris.

Georgius de Fliſco, Genuenſis, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, & Decanus, obiit Romæ 8. Idus Octobris anno 1461. Pontific. 3. cadauer Genuam trāslatum in cathedrali eccleſia ſepultum eſt.

Iſidorus Theſſalonicenſis, Græcus, Epiſcopus Card. Sabinus, obiit Romæ 8. Idus Martii anno 1463. Pontific. 4. ſepultus ad S. Petrum.

Proſper de Columna, Romanus, S. R. E. Archidiaconus. Cardinalis S. Georgii in Velabro, obiit Romæ 9. calen. Aprilis, anni 1463. ſepultus ad SS. Apoſtolos.

Frater

Frater Alexander Oliua, Saxo Ferratenſis, Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ, obiit Tibure 12. cal. Septembris, anno 1463. Pontific. 5. cadauer Romam relatum ad S. Auguſtinum ſepultum eſt.

Domnus Nicolaus de Cuſa, Presbyter Card. tt S. Petri ad vincula, obiit Tuderti in Vmbria pridie Idus Auguſti, anno 1464. Pontific. 6. cadauer Romam relatum in titulo ſuo ſepultum eſt.

Obitus Pii Papæ II.

Anno Domini 1464. 19. cal. Septembris Anconæ in Piceno Pius Papa II. mortuus eſt, cadauer Romam portatum in Baſilica S. Petri ſepultum eſt prope ſepulcrum S. Georgii Papæ. vacauit ſedes dies 16.

Eodem anno 14. cal. Septembris, eius Nouendialia à Cardinalibus in baſilica S. Petri celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 5. cal. Septembris, Spiritus ſancti Miſſa ab Epiſcopo Oſtienſe cantata, Cardinales 20. conclaue ingreſſi ſunt paratum in Apoſtolico palatio iuxta S. Petrum, vbi tertio poſt ingreſſum die élegerunt in Papam Petrum Barbum Venetum, Presbyterum Cardinalem tt. S. Marci qui Paulus Papa II. appellatus eſt.

Paulus II. Pontifex CCXIV.

ANNO CHRISTI MCCCCLXIV.

PAulus Papa II. Petrus antea vocatus, Venetiis familia patricia Barba, patre Nicolao, & matre Polyxena, Eugenii Papæ IV. ſorore natus eſt. ab auunculo autem Eugenio IV. primo Archidiaconus Bononienſis, & protonotarius Apoſtolicus factus, mox Epiſcopus Ceruienſis deſignatus, tandem Diaconus Cardin. S. Mariæ nouæ creatus eſt. poſtea Epiſcopatum Vicentinum adeptus, à Nicolao Papa V. ex Diacono Presbyter Cardinalis tt. S. Marci dictus fuit. qui mortuo Pio Papa II. Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis prid. cal. Septembris, anni 1464. Pontifex Maximus renunciatus 5. Idus Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit vero in Apoſtolica ſede Imp. Cæſ. Friderico III. Auguſto annos 6. menſes 10. & dies 29.

Cardinales XXVII. viui, quando Paulus Papa II. factus eſt.

Epiſcopi Cardinales IV.

Eugen. IV. & Nic. V.

Beſſarion Græcus, Epiſcopus Card. Tuſculanus Decanus.
Guillelmus Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Eugen. IV. & Caliſt. III.

Frater Ioannes de Turre cremata, Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Eugen. IV. & Pius II.

Ioannes Caruaial, Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Presbyteri Cardinales XX.

Eugenius Papa IV.

* Petrus Schowenberg, S. Vitalis tt. Veſtinæ S.R.E. Archipresbyter.
Lodouicus tt. S. Laurentii in Damaſo S.R.E. Camerarius.

Nicolaus Papa V.

Latinus Vrſinus, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis.
* Ioannes tt. S. Stephanj in monte Cœlio.
Philippus tt. S. Laurentii in Lucina, maior Pœnitentiarius.

Eugen. IV. & Nicol. V.

Petrus Barbus Venetus, tt. S. Marci.

Caliſtus Papa III.

* Lodouicus Milanus, tt. S. quatuor Coronatorum.
Ioannes de Mela tt. S. Priſcæ.
Iacobus Thebaldus tt. S. Anaſtaſiæ.
Ricardus Oliuerii tt. S. Euſebii.

Pius Papa II.

Angelus Capranica tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Berardus Herulus tt. S. Sabinæ.

* Nico-

Digitized by Google

* Nicolaus Fortiguerra tt. S. Cæciliæ.
Bartholomæus Rouerella tt. S. Clementis.
* Fr. Ioannes tt. S. Martini in montibus.
* Iacobus de Cardona, Preſbyt. Card.
Lodouicus de Alibretto tt. SS. Marcellini, & Petri.
Iacobus Amanatus tt. S. Chryſogòni.
* Brocardus, Preſbyt. Card.

Diaconi Cardinales III.

Caliſtus Papa III.

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius.

Pius Papa II.

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii.
Franciſcus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1464. Pontificatus primo, Romæ Paulus Papa II. primo creauit Cardinalem vnum, is fuit

Theodorus Lælius Epiſc. Taruiſinus, qui obiit ante adeptum pileum.

Secunda creatio octo Cardinalium.

Anno Domini 1465. Pontific. ſecundo, 14. Cal. Octobris, Romæ Paulus Papa II. iterum creauit Cardinales, qui fuere

Thomas Anglus, Archiepiſc. Cantuarienſis, & Primas Angliæ, Preſbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis.
Stephanus de Varada, Hungarus, DD. Doctor, ex Præpoſito Agrienſi Archiepiſc. Collocenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.
Oliuerius Caraffa ciuis, & Archiepiſc. Neapolitan. V. I. D. Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.
Marcus Barbus, Venetus, Patruelis ſuus, Epiſc. Vicentinus, & Patriarcha Aquileienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Marci.
Ioan. Balues, Gallus, ex Virdunenſi Epiſc. Andegauenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

Amicus è Villa Collis medii, diœceſis Aquilanæ, V. I. D. Epiſcop. Aquilanus, Presbyt. Card. tt. S. Mariæ Transtiberim.

Magiſter Fr. Franciſcus de Ruuere de Villa Albizzola, Sauonenſis diœceſis, Ligur, Ord. Minorum generalis miniſter, Theolog. Preſbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

Theodorus Paleologus, ex Marchionibus Montisferrati, Inſuber, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Theodori.

Tertia creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1468. XI Cal Decembr. Pontific. anno 5. Romæ Paulus Papa II. tertiò creauit Cardinales, qui fuerunt

Baptiſta Zeno, Venetus, eius ſororis filius, Protonot. Apoſtolicus, electus Epiſcop. Vicentinus, Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Io. Michaëlius, Venetus, eius ſororis filius, Protonot. Apoſtol. Diac. Card. S. Luciæ in Septiſolio, poſt S. Angeli.

Epiſcopi Cardinales quatuor creati à Paulo Papa II.

Lodouicus Scarampus, ex Preſbytero, tt. Damaſi Eugenii IV. Epiſcop. Card. Albanus.

Latinus Vrſinus, ex Preſbytero, tt. Pammachii, Nicolai V. Epiſc. Card. Sabinus.

Ricardus Oliuerii, ex Preſbytero, tt. S. Euſebii, Caliſti III. Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ.

Philippus Calandrinus Sergianenſis, ex Preſbytero, tt. Lucinæ Nicolai V. Epiſc. Card. Portuenſis & S. Rufinæ.

Io. de Mella, Zamorenſis, ex Preſbytero, tt. S. Priſcæ, Caliſti III. Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo.

Paulus Papa II. tribus ordinationib. menſibus Septembri, & Nouembri factis XI. creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos IV. ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros VIII. & Diaconos III.

Rodericus Boria, Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, S.R.E. Vicecancellarius, ſub Paulo Papa II.

Cardi-

Cardinales nouem mortui ſub Paulo Papa II.

Theodorus Lælius, Epiſc. Taruiſinus, Preſbyt. Card. obiit Romæ ante adeptum pileum, anno 1464. Pontific. 1. ſepultus ad S. Mariam nouam.

Lodouicus Scarampus, Patauinus, Epiſc. Card. Albanus, & S.R.E. Camerarius, obiit Romæ 6. Calen. Aprilis, anno 1465. Pontific. 1. ſepultus in titulo Damaſi.

Lodouicus de Alibretto, tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Romæ 14. Cal. Octob. anno 1465. Pontific. II. ſepultus ad S. Mariam de Aracœli.

Iacobus Thebaldus, Romanus, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ, obiit Romæ pridie Nonas Septembris, anno 1466. Pontific. III. ſepultus ad Mineruam.

Io. de Mella, Hiſpanus, Preſbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo, obiit Romæ 3. Idus Octobr. anno 1467. Pontific. 4. ſepultus ad S. Iacobum Hiſpanorum.

Fr. Ioannes de Turrecremata, Epiſcop. Card. Sabinus, obiit Romæ 7. Cal. Octobr. anno 1468. Pontific. 5. ſepultus ad S. Mariam ſuper Mineruam.

Petrus Schowembergh, Preſb. Card. tt. Veſtinæ, obiit Auguſtæ Vindelicorum 18. Cal. Maii, anno 1469. Pontific. 5. ibidem in Cathedrali ſepultus.

Io. Caruaial, Placentinus Hiſpanus, Epiſc. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, obiit Romæ 8. Idus Decembris, anno 1469. Pontific. 6. ſepultus ad S. Marcellum.

Ricardus Oliuerii, Nortmandus, Epiſc. Card. Portuenſis, Archipreſbyter S. Petri, obiit Peruſii in legatione ſua 15. Calend. Septembris, anno 1470. Pontific. 6. ibique ſepultus.

Iacobi de Cardona Hiſpani, Preſbyteri Card. & Brocardi Germani Saltzburgenſis, Card. exitus obſcuri ſunt.

Obitus Pauli Papæ II.

Anno Dom. 1471. 5. Cal. Auguſt. Romæ Paulus Papa II. in palatio Apoſtolico apoplexiæ morbo correptus obiit. Cadauer ad S. Petrum ſepultum eſt. Vacauit ſedes dies 12.

Eodem anno & die, eius Nouendialia in Baſilica S. Petri celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 8. Idus Auguſti, Miſſa Spiritus Sancti ab Epiſcopo Tuſculano cantata Cardinales XVII. conclaue ingreſſi ſunt, loco conſueto paratum, qui die 5. Idus Auguſti elegerunt in Romanum Pontificem fratrem Franciſcũ de Ruuere Ordinis Minorum, Preſbyterum Cardinalem tt. S. Petri ad Vincula, qui Xyſtus Papa IV. appellatus eſt.

Xyſtus IV. Pontifex CCXV.

ANNO CHRISTI MCCCCLXXI.

XYſtus Papa IV. Magiſter frater Franciſcus antea vocatus, natione Ligur, ex villa Albizzola, diœceſis Sauonẽſis, humili, ac ſordido genere ortus, patrem enim habuit piſcatorem. ab ineunte ætate Sauonæ Ordinem Fratrum Minorum profeſſus eſt, in quo breui admodum in omni diſciplinarum genere profecit, vt per omnium ſui Ordinis dignitatum gradus ad Generalatum aſcenderit. à quibuſdam autem regulis Allobrogibus gentis Ruuereæ, apud quos aliquando diuerſatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitiis clypeis donatus eſt. cum autem audita eius fama, Paulus Papa II. adiuuante maxime Cardinali Beſſarione, ex generali miniſtro ſui Ordinis, Preſbyterum Cardinalem tt S. Petri ad Vincula creauit: poſt cuius mortem in eius locum Romæ 5. Idus Auguſti, anni Domini 1471. omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Maximus renunciatus 15. Calend. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico III. Auguſto annos 13. & dies 5.

Cardinales XXVI. viui, quando Xyſtus Papa IV. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales IV.

Eugen. IV. & Nicol. V.

Beſſarion Græcus, Epiſc. Card. Tuſculanus, Decanus.

Guillel-

Guillelmus de Eſtonteuilla, Epiſc. Card. Oſtienſis, & Veliternus.

Nicolaus V. & Paulus II.

Latinus Vrſinus, Epiſcop. Card. Sabinus.
Philippus Calandrinus, Epiſc. Card. Portuenſis, maior Pœnitentiarius.

Preſbyteri Cardinales XVI.

Nicolaus Papa V.

* Alanus Cœttinus tt. S. Praxedis, S.R.E Archipreſbyter.
* Ioannes tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Caliſtus Papa III.

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum.

Pius Papa II.

Angelus Capranica, tt. S Crucis in Hieruſalem.
Berardus Herulus, tt. S. Sabinæ.
Nicolaus Fortiguerra, tt. S. Cæciliæ.
Bartholomæus Rouerella, tt. S. Clementis.
* Frater Ioannes Luxinienſis, tt. S. Martini in Montibus.
Iacobus Amanatus, tt. S. Chryſogoni.

Paulus Papa II.

* Thomas Anglus, tt. S. Cyriaci in Thermis.
* Stephanus de Varada, tt. S. Nerei, & Achillei.
Oliuerius Caraffa, tt. SS. Marcellini, & Petri.
Marcus Barbus, Venetus, tt. S. Marci.
* Ioannes Balues, tt. S. Suſannæ.
Amicus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.
Frater Franciſcus de Ruuere S. Petri ad Vincula, tt. Eudoxiæ.

Diaconi Cardinales VI.

Caliſtus Papa III.

Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiac. & Vicecancellarius.

Digitized by Google

Pius Papa II.

* Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii.
Franciſcus Gonzaga S. Mariæ nouæ.

Paulus Papa II.

Theodorus Paleologus S. Theodori.
Baptiſta Zeno S. Mariæ in Porticu.
Ioannes Michaëlius S. Angeli.

Prima creatio duorum Cardinalium.

Anno Domini 1471. Pontific. 1. 18. Cal. Ianuar. Romæ, Xyſtus Papa IV. duos primò creauit Cardinales. qui fuere

Fr. Petrus Riarius Sauonenſis, Ligur, Ord. Fratrũ Minor. Epiſc. Taruiſinus, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti.

Iulianus de Ruuere, ex Villa Albizzola, diœceſis Sauonenſis, Ligur, Xyſti Papæ fratris filius, Epiſc. Carpentoratenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula.

Secunda creatio octo Cardinalium.

Anno Domini 1473. Pontific. 2. Nonis Maii Romæ Papa Xyſtus IV. iterum octo creauit Cardinales. qui fuere

Philippus de Leuis, Gallus, Archiepiſc. Arelatenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Protonot. Apoſt. Archiepiſc. Mediolanenſis, vrbis Gubernator, Preſb. Card. tt. S. Hadriani; poſt S. Mariæ Tranſtiberim.

Auxias de Podio, Valentinus, Hiſpanus, V. I. Doctor, Archiepiſc. Montis regalis in Sicilia, Vicecamerar. Preſbyt. Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ; poſt tt. S. Sabinæ.

Petrus Gundiſſaluius de Mendozza, Hiſpanus, filius Marchionis de Santillana, Epiſcopus Seguntinus, Preſbyter Card. tt. S. Mariæ in Dominica, poſt tt. S. Crucis in Hieruſalem; Archiepiſcop. Toletanus, & Hiſpaniarum Primas.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatenſis, Picenus, ſcriptor Apoſtol. ex Epiſcopo Syracuſano Legionenſis, poſt Con-

Conchenſis,Preſbyter Card.tt.SS.Viti,& Modeſti in macello martyrum,poſt tt.S.Clementis.

Io.Baptiſta Cibo,Genuenſis, Epiſc. Melphitenſis,Preſbyt. Card.tt.S.Balbinæ,poſt S.Cæciliæ.

Io.Arcimboldus,Mediolanenſis,Parma oriundus,V.I.D. Epiſc.Nouarienſis, Protonot. Apoſt. Preſbyt.Card.tt. SS.Nerei,& Achillei,poſt S.Praxedis.

Philippus de Vgunecti,Burgundus,Gallus,Epiſc. Matiſconenſis,Preſbyt.Card.tt.S.Lucię in Silice,poſt SS.Ioannis,& Pauli,tt.Pammachii.

Tertia creatio quinque Cardinalium.

Anno Domini 1476.Pontific.6.15.Cal.Ianuar.Romæ Xyſtus Papa IV.tertiò creauit Cardinales; qui fuere

Georgius Coſta,Luſitanus, Archiepiſcopus Vlixponenſis, Preſbyt.Card.tt.SS. Marcellini, & Petri.

Carolus Borbonius, Picardus, Gallus, Protonot.Apoſtol. Archiepiſcop.Lugdunenſis,& perpetuus adminiſtrator Archiepiſcopatus Burdegalenſis,Preſb. Card.tt.S.Martini in montibus.

Petrus Ferrici,Hiſpanus,ciuis,& Archiepiſc. Tiraſonenſis, Preſbyt.Card.tt.S.Xyſti.

Io.Baptiſta Mellinus,Romanus,V.I.D. ex canonico Lateranenſi,Epiſcop.Sutrinus,& Nepeſinus,poſt Vrbinas, Preſbyt.Card.tt.SS.Nerei,& Achillei.

Fr.Petrus ex Comitibus de Fuxo, Ord.Minorum,electus Epiſcopus Venetenſis, Diac. Card. SS.Coſmæ,& Damiani.

Quarta creatio ſeptem Cardinalium.

Anno Domini 1477. Pontific. 7. 4.Idus Decembris, Romæ Papa Xyſtus IV. quartò creauit Cardinales, qui fuere

Chriſtophorus de Ruuere Taurinenſis Allobrox, Archiepiſcop.Tarentaſienſis, Arcis Præfectus, Preſbyt. Card. S.Vitalis,tt.Veſtinæ.

Hieronymus Baſſus de Ruuere de Albizzola, Sauonenſis, diœceſis, Ligur Papæ ſororis filius, Epiſc. Recanatenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Balbinæ, poſt S. Chryſogoni.

Georgius Heſler, ciuis, & Epiſc. Herbipolenſis, Germanus, Protonotarius Apoſtol. à Conſiliis Imp. Friderici III. Preſbyt. Card. tt. S. Luciæ in Silice.

Fr. Gabriel Rangonus, Mutinenſis, Ord. Minorum, Epiſc. Agrienſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Sergii, & Bacchi.

Petrus Foſcarus, Venetus, Primicerius S. Marci Venetiarum Protonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Patauinus; Preſbyter Card. tt. S. Nicolai inter imagines, poſt S. Xyſti.

Ioannes de Arragonia, Neapolitanus, Ferdinandi Regis filius, Protonotarius Apoſt. Diac. Card. S. Hadriani, poſt Preſbyter tt. S. Sabinæ.

Raphaël Galeottus de Ricariis, Sauonenſis Ligur, Protonotarius Apoſtolicus, Diac. Card. S. Georgii in Velabro.

Quinta creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1478. Pontificatus 7. 3. Idus Februarii, Romæ Xyſtus Papa IV. quintò creauit Cardinalem vnum, is fuit

Dominicus de Ruuere Taurinenſis, Allobrox, frater Cardinalis Tarentaſienſis paulò ante mortui, Cubicularius Papæ, & Arcis Præfectus, Preſb. Card. tt. S. Vitalis, poſt tt. S. Clementis.

Sexta V. Cardinalium creatio.

Anno Domini 1480. Pontific. 9. Idibus Maii Romæ Papa Xyſtus IV. ſextò creauit Cardinales, qui fuerunt

Paulus Fregoſius, ciuis, & Archiepiſc. Gomerius, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Fr. Coſmus de Melioratis, Vrſinus Romanus, Monachus, & Abbas Farfenſis, Archiepiſcopus Tranenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Ferrieus

Ferricus de Clugniaco Burgundus, Gallus. V.I. Doctor, Epiſcopus Tornacenſis, Preſbyter Card. S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Io. Baptiſta Sabellus, Romanus, Protonot. Apoſtol. Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Io. de Columna, Romanus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro.

Septima V. Cardinalium creatio.

Anno Domini 1483. Pontificat. 13. Romæ, 17. Calend. Decembr. Xyſtus Papa IV. ſeptimò creauit Cardinales, qui fuere

Ioannes de Comitibus, Romanus, Archiepiſc. Conſanus, Preſbyt. Card. tt. S. Vitalis.

Fr. Helias, Gallus, Ordinis Minorum Theologus, Archiepiſcopus Turonenſis, Preſbyter Card. tt. S. Luciæ in Silice.

Ioannes de Margaritis, Hiſpanus, Epiſcopus Gerundenſis, Orator Regis Hiſpaniæ, Preſbyter Cardinalis, tt. S. Balbinæ.

Ioannes Iacobus Sclafenatus, Mediolanenſis, Cubicularius Papæ, Epiſc. Parmenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Baptiſta Urſinus, Romanus, Clericus Cameræ, & Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ.

Octaua vnius Cardinalis creatio.

Anno Domini 1484. 16. Cal. Aprilis, Romæ Papa Xyſtus IV. vnum creauit Cardinalem; qui fuit

Aſcanius Maria Sfortia, Vicecomes Mediolanenſis, Franciſci Ducis Mediolani filius, Protonot. Apoſtolic. Diac. Card. SS. Viti, & Modeſtæ in martyrum macello.

Epiſcopi Cardinales X. creati à Xyſto Papa IV.

Rodericus Borgia ex Diacono S. Nicolai in carcere Tul-

Digitized by Google

liano Caliſti III. Epiſc. Card. Albanus, poſt Portuenſis, & S. Rufinæ.

Latinus Vrſinus, ex Epiſcopo Cardinale Sabino, Epiſcop. Tuſculanus.

Alanus Cœttinus, ex Preſbytero tt. S. Praxedis Nicolai V. Epiſc. Card. Sabinus.

Angelus Capranica, ex Preſbytero tt. S. Crucis Pii II. Epiſc. Card. Prænestinus.

Barardus Herulus, ex Preſbytero tt. S. Sabinæ, Pii II. Epiſc. Card. Sabinus.

Oliuerius Caraffa, ex Preſbytero tt. S. Euſebii, Pauli II. Epiſcop. Card. Albanus, poſt Sabinus.

Iacobus Amanatus, ex Preſbytero tt. S. Chryſogoni, Pii II. Epiſc. Card. Tuſculanus.

Marcus Barbus, ex Preſbytero tt. S. Marci, Pauli II. Epiſc. Card. Præneſtinus.

Iulianus de Ruuere, ex Preſbyt. tt. Eudoxiæ, Epiſc. Card. Albanus, poſt Oſtienſis.

Baptiſta Zeno, ex Diacono S. Mariæ in Porticu, Pauli II. Preſby. Card. tt. S Anaſtaſiæ, & paulò poſt Epiſc. Card. Tuſculanus.

Ioan. Balues, Gallus, ex Preſbytero tt. S. Suſannæ, Pauli II. Epiſc. Card. Albanus.

Ioannes Michaël, ex Diacono S Angeli, Pauli II. Preſbyter Card. tt. S. Marcelli.

Xyſtus Papa IV. octo ordinationibus menſibus Februario, Martio, Maio, Nouembri, & Decembri factis XXXIV. nouos fecit Cardinales, videlicet Epiſcopos X. ſed nouem ex antiquis Cardinalibus, Preſbyteros XXVIII. in his vnum ex antiquis Diaconis, & Diaconos VI.

Rodericus Borgia Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, poſt Epiſcop. Card. Albanus, deinde Portuenſis, & S. Rufinæ, S. R. E. Vicecancellarius, ſub Papa Xyſto IV.

Cardinales XXVIII. mortui ſub Xyſto Papa IV.

Ioannes Gallus, Preſbyter Card. tt. S. Stephani in Cœlio monte,

Digitized by Google

monte, obiit, & ſepultus eſt in partib. anno 1472. Pontific. primo.
Beſſarion, Epiſc. Card. Tuſculanus, obiit Rauennæ rediens è Gallica legatione 14. Cal. Decembr. anno 1472. Pontific. 2. Cadauer Romam portatum ad SS. Apoſtolos ſepultum eſt.
Fr. Ioannes Lofredi, Luxinienſis, Preſbyt. Card. tt. Equitii, obiit in partibus 3. Idus Decemb. anno 1473. Pontific. 3. ibiq; ſepultus.
Nicolaus Forticuerra, Piſtorienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Cæciliæ, obiit Viterbii 12. Cal Ianuarii, anni 1473. Romam relatus, in titulo ſuo ſepultus eſt.
Stephanus de Varada, Hungarus, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit, & ſepultus eſt in Hungaria, anno 1473. Pontific. 3.
Fr. Petrus, Riarius, Sauonenſis, Ligur, Ord. Minorum Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Archiepiſcopus Florentinus, Preſbyt. Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ 3. Nonas Ianuar. ann. 1474. Pontific. 3 ſepultus ad SS. Apoſt.
Alanus Cœttinus, Britto, Epiſc. Card. Sabinus, obiit Romæ xi. Cal. Auguſti, anno 1474. Pontific. 3. ſepultus in titulo S. Praxedis.
Iacobus Amanatus, Lucenſis, Epiſcop. Card. Tuſculanus, obiit apud S. Laurentium Vulſiniis 4. Idus Septembris, anno 1475. Pontific. 5. Cadauer Romam relatum ad S. Auguſtinum ſepultum eſt.
Philippus de Leuis, Gallus, Preſbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, obiit Romæ Idibus Ianuarii, anni 1476. Pontif. 5. ſepultus ad S. Mariam maiorem.
Bartholomæus Rouerella, Ferrarienſis, Preſbyt. Card. tt. S. Clementis, obiit Romæ 6. Nonas Maii, anno 1476. Cadauer in titulo ſuo ſepultum eſt.
Philippus Calandrinus, Sergianenſis, Epiſc. Card. Portuenſis, maior Pœnitentiarius, obiit Bagnaiæ, Viterbienſis diœceſis, xi. Cal. Auguſti, anno 1476. Romam relatus in titulo Lucinæ ſepultus eſt.

Digitized by Google

Amicus ex Villa Collis medii, Aquilanus, Preſbyt. Card. tt. Caliſti, obiit Aquilæ 5. Idus Nouemb. anno 1476. Pontific. 6. ibidem in Cathedrali ſepultus.

Latinus Vrſinus, Romanus, Epiſc. Card. Tuſculanus, & S. R.E. Camerarius, obiit Romæ III. Idus Auguſti, anno 1477. Pontificat. 7. ſepultus in Eccleſia S. Saluatoris de Lauro à ſe fundata Romæ.

Chriſtophorus de Ruuere Taurinenſis, Preſbyt. Card. tt. S. Vitalis, obiit Romæ Cal. Februarii, anno 1478. Pontificat. 7. ſepultus ad Eccleſiam S. Mariæ de Populo, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Angelus Capranica, Romanus, Epiſc. Card. Præneſtinus, obiit Romæ 5. Nonas Iulii, anni 1478. ſepultus ad Mineruam.

Io. Baptiſta Mellinus, Romanus, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit Romæ 12. Cal. Auguſti, anni 1478. ſepultus ad Populum.

Petrus Ferrici, Hiſpanus, Preſbyter Card. tt. S. Xyſti, obiit Romæ 7. Cal. Octobr. anno 1478. Pontific. 8. ſepultus in clauſtro Mineruæ.

Berardus Herulus, Narnienſis, Epiſc. Card. Sabinus, obiit Romę 3. Nonas Aprilis, anno 1479. Pontific. 8. ſepultus ad S. Petrum.

Antonius Iacobus Venerius, Recanatenſis, Preſbyter Cardinalis tt. S. Clementis, obiit Recaneti 3. Nonas Auguſti, anni 1479. Romam translatus, ſepultus eſt in titulo ſuo.

Theodorus Paleologus, Diac. Card. S. Theodori, obiit Aſte in Lombardia 12. Cal. Februarii, anno 1481. Pontific. 10. ibiq; ſepultus.

Fr. Coſmus Abbas Farfenſis, Preſbyt. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei, obiit Brachiani Vrſinorum, x 1. Cal. Decembr. anno 1481. ſepultus in Eccleſia Farfenſi.

Georgius Heſler, Herbipolenſ. Preſb. Card. tt. S. Luciæ in Silice, obrutus eſt in Danubio, dum parua lintre amnem traiicere vult, menſe Septemb. anno 1482. Pontific. 12.

Ca-

Guillelmus de Eſtonteuilla, Gallus, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, ac S. R. E. Camerarius, Decanus Collegii, & Archipreſbyter S. Mariæ maioris. obiit Romæ XI. Cal. Ianuarii, anno 1482. Pontific. 12. ſepultus in Eccleſia S. Auguſtini, quam à fundamentis erexit.

Auxias de Podio Valentinus, Hiſpanus, Preſby. Card. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ 6. Idus Septemb. anni 1483. Pontific. 13. ſepultus eſt in titulo ſuo.

Ferricus de Clugniaco, Preſbyter Card. tt. S. Vitalis, obiit Romæ Nonis Octobris, anno 1483. ſepultus ad Populum.

Franciſcus Gonzaga, Mantuanus, Diac. Card. S. Mariæ nouæ, obiit Bononiæ in Legatione 12. Cal. Octobr. anni 1483. ibidem ſepultus.

Fr. Helias, Gallus, Preſbyt. Card. tt. S. Luciæ in Silice, Ord. Minor. obiit, & ſepultus eſt in Galliis, menſe Iulio, anni 1484. Pontific. 13.

Thomę Angli, Preſbyteri Cardinalis, tt. S. Cyriaci in Thermis exitus obſcurus eſt.

Obitus Papæ Xyſti IV.

Anno Domini 1484. Idibus Auguſtis nocte præcedenti, hora inter quartam & quintam Romæ in palatio Apoſtolico obiit Xyſtus Papa IV. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit Romana ſedes dies 15.

Eodem anno 16. Cal. Septembr. eius Nouendialia celebrari ſunt cœpta.

Eodem anno 7. Cal. Septembr. Miſſa Spiritus Sancti ab Epiſcopo Portuenſe cantata, Cardinales XXVI. conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto præparatum; qui die Dominico 4. Cal. Septembr. elegerunt in Papam Io. Baptiſtam Cibo Genuenſem, Preſbyterum Card. tt. S. Cæciliæ, qui Innocentius Papa VIII. appellatus eſt.

Innocentius VIII. Pont. CCXVI.

ANNO CHRISTI MCCCCLXXXIV.

INnocentius Papa VIII. Ioannes Baptiſta antea vocatus,

Digitized by Google

natione Ligur, patria Genuenſis, ex mediocri genere, honorato tamen ortus, patrem, Aaron nomine, Medicum habuit. hic pauper olim adoleſcens inter Alphonſi Siciliæ Regis miniſtros diu vixit. inde Romam veniens in contubernio Philippi Calandrini Cardinalis Bononienſis fuit. à Xyſto autem IV. primo Epiſcopus Sauonenſis, mox Melfitenſis, & Datarius, deinde Preſbyter Card. tt. S. Balbinæ: demum S. Cæciliæ creatus eſt. quo mortuo, Romæ in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis IV. Cal. Septembr. anno 1484. Pontif. Maximus renunciatus, pridie Idus Septembr. coronatus eſt.

Sedit autem in Apoſtolica ſede Imp. Cæſare Friderico 3. Auguſto, annos 7. menſes 10. & dies 27.

Cardinales XXXI. viui, quando Innocentius Papa VIII factus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Caliſtus III. & Xyſtus IV.

Rodericus Epiſc. Card. Portuenſis, Decanus, & S R.E. Vicecancellarius.

Paulus II. & Xyſtus IV.

Oliuerius Caraffa, Epiſc. Card. Sabinus.
Marcus Barbus, Venetus, Epiſc. Card. Præneſtinus.

Xyſtus Papa IV.

Iulianus de Ruuere, Epiſc. Card. Oſtienſis, maior Pœnitentiarius.

Paulus II. & Xyſtus IV.

Baptiſta Zeno, Epiſc. Card. Tuſculanus.
Ioannes Balues, Epiſc. Card. Albanus.

Preſbyteri Cardinales XVIII.

Caliſtus Papa III.

* Lodouicus Milanus, tt. SS. quatuor Coronatorum, S. R.E. Archipreſbyter.

Xyſtus Papa IV.

Stephanus Nardinus, tt. S. Mariæ Tranſtiberim.

Petrus

* Petrus Gundiſſaluius, tt. S. Crucis in Hieruſalem.
Ioannes Baptiſta Cibo, tt. S. Cæciliæ.
Ioannes Arcimboldus, tt. S. Praxedis.
Philibertus de Vgunecti, tt. SS. Ioannis, & Pauli.

Paulus II. & Xyſtus IV.

Ioannes Michaëlius, tt. S. Marcelli.

Xyſtus Papa IV.

Georgius Coſta, tt. SS. Marcellini, & Petri.
* Carolus Borbonius, tt. S. Martini in montibus.
Hieronymus Baſſus, tt. S. Chryſogoni.
Fr. Gabriel Rangonus, tt. SS. Sergii, & Bacchi.
Petrus Foſcarus, tt. S. Xyſti.
Dominicus de Ruuere, tt. S. Clementis.
* Paulus Fregoſius, tt. S. Anaſtaſiæ.
Ioannes de Arragonia, tt. S. Sabinæ.
Ioannes de Comitib. tt. S. Vitalis.
Ioannes de Margaritis, tt. S. Balbinæ.
Io. Iacobus Sclafenatus, tt. S. Stephani in monte Cœlio.

Diaconi Cardinales VII.

Pius Papa II.

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii, S.R.E. Archidiaconus.

Xyſtus Papa IV.

Fr. Petrus de Fuxo SS. Coſmæ, & Damiani.
Raphaël Riarius S. Georgii in Velabro, S.R.E. Camerarius.
Io. Baptiſta Sabellus, S. Nicolai in carcere Tulliano.
Io. de Columna, S. Mariæ in Aquiro.
Baptiſta Vrſinus S. Mariæ nouæ.
Aſcanius Maria Sfortia, SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

Prima creatio octo Cardinalium.

Anno Domini 1489. Pontific. 5. pridie Idus Martii, Romæ Papa Innocentius VIII. primò creauit Cardinales octo, qui fuerunt

Laurentius Cibo Genuenſis filius, nothus fratris ſui, Archiepiſcopus Beneuentanus, Preſbyter Card.tt. S. Cæciliæ.

Ardicinus Iunior della Porta, Nouarienſis, Epiſcopus Alerienſis, Preſbyter Card. SS. Ioannis & Pauli, tt. Pammachii.

Antoniottus Palauicinus, Genuenſis, Epiſc. Pampilonenſis, Datarius, Preſbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.

Lodouicus Spinay, Armoricenſis, Gallus, ex Archiepiſcopo Arelatenſi, Lugdunenſis, Preſbyt Card. SS. Syluestri, & Martini tt. Equitii.

Frater Mapheus Gerardus, Venetus, Ordinis Camaldulenſis, Patriarcha Venetiarum, Preſb. Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Fr. Petrus Daubuſſon, Gallus, Magnus Hoſpitalis Hieroſolymitani magiſter, Diac. Card. S. Hadriani.

Ioan. Medices, Florentinus, Protonot. Apoſt. Diac. Card. S. Mariæ in Domnica.

Fridericus Sanſeuerinas, Mediolanenſis electus Malleacenſis, Diac. Card. S. Theodori.

Epiſcopi Cardinales duo creati ab Innocentio Papa VIII.

Ioannes Michaëlius, ex Preſbytero Card. tt. S. Marcelli, Epiſc. Card. Prænestinus.

Georgius Coſta, ex Preſbytero Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, Xyſti IV. Epiſc. Card. Albanus.

Paulus Fregoſius, ex Preſbytero tt. S. Anaſtaſiæ Preſbyter Card. tt. S. Xyſti.

Papa Innocentius VIII. vna ordinatione menſe Martio facta, octo creauit Cardinales, videlicet Epiſcopos duos ex antiquis Preſbyteris, Preſbyteros quinque, & Diaconos tres.

Rodericus Borgia, Epiſcop. Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, S.R.E. Vicecancellarius, ſub Innocentio Papa VIII.

Card-

Cardinales XI. mortui ſub Innocentio Papa VIII.

Philibertus Vgunecti, Gallus, Presbyter Card. tt. Pammachii, obiit Romæ 3. Idus Septemb. anno 1484. Pontific. 1. ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Stephanus Nardinus, Foroliuienſis, Presbyter Cardin. tt. Caliſti, obiit Romæ xi. Calen. Octob. eiuſdem anni, ſepultus ad S. Petrum.

Ioannes de Margaritis, Hiſpanus, Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ, obiit Romæ Nonis Nouembris eiuſdem anni, ſepultus ad S. Mariam de Populo.

Petrus Voſcarus, Venetus, Presbyter Card. tt S. Xyſti, ... it Romæ menſe Iulio, anni 1485. Pontificatus ... ſepultus ad Populum.

Ioannes de Arragonia filius regis Ferdinandi, Neapolitanus, Presbyt. Cardin. tt. S. Sabinæ, obiit Romæ eodem anno ſepultus in abſida tituli ſui.

Frater Gabriel Rangonus, Mutinenſis, ordinis minorum, Presbyt. Card. tt. SS. Sergii, & Bacchi, obiit Romæ mẽſe Octobri, Anno 1486. Pontificat. 2. ſepultus in Aracœli.

Carolus Borbonius, Gallus, Presbyt. Card. tt. Equitii, Auinioniſque legatus, obiit & ſepultus eſt Lutetiæ Pariſiorum anno 1489. Pontific. IV.

Frater Petrus ex Comitibus de Fuxo, ord. minorum, Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani, obiit Romæ 4. Idus Augusti, anno 1490. Pontific. 6.

Marcus Barbus, Venetus, Epiſcopus Card. Præneſtinus obiit Romæ VI. Nonas Martii, anno 1491. Pontific. ſepultus in titulo S. Marci.

Ioannes Balues, Gallus, Epiſcopus Car. Albanus, obiit ... mæ menſe Octobri, anno 1491. Pontif. 8. ſepultus ... tulo S. Praxedis.

Ioannes Arcimboldus, Mediolanenſis, Presb... S. Praxedis, Romæ obiit anno Chriſti 1491 ... tus 8.

Obitus Innocentii Papæ VIII.

Anno Domini 1492. 8. Cal. Auguſti, Romæ in palatio Apoſtolico obiit Innocentius Papa 8. cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum eſt. Vacauit ſedes Romana dies 22.

Eodem anno 7. Cal. Auguſti eius exequiæ more maiorum celebrari ſunt cœptæ.

Eodem anno 8. Idus Auguſti Miſſa Spiritus ſancti ab Epiſcopo Portuenſe & S. Rufinæ cantata, Cardinales XXII. conclaue ingreſſi ſunt loco conſueto in palatio paratum. qui 3. Idus Auguſti elegerunt in Romanum Pontificem Rodericum Borgiam, vel vt alii, Boriam Valentinum, Hiſpanum, Epiſcopum Card. Portuenſem, & S. Rufinæ, collegii Decanum, & S. R. E. Vicecancellarium, qui Alexander Papa VI. appellatus eſt.

Alexander VI. Pontifex CCXVII.

Anno Christi MCCCCCXII.

ALexander Papa VI. Rodericus antea vocatus, natione Hiſpanus, patria Valentinus, patrem habuit Lofredum equitem prædiuitem, matrem vero Caliſti Papæ III. ſororem. qui etſi familia Lenzolia oriundus eſſet, Borgiæ, vel Boriæ tamen familiæ nomen quo cum gentilitiis inſigniis ab auunculo Papa Caliſto donatus fuit, auito omiſſo, ſemper retinuit. hic adhuc adoleſcens ab eodem auunculo ſuo electus eſt Archiepiſcopus Valentinus, ac Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, & S. R. E. Vicecancellarius creatus. à Xyſto autem IV. Epiſcopus Card. Albanus, & paulo poſt Portuenſis, & S. Rufinæ factus fuit. mortuo autem Innocentio Papa VIII. in eius locum Romæ Pontifex Maximus 3. Idus Auguſti, anno 1492. renunciatus 7. Cal. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit.

Sedit in Apoſtolica ſede Impp. Cæſaribus Friderico III. & Maximiliano Auguſtis, annos XI. & dies 8.

Cardina-

Digitized by Google

Cardinales XXVII. viui quando Alexander Papa VI. creatus eſt.

Epiſcopi Cardinales VI.

Caliſt. III. & Xyſt. IV.

Rodericus Epiſcopus Card. Portuenſis Decanus, & S.R.E. Vicecancellarius.

Paul. II. & Xyſt. IV.

Oliuerius Caraffa, Epiſcopus Card. Sabinus.

Xyſtus Papa IV.

Iulianus de Ruuere, Epiſcopus Card. Oſtienſis, & maior Pœnitentiarius.

Paul. II. & Xyſt. IV.

Baptiſta Zeno, Epiſcopus Card. Tuſculanus.

Paul. II. & Innoc. VIII.

Ioannes Michaelius, Epiſcopus Card. Prænestinus.

Xyſt. IV. & Innoc. VIII.

Georgius Coſta Epiſcopus Card. Albanus.

Presbyteri Cardinales XII.

Caliſtus Papa III.

Lodouicus tt. SS. quatuor Coronatorum S.R.E. Archipresbyter.

Xyſtus Papa IV.

Petrus Gundiſſaluius tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Hieronymus Baſſus tt. S. Chryſogoni.

Dominicus de Ruuere tt. S. Clementis.

Paulus Fregoſius tt. S. Xyſti.

Ioannes de Comite S. Vitalis, tt. Veſtinæ.

Io. Iacobus tt. S. Stephani in Cœlio monte.

Innocentius Papa VIII.

Laurentius Cibo, tt. S. Cæciliæ.

mm 2

Ardicinus de la Porta, tt. SS. Ioannis, & Pauli.
Antoniottus Palauicinus, tt. S. Anaſtaſiæ.
* Lodouicus Spinay tt. S. Martini in montibus.
Frater Maphæus Gerardus, tt. SS. Nerei, & Acchillei.

Diaconi Cardinales IX.

Pius Papa II.

Franciſcus Picolomineus S. Euſtachii S. R. E. Archidiaconus.

Xyſtus Papa IV.

Raphael Riarius, S. Georgii in Velabro S. R. E. Camerarius.
Ioannes Baptiſta Sabellus S. Nicolai in carcere Tulliano.
Ioannes Columna S. Mariæ in Aquiro.
Baptiſta Vrſinus S. Mariæ nouæ.
Aſcanius SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum.

Innocentius Papa VIII.

* Frater Petrus Daubuſſon S. Hadriani.
Ioannes Medices S. Mariæ in Domnica.
Franciſcus Sanſeuerinas S. Theodori.

Prima creatio vnius Cardinalis.

Anno Domini 1492. Pontific. 1 pridie Cal. Septembr. Romæ Papa Alexander VI. primo creauit Cardinalem vnum. is fuit

Ioannes Borgia eius ſororis filius, Valentinus, Hiſpanus, Archiepiſcopus montis Regalis, Presbyt. Cardin. tt. S. Suſannæ.

Secunda creatio XII. Cardinalium.

Anno Domini 1493. Pontific. 2. 12. Cal. Octob. Romæ Papa Alexander VI. iterum creauit Cardinales; qui fuere

Ioannes Anglicus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & primas Angliæ, Presbyter Card. tt. S. Anaſtaſiæ.
Ioannes Antonius de S. Georgio, Mediolanenſis, Epiſcopus

pus Alexandrinus, Auditor Rotæ, Presbyter Card. tt. SS. Nerei, & Achillei.

Frater Ioannes, Gallus, monachus, & Abbas S. Dionyſii Pariſiis, Epiſcopus Lombarienſis, orator regis Francorum, Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ.

Bernardinus Caruaial Placentinus, Hiſpanus, Epiſco. Carthaginienſis, orator regis Hiſpaniarum, Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri, poſt tt. S. Crucis in Hieruſalem.

Raimundus Peraululi Sanctonenſis, Gallus, ex Epiſcopo Nouarienſi, Viterbienſis, poſt Curcenſis, deinde Sanctonenſis, Presb. Card. tt. S. Vitalis, poſt SS. Ioannis, & Pauli, tt. Pammachii.

Cæſar Borgia, Hiſpanus, filius nothus Papæ Alexandri, ciuis, & electus Archiepiſcopus Valentinus, Diac. Card. S. Marię nouæ.

Hippolytus Eſtenſis Ferrarienſis, electus Archiepiſcopus Strigonienſis, poſt Agrienſis, Diacon. Card. S. Luciæ in Silice.

Lucas Gentilis Camers, Vrban. VI.
Georgius Germanus, Ioan. XXIII.
Georgius Epiſcopus Vicenſis, Felix V. *Antipapa.*
Petrus Gerardi Clem. VII. *Antipapa.*
Gerardus Epiſc. Oſtienſis, Alex. II.
Gerardus tt. S. Priſcæ, Calliſt. II.
Gerardus S. Mariæ in Domnica, Innocent. II.
Gerardus tt. S. Stephani, in Cœlio monte, Eugen. III.
Gerardus S. Mariæ in via lata, Eugenius III.
Gerardus pro Cancellario, Alex. III.
Gerardus S. Nicolai in Carcere Tulliano. Innoc. III.
Maffeus Gerardus Venetus, ord. Camaldul. Innoc. VIII.
Bertrandus de Gerarno, Gallus, Clemens V.
Philippus Gezza Romanus, ord. Prædic. Vrb. VI.
Hieronymus Ghinuccius Senenſis, Paulus III.
Michael Ghiſelerius Alexandrin. ord. Prædic. Paul. IV.
Gilibertus tt. S. Marci, Cœleſt. II.
Guillelmus Godinus, Gallus, ord. Prædicat. Clem. V.
Goizo tt. S. Cæciliæ, Innoc. II.
Guneterus Gometii, Hiſpan. Clemens VII. *Antipapa.*
Petrus Gometius Hiſpan. Ioan. XXII.
Petrus Gometii, Hiſpanus, Greg. XI.

Digitized by Google

Franciſcus Gonzaga Mantuan. Pius II.
Hercules Gonzaga, Clem. VII.
Pyrrhus Gonzaga, Clem. VII.
Sigiſmundus Gonzaga, Iulius II.
Raimundus del Goth, Gallus, Clem. V.
Gotifredus de Alatro, Vrban. IV.
Lodouicus de Goruo Allobrox, Paulus III.
Gratianus Presbyter Card. Greg. VII.
Gratianus SS. Coſmæ & Damiani, Alex. III. *pro Cancell.*
Gregorius Epiſcopus Card. Sabinus, Greg. VII.
Gregorius Diac. Card. Greg. VII.
Gregorius tt. S. Priſcæ, Vrban. II.
Gregorius Abbas Sublacenſis, Vrban. II.
Gregorius Abbas S. Gregorii de Vrbe, Vrban. II.
Gregorius Presbyter Baſilicæ Apoſtolorum, Paſchal. II.
Gregorius de Ceccano Campanus, Paſchal. II.
Gregorius tt. S. Priſcæ, Paſch. II.
Gregorius Caietanus, Paſch. II.
Gregorius Presbyter Baſilicæ Apoſtolorum, Calliſt. II.
Gregorius S. Euſtachii, Calliſt. II.
Gregorius tt. S. Balbinæ, Honor. II.
Gregorius S. Mariæ in Aquiro, Anacletus II.
Gregorius tt. Calliſti, Innoc. II.
Gregorius S. Angeli, Cœleſtin. II.
Gregorius Diac. Card. Eugen. III.
Gregorius SS. Sergii, & Bacchi, Clemens III.
Gregorius S. Angeli, Clem. III.
Gregorius S. Mariæ in Aquiro, Clem. III. *Innoc.* III.
Gregorius S. Angeli, Cœleſt. III.
Gregorius Diac. Card. Cœleſt. III.
Gregorius tt. S. Anaſtaſiæ, Innoc. III.
Hieronymus Grimaldus Genuenſis, Clemens VII.
Dominicus Grimanus Venetus, Alexand. VI.
Marinus Grimanus Venetus, Clem. VII.
Anglicus de Griſaco Can. Reg. Gallus, Vrb. V.
Ioannes Groperus Germanus, Paul. IV.

Digitized by Google

Clemens Groſſus Sauonen. ord. Minorum, Iul. II.
Guido Groſſus, Gallus, Vrb. IV.
Leonardus Groſſus, Sauonenſis, Iul. II.
Ioannes de Grangia, Gallus, Abbas, Gregor. XI.
Griffo Presbyter Card. tt. Paſtoris, Innoc. II.
Ioannes Grucumalter Fel. V. Antipapa.
Claudius de Giuri, Gallus, Clem. VII.
Gualterus Epiſcopus Glaſquenſis, Clem. VII. *Antipapa.*
Gualterus Epiſcopus Card. Albanus, Vrban. II.
Gualterus Epiſcopus Card. Albanus, Hadrian. IV.
Gualterus Anglus, ord. Præd. Benedict. XI.
Haymericus de [illegible]*ardia, Gallus, Clemens* VI.
Guarinus Presb[illegible] *Card. Clem.* III. *Antipapa.*
Leonardus de Guercino, Gallus, Clem. V.
Bartholomæus Guidiccionus Lucenſis, Paulus III.
Guido Presbyt. Card. Clem. III. *Antipapa.*
Guido tt. S. Balbinæ, Paſch. II.
Guido tt. S. Chryſogoni Paſch. II.
Guido Epiſc. Card. Tiburtinus, Innoc. II.
Guido Presbyter Card. Innoc. II.
Guido Presbyter Card. Innoc. II.
Guido S. Hadriani, Innoc. II.
Guido Altaris Lateranenſis, Miniſter, Innoc. II.
Guido Altaris Lateranenſis, Miniſter, Innoc. II.
Guido tt. Damaſi, Cœleſtin. II.
Guido tt. Paſtoris, Lucius II.
Guido S. Mariæ in Porticu, Luc. II.
Guido Cremenſis, Eugen. III.
Guido Cremenſis, Hadr. IV.
Guido Diac. Card. Clem. III. *Cœleſtin.* III. *Innoc.* III.
Guido S. Nicolai in Carcere Tulliano, Innoc. III.
Guido Papæ Capellanus, pro Cancellario, Hon. III.
Guido Presbyt tt. Lucinæ, Vrb. IV.
Guilielmus Epiſc. Praeneſtin. Calliſt. II.
Guillelmus Papienſis, Hadrian. IV. *Alexand.* III.
Guillelmus pro Cancellario, Innoc. III.

Digitized by Google

Guillelmus Vicecancellarius, Honorius III.
Guillelmus Vicecancell, Gregor. IX.
Guillelmus Allobrox Epiſcopus Mutinenſis, Innoc. IV.
Guillelmus Monachus & Abbas S. Facundi, Innoc. IV.
Guillelmus Anglus, ordinis Præd. Bened. XI.
Guillelmus Patriarcha Hieroſolymitanus, Vrb. VI.
Lodouicus de Guiſa, Gallus, Iul. III.

H.

Hannibaldus Hannibaldenſis Roman. ord. Prædic. Vrb. IV.
Petrus Hannibaldus Rom. Innoc. VII.
Ricardus Hannibaldenſis, Rom. Greg. IX.
Haymericus Burgundus Can. Reg. Call. II. *Cancellarius.*
Helias Archiepiſcopus Turonen. Gallus, ordin. Minorum, Xyſt. IV.
Henricus Siculus Decanus Mazaren. Paſch. II.
Henricus tt. S. Priſcæ, Honor. II.
Henricus Epiſc. Card. Albanus, Alexand. III.
Henricus Epiſc. Oſtienſis, Vrban. IV.
Henricus Portugalenſis, Paul. III.
Mercurius Herborius de Gattinara, Clem. VII.
Thomas Herdouth Hungarus, Alex. VI.
Hermanus Archipresb. Alex. II.
Hermanus S. Angeli, Anacletus II.
Herimanus tt. S. Suſannæ, Alexand. III. *pro Cancellario.*
Berardus Herulus Narnien. Pius II.
Georgius Hesler Germanus, Xyſt. IV.
Hieronymus Canon. Regul. Alexand. III.
Hieronymus Aſculanus, ord. Minorum, Nicol. III.
Hildebrandus Soanenſis, Tuſcus, Monachus, Nic. II.
Petrus Hiſpani, Bonifac. VIII.
Petrus Damiani de Honeſtis Rauennas, Steph. IX.
Hugo Gallus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Alex. II.
Hugo Epiſcop. Praneſtinus, Clem. III. *Antipapa.*
Hugo Piſanus, Paſch. II.
Hugo de Alatro Campanus, Paſch. II.

Digitized by Google

Hugo Subdiac. pro Cancell. Call. II.
Hugo S. Theodori, Honor. II.
Hugo tt. Lucinæ. Cœleſt. II.
Hugo Gallus Abbas Ciſtertienſis, Eugen. III.
Hugo Epiſcopus Card. Tuſculanus, Alexand. III.
Hugo Diac. S. Angeli, Alexand. III.
Hugo Notarius pro Cancellario, Lucius III.
Hugobaldus Presbyt. Card. Alexand. II.
Guillelmus Hugonis, Fel. V. *Antipapa, & Nicol. V.*
Huguccio tt. Equitii, Cœleſt III.
Franciſcus Huguccionius Vrbinas, Innoc. VII.
Philibertus Hugunecti, Gallus, Xyſtus IV.

I.

Chriſtophorus Iacobatius Romanus, Paul. III.
Dominicus Iacobatius Roman. Leo X.
Iacobus Abbas S. Anaſtaſii, Monachus Ciſtert. Greg. IX.
Iacobus Epiſcopus Portuenſis, & S. Ruſinæ, Innoc. IV.
Iacobus Pratenſis Tuſcul. Nicol. V. *Antipapa.*
Iacobus Vtinenſis, Gregor. XII.
Iacobus Portugallenſis, Call. III.
Geruaſius Iancolettus, Gallus, Martinus IV.
Petrus Igneus, Greg. VII.
Franciſcus Iloris Valentin. Alex. VI.
Imbertus de Puteo, Gallus, Io. XXII.
Innocentius Presbyter Card. Greg. VII.
Iacobus Inſulanus Bonon. Io. XXIII.
Ioannes Archipresb. S. Petri, Leo IX.
Ioannes Epiſcopus Card. Portuenſis, Nicol. II.
Ioannes Epiſcopus Card. Tuſculanus, Nicol. II.
Ioannes Presbyter Card. Alexand. II.
Ioannes Epiſcopus Card. Tuſculanus, Greg. VII.
Ioannes, Gallus, Abbas Dolenſis, Gregorius VII.
Ioannes Archidiaconus, Greg. VII.
Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, Clem. III. *Antipapa.*
Ioannes Presbyter tt. S. Anaſtaſiæ, Vrbanus II.

Digitized by Google

Io. Caietanus Monachus, Caſſin. Vrb. II. *Cancellarius.*
Ioannes S. Hadriani, Vrb. II.
Ioannes Epiſcopus Tuſculanus; Paſchalis II.
Ioannes tt. S. Euſebii, Paſch. II.
Ioannes tt. S. Cæciliæ, Paſch. II.
Ioannes Cremenſis, Paſch. II.
Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, Honor. II.
Ioannes tt. Paſtoris, Anacl. II.
Ioannes S. Hadriani, Cœleſt. II.
Ioannes Canonic. Regul. Cœl. II.
Ioannes Sucrinus, Eug. III.
Ioannes SS. Sergii & Bacchi, Eugen. III.
Io. Neapolitanus Can. Regul. Hadrian. IV.
Ioannes Diac. Card. Hadr. IV.
Ioannes S. Angeli, Alex. III.
Io. Epiſc. Tuſcanenſis, & Viterbienſis, Clem. III: *Innoc.* III.
Ioannes Diac. Card. Clem. III.
Io. tt. Stephani in Cœlio monte, Cœleſtinus III.
Ioannes tt. S. Praxedis; Innocent. III.
Io. SS. Coſmæ & Damiani, Innoc. III.
Ioannes S. Mariæ in via Lata; Innoc. III. *pro Cancellario.*
Ioannes Monachus Ciſtertien. Innoc. IV. *Vrb.* IV.
Io. Epiſc. Card. Sabinus; Innoc. IV.
Ioannes Decanus Baiocen. Vicecancellarius, Nic. IV.
Ioannes Archiepiſcopus Corſienſis; Vrban. VI.
Ioannes Boemus, Vrbanus VI.
Ioannes Luſitanus, Io. XXIII.
Ioannes Germanus, Martin. V.
Ioannes Siculus Monachus, Eug. IV.
Ioannes Segonienſis; Hiſpanus, Fel. V. *Antipapa.*
Ioannes Epiſcopus Argentinenſis, Fel. V. Antipapa.
Ioannes Epiſcopus Caſtrenſis, Fel. V. Antipapa.
Ioannes Gallus Epiſcopus Eduenſis; Nicol. V.
Ioannes Anglicus, Alexand. VI.
Ioannes Abbas S. Dionyſii, Alexand. VI.
Ioannes Archiepiſcopus Tholoſanus, Clem. VII.

xx

Ioanathas SS. Coſmæ & Damiani, Vrbanus II.
Jonathas Junior, Calliſt. II.
Jordanus, Bened. XIII. *Antipapa.*
Iozelinus tt. S. Cæciliæ, Honor. II.
Iſidorus Theſſalonicenſis Græcus Monachus, Eug. IV.
Petrus Jſualies Meſſanenſis, Alexand. VI.
Petrus Iteni, Gallus, Innoc. VI.
Guillelmus Judicis, Gallus, Clem. VI.
Petrus Judicis, Gregor. XI.
Ioannes Petrus Juliani, Greg. X.
Iulius tt. S. Marcelli, Cœleſtin. II. *Hadrian.* IV.
Iuo Gallus, Jnnocent. II.
Ioannes Iuuenis, Gallus, Eug. IV.

K.

Ioannes Kemp, Anglus, Eug. IV.
Petrus de Kinbaco, Vrban. V.

L.

Laborans tt. Calliſti, Alex. III.
Theodorus Lælius Taruiſinus, Paulus II.
Bertrandus Lagerii, Gallus, ord. Minorum, Greg. XI.
Henricus de Lancaſtria Anglus, Martin. V.
Gerardus Landrianus Mediolanenſis, Eugen. IV.
Landulphus tt. Lucinæ, Paſchal. II.
Franciſcus Landus Venetus, Ioannes XXIII.
Lanfrancus Vicecancellarius, Gregorius X.
Matthæus Langus Germanus, Iul. II.
Amelinus de Lantrico, Gallus, Clem. VII. *Antipapa.*
Simon de Laughiam Anglus, Vrban. V.
Dionyſius Laurerius Beneuentan. ord. Seruorum, Paul. III.
Ianonus Beacoruus Vicecancellarius, Greg. X.
Robertus de Lenoncourt, Gallus, Paulus III.
Leo Archipresbyter Card. tt. Lucinæ, Leo IX.
Leo S.R.E. Camerarius, Alexand. II.
Leo Presbyter Card. Greg. VII.
Leo Diac. Card. Vrban. II.

Leo Epiſcopus Card. Veliternus, Paſchalis II.
Leo Epiſc. Card. Albanus, Paſch. II.
Leo Canon. Regul. Innoc. III.
Leonardus Epiſcopus Albanus, Boniſac. VIII.
Philippus de Lenis, Gallus, Xyſt. IV.
Lictifredus tt. Veſtinæ, Honor. II.
Garzias Loayſa, Hiſpan. ord. Prædicat. Clem. VII.
Io. Lofredi Luxinienſis, Gallus, Monachus, Pius II.
Guillelmus Longus Bergomas, Cœleſtinus V.
Ioannes Lopes Valentinus, Alexand. VI.
Rainaldus Loporta, Gallus, Ioan. XXII.
Carolus Lotharingus, Gallus, Paul III.
Fridericus Lotharingus, Gallus, Leo IX. *Cancellarius.*
Ioannes Lotharingus, Gallus, Leo X.
Thomas Lucanus Sergianen. Eug. IV.
Lucas tt. Pammachii, Innoc. II.
Lodouicus Miſnenſis, Vrban. VI.
Lodouicus Archiepiſcopus Tarentin. Greg. XII.
Lodouicus Epiſcopus Lauſanenſis, Fel. V. *Antipapa.*
Lodouicus Portugallenſis, Fel. V. *Antipapa.*
Petrus de Luna Hiſpanus, Gregor. XI.
Bernardinus de Lunate, Alexand. VI.
Lodouicus de Lucemburgo, Gallus, Eugen. IV.
Petrus de Lucemburgo, Gallus, Clem. VII. *Antipapa.*
Philippus de Lucemburgo, Alexand. VI.

M.

Chriſtophorus Madruccius Tridentin. Paulus III.
Bernardinus Maffeus Rom. Paul. III.
Maginulphus Romanus, Clem. III. *Antipapa.*
Mainardus Campanus Monach. Caſſin. Leo IX.
Ioannes Malabranca Rom. Clem. III.
Latinus Malabranca, ord. Prædic. Nic. III.
Guido de Maloſicco, Gallus, Greg. XI.
Andreas Malpilia Florentin. Clem. VI.
Bonifacius de Manatis Neapolitanus; Ben. XIII. *Antipapa.*
Thomas de Manatis, Clem. VII. *Antipapa.*

Mancius Archidiaconus, Leo IX.
Guillelmus de Mandagoto, Gallus, Clemens V.
Manfredus tt. S. Sabinæ, Cœleſt. II.
Manfredus Epiſcopus Præneſtinus, Alexand. III.
Haymericus de Manbaco, Clem. VII. *Antipapa.*
Alphonſus Manricus, Hiſpan. Clem. VII.
Ennecus Manricus, Hiſpan. Paul. III.
Lucas Manzolus Florentin. ord. Humiliat. Greg. XII.
Landulphus Maramaurus Neapolitan. Vrb. V. Bon. IX.
Eberardus de la Marcha Germanus, Leo X.
Marcus Viterbienſis, ordinis Minorum, Vrban. V.
Ioannes de Margaritis, Hiſpanus, Xyſtus IV.
Marinus Vicecancellarius, Innocent. IV.
Marinus de Amalphia, Vrban. VI.
Chriſtophorus Maronius Romanus, Bonifac. IX.
Leo Marſicanus Campanus, Monachus Caſſinas, Paſch. II.
Oderiſius ex Comitibus Marſorum Campanus, Monach. Caſſin. Nicol. II. *Abbas Caſſin. Vrb.* II.
Raipaldus ex Comitibus Marſorum, Abbas Caſſin. Innoc. II.
Theodinus ex Comitib. Marſorũ, Monach. Caſſin. Alex II.
Bartholomæus Martini, Hiſpanus, Alexand. VI.
Martinus tt. S. Stephani in Cœlio monte, Innoc. II.
Martinus Vicecancellarius, Greg. IX.
Martinus Luſitanus, Clemens VII. *Antipapa.*
Georgius Martinuſius Hungarus, Iulius III.
Alexander de Maſſouia Polonus, Fel. V. *Antipapa.*
Matthæus S. Hadriani, Calliſt. II.
Matthæus Epiſcopus Card. Albanus, Honor. II.
Matthæus tt. Eudoxiæ, Honor. II.
Matthæus S. Hadriani, Honor. II.
Matthæus tt. S. Marcelli, Alexand. III.
Matthæus Canonic. Regul. Alexand. III.
Matthæus S. Theodori, Innoc. III.
Matthæus Germanus, Greg. XII.
Matthæus Sedunenſis, Iulius II.
Mauritius Epiſcopus Card. Portuenſis, Vrban. II.

Petrus

Petrus Maurocenus Venetus, Gregorius XII.
Raymundus Mayroſius Martin. V.
Hippolytus Medices Florentinus, Clemens VII.
Ioannes Medices Florentinus. Innoc. VIII.
Io. Angelus Medices Mediolanenſis, Paul. III.
Iulius Medices Florentinus, Leo X.
Ioannes de Mela Tamoren. Calliſt. III.
Melior S.R.E. Camerarius, Luc. III.
Coſmatus Melioratus Sulmonen. Bonif. IX.
Coſmus Melioratus, Abbas Farſenſis, Xyſt. IV.
Ioannes Melioratus Sulmonenſis, Innocent. VII.
Io. Baptiſta Mellinus Romanus, Xyſtus IV.
Antonius de Mondon, Gallus, Paul. III.
Didacus Fhurtadus de Mendozza Hiſpan. Alex. VI.
Ennecius de Mendozza Hiſpanus, Clemens VII.
Franciſcus de Mendozza, Paul. III.
Petrus Gundiſſaluus de Mendozza, Xyſt. IV.
Iacobus de Mentenayo, Gallus, Clem. VII. *Antipapa.*
Ioannes de Mercone Piſanus, Eug. III.
Ioannes Andreas Mercurius Siculus, Iulius III.
Stephanus Gabriel, Merinus Hiſpanus, Clem. VII.
Bartholomæus Mezzauacca Bononien. Vrb. VI. *Bon.* IX.
Michael Tholoſanus Vicecancellarius, Vrb. IV.
Ioannes Michael Venetus, Paul. II.
Fabius Mignanellus Senenſis, Iul. III.
Lodouicus Milanus Valentinus, Calliſt. III.
Milo Epiſcopus Præneſtinus, Vrban. II.
Ioannes de Minolis Gallus, Clem. VII. *Antipapa.*
Henricus Minutolus Neapolitanus, Bonifac. IX.
Nicolaus Miſcinus Neapolit. ord. Prædic. Vrb. VI.
Galhardus de Mola, Gallus, Ioan. XXII.
Ioannes Monachi, Gallus, Cœleſt. V.
Hugo Rogerii Monſtrius, Gallus, Clemens VI.
Petrus Rogerii Monſtrius, Gallus, Bened. XII.
Petrus Rogerii Monſtrius, Gallus, Clemens VI.
Petrus de Monte acuto, Clem. VII. *Antipapa.*

Digitized by Google

Gregorius de Monte Carello, Clem. III.
Bertrandus de Monte Fauentio, Ioannes XXII.
Gentilis de Monte Floris, ord. Minorum, Bon. VIII.
Guido de Monte Forti, Gallus, Clem. VI.
Hugo de Monte Longo, Gallus, Gregorius XI.
Arnaldus de Monte Maiori, Vrb. V.
Antonius de Monte S. Sabini Tuſcus, Julius II.
Chriſtophorus de Monte S. Sabini, Julius III.
Innocentius de Monte S. Sabini, Jul. III.
Joannes Maria de Monte S. Sabini, Paulus III.
Petrus de Monturuco, Innoc. VI. *Vicecancellarius.*
Rainulphus de Monturuco, Gallus, Vrban. VI.
Albertus de Mora Beneuentan. Hadr. IV. *Cancellarius.*
Petrus de Mora Beneuentanus, Innocentius III.
Guido Moricotus Piſanus, Innoc. II. *Cancellarius.*
Henricus Moricotus, Monachus Ciſtertien. Eug. III.
Jo. de Morlandinis, Gallus, ord. Prædic. Clem. VI.
Joannes Moronus Mediolanen. Paul. III.
Petrus de Mortuo Mari, Gallus, Ioannes XXII.
Moyſes Canonic. Lateranen. primus Cancellarii Vicem agens, Gregorius VIII.
Joannes de Muro, ord. Minorum, Bonifac. VIII.

N.

Stephanus Nardinus Foronilienſis, Xyſtus IV.
Natro Presb. Card. Greg. VII.
Nicolaus Abbas S. Silueſtri Romæ, Clemens III. *Antipapa.*
Nicolaus Abbas S. Pancratii Romæ, Clem. III. *Antipapa.*
Nicolaus tt. Pammachii, Paſch. II.
Nicolaus Diac. Card. Innocent. II.
Nicolaus tt. S. Cyriaci in Thermis. Cœleſt. II.
Nicolaus Anglicus, Canon. Regul. Eugen. III.
Nicolaus Diac. Card. Clem. III.
Nicolaus Epiſcopus Tuſculanus, Innocentius III.
Nicolaus S. Mariæ in Aquiro, Honor. III.
Nicolaus tt. S. Marcelli, Greg. IX.

Nicolaus Pariſienſis, Gallus, Cœl. V.
Nicolaus Pratenſis Tuſcus, ord. Prædicat. Ben. XI.
Rodulphus Nigellus Piſanus, Lucius III. *Clem.* III.
Robertus Nobilis Politianen. Iul. III.
Gulelmus Noueletti, Gallus, Greg. XI.
Arnaldus Nouelli Gallus, Clem. V. *Vicecancellarius.*
Io. de Nouo Caſtro, ord. Prædic. Clem. VII. *Antipapa.*
Chriſtophorus Numanus Foroiulien. ord. Minorum, Leo X.

O.

Octauianus Presbyter Card. Clem. III. *Antipapa.*
Octauianus Romanus, Innoc. III. *Eugen.* III.
Octauianus SS. Sergii & Bacchi, Lucius III.
Octauianus SS. Sergii & Bacchi, Innocent. III.
Ordeonius Epiſcopus Tuſculanus, Nicol. III.
Offo Epiſcopus Card Nepeſinus, Vrban. II.
Alexander Oliua Saxoferratenſis, ord. Eremit. Pius II.
Ricardus Oliuerii Nortmandus, Calliſtus III.
Oliuerius Saxo Germanus, Honor. III.
Petrus Oringa Romanus, Nicol. V. *Antipapa.*
Ganzelinus de Oſſa, Gallus, Ioan. XXII. *Vicecancellarius.*
Iacobus de Oſſa Caturcenſis, Clem. V.
Otho de Caſtillione, Gallus, Monachus Clun. Greg. VII.
Otho Gallus, Epiſcopus Oſtienſis, Vrbanus II.
Otho tt. Paſtoris, Paſch. II.
Otho S. Georgii in Velabro, Innoc. II.
Otho Brixianus, Eugen. III.
Otho de Caſtro Rodulphi, Gallus, Innoc. IV.
Otho Epiſcopus Dertuſenſis, Fel. V. *Antipapa.*

P.

Petrus Patus Anglus.
Theodorus Palæologus, Paulus II.
Antoniottus Palauicinus Genuen. Innoc. VIII.
Ioan. Baptiſta Palauicinus Genuenſis, Leo X.
Andreas Matthæus Palmerius, Neapolit. Clem. VII.
Stephanus Paloſius Rom. Vrban. VI.

Digitized by Google

Antonius Pancerinus Foroiulienſis, *Ioannes* XXIII.
Nicolaus Pandolphinus Piſtorienſis, Leo X.
Pandulphus Piſanus, *Luc*. III.
Cinthius de Papa Rom. Hadrian. IV.
Gregorius de Papa Canon. Regul. Vrban. II.
Gregorius de Papa Rom. Innoc. II.
Rollandus Papono Senenſis, Eug. III.
Ioannes Paparonus Rom. Eug. III.
Papinianus Epiſcopus Parmen. Vicecancellarius.
Aſcanius Pariſianus Tolentinas, *Paulus* III.
Stephanus de Pariſiis, *Gallus, Vrban. V.*
Petrus Paulus Pariſius Conſentinus, *Paulus* III.
Siluius Paſſerinus Cortonenſis, Leo X.
Paſtor de Albenaco, Gallus, ord. Minorum, *Clem*. VI.
Petrus Patciecus Hiſpan. Paul. III.
Philippus Patha de Cabaſſole, Gallus, Vrb. V.
Paulus Primicerius, Clem. III. *Antipapa.*
Paulus Presbyter tt. S. Xyſti, *Vrban*. II.
Pelagius Epiſcopus Card. Albanus, *Innoc*. III.
Arnaldus de Pelagrua, *Gallus*, *Clem. V*.
Bonauentura de Peraga Patauin. ord. Eremit. Vrban. VI.
Raimundus Peraululi Sanctonen. Alexand. VI.
Petrus Peregroſſus, Mediolanen. Nicol. IV. *Vicecancellar.*
Ricardus Petronus Senenſis, *Bonifac*. VIII.
Alphonſus Petruccius Senen. Iul. II.
Raphael Petruccius Senen. Leo X.
Petrus S.R.E. Cancellarius, & Bibliothecarius, *Leo* IX.
Petrus Epiſcopus Card. Tuſculanus, Leo IX.
Petrus Romanus, Alexand. II. *Greg*. VII. *Cancellarius.*
Petrus Epiſcopus Portuen. Clem. III. *Antipapa.*
Petrus Presbyter Card. Clem. III. *Antipapa.*
Petrus tt. Equitii, Vrban. II.
Petrus Epiſcopus Portuenſis, *Paſchalis* II.
Petrus Piſanus, *Paſch*. II.
Petrus Diacon. Card. S. Hadriani Paſchal. II.
Petrus Petrileonis Romanus, Paſch. II. *Calliſt*. II.

Petrus

Petrus Burgundus, Calliſt. II.
Petrus tt. Equitii, Honor. II.
Petrus tt. S. Anaſtaſiæ, Honor. II.
Petrus S. Hadriani, Honor. II.
Petrus tt. S. Euſebii, Anacl. II.
Petrus Piſanus, monachus Caſſin. Anacletus II.
Petrus Epiſc. Card. Albanus, Innoc. II.
Petrus tt. Paſtoris, Innoc. II.
Petrus S. Mariæ in Aquiro, Innoc. II.
Petrus S. Mariæ in Porticu, Innoc. II.
Petrus S. Mariæ in via Lata, Luc. II.
Petrus S. Euſtachii, Hadr. IV.
Petrus Epiſc. Card. Tuſculan. Alex. III.
Petrus tt. S. Chryſogoni, Alex. III.
Petrus tt. Damaſi, Alex. III.
Petrus Veronenſis tt. S. Suſannæ, Alex. III.
Petrus S. Mariæ in Aquiro, Alex. III.
Hugo Petrileonis Romanus, Alex. III.
Petrus Placentinus, Luc. III. *&* *Clem.* III.
Petrus tt. S. Clementis, Clem. III.
Petrus tt. Eudoxiæ, Clem. III.
Petrus tt. Damaſi, Innoc. III.
Petrus S. Mariæ in Aquiro, Innoc. III.
Petrus Epiſc. Card. Sabin. Hon. III.
Petrus de Capua, Honor. III.
Petrus S. Georgii in Velabro, Hon. III.
Petrus tt S. Marcelli, Innoc. IV.
Petrus de Tarantaſio, ord. Prædicat. Greg. X.
Petrus de Aquila, Abbas Caſſinenſis, Cœleſt. V.
Petrus Gallus, Abbas S. Seueri, Clem. V.
Petrus Hiſpanus, Vrb. VI.
Petrus Philareti, Cretenſis, ord. Minorum, Innoc. VII.
Guillelmus Philaſterii, Gallus, Ioannes XXIII.
Ennius Philonardus de Baucco, Paulus III.
Philippus Epiſc. Card. Praneſtinus, Nicol. III.
Philippus Anglus, Greg. XII.

Philippus Archiepiſcopus Turonenſis, Fel.V. Antipapa.
Æneas Siluius Picolomineus Senenſis, Calliſt.III.
Franciſcus Picolomineus, Pius II.
Joannes Picolomineus Senenſis, Leo X.
Pictauinus Gallus, Epiſc. Albienſis, Clem.VI.
Sebaſtianus Pighinus Regien. Jul.III.
Pileus de Pratis Concordien. Vrb.VI. Bon.IX.
Franciſcus Piſanus Venetus, Leo X.
Rainaldus Piſſicellus, Neapolitanus, Calliſt.III.
Rodulphus Pius Carpenſis, Paul.III.
Jo. de Placentinis, Gallus, Clem.VII. Antipapa.
Bertrandus de Podietto, Gallus, Jo.XXII.
Gerardus de Podio, Abbas, Greg.XI.
Auxias de Podio, Hiſpan. Xyſt.IV.
Lodouicus Podocatarius Cyprius, Alex.VI.
Joan. Poggius Bononien. Jul.III.
Reginaldus Polus Anglus, Paul.III.
Pono tt. S. Anaſtaſiæ, Alex.II.
Ferdinandus Ponzettus Florentinus, Leo X.
Ardicinus de la Porta Nouarienſis, Mart.V.
Ardicinus iunior de la Porta, Innoc.VIII.
Franciſcus Pragnanus Neapol. Vrb.VI. Vicecancellarius.
Antonius de Prato, Abbas Fiſcanenſis, Leo X.
Antonius de Prato, Gallus, Clem.VII.
Petrus de Prato, Gallus, Jo.XXII. Vicecancellarius.
Presbyter tt. Paſtoris, Presb. Card. Innoc.II.
Antonius Puccius Florent. Clem.VII.
Laurentius Puccius Florent. Leo X.
Robertus Puccius Florent. Paul.III.
Jacobus Puteus Nicienſis, Jul.III.

Q.

Franciſcus Quignones Hiſpanus, ord. Minorum, Clem.VII.

R.

R.... S. Euſtachii, Greg.IX.
Joannes Raimundi, Gallus, Jo.XXII.

Raimundus S. Mariæ in via Lata, Hadrian. IV.
Raimundus Vebenſis, Gallus, Jo. XXII.
Rainaldus Abbas Caſſinenſis, Cæl. III.
Rainaldus Cancellarii vicem agens, Innoc. III.
Rainaldus pro Cancellario, Innoc. III.
Rainerius tt. S. Priſcæ, Innoc. II.
Rainerius S. Hadriani, Alex. III.
Rainerius Papienſis, Alex. III *Luc.* III.
Rainerius prior S. Fridiani, Vicecancell. primus Hon. III.
Rainerius ord. Prædicat. Vicecancellarius, Greg. IX.
Rainus tt. SS. Marcellini & Petri, Paſch. II.
Dominicus Ram Hiſpanus, Martin. V. *Eugen.* IV.
Gabriel Rangonius Mutinenſis, ord. Minorum, Xyſt. IV.
Hercules Rangonius Mutinen. Leo X.
Scipio Rebiba Siculus, Paul. IV.
Reginerus Bleranus Tuſcus, monach. Cluniacen. Greg. VII.
Franciſcus Remolinus, Valentinus Hiſpan. Alex. VI.
Nicolaus de Reſſa, Gallus, Clem. VI.
Joannes Reumanus Vaſco, Gallus. Paulus IV.
Arditio Reuoltella Mediolanenſis, Eug. III.
Petrus Riarius Sauonenſis, ord Minorum, Xyſt. IV.
Raphael Riarius Sauonen. Xyſt. IV.
Ricardus Gallus, Abbas S. Victoris Maſſiliæ, Alex. II.
Ricardus Epiſc. Card. Albanus, Paſch. II.
Joannes Riccius Politianenſis, Jul. III.
Riſus Presb. Card. tt. Damaſi, Vrban. II.
Ribaldus Epiſc. Mutinen. Innoc. II.
Ademarus Roberti Lemouicenſis, Clem. VI.
Robertus Paſienſis, Vrb. II.
Robertus tt. S. Clementis, Calliſt. II.
Robertus S. R. E. Cancellarius, Innoc. II.
Robertus tt. S. Stephani in Cœlio monte, Innoc. III.
Robertus monach. Ciſtertien. Cœl. V.
Robertus Anglus, Jo. XXIII.
Robertus Britto, Jul. II.
Andoinus de Roca Abbas Cluniacenſis, Innoc. VI.

Rodulphus Epiſc. Ortanus, Innoc. II.
Rodulphus S. Luciæ in Septiſolio, Cœleſtinus II.
Rodulphus Gallus, Vrb. IV.
Nicolaus Rodulphus Florent. Leo X.
Rogerius tt. S. Anaſtaſiæ, Innoc. III.
Rollandus Gallus, electus Dolenſis, Lucius III.
Rollandus Vicecancell. Vrb. IV.
Romanus Presbyt. Card. Clem. III. *Antipapa.*
Roman. S. Mariæ in Porticu, Paſch. II.
Romanus Diac. Card. Clem. III. *Cœleſt* III.
Romanus Diac. Card. S. Angeli, Innoc. III. *Greg. IX.*
Ianfridus de Ronyl, Bened. XIII. *Antipapa.*
Virgilius Roſarius Spoletan. Paul. IV.
Roſcemanus Campanus, monach. Caſſin. Paſch. II.
Nicolaus Roſſelli, ord. Prædic. Innoc. VI.
Petrus de Roſſemburgo Boemus, Vrban. VI.
Ioannes Rothlandi, Gallus, Clem. III. *Antipapa.*
Bartholomæus Roverella Ferrarienſis, Pius II.
Lodouicus Rubeus Florent. Leo X.
Rufinus Epiſcopus Ariminenſis, Clem. III.
Rainerius de Rufo, Gallus, Io. XXII.
Petrus Rufus, Gelaſius II.
Ioannes de Rupeſciſſa, Martin. V.
Ruſticus Archipresbyter S. Petri, Honorius II.
Chriſtophorus de Ruuere Taurinus, Xyſt. IV.
Dominicus de Ruuere, Xyſt. IV.
Franciſcus de Ruuere, ord. Minorum, Paul. II.
Iulianus de Ruuere Sauonenſis, Xyſt. IV.
Iulius de Ruuere Vrbinas, Paul. III.

S

Bartholomæus Sabellus Romanus, Honor. III.
Cincius Sabellus, Cœleſt. III. *& Innocent.* III.
Iacobus Sabellus, Innoc. IV.
Iacobus Sabellus, Paul. III.
Io. Baptiſta Sabellus Roman. Xyſt. IV.
Iacobus Sadoletus Mutinen. Paul. III.

Galdinus de Sala Mediolanenſis, Alex. III.
Martinus de Salegiis, Clem. VII. *Antipapa.*
Amadeus de Sallucio, Clem. VII *Antipapa.*
Joannes Saluiatus Florent. Leo X.
Gentilis de Sangro Neapolitanus, Urban. VI.
Oderiſius de Sangro, Campanus Abbas Caſſin. Paſch. II.
Henricus de S. Alloſio Mediolan. Eugen. IV.
Dauid de S. Andrea Scotus, Paulus III.
Hugo de S. Caro Burgundus, ord. Prædic. Innoc. IV.
Jo. Antonius de S. Georgio Mediolanen. Alex. VI.
Helias de S. Heredio, Gallus, Innoc. VI.
Hugo de S. Marciali, Gallus, Innoc. VI.
Joannes de S. Paulo, Cæleſt. III. *Innoc.* III.
Nicolaus de S. Saturnino, ord. Prædic. Clem. VII. *Antipapa.*
Antonius Sanſeuerinus Neapolitanus, Clem. VII.
Fridericus Sanſeuerinus, Innoc. VIII. *Leo X.*
Stephanus Sanſeuerinus, Urb. VI.
Faccius Sanctorius Viterbien. Iul. II.
Petrus Sarmentus, Hiſp. Paul. III.
Joannes Michael Sarraconius Neapolitanus, Jul. III.
Petrus Saſſo Anagninus, Innoc. III.
Bendinellus Sauilus Genuen. Jul. II.
Sbigneus Polonus, Eug. IV. *Fel.* V. *Antipapa.*
Lodouicus Scarampus Patauinus, Eugen. IV.
Paulus Scholaris Roman. Alex. III.
Petrus Schounembergbus Germanus, Eugen. IV.
Jo. Jacobus Sclafenatus Mediolanenſis, Xyſt. IV.
Nicolaus à Scombergh Germanus, ord. Prædic. Paul. III.
Bernardinus Scotus Sabinus, Paul. IV.
Jacobus Serra Valentinus, Alex. VI.
Petrus Serra Hiſpanus, Bened. XIII. Antipapa.
Seruidus pro Cancellario, Clem. III. *Antipapa.*
Franciſcus Sfondratus Cremonenſis, Paul. III.
Aſcanius Maria Sfortia Mediolan. Xyſt. IV.
Guido Aſcanius Sfortia, de S. Flora, Paul. III.
Sigizzo tt. S. Xyſti, Paſch. II.

Digitized by Google

Sigizzo Iunior Honor. II.
Ioan. Siliceus Hiſp. Paul. IV.
Siluinus S. Luciæ in Septiſolio Anacletus II.
Michael Siluius Portugallen. Paul. III.
Simon Abbas Sublacenſis, Hadr. IV.
Simon Gallus, Vrban. IV.
Simon de Bria, Gallus, Vrb. IV.
Simon Gallus, Cæleſt. V.
Simon Gallus, monach. Cluniacenſis, Cæleſt. V.
Hieronymus Simonellus Vrbeuetanus, Iul. III.
Iacobus Simoneta Mediolan. Paul. III.
Franciſcus Soderinus, Florentinus, Alex. VI.
Soffredus S. Mariæ in via Lata, Lucius III.
Petrus Soracinacus, Clem. VII. Antipapa.
Lodouicus Spinay, Gallus, Innoc. VIII.
Auguſtinus Spinola Sauonen. Clem. VII.
Franciſcus Sparts Aureolenſis, Alex. VI.
Petrus de Stagno, Gallus, Vrb. V.
Stantius tt. S. Sabinæ, Innoc. II.
Berengarius Stedelli, Gallus, Clem. V.
Io. Stephaneſcus Roman. Vrb. VI.
Stephanus Abbas S. Gregorii de Vrbe, Leo IX.
Stephanus monach. Caſſinas, Leo IX.
Stephanus S. Luciæ in Silice, Paſch. II.
Stephanus S. Mariæ in Coſmedin, Calliſt. II.
Stephanus S. Luciæ in Orphea, Caii II.
Stephanus tt. Damaſi, Anacl. II.
Stephanus Cathalaunenſis, monach. Ciſtertien. Innoc. II.
Stephanus Anglus, Innoc. III.
Stephanus S. Hadriani, Innoc. III.
Stephanus Archipresb. S. Petri, Greg. IX.
Stephanus Hungarus, Innoc. IV.
Stephanus Pariſienſis, Clem. V.
Laurentius Stroccius Florentinus. Paul. IV.
Amadeus Subaudienſis, Nicol. V.
Conradus de Suburra Roman. Hon. II.

Greg.

Gregorius de Subura, Anaſtaſ. IV.
Guillelmus Sudre, Gallus, ord. Prædic. Vrban. V.
Franciſcus Symenes Hiſp. ord. Minorum, Iul. II.

T.

Talairandus Comes Petragoricenſis, Gallus, Io. XXII.
Ioannes *Taliacotius Neapolit. Eug.* IV.
Petrus Taliauia Siculus, Iul. III.
Galeottus Tarlatus Aretinus, Vrb. VI. Clem. VII. Antipapæ.
Gregorius Tarquinius, Calliſt. II.
Ioan. Tauera Hiſpanus, Clem. VII.
Guillelmus Teſta Gallus, Clem. V.
Petrus Textoris Gallus, Ioan. XXII. Vicecancellarius.
Franciſcus Thebaldeſcus Roman. Vrb. V.
Iacobus Thebaldus Romanus, Call. III.
Theobaldus tt. Pammachii Vrb. II.
Theobaldus S. Mariæ nouæ, Vrban. II.
Theobaldus Gallus, Abbas Cluniacen. Lucius III.
Theodericus Abbas Farfenſis, Clem. III. *Antipapa.*
Theodericus Vrbeuetanus, Bonif. VIII.
Theodeuinus Germanus, Innoc. II.
Theodinus Campanus, Vrb. II.
Theodinus Episc. Portuenſis, & S. Rufinæ, Alex. III.
Thomas Mediolanen. Canonic. Regul. Innoc. II.
Thomas Diac. Card. Innoc. II.
Thomas pro Cancellario, Innoc. III.
Thomas de Capua Campanus, Innoc. III.
Thomas Eremita Cœleſtin. V.
Thomas Anglus, ordinis Prædicatorum, Bened. XI.
Thomas Neapolitan. Ioan. XXIII.
Thomas Anglus, Io XXIII.
Thomas Anglus, Paul II.
Petrus Tomacellus Neapol. Vrban. VI.
Tranſimundus pro Cancellario, Vrban. III.
Antonius Triuultius Mediolanenſis, Paul. IV.
Auguſtinus Triuulcius, Leo X.
Ioannes Antonius Triuultius, Alex. VI.

Digitized by Google

Scaramutia Triuultius, Leo X.
Otho Trueſes Germanus. Paul. III.
Nicolaus Tudeſcus Abbas Panhormitan. Fel. V. Antipapa.
Bertrandus de Turre, Gallus, ord. Minorum, Jo. XXII.
Bernardus de Turre, Gallus, Clem. VI.
Joannes de Turre, Gallus, Abbas Gregorius XI.
Joannes de Turre cremata, ord. Prædicatorum, Eug. IV.
Petrus de Turego, Gallus, Clemens VII. Antipapa.
Franciſcus de Turnone, Gallus, Clemens VII.
Joannes Mincius, de Comitibus Tuſculanis, Leo IX.
V.
Valentinus Hungarus, Vrb. VI.
Petrus Valerianus Priuernas, Bonif. VIII. Viceecancellarius.
Andreas de Valle, Romanus, Leo X.
Valranus Epiſcopus Traiectenſis, Felix V. Antipapa.
Stephanus de Varada, Hungarus, Paulus II.
Lodouicus de Varambone, Fel. V. Antipapa Nic. V.
Vaſſ. . . . Diac. S Mariæ in Aquiro, Innoc. II.
Fortanerius Vaſſelli, Gallus, ord. Min. Innoc. VI.
Octauianus Vbaldenus Florentinus, Innoc. IV.
Vbaldus Epiſc. Card. Sabinus, Alex. II.
Vbaldus tt. Pammachii, Innoc. II.
Vbaldus S. Mariæ in via lata, Innoc. II.
Vbertus Tullenſis, Gallus, monach. Leo IX.
Vbertus Epiſc. Card. Præneſtinus, Alex. II.
Bernardus Vbertus Florent. monach. Vrb. II.
Vbertus tt. S. Sabinæ Paſch. II.
Vbertus tt. S. Clementis Honor. II.
Vbertus tt. Damaſi, Luc. III.
Wenceſlaus Epiſcop. Vratiſlauienſis, Vrban. VI.
Antonius Jacobus Venerius Recanaten. Xyſt. IV.
Joannes de Veneur Gallus, Clem. VII.
Antonius Veneriz Hiſpan. Hon. XIII. Antipapa.
Joannes Vera Valentin. VI.
Hieronymus Verallus Romanus, Paul. III.
Guillelmus de Vergego, Gallus, Clem. VII. Antipapa.
Petrus de Verucho, Gallus, Greg. XI.
Arnal-
Digitized by Google

Arnaldus de Veza Caturcen. Ioa. XXII.
Iacobus de Veza, Gallus, Ioan. XXII.
Vibianus tt. S. Stephani in Cœlio monte.
Ioannes Vicecomes Placentinus, Gregor. X.
Ioan. Vicecomes Mediolan. Nicol. V. *Antipapa.*
Vicedominus de Vicedominis Placentin. ord. Min. Gregor. X.
Guillelmus Raimundus Vich. Leo X.
Thomas de Vio Caietanus, ord. Præd. Leo X.
Vincentius Epiſcopus Portuenſis, Paſchal. II.
Vincentius Polonus, Fel. V. *Antipapa.*
Villanus tt. S. Stephani in Cœlio monte, Lucius II.
Carolus de Viries, Bened. XIII. *Antipapa.*
Iacobus de Viſſ... Clement. VII. *Antipapa.*
Raimundus de Viſſ... Clem. VI.
Vitalis Epiſcopus Card. Albanus, Paſch. II.
Ioannes Vitelleſchus Cornetanus, Eugen. IIII.
Vitellus SS. Sergii & Bacch. Alex. III.
Vitellotius Vitellius Tiphernas, Paulus IIII.
Iacobus de Vitriaco Canon. Regul. Gregor. IX.
Thomas Vlcer Anglus, Leo X.
Vldaritus tt. Pammachii, Honor. II.
Bartholomæus Vliarius Patauin. ord. Minorum, Bonon. IX.
Marcus Vogerius Saiionen. ord. Minorum, Iul. II.
Conradus de Vrach, German. Abbas Hono. III.
Baptiſta Vrſinus Romanus, Xyſt. IIII.
Franciottus Vrſinus Romanus, Leo X.
Franciſcus Vrſinus Romanus, Bonifac. VIII.
Iacobus Vrſinus Romanus, Greg. XI.
Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus, Innocen. IIII.
Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus, Ioan. XXII.
Iordanes Vrſinus, Eugen. III.
Iordanus Vrſinus, Clemens III.
Iordanus Vrſinus, Nicolaus III.
Iordanus Vrſinus, Innoc. VII.

Digitized by Google

Latinus Vrſinus Roman. Nicol. V.
Matthæus Rubeus Vrſinus, Vrba. IV.
Matthæus Vrſinus ord. Prædicat. Ioan. XXII.
Neapoleo Vrſinus, Nicolaus IV.
Poncillus Vrſinus, Vrban. VI.
Raimundulus Vrſinus, Clemens VI.
Thomas Vrſinus Romanus, Vrban. XI.

Y

Ymarus Epiſcopus Card. Tuſculanus, Innoc. II.

Z

Franciſcus Zabarella Patauinus, Ioan. XXIII.
Baptiſta Zeno Venetus, Paulus II.

ONV-

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS FRATRIS EREMITÆ AVGVSTINIANI,

DE EPISCOPATIBVS, TITVLIS, ET DIACONIIS CARDINALIVM, LIBER;

AD ALEXANDRVM FARNESIVM DIAconum Cardinalem, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Cancellarium.

QVum ad primæ totius inſtituti mei partis finem deuenerim Alexander Cardinalis ampliſſime, conueniens eſſe exiſtimaui, vt de Epiſcopatibus, Titulis, & Diaconiis Cardinalium, de quibus abundè in libro quem de eorum origine ſcripſi, verba feci, quàm breuiſſimè diſſererem, quod in hoc libro ſæpius repetantur; idemq; titulus quum duobus vel interdum tribus variatis nominib. vocitetur, neceſſaria diſtinctione vt confuſio euitetur opus habeat. Res denique maximè huic parti conſentanea erit, quæ de Cardinalibus præcipuè eſt. Et quoniam tres Clericorum ordines, Cardinalium ſibi cognomen aſſumpſere, in eis explicandis temporum ordinem ſequi decreui; quum enim primo Presbyteri, mox Diaconi, & longo tempore poſt Epiſcopi Cardinales appellari cœperint; primo loco de Presbyteris & eorum titulis, deinde de Diaconis, & eorum Diaconiis, poſtremo de Epiſcopis & eorum Epiſcopatibus verba faciam.

Digitized by Google

Tituli igitur erant templa, vel vt nunc dicitur, Eccleſiæ, ſiue loca ſacra in Sanctorum honorem aut memoriam erecta, & per Vrbis regiones à Romanis Pontificibus antiquitus diſtincta, in quibus animarum cura à Presbyteris in eis commorantibus habebatur. Quibus qui præerant Presbyteri appellabantur Cardinales; hoc eſt, principales, ſimilitudine à quatuor ventis Cardinalibus, id eſt, vt ait Seruius ſuper Virgilium, principalibus, deducta. Quum enim in vnoquoque titulo plures eſſent Clerici, qui Sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præſto eſſent, vt Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri, is qui omnib. præerat Presbyter à cæteris Clericis illius tituli, vel à Romano Pontifice creatus, dicebatur Cardinalis, quod omnium dignior principaliorue eſſet in eo titulo commorantium, cæteroſq; Clericos regeret vel gubernaret in titulo ſibi commiſſo viuentes. De quorum origine breuiſſimè tractaturus, res eſt paulò altius repetenda. Quum beatiſſimus Apoſtolorum princeps Petrus Catholicę Romanæ Eccleſiæ Pontifex Primus, ſacerdotio in Orientalibus Eccleſiis, præcipueq; Hieroſolymis, & Antiochiæ rite inſtituto, in vrbem Romanam Eccleſiam fundaturus veniſſet, ex omni fidelium multitudine, præcipuiſq; noſtræ religionis cultoribus, viros quoſdam ſeniores, bonum teſtimonium ab his qui foris ſunt habentes, plenoſq; Spiritu ſancto, & ſapientia, ſpectatæ fidei, & raræ probitatis, Hieroſolymitanæ, cæterarumq; Eccleſiarum Orientalium more delegit, (hi Clerici appellati ſunt) quos per manuum impoſitionem partim Presbyteros, & partim Diaconos conſecrauit; quorum opera Pontifex ipſe, ſiue Epiſcopus Romanus in inſtruenda creſcente tunc Eccleſia vteretur, quum ei tot millibus hominum ad fidem Chriſti quotidie venientium conſulere non eſſet integrum. Porro autem Presbyterorum & Diaconorum munia, vt pro ſe quiſque ſuum officium & noſceret & impigrè faceret, diuidere in primis conducibile viſum fuit. Itaque ſummam rerum animarum ſcilicet curandarum negocium

Digitized by Google

gocium Presbyteris commiſit, vt Sacramenta eccleſiaſtica plebi Dei adminiſtrantes, orationi & miniſtrationi verbi cum Epiſcopo vacarent. Diaconis autem viduarum, pupillorum, & reliquorum pauperum fidelium ſubueniendorum curam demandauit; eiſque iniunxit, vt Presbyteris quoque ſacra facientibus præſto eſſent. Quorum omnium numerus quum prius modicus & incertus eſſet, ei modum ſtatuere Cletus & Euariſtus Romani Pontifices. Cletus enim (vt auctor eſt ex Damaſo Bibliothecarius) Presbyteros ad certum numerum redegit. Euariſtus verò Apoſtolorum more ad ſeptenarium numerum Diaconos in Eccleſia Romana auxit, quibus etiam iniunxit, vt Epiſcopum prædicantem propter ſtylum veritatis cuſtodirent. Porro autem ne Presbyterorum adminiſtratio in promiſcuo eſſet, idem Euariſtus, qui tertius poſt beatum Petrum Apoſtolum Romanus Pontifex fuit, circa annum à Chriſto nato centeſimum, titulis (vel vt nunc diximus) parœcias in vrbe Roma ipſis Preſbyteris diuiſit, vt ſinguli à ſe inuicem ſecreti in ſua Vrbis regione titulo vel parœcia confuſionis tollendæ cauſa, diuina myſteria populum erudientes, Sacramenta Dei omnibus ad ſe venientibus fidelibus exhiberent; ſingulosque Presbyteros in vnoquoque titulo poſuit; ſufficere enim tum viſum eſt is numerus propter credentium paucitatem. Verum non longè pòſt fidelium quotidie creſcentium multitudine permot⁹ Hyginius Romanus Pontifex, quum tot credentibus non ſufficerent hi, plures in vnoquoque titulo quum Clericos tum Presbyteros eſſe voluit. Hinc autem Presbyterorum Cardinalium, nomen manaſſe crediderim, vt is videlicet eſſet Presbyter Cardinalis, id eſt, principalis, ꝗ cæteris Presbyteris eiuſdem Tituli, (quos plures ab Hyginio factos fuiſſe dixi, quum prius vnus tantum per ſingulos titulos Presbyter fuiſſet) præeſſet: ſatis enim conſtat aliquot annis poſt, ante etiam S. Silueſtri Papæ tempora Cardinalis nomen in Romana Eccleſia vſurpari cœptum fuiſſe; quod non niſi ex Hy-

Digitized by Google

ginii inſtituto oriri potuit, quum antea eo nomine vti opus non eſſet, quod non niſi vnus per ſingulos titulos Presbyter fuiſſet. Poſt Hyginii tempora in Presbyterorum Romanorum titulis, nullam mutationem factam inueni vſque ad Dionyſii Papæ Pontificatum. Nam circa annum Chriſti 260. Dionyſius XXV. poſt Petrum Apoſtolum Pontifex Romanus, Euariſti exemplum ſequutus, quum iam religio Chriſtiana mirum in modum in vrbe creuiſſet, denuo titulos vel parœcias in vrbe Roma, quum eas ampliaſſet, Presbyteris diuiſit, ipſasque quoquiſque ſuis finibus limitibusque continerentur diſtribuit, pluribus per ſingulas vt Hyginius fecerat Presbyteris conſtitutis, Presbyterorum quoque Romanæ Eccleſiæ, curæ, cœmeteria adiunxit, quæ quum plura eſſent, ea inter Presbyteros diſtribuit gubernanda, vt Martyrum ſepulturis conſultum eſſet. Verùm non longè pòſt circa annum Chriſti 305. Marcellus XXIX. poſt Petrum Apoſtolum, Romanus Epiſcopus, titulos vrbis Romæ ab Euariſto antiquitus, & primo Presbyteris datos, numero limitauit decreto ſtatuens xv. in vrbe Roma quaſi Diœceſes eſſe ad Baptiſmatis commoditatem, eorumque opportunitatem, qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebant, quin vt etiam Martyrum ſepulcris conſuleretur, vt auctor eſt ex Damaſo Bibliothecarius; titulos autem Romanos ſiue parœcias ceſſantibus perſequutionibus adauxere, Presbyterosque plures in ſingulis conſtituere, Silueſter qui titulum Equitii; Marcus qui titulum S. Marci; Julius qui titulum S. Mariæ Tranſtiberim liberius; Damaſus qui titulum S. Laurentii; Siricius, Anaſtaſius, Innocentius qui titulum Veſtinæ, fecerunt, & reliqui Pontifices Romani. Quum enim primo infinita Gentilium multitudo, mox vrbs & Italia omnis fidem Chriſti, ſuſcepiſſet, non ſufficientibus xv. Titulis, nec his qui in eis reſidebant Presbyteris, tum ob neceſſitatem, tum ad vrbis & Romanæ Eccleſiæ ornamentum, & maieſtatem, & Titulorum & Presbyterorum in vnoquoq; titulo numerus

auctus

auctus eſt; factiq; ſunt tituli XXVIII. quem numerum nunquam exceſſiſſe vſque ad noſtra tempora ſatis conſtat, & paulò pòſt explicabo. Qui omnes quum Eccleſiæ eſſent vel templa Diuis dicata, nomen ſortiti ſunt vel à ſanctis quibus dedicati erant, vt S. Chryſogoni, S. Cæciliæ, S. Anaſtaſiæ, S. Marci, & ſimilium: vel ab eis hominibus qui ipſos erexerunt, vt Calliſti, Damaſi, Equitii, Paſtoris, Veſtinæ, Eudoxiæ, Lucinæ, Pammachii, & ſimilium. Porro autem XXVIII. Titulorum numerum circa Innocentii I. vel Zoſimi Papæ tempora expletum fuiſſe multis coniecturis & rationibus ductus, crediderim. Neque enim facile poſt Zoſimum Papam inueniri poteſt, aliquem Romanorum Pontificum titulum quendam nouum addidiſſe: ſed eos vel mutaſſe vel reſtituiſſe aut exornaſſe tantum inuenitur. Veteres autem XXVIII. tituli, qui ante milleſimum & centeſimum ab hinc annum in vrbe fuerunt, quos tam ex actionibus ſynodi Romanę ſub Symmaco Papa celebratæ, quam ex Anaſtaſio Bibliothecario excepi, ſunt hi:

1 Titulus S. Julii, aliàs S. Calliſti, aliàs SS. Julii & Calliſti, aliàs Calliſti, aliàs S. Mariæ Tranſtiberim.
2 Titulus S. Chryſogoni Tranſtiberim.
3 Titulus S. Cæciliæ Tranſtiberim.
4 Titulus S. Anaſtaſiæ ſub Palatio.
5 Titulus Damaſi, aliàs SS. Laurentii & Damaſi, aliàs S. Damaſi, alias S. Laurentii in Damaſo.
6 Titulus S. Marci ad Palatinas.
7 Titulus Equitii, aliàs S. Silueſtri, aliàs SS. Silueſtri & Martini, aliàs S. Martini in montibus.
8 Titulus S. Sabinæ in monte Auentino.
9 Titulus S. Priſcæ in monte Auentino, aliàs SS. Aquilæ & Priſcæ.
10 Titulus S. Creſcentianæ.
11 Titulus Falciolæ.
12 Titulus S. Caii.
13 Titulus S. Marcelli.
14 Titulus S. Suſannæ ad duas domos, aliàs SS. Gabinii & Suſannæ.

Digitized by Google

15 Baſilica SS. XII. Apoſtolorum, alias Titulus SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi, verum hæc Eccleſia poſterioribus temporibus ſola inter has 28. Baſilica, non titulus dicta eſt.

16 Titulus S. Cyriaci in Thermis Diocletiani.

17. Titulus S. Euſebii.

18. Titulus Paſtoris, aliàs S. Pudentis, aliàs S. Pudentianæ.

19. Titulus Veſtinæ, alias S. Geruaſii & Protaſii, aliàs S. Vitalis.

20. Titulus S. Matthæi in Merulana.

21. Titulus S. Clementis.

22. Titulus S. Praxedis.

23. Titulus Eudoxiæ, aliàs S. Petri ad vincula.

24. Titulus Lucinæ, aliàs S. Laurentii in Lucina.

25. Titulus S. Æmilianæ.

26. Titulus S. Nicomedis.

27. Titulus Pammachii; aliàs SS. Ioannis & Pauli.

28. Titulus Tigride.

Inuenitur quoque ſub Innocentio Papa primo, titulus Byzantii in vrbe Roma, ſed vel idem eſt cum aliquo ſupradictorum, quos multis nominibus vocari videmus, vel tituli dignitatem amiſit, vt pleriſque aliis titulis accidit, atque in eius locum fortè factus fuit titulus Veſtinæ, aliàs S. Vitalis, qui ab eodem Papa Innocentio primo inſtitutus eſt; vt in eius vita auctor eſt Bibliothecarius. Qui autem Romanorum Pontificum, qui ſoli in vrbe Roma erigendi vel transferendi titulos ius habebant, vnumquemque ex ſupradictis, vel poſt dicendis titulis erexerint, explicaui in eo libro quem de Vrbis Baſilicis & Eccleſiis conſcripſi. Quum verò non niſi 28. tituli fuerint, totidem quoque Cardinales Presbyteri, & neque plures neque pauciores fuiſſe neceſſe fuit. ſi enim hi tantum Presbyteri qui titulis præerant Cardinales appellabantur, titulisq; tantum 28. Romæ erant, totidem quoque eſſe Cardinales Presbyteros oportebat. Quod etiam

Digitized by Google

etiam fuiſſe ex multis locis ſatis conſtat, quibus liquet Cardinales Presbyteros ſemper numero quodam certo, & limitato fuiſſe, videlicet 28. Id autem ſpeciatim declarauit Pandulphus Piſanus, Subdiaconus Apoſtolicus, qui vitas Romanorum Pontificum ſcripſit, in electione Gelaſii Papæ II. Durauit autem hæc conſuetudo vt Cardinales Presbyteri XXVIII. eſſent vſq; ad Honorii Papæ II. tempora, & annum Chriſti 1125. quo tempore id obſeruari deſitum: quod qua ratione factum fuerit alibi explicabitur.

Cæterum omnes ſuperiùs relati XXVIII. tituli, ſeptem exceptis noſtris adhuc temporibus extant. Eos enim ſeptem circa Gregorii Papæ I. tempora, ſiue paulò ante, vel obſoleuiſſe, titulosq; eſſe deſiit, vel aliquos ex eiſdem mutatis nominibus cum his aliis ſeptem neceſſe eſt; Deſunt enim titulus S. Creſcentianæ
Titulus Faſciolæ
Titulus S. Caii
Titulus S. Matthæi in Merulana
Titulus S. Æmilianæ
Titulus S. Nicomedis, &
Titulus Tigride.

Pro quibus in actione Synodi Romanæ ſub Gregorio Papa I. celebratæ, & apud Anaſtaſium Bibliothecarium hos ſeptem repoſitos fuiſſe inueni,
Titulum S. Balbinæ in monte Auentino
Titulum SS. Nerei & Achillei
Titulum S. Xyſti
Titulum SS. Marcellini & Petri
Titulum S. Crucis in Hieruſalem
Titulum S. Stephani in monte Cœlio, &
Titulum SS. quatuor Coronatorum.

Qui XXI. priorib. adiuncti, XXVIII. numerum explent, quiq; omnes vno excepto noſtra adhuc ætate extant. Deeſt enim Titulus S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, qui quum præ vetuſtate corruiſſet, eo templo ſolo æquato Ti-

Digitized by Google

tulus à Xyſto IV. ad Eccleſiam SS. Quirici & Julitæ tranſlatus eſt, vbi & nunc quoq; manet.

Cæterum cur tantum XXVIII. Tituli, & non plures neque pauciores ſimul inſtituti fuerint, operæ precium erit explicare, huicq; inſtituto maxime conſentaneum, quum hæc res myſterio non vacet.

Veteres Romani Pontifices, vt habetur ex libro Cameræ Apoſtolicæ, qui appellatur Prouincialis, quinque in vrbe Roma maiores & præſtantiores Baſilicas, vel iam fabricatas eligentes, vel nouas fabricantes eas Patriarchales Eccleſias, palatiaq; illis adiuncta Patriarchia appellauerunt, quæ fuerunt

Baſilica Lateranenſis, quæ & Conſtantiniana; aliàs S. Saluatoris, aliàs S. Joannis appellata eſt.

Baſilica S. Petri in Vaticano.

Baſilica S. Pauli extra muros vrbis via Oſtienſi.

Baſilica S. Mariæ maioris aliàs ad præſepe, &

Baſilica SS. Stephani, & Laurentii extra muros vrbis, via Tiburtina.

Quod etiam refert Joan. Monach. in C. Fundamenta de elect. in VI. his duobus verſiculis:

Paulus, Virgo, Petrus, Laurenſis atq; Joannes,
Hi Patriarchatus nomen in vrbe tenent.

Quod cur fecerint, duplex cauſſa refertur. Prima, quod hæc quinque ſedes Patriarchales, pro quinque præcipuis orbis Patriarchis, honoris gratia fuerint inſtitutæ, vno videlicet indigena, & quatuor aduenis; Romano, qui Laterani; Conſtantinopolitano, qui ad S. Petrum; Alexandrino, qui ad S. Paulum; Antiocheno, qui ad S. Mariam maiorem; & Hieroſolymitano, qui ad S. Laurentium reſiderent: quoties enim contigiſſet generalia Concilia in vrbe celebrari, ad quæ accedere Patriarchæ ipſi tenebantur, vel Patriarchas ipſos pro arduis reipublicæ Chriſtianæ negociis diffiniendis ad vrbem accedere, eorum vnusquiſque Sedem, Palatium videlicet, & Eccleſiam, tanquam in natali ſolo, vel prouincia ſua Romæ haberet

beret præcipuam, quum vrbs ipſa communis totius orbis patria appelletur. Altera ratio quæ mihi longè veriſimilior videtur, eſt, vt per hæc demonſtraretur, Patriarcham, ſiue Pontificem Romanum (qui & ipſe aliquando Patriarcha appellatus eſt) tanquam caput & principem totius orbis Eccleſiarum, alios Patriarchas, qui ſingillatim per ſuas diœceſes totum orbem Chriſtianum regunt & gubernant, ſubditos habere, ac aliis omnibus Sedibus Patriarchalibus præeſſe, vt Eccleſiæ ipſius vniuerſalis vnitas demonſtraretur; per quinque enim Eccleſias Patriarchales videntur, quod vrbes & Romana Eccleſia quinque Patriarchas ipſos, videlicet Romanum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum, & per conſequens vniuerſum orbem repræſentet, & ad eius compoſita fuerit exemplar, quum eas in vrbe habeat Sedes Patriarchales, quæ ſunt in vniuerſo orbe terrarum. Poſſet demum & tertia eiuſmodi rei afferri cauſſa ſuperiori non abſimilis; Eccleſiam Lateranenſem (quæ & Romana dicitur) vniuerſum orbem Chriſtianum ſignificare, & eum q eſt eius Epiſcopus Epiſcopũ quoq; eſſe tot. orbis Chriſtiani, per reliquas verò IV. Sedes quatuor orbis partes deſignari, videl. Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem, quodq; ſicut Papa vel Baſilica Lateranenſis, his quatuor aliis Baſilicis, vel in eis ſedentibus, præeſt, Baſilicæq; Lateranenſis membra ſunt, ſic etiam Papa toti orbi præſit Chriſtiano, quam rem ita eſſe colligitur ex antiqua pictura, quæ fuit in Lateranenſi Patriarchio his ſimulacris expreſſa. Ex his autem Baſilicis, Lateranenſis, aliàs ſancti Saluatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, prima eſt, Romanam Eccleſiam repræſentans, ipſaque eſt Romani Pontificis Sedes, vbi ipſe olim in Patriarchio iuxta eandem Eccleſiam fabricato per mille annos commoratus eſt, videlicet vſque ad Clementis V. Pontificatum, qui in Galliis Romanam curiam tranſtulit, poſt cuius ad orbem reductionem ſub Gregorio XI. Romani Pontifices, nequaquam amplius Laterani,

Digitized by Google

ſed in Patriarchio prope S. Petrum permanſere. Baſilicæ igitur Lateranenſi propter ſuam & Epiſcopi Romani ſupremam excellentiam ſeptem Epiſcopi ex circumuicinis ciuitatibus aſſignati ſunt, qui ſuis ſtatis ſolennibusq; diebus, ſinguli coram Romano Pontifice in eadem Baſilica celebrarent diuina myſteria, vel Pontifici celebranti aſſiſtentes eſſent, atq; ob eam cauſam poſtea Epiſcopi Cardinales, id eſt, principales, quod huic Eccleſiæ & Romani Pontificis miniſterio aſcripti eſſent, appellari cœperunt, quod quo tempore factum fuerit, paulò pôſt exponam. Sunt autem hi VII.

Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, qui ſolus ob conſecrationem Romani Pontificis quæ ad eum pertinet, inter omnes Epiſcopos, in ipſa conſecratione pallio vtitur, cui Eccleſiæ vnita fuit Eccleſia Veliterna,

Epiſcopus Card. Portuenſis.

Epiſcopus Card. SS. Rufinæ & Secundæ, aliàs Siluæ candidæ.

Epiſcopus Cardinalis Sabinus.

Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus.

Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus.

Epiſcopus Cardinalis Albanus.

In hac autem Baſilica, qui vices Papæ ageret, antiquitus erat Prior cum Canonicis Regularibus ordinis S. Auguſtini, nunc habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis & Canonicos ſæculares, ibidem à Bonifacio VIII. Papa, pulſis regularibus conſtitutos.

Secunda Baſilica Patriarchalis, Orientis vel Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ typum gerens, eſt Baſilica S. Petri in Vaticano, quæ habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares, cuius miniſterio, eadem ratione, qua & Baſilicæ Lateranenſi aſſignati ſunt ſeptem Presbyteri Cardinales, quod minoris dignitatis eſſet, quàm Baſilica Lateranenſis, in qua erant Epiſcopi; fuerunt autem

Presby-

Presbyter Cardinalis Tituli S. Mariæ Tranſtiberim
Presbyt. Card. tt. S. Chryſogoni
Presbyt. Card. tt. S. Cæciliæ
Presbyt. Card. tt. S. Anaſtaſiæ
Presbyt. Card. tt. S. Laurentii in Damaſo
Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci
Presbyter Card. tt. S. Martini in Montibus.

Tertia Baſilica Patriarchalis, occidentem vel Eccleſiam Alexandrinam repræſentans, eſt Baſilica S. Pauli Apoſtoli extra muros vrbis via Oſtienſi, quæ pro Rectore habet Abbatem & Monachos ordinis S. Benedicti, cuius Eccleſiæ miniſterio, ob eandem cauſam, qua & Lateranenſi, & S. Petri Baſilicis VII. alii aſſignati ſunt Presbyteri Cardinales, qui fuerunt
Presbyt. Card. tt. S. Sabinæ
Presbyt. Card. tt. S. Priſcæ
Presbyt. Card. tt. S. Balbinæ
Presbyt. Card. tt. SS. Nerei & Achillei
Presbyt. Card. tt. S. Xyſti
Presbyt. Card. tt. S. Marcelli
Presbyt. Card. tt. S. Suſannæ.

Quarta Baſilica Patriarchalis, Septentrionem vel Eccleſiam Antiochenam deſignans, eſt Baſilica S. Mariæ Maioris, quæ habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares, cuius obſequio aſſignati ſunt hi VII. alii Presbyteri Cardinales. videlicet
Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum
Presbyt. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis
Presbyt. Card. tt. S. Euſebii
Presbyt. Card. tt. S. Pudentianæ
Presbyt. Card. tt. S. Vitalis
Presbyt. Card. tt. SS. Marcellini, & Petri
Presbyt. Card. tt. S. Clementis.

Quinta Eccleſia Patriarchalis eſt Baſilica S. Laurentii extra muros via Tiburtina Meridiem vel Hieroſolymitanam Eccleſiam referens, quæ olim habebat Abbatem &

Digitized by Google

Monachos, nunc eſt in commenda, habetq; Canonicos Regulares S. Saluatoris de Scopeto, cuius obſequiis in Miſſis celebrandis aſſignati fuerunt hi VII. reliqui Presbyteri Cardinales, videlicet

Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis
Presbyt. Card. tt. S. Petri ad Vincula
Presbyt. Card. tt. S. Laurentii in Lucina
Presbyt. Card. tt. S. Crucis in Hieruſalem
Presbyt. Card. tt. S. Stephani in monte Cœlio
Presbyt. Card. tt. SS. Joannis & Pauli
Presbyt. Card. tt. SS. quatuor Coronatorum.

Si igitur ſingulis ex his quatuor Baſilicis Patriarchalibus VII. Presbyteri Cardinales aſſignentur, neceſſariò erunt XXVIII. Presbyteri Cardinales, quibus ſi addantur VII. Epiſcopi, erunt XXXV. Cardinales Sacerdotes. Hæc itaque ratio eſt, cur non niſi VII. Epiſcopi Cardinales, & XXVIII. Presbyteri fuerint, quum non niſi totidem fuerint Epiſcopatus & Tituli Cardinalium; cur autem non niſi XXVIII. Tituli fuerint viſum eſt. De Diaconis autem qui & ipſi numero quodam certo & limitato erant; videlicet XVIII. ſuo loco verba faciam.

Perdurauit autem ſic XXVIII. Presbyterorum Cardinalium integer numerus, vt habetur ex Pandulpho Piſano in vita Gelaſii II. vſque ad Honorii Papæ II. tempora, annumque Chriſti 1125. quo tempore religioſus hic ordo paulatim labefactari cœpit, morientibus enim Cardinalibus Presbyteris, tunc primum Titulis ipſis ſuo Rectore orbatis, per Pontificem de nouo Presbytero Cardinali prouideri deſitum, neque vt antiquitus conſuetudo erat, ſtatim in defuncti locum alter amplius non ſubrogabatur Presbyter Cardinalis, quare factum eſt, vt ſenſim numerus Presbyterorum Cardinalium decreſcere cœperit, & adeò diminutus paulatim eſt, vt aliquando tempus fuerit, in quo non niſi duo Presbyteri Cardinales viuentes in collegio eſſent, vt ſub Alexandri Papæ IIII. obitu, & creatione Vrbani IIII.

ni IIII. Cur autem Honorius ipſe II. id primum cœperit, & eius exemplum ſequentes Romani Pontifices imitati ſint, cauſa hæc fuit. Sub prædeceſſore Honorii II. videlicet Calliſto II. pax inter Romanam Eccleſiam & Imperium ſub Henrico V. poſt longiſſimum diſſidium, & multa ſchiſmata ob ſacerdotiorum inueſtituras exorta, reformata fuerat, in qua inter cætera multa cautum fuit, vt Romani Pontificis electio ad Cardinales, Clerumque vrbanum pertineret, neque amplius Imperatores ius aliquod, vt hactenus habuerant, haberent in Romanorum Pontificum creationibus. Quumque ob Cardinalium multitudinem, pleraque ſchiſmata in nouis Romanorum Pontificum creationibus orirentur (nondum enim lex inſtituta erat de duabus partib. Cardinalium) hoc malum repreſſuri Romani Pontifices, Cardinalium numerum paulatim diminuere cœperunt, & qui prius additis XVIII. Diaconis certus & determinatus erat, videlicet quinquaginta trium, ſenſim dilabi & ad incertum numerum reduci cœpit, primo enim ex LIII. ſub Innocentio II. vel Cœleſtino II. XL. eſſe cœperunt, mox XXXV. deinde XXX. poſtea XXV. ad hæc XX. poſt XV. vel X. poſtremo (vt dixi) ad eam paucitatem aliquando redacti ſunt, vt non eſſent niſi VII. Cardinales viuentes, videlicet tres Presbyteri & quatuor Diaconi, vt quando creatus fuit Nicolaus Papa III. Etenim Cardinalium numerus vſque ad id tempus, quo pauciores Cardinales nunquam fuerunt, diminui non deſiit; poſt quod ſenſim augeri cœpit, vt eſſent XV. poſt XX. vt ſub Bonifacio VIII. Auinione deinceps eorum numerus iterum creſcere cœpit, nunquam tamen vſque ad Xyſti IIII. Pontificatum XXX. numerum attigerunt. Præſertim quum in Concilio Conſtantienſi cautum fuerit, ne plures quàm XXIIII. Cardinales viuentes ſimul eſſent. Primus Papa Xyſtus IIII. nulla habita ratione decreti Concilii Conſtantienſis Cardinalium numerum, ſupra omnes prædeceſſores ſuos

Digitized by Google

maxime ampliauit; cuius exemplum optime ſequutus eſt Alexander Papa VI. Nullus tamen horum Pontificum antiquum LIII. numerum exceſſit, vt eſſent videlicet Cardinales plures quàm LIII. quum nec eum numerum attigerint.

Sed omnium Romanorum Pontificum primus fuit Leo X. qui antiqui inſtituti ratione non habita magna illa XXXI. Cardinalium creatione, veterem & antiquum atq; à nullo vnquam Romanorum Pontificum exceſſum numerum LIII. longe ſuperauit. Nam ſub Leone X. plus minus LXV. Cardinales ſimul viuentes fuerunt, quod nunquam alias contigerat poſt fundatã Romanam Eccleſiam. eius exemplum ſequuti ſunt Paulus III. & qui nunc viuit Paulus IIII. prior n. ad LXIII. numerum Cardinales auxit, ſequens ad LXX. quem quoq; numerum nunquam prętereà fuiſſe ſatis conſtat. Quum igitur Presbyteri Cardinales numerum illum XXVIII. exceſſerint, nouis titulis opus fuit, vt nouis illis tribuerentur Cardinalibus, qui XXVIII. numerum exceſſerant, qui per diuerſos Pontifices facti ſunt. Quod etiam ob aliam rationem facere coacti ſunt Romani Pontifices. In Romana enim Eccleſia abuſus inoleuit, vt vnus Cardinalis duo aliquando habuerit Sacerdotia Cardinalitia. Hoc autem præſertim Epiſcopi Cardinales fecerunt, qui Epiſcopi facti priorem Titulum vel Diaconiam, quam antequam eſſent Epiſcopi creati, habebant, retinuerint, qui abuſus vt pleraque alia poſt Eugenii IIII. tempora, & præſertim ſub Xyſto IIII. originem habuit. Iulianus enim eius nepos Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis factus, Titulum S. Petri ad vincula retinuit; Marcus Barbus Epiſcopus Prænestinus factus, titulum S. Marci non dimiſit. Idem fecerunt Bernardinus Caruaial Cardinalis tt. S. Crucis, Marcus Vogerius Cardinalis tt. S. Mariæ Tranſtiberim, Io. Dominicus Cuppis Card. tt. S. Laurentii in Lucina, nuper quoque Franciſcus Piſanus Cardinalis S. Marci, & plerique alii, quos nunc enumerare ſuperfluum eſt. Has igitur ob cauſſas primus

primus poſt longe annorum interuallum, Xyſtus IIII. Papa nouum titulum addidit anno MCDLXXVII. qui fuit

Titulus S. Nicolai inter imagines prope Amphitheatrum ſiue Coliſſeum, quem Cardinali Presbytero Petro Foſcato Veneto dedit.

Secundus Leo Papa X. magna illa XXXI. Cardinalium creatione anno MDXVII. antiquiſſimum titulum S. Matthæi in Merulana, qui per mille & eo amplius annos titulus eſſe deſierat, reſtituit, & XI. alios nouos titulos fecit, qui fuerunt

Titulus S. Ioannis ante Portam Latinam.

Titulus S. Cæſarii in Palatio.

Titulus S. Hagnetis in Agone.

Titulus S. Apollinaris.

Titulus S. Laurentii in pane & perna.

Titulus S. Silueſtri in campo Martio.

Titulus S. Thomæ in Parione.

Titulus S. Pancratii.

Titulus S. Calliſti.

Titulus S. Bartholomæi in inſula, alias inter pontes.

Titulus S. Mariæ de Capitolio, alias de Aracœli.

Tertio Papa Iulius III. anno MDLI. tres nouos titulos adiunxit, qui fuerunt

Titulus S. Mariæ in Via.

Titulus S. Barbaræ.

Titulus S. Simeonis.

Nouiſſime Paulus IIII. anno MDLVII. Titulum nouum adiunxit, videlicet S. Mariæ ſuper Mineruam.

Tituli igitur XVII. noui facti, vnus à Xyſto; XII. à Leone; tres à Iulio III. & vnus à Paulo IIII. qui XXVIII. antiquis adiuncti erunt omnino XLV.

Omnium autem Presbyterorum Cardinalium ſenior ſiue antiquior, appellatur S.R.E. Archipresbyter Cardinalis, qui noſtro tempore eſt Claudius de Giuri, Gallus, Presbyter Card. tt. S. Hagnetis in Agone, de cuius officio &

Digitized by Google

dignitate latius diſſerui in libro, quem de Cardinalium origine conſcripſi.

Antiquitus porro mos fuit, qui etiam per mille annorum ſpacium ſeruatus eſt, vt Presbyter Cardinalis vrbis Romæ, neque Epiſcopus eſſet, vel Epiſcopatum adminiſtraret, vel ex Epiſcopo fieret Presbyter Cardinalis, quum maior dignitas tunc fuerit eſſe Epiſcopum cuiuslibet diœceſis quam Cardinalem, quod ex Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ ſecus quam nunc obſeruatur, Epiſcopi diuerſarum ciuitatum creati fuerint, ex Cardinalatu enim gradus erat ad Epiſcopatum, ſicut nunc ex Epiſcopatu ad Cardinalatum, Cardinaliſque Preſbyter Epiſcopus factus, eſſe Cardinalem deſinebat, ſicut nunc Epiſcopus, Cardinalis factus, amplius non appellatur Epiſcopus, ſed Preſbyter Cardinalis S. R. E. & Adminiſtrator perpetuus illius Epiſcopatus, quod ſe inuicem compati non poſſint eſſe Preſbyterum Cardinalem vrbis Romæ, & Epiſcopum alterius Eccleſiæ, repugnat enim Preſbyter & Epiſcopus, quod antiquis Canonibus cautum fuerit, vnum hominem non niſi vno ſacerdotio potiri poſſe. Verum quum Cardinalium maieſtas, cum Romani Pontificis auctoritate in dies creſcere cœpiſſet, multique Cardinales eſſe ambirent, poſtea paulatim vſurpatum eſt vt ex Epiſcopis fierent Cardinales, & primo vſus fuit, vt ex Epiſcopis non Cardinalibus fierent Epiſcopi Cardinales, & non Preſbyteri vel Diaconi, poſt etiam ex Epiſcopis Preſbyteri fieri cœpti, primuſque omnium ex Epiſcopo Viterbienſe, & Tuſculanenſe Cardinalis Preſbyter tt. S. Clementis factus fuit Ioannes quidam, Item ex Epiſcopo Ariminenſi, Cardinalis Preſbyter tt. S. Praxedis factus eſt alius Rufinus nomine à Clemente III. Papa circa annum Domini M C X C. primo enim Cardinales Preſbyteri non niſi ex Monachis vel Abbatibus, Decanis, Archipreſbyteris, Archidiaconis, Prioribus & ceteris eiuſmodi hominibus fiebant. Poſt Clementem vero III. paſſim vſurpari cœptum eſt vt non ſolum

ſolum Preſbyteri Cardinales ſed etiam Diaconi ex Epiſcopis licet ante conſecrationem, crearentur, qui enim Epiſcopi ordinati erant fiebant Preſbyteri, qui non ſed adhuc electi ordinabantur Diaconi; & quoniam (vt dixi) Preſbyter, & Epiſcopus ſe inuicem pati non poſſunt, qui ex Epiſcopis facti ſunt Preſbyteri Cardinales, perpetui adminiſtratores deinceps illorum Epiſcopatuum non Epiſcopi appellati, qui vero Diaconi Cardinales creati ſunt, elec[illegible]ſe illius Epiſcopatus nominabant. In qua re vſque ad C[illegible]nentem V. temperantes fuerunt Romani Pontifices. Auinione vero paſſim, & nulla habita antiquiſſimi inſt[illegible]ratione obſeruatum eſt, nulluſque fere Cardinalis creatus, qui non haberet Epiſcopatum vel in titulum, vel in commendam, vel in perpetuam adminiſtrationem, quæ omnia nomina Auinione inuenta ſunt. Hæc autem conſuetudo vſque ad noſtra tempora perdurauit, in quibus eo deuentum fuerat, vt vnus Cardinalis Preſbyter vel Diaconus non vnum tantum haberet in commenda Epiſcopatum ſed aliquando tres, quatuor, vel quinque & aliquando ſex. Cui rei modus quidam impoſitus fuit in concilio Tridentino, ſed hæc alibi latius. Atque hæc ſunt quæ de Preſbyteris Cardin. ſpeciatim, breuiterq; dicere ſufficiens viſum fuit.

Diaconis autem quos ad ſeptenarium numerum auxiſſe dixi in vrbe Roma Euariſtum, quum ante præſcriptum ſibi & certum locum non haberent, ſed eorum munia in promiſcuo eſſent, primo vrbis Regiones ſingulis diuiſit Fabianus XIX. poſt Petrum Apoſtolum Pontifex Romanus circa Annum Chriſti CCXL. vt vnuſquiſque in ſuis Regionibus, fidelium neceſſitatibus, ex Eccleſiæ theſauris, atq; Chriſtianorum oblationibus, à Subdiaconis collectis, atque ab ipſis cuſtoditis, quantum in ſe eſſent ſuppeditarent; Preſbyteris deinde Parœciarum in ſua Regione conſtitutis in omnibus quæ ad ſacra facienda pertinebant, miniſtrarent. Ex ipſis autem primum, vel

Digitized by Google

antiquiorem, cum Epiſcopi, Cleri, populique conſenſu electum Archidiaconum, vel Diaconum Cardinalem primum, principalem appellari ſtatuere antiqui Pontifices, ſicut & Presbyterorum primum Archipresbyterum. Vnus ergo antiquiſſimis temporib. erat tantum Diaconus Cardinalis id eſt, principalis, videlicet primus ex illis VII. Quod aperte colligitur ex actionibus Synodi Romanæ ſub Silueſtro Papa primo celebratæ. Ceſſantibus autem perſequutionibus, paceq; Eccleſiæ data, ſicut Presbyterorum & Parœciarum, ita & Diaconorum numerus auctus eſt. Quum enim prius tantum ſeptem eſſent, ſinguliq, Diaconi duabus regionibus præeſſent (in XIIII. enim Regiones Roma tunc diuidebatur) poſtea ſtatutum eſt, vt in ſingulis vrbis Regionibus ſinguli Diaconi eſſent, atque ita XIIII. facti ſunt, quorum primus dicebatur Archidiaconus vel Diaconus Cardinalis, ceteri vero Diaconi dicebantur Diaconi illius vel illius Regionis, verbi gratia primæ, ſextę, decimæ, vel duodecimæ. Demum creſcente in dies Chriſtiana religione his nõ ſufficientibus, vel ad Eccleſiæ maieſtatem augendam plures in vnaquaque Regione Diaconi creari cæpti, eorumq; numerus ſicut & Presbyterorũ non Cardinalium incertus atq; indeterminatus factus eſt. Dignior vero ſiue Antiquior Diaconus à ceteris eiuſdem Regionis Clericis vel Romano Pontifice, electus, Diaconus Cardinalis appellatus fuit. Qua ratione factũ eſt, vt XIIII. poſtea Diaconi Cardinales fuerint, quot videlicet erant Regiones, qui vt de Presbyteris dixi, ideo Cardinales, id eſt principales dicti ſunt, vt à ceteris Diaconis non Cardinalibus diſcernerentur, quorum iam numerus per ſingulas vrbis Regiones, vel Titulos magnus factus fuerat, ſicut & Presbyterorum non Cardinalium. Quatuordecim poſtea Diaconis Cardinalibus, quatuor additi ſunt alii Diaconi Cardinales, quorum munus tantum erat, Lateranenſi Baſilicæ, vel Pontifici Romano, ibidem celebranti miniſtrare, quos & altaris Lateranenſis miniſtros appellatos fuiſſe legi, ſicque XVIII. numerus expletus.

tus. Quem numerum ſemel ſolus omnium Romanorum Pontificum, (quod ſciam) exceſſit Paulus III. Sub quo anno Domini MDXLV. XIX. Diaconi Cardinales viuentes fuerunt. Sicut enim XXVIII. Presbyteris Cardinalibus, ſic XVIII. Diaconis fixus & præſcriptus numerus fuit. Qui eadem ratione & eodem tempore, quo & Presbyterorum, paulatim poſt Honorii II. tempora ſub ſequentibus Pontificibus adeo diminutus eſt, vt non niſi tres Diaconi Cardinales viuentes aliquando fuerint, vt tempore creationis Nicolai Papæ IIII. Poſtea paulatim vt de Presbyteris dictum eſt, creſcere cœpit. Vt autem ad ſuperiora quæ reſtant declaranda reuertamur, non ignorandum eſt, quod eo tempore quo XIIII. Diaconorum numerus factus eſt, loca vel ab antiquis, vel noua fabricata in quibus manerent, eis aſſignata fuerunt, quæ poſtea ab eis Diaconiæ appellata ſunt. Hæc quoque erant Templa, ſiue Eccleſiæ, in ſanctorum honorem vel memoriam dedicata, domos adiunctas habentes, ſicuti & aliæ vrbis Baſilicæ & Tituli, ſine animarum cura; quum enim eorum cuſtodes Diaconi non presbyteri eſſent, animarum (vt nunc dicimus) curam non habebant, iccirco neque Tituli, neque Parœciæ dici poterant, licet eſſent conſecrata, & in Diuorum honorem dedicata, à quibus poſtea Diaconi ipſi Cardinales Regionarii, antiquata Regionis appellatione, cognomina ac diſtinctiones ſortiti ſunt. Primo enim (vt dixi) nominabantur Diaconus Cardinalis primæ, tertiæ vel ſextæ, aut X. Regionis, quarum Diaconi Cardinales erant, poſtea dici cœpti Diaconus Cardinalis, huius vel illius Diaconiæ; verbi gratia S. Theodori; S. Hadriani; SS. Sergii & Bacchi; S. Mariæ nouæ, & cætera. Quod more Presbyterorum Cardinalium factum exiſtimo, qui ſemper cum adiectione illius Tituli cui præerant ſe nominabant, vt Ioannes presbyter Card. S. R. E. tt. S. Mariæ Tranſtiberim. Hi igitur in ſuis Diaconiis commorantes (quas & Martyria à quibuſdam vocari legi, quod ibi martyrum ſepulchra eſſent) demandata ſibi mu-

Digitized by Google

nia in ſua regione impigre faciebant. Pontificique Romano ſacra facienti præſto aderant, eccleſiæ quoque Romanæ Theſauros cuſtodientes, pecunias plebi inopia laboranti, iuxta præſcriptas ſibi rationes in ſuis regionibus largiebantur, & cetera omnia agebant, quæ explicaui in libro quem de origine ſacrorum ordinum conſcripſi.

Porro autem XVIII. Diaconias, quæ tot erant, quot erant Diaconi Cardinales, circa Gregorii Papæ primi tempora inſtitutas fuiſſe, non leuibus rationibus mihi perſuadeo, quando etiam, & XXVIII. Titulorum poſterior ſeries facta fuit. fuerunt autem hæ.

Diaconia S. Mariæ in Domnica, vbi manebat Archidiaconus.

Diaconia S. Luciæ in Circo iuxta Septiſolium, quę nunc ęſt vetuſtate conſumpta.

Diaconia S. Mariæ nouæ.

Diaconia SS. Coſmæ, & Damiani.

Diaconia S. Hadriani.

Diaconia SS. Sergii, & Bacchi.

Diaconia S. Theodori.

Diaconia S. Georgii in Velabro.

Diaconia S Mariæ in Coſmedin, alias Schola Græca.

Diaconia S. Mariæ in porticu.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano.

Diaconia S. Angeli in Piſcina,

Diaconia S. Euſtachii iuxta Pantheum,

Diaconia S. Mariæ in Aquiro,

Diaconia S. Mariæ in Via lata,

Diaconia S. Agathæ in Equo marmoreo,

Diaconia S. Luciæ in Silice; alias capite ſuburæ; alias Orphea,

Diaconia S. S. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum,

Porro autem has Diaconias ſemper fuiſſe legi, & nunquam vel additis nouis, vel antiquis ſublatis mutatas, vſq; ad Leonis X Pontificatum, qui primus omnium Romanorum

norum Pontificum Diaconiam vnam nouam adiunxit, quæ fuit

Diaconia S. Onophrii in Vaticano, quam Ioanni Cardinali Lotharingo à ſe creato tradidit.

Diaconiæ autem adeo erant à titulis diſtinctæ, vt nulla ratione neq; Preſbyter Cardinalis Diaconiam, neque Diaconus Cardinalis titulum vnquam habuerit. Sed quando accidebat Diaconum Cardinalem in Preſbyterum conſecrari, is relicta Diaconia ſua titulum accipiebat; quem religioſum ordinem, per mille, & amplius annos in eccleſia Romana obſeruatum primus omnium Romanorum Pontificum non obſeruauit, ſed euertit Xyſtus Papa IIII. quem, & ceteri Romani Pontifices ſequuti ſunt. Xyſtus enim in ſecunda ſua Cardinalium creatione, anno Domini MCCCCLXXIII. quod nunquam antea factum fuerat, Preſbyteris Cardinalibus nouiter à ſe creatis pro titulis, quinq; Diaconias dedit, quæ fuerunt

S. Hadriani, quæ & à Paulo III. iterum alio Preſbytero Cardinale data fuit.

S. Mariæ in Domnica,

SS. Viti, & Modeſtæ in macello martyrum,

S. Luciæ in Silice, alias in Orphea, quam ter dedit Preſbyteris, quę poſtea à Iulio III. & nouiſſimo à Paulo IIII. aliis Preſbyteris Cardinalibus data fuit.

SS. Sergii, & Bacchi, quæ iterum ab Alexandro V I. tradita fuit Cardinali Preſbytero.

Alexander autem V I. Diaconiam S. Agathæ Preſbyteris Cardinalibus bis, Iulius vero III. ſemel tradidit.

Leo X. Diaconiam S. Angeli in Piſcina ſemel, Paulus vero III. bis Preſbyteris Cardinalibus tradidit.

Diaconia S. Nicolai in carcere Tulliano à Clemente VII. Preſbytero Cardinali ſemel data fuit.

Diaconia vero S. Mariæ in Porticu à Paulo III. Preſbytero tradita fuit.

Iuliusquoq; III. dedit Diaconiam S. Mariæ in via lata Preſbytero Cardinali.

Digitized by Google

Nouiſſime Paulus IIII. Diaconias S. Mariæ in Coſmedin, & S. Mariæ nouæ Presbyteris Cardinalibus reliquit.

Et vt abuſus omni ex parte reſponderet, è contra quoq; tituli qui Presbyterorum tantum eſſe debebant, Diaconis traditi ſunt.

Primus enim Alexander V I. titulum S. Nicolai inter imagines paulo ante à Xyſto IIII. factum, Diacono tradidit Cardinali, quod etiam Leo X. & paulo ante Paulus IIII. fecerunt.

Idem etiam Alexander V I. titulum S. Cyriaci in Thermis Diacono dedit.

Clemens vero VII. titulos S. Marci, S. Praxedis, S. Thomæ in Parione, & S. Laurentii in Damaſo Diaconis tradidit.

Quem ſequutus eſt Paulus III qui iterum eundem tituli Damaſi, inſuper titulos SS. Nerei, & Achillei, S. Petri ad Vincula, & S. Xyſti Diaconis conceſſit Cardinalibus.

Poſtremo Paulus IIII. titulum S. Thomæ in Parione Diacono Cardinali aſſignauit.

Quę omnia emendatione digna eſſent. atq; hęc de Diaconis Cardinalibus ſpeciatim dicta ſufficiant.

Nouiſſimi omnium Epiſcopi, Cardinalis cognomen habuerunt, quum apud veteres inauditum fuerit Epiſcopum Cardinalem dici, quum omnes Epiſcopi (Patriarchis exceptis) æqualis ſint auctoritatis, nulluſque ratione alterius Cardinalis dici poſſit, vt diffuſe in libro de origine Cardinalium diſputaui. Atque vt Epiſcopi Cardinales appellarentur, originem manaſſe multis coniecturis ductus, crediderim, ab ea conſuetudine quæ erat Romæ, vt ſeptem ex circumuicinis Epiſcopis, Laterani, vel celebrarent, vel Romano Pontifici celebranti miniſtrarent; qui quod idē munus haberēt Laterani, quod Presbyteri Cardinales per ceteras quatuor Baſilicas Patriarchales, ideo Cardinales Epiſcopi dici cœpti; verū ob eam cauſſam, neq; Patriarchis, neq; Metropolitanis, vel Archiepiſcopis, neq; etiam Epiſcopis aliarum ciuitatum, licet Cardinales non eſſent, ante ſe tamen conſe-

conſecratis digniores erant, nec etiam eos præcedebant, vt demonſtraui in libro de Cardinalium origine. Sed eorum præcedentia erat ratione temporis quo Epiſcopi creati fuerant, etenim Epiſcopus Card. Oſtienſis, ſi poſt Epiſcopum Veronenſem qui non erat Cardinalis, vel poſt alium quenq; creatus fuiſſet, ſuperiorem eo locum, neq; in conſeſſu, neque in procedendo habebat, eos tantum Epiſcopos præcedebat qui poſt eum creati fuerant, quæ omnia iccirco dico, quod nihil dignitatis aut præminentiæ illis dabat antiquitus eſſe Cardinales. ceterum proceſſu temporis, Epiſcopos primo non Cardinales, licet ante ſe creati eſſent, poſt Archiepiſcopos, deinde Metrapolitanos, & primates, demum Patriarchas ipſos præcedere cœperunt Epiſcopi Cardinales. quod circa Gregorij Papæ VII. & Vrbani II. tempora vſurpari paulatim cœptum eſt, quibus Romani Pontificis, cuius tum auctoritas, tam ratione rerum ſpiritualium, quam temporalium, Imperatoribus depreſſis ſuprema eſſe cœpit, electio de Imperatorum manibus, & poteſtate erepta fuit, Cardinalibusq; præcipue conceſſa. his igitur temporibus, quum omnium Cardinalium, tum Epiſcoporum, qui Romani Pontificis electionis præcipui auctores erant, auctoritas quam maxime aucta fuit, tuncq; ceteros Epiſcopos primo non Cardinales, mox Archiepiſcopos, deinde Metropolitanos, & Patriarchas præcedere cœperunt, Cardinalesq; vere, & non metaphorice, hoc eſt Epiſcopi principales, appellati; quorum numerus, vt dixi certus erat, & finitus, vt etiam Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, ſeptem enim tantum erant: quod cur factum fuerit ſuperius explicaui. ceterum ob diuerſas cauſſas, quas in libro de eorum origine explicaui, his ſeptem Epiſcopis Cardinalibus, aliquãdo additos fuiſſe alios Epiſcopos inueni, vt ſub Leone IX. & Paſchali II. Epiſcopus Card. Veliternus; ſub Clemente III. Antipapa, & Vrbano II. Epiſcopus Cardinalis Nepeſinus; ſub eodem Vrbano II. Labicanus; ſub Paſchali II. Parmenſis, ſub Innocentio II. Archiepiſcopus Piſanus, Epiſcopi Mutinenſis,

Digitized by Google

Ortanus, & Tiburtinus, nouiſſime ſub Leone X. Reatinus, & iterum Tiburtinus, quum eccleſias Sabinam, & Præneſtinam, quam à Iulio II. habuerant, reſtituiſſet idem Leo X. Epiſcopis Cardinalibus duobus à Iulio II. priuatis; Bernardino videlicet Caruaiali, & Guillelmo Briſſonettæ. quum autem eccleſia SS. Rufinæ, & Secundæ, alias Siluæ candidæ, deficientibus propter crebras barbarorum incurſiones incolis, à Caliſto II. Portuenſi adiuncta eſſet, non niſi ſex Epiſcopi Cardinales ordinarij fuerunt. qui numerus poſt Innocentij II. Papæ tempora ante quadringenteſimum ab hinc annum ſtabilitus vſque ad noſtra tempora perdurauit, vt non eſſent plures quam ſex Epiſcopi Cardinales viuentes, præſertim quum eccleſia Veliterna, quæ eum honorem aliquando habuerat Oſtienſi ab Eugenio III. adiuncta ſit, & Tiburtina eo honore priuata remanſerit, vſque ad Leonem X à quo neceſſitate exigente cum Reatina, ſemel tantum Cardinalis facta fuerit eccleſia. verum neceſſaria cauſſa ſublata, vtræque eccleſiæ Cardinales eſſe deſierunt ſub eodem Leone. Reliquæ vero eccleſiæ quas Cardinales appellatas fuiſſe aliquando legimus, nunquã poſtea eum honorem habuerunt, quum eum non habuerint ordinarie, ſed neceſſitatibus quibuſdam exigentibus, quæ omnia latius in libro ſæpius à me citato, de origine Cardinalium expoſui, hicq; omittenda duxi, quod adhuc opus non multum faciant. itaque quæ dicta ſunt, ſatis ſufficiant. in cooptandis autem Epiſcopis Cardinalium eccleſiarum, antiquiſſima hæc fuit conſuetudo: Moriente Epiſcopo Cardinali, alter à Romano Pontifice ſubrogabatur ex clero Romano, vel Presbytero, vel Diacono Cardinali, vel etiam Subdiacono apoſtolico, quod libere, & ſine vllo impedimento pertinebat ad Pontificem Romanum, vt quem vellet, ſubſtitueret ex omni clero Romano, multos enim ex Subdiaconis Epiſcopos Cardinales creatos fuiſſe legi. poſtea alia conſuetudo circa Alexandri III. Pontificatum inualuit, vt is Epiſcopus Cardinalis crearetur, qui in Cardinalium Collegium cooptandus alterum haberet

haberet Epiſcopatum non Cardinalem, vel Archiepiſcopatum. quũ enim vſq; ad ea tempora ex Cardinalibus Presbyteris, vel Diaconis, Epiſcopi per orbem vniuerſum crearentur, atque ex Cardinalatu gradus eſſet ad quemlibet Epiſcopatũ, Epiſcopusq; ex Presbytero vel Diacono Cardinali factus, Cardinalis eſſe deſiiſſet, tunc creſcente cum Romani Pontificis, Cardinalium maieſtate, è contra ex Epiſcopis aliarum diœceſum Cardinales Epiſcopi primo, mox Presbyteri creari cœperunt. Legimus enim multos Cardinales Romanæ eccleſiæ non ſolum Epiſcopos factos Epiſcopatuum ipſorum, qui poſtea Cardinales appellati ſunt, ſed etiam aliarum eccleſiarum, vt Piſanæ, Mutinenſis, Ortanæ, & Parmenſis, qui amplius Cardinales nõ appellabãtur, quum Epiſcopalis dignitas maior eſſet Cardinalitia. Cardinalis enim Presbyter medius erat locus inter Epiſcopum, & ceteros Presbyteros non Cardinales. ſub Alexandro autem III. ſub quo Romana eccleſia ad maximum in terris faſtigium euecta fuit, Imperatore potentiſſimo Friderico Ahenobarbo, eoq; eccleſiæ Romanæ infeſtiſſimo hoſte, cõculcato, victo, pacemq; ab eccleſia petere coacto, tum primum ex Epiſcopis verſa vice Cardinales fieri cœpti. Cardinalium enim dignitas cum eccleſiæ, & Romani Pontificis dignitate ſemper creuit, tunc autem maxima erat; qua ratione factum eſt vt Epiſcopi multi eam ambirent dignitatem, qua tantum gradus ad maximum erat Pontificatum. primus igitur Conradus quidam Germanus Imperatoris Friderici affinis, ex Archiepiſcopo Moguntino, factus eſt Epiſcopus Cardinalis Sabinus. occaſione tum huius nouitatis accepta, quod ab Imperatore Friderico Archiepiſcopatu Moguntino exactus eſſet. quem poſtea ſublato ſchiſmate quum recuperaſſet, eum cum eccleſia nihilominus Sabina vſque ad mortem retinuit. hinc exortum eſt, vt quoties acciderat, aliquos creari Cardinales, qui Epiſcopi vel Archiepiſcopi eſſent, ſingulis vna ex Cardinalibus eccleſiis tradebatur, quod tunc incongruum videretur, ex Epiſcopo Presbyter fieri, ſed minus inconueniens ex-

Epiſcopo vel Archiepiſcopo fieri Epiſcopus Cardinalis. hac igitur occaſione, Epiſcopi Cardinales creabantur, vt omnibus locus eſſet ad Cardinalatus dignitatem, reliqui vero qui non erant Epiſcopi, ſi eos Cardinales creari contigiſſet, vel Presbyteri vel Diaconi creabantur. quod ſi in noua eccleſiæ Cardinalis prouiſione, non occurriſſet Epiſcopus aliquis, Cardinalis creandus, tunc ex ſenioribus Presbyteris Cardinalibus, vel ex antiquioribus in collegio Diaconis, arbitrio Romani Pontificis eccleſiæ vacanti prouidebatur, qui quem volebat ex Cardinalibus Presbyteris, vel Diaconis cooptabat. quod & ſi vt dixi ſæpius contigiſſet vt id faceret ex antiquioribus Presbyteris vel Diaconis Cardinalibus, id tamen facere aliqua lege vel conſuetudine non tenebatur, ſed id honeſta quadam ductus ratione agebatur, quæ poſtea paulatim in vſum conuerſa eſt; multos enim Epiſcopos Cardinales non ex antiquioribus Presbyteris vel Diaconis, ſed ex iunioribus cooptatos conſtat. quum autem ſemel acceptum Epiſcopatum Cardinalem, qui acceperat amplius dimittere non poſſent, neque inter Epiſcopatus Cardinales ea eſſet optio, quæ poſterioribus temporibus vſurpata adhuc viget, ſæpe vſus veniebat, vt vacantibus Epiſcopatibus, Albano, Tuſculano, vel Præneſtino qui pauperes erant, Presbyter Cardinalis ſenior illum nollet accipere, Epiſcopatum quòd forte ditiorem titulum, vel Diaconiam haberet, tuncq; nouis Cardinalibus, vel antiquis, qui tenuiores habebant titulos aut Diaconias, licet poſteriores tempore in collegio eſſent, tradebantur. ſi vero Sabinus, Portuenſis, vel Oſtienſis, qui opulentiores, & ditiores erant Epiſcopatus, vacare contigiſſet, hi ſenioribus plerunque, vel quibus etiam Papa volebat Cardinalibus, à Romanis Pontificibus tradebantur. Nam & hoc ex libera Papæ voluntate pendebat. multos enim ex iunioribus Presbyteris vel Diaconis Cardinalibus ſiue etiam nouos Cardinales ad hos etiam Epiſcopatus cooptatos fuiſſe legimus; adeo de hiſce optationibus certa regula tradi non poſſit, quum omnia arbitrio Pontificis Romani

Romani gererentur. hæc enim ſumma eſt, eos Epiſcopatus libere in Romani Pontificis diſpoſitione antiquitus fuiſſe, vſq; ad Eugenij IV. primo, mox Iulij II. tempora, quibus hic ordo aliqua ratione primo ſub Eugenio IV. mox omnino ſub Iulio II. immutatus eſt, vt paulo poſt explicabo.

Sicut autem antiquior Presbyterorum Archipresbyter, & Diaconorum Archidiaconus appellabatur, ſic etiam ſenior Epiſcoporum Cardinalium, antiquitus prior Epiſcoporum Cardinalium, poſterioribus vero temporibus collegij Decanus vocitatus eſt. is autem poſt conditam Romanam eccleſiam ſemper fuit antiquior, qui Epiſcopus Cardinalis ordinatus eſſet, ſiue is eſſet Albanus, ſiue Prænestinus, ſiue Tuſculanus, vel alius quilibet ex Epiſcopis Cardinalibus, vnde pauci admodum Decanorum collegij per quadringentos, & quinquaginta annos fuerunt Epiſcopi Oſtienſes, quod non ſemper Epiſcopus Oſtienſis ſenior fuerit Epiſcoporum Cardinalium. primus autem ætate noſtra Paulus Papa IV. inſtituit vt non is Decanus haberetur, qui abſolute antiquior eſſet Epiſcoporum Cardinalium, ſed qui moriente Decano antiquior ſit ex Epiſcopis Cardinalibus in vrbe præſentibus, abſentes enim Cardinales Epiſcopos non pro eccleſiæ negotijs vacante Decanatu, ius in eo aliquod habere voluit, inſtituitq; vt is Decanus eſſet, & principem locum in collegio obtineret, eſſetque primæ in Conſiſtorio ſententiæ, qui antiquior eſſet, ex Epiſcopis Cardinalibus in vrbe præſentibus, vel etiam eccleſiæ tamen cauſſa abſentibus. qua ratione factum eſt, vt Lodouicus Borbonius, Epiſcopus Præneſtinus, & Franciſcus de Turnone, Epiſcopus Sabinus, qui ſeniores Cardinales, Epiſcopi erant in Decanatu eo vacante præteriti ſint, quod in electione Pauli Papæ IV. abſentes fuiſſent, per quam Decanatus vacauit, voluitq; Decanum eſſe antiquiorem, ex Epiſcopis Cardinalibus, qui adfuerant comitijs ſuis, qui fuit Ioannes Bellaius, Gallus, tunc ex Epiſcopo Portuenſi, factus Oſtienſis. hoc autem nouum, & inuſitatum fuit, & nunquam antea factum.

Digitized by Google

Ceterum apud antiquos mos laudabilis fuit, atque per mille, & ducentos continuos annos in Romana eccleſia vſurpatus, vt neque Diaconi Diaconias ſemel acceptas, neque Presbyteri titulos, neque Epiſcopi Cardinales, Epiſcopatus ſuos vnquam mutarent; Diaconus enim in Diaconatus ordine manens ſemel acceptam Diaconiam nunquam dimittere poterat, & aliam accipere: ſimilis ratio erat, Presbyterorum de titulis, & Epiſcoporum de Epiſcopatibus: quum autem Diaconus Cardinalis, Presbyter fieri volebat, dimiſſa Diaconia, quæ Presbyteris non conueniebat, titulum cooptabat, ſi autem ex Presbytero, Epiſcopus Cardinalis fieri accidebat, tunc dimiſſo titulo, Epiſcopatum ſuſcipiebat, quem niſi Papa creatus eſſet, vſque ad obitum retinebat. hæc autem conſuetudo vſque ad Bonifacij Papæ IX. & Alexandri Papæ V. tempora, in Romana eccleſia perdurauit. mutandi autem eiuſmodi ſacerdotia tres cauſſæ fuerunt, quarum duæ priores neceſſariæ, tertia non ſolum non neceſſaria, ſed etiam inutilis, & mala fuit.

Primus omnium Cardinalium ſub Bonifacio IX. titulum mutauit Bartholomæus Mezauacca Bononienſis, propter primam cauſſam quę neceſſaria fuit: quum enim creatus fuiſſet Presbyter Cardinalis ab Vrbano Papa VI. tt. S. Marcelli, atq; ob quaſdam ſiniſtras ſuſpiciones de eo conceptas, ab eodem non longe poſt priuatus eſſet Cardinalatu, eius titulus S. Marcelli nouo Cardinali, Presbytero Stephano Paloſio ab eodem Vrbano creato datus eſt, mortuo autem Vrbano VI. quum Bonifacius IX. Bartholomæum ipſum reſtituiſſet ad Cardinalatus honorem, titulum ſuum priorem, iam alteri Presbytero Cardinali, qui adhuc viuebat datum auferre noluit, ſed ei alium titulum tunc vacantem dedit, videlicet tt. S. Martini in montibus. idem quoq; accidit Philippo de Alenconio, qui quum eſſet Epiſcopus Cardinalis Sabinus, atque ab Vrbano VI. priuatus eſſet, reſtitutus & ipſe fuit à Bonifacio IX. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus: hæcq; fuit prima cauſſa neceſſaria mutan-

Digitized by Google

mutandi titulos, quod non niſi bis factum fuiſſe conſtat ſub ipſo Bonifacio IX. altera cauſſa neceſſaria mutandi titulos fuit, ſub Alexandro V. quum enim ſchiſma peſſimum inter Vrbanum VI. & Clementem VII. exortum fuiſſet, amboque tanquam veri Romani Pontifices multos Cardinales creaſſent, contigerat vt in omnibus fere Epiſcopatibus, titulis, Diaconiis Cardinalibus, duo eſſent titulares, alter in obedientia Vrbani VI. alter Clementis VII. porro autem ſchiſmate quantum in vtriuſque obedientiæ Cardinalibus fuit, Piſis ſublato, atque in duorum de Pontificatu altercantium, locum, tertio Alexandro videlicet V. ſuffecto, quum duo eſſe non poſſent, in eodem ſacerdotio titulares, titulos, Epiſcopatus, & Diaconias aliquot, quæ tunc occaſione ſchiſmatis duos habebant titulares mutare neceſſe fuit, etenim quum in obedientia Clementis VII. Guido de Maloſicco Pictauenſis eſſet, Epiſcopus Prænestinus, & Petrus Gerardi de Podio Tuſculanus, iidemque Epiſcopatus alios haberent, Epiſcopos in obedientia Vrbani VI. videlicet Antonium Caietanum Præneſtinum, & Henricum Minutolum Tuſculanum, Epiſcopos, placuit Pontifici vt ij Cardinales qui eſſent obedientiæ Vrbani VI. Epiſcopatus mutarent, atque ita Henricus ex Tuſculano, factus eſt Sabinus, & Petrus de Podio remanſit Tuſculanus; item Antonius Caietanus ex Præneſtino factus eſt Portuenſis, & Guido de Maloſicco retinuit Epiſcopatum Præneſtinum; ſimilis ratio fuit in titulis, Antonius enim Caluus Cardinalis obedientiæ Vrbani VI. ex Presbytero tt. S. Praxedis, factus eſt Presbyter tt. Sancti Marci, quod titulus S. Praxedis alium haberet Cardinalem Presbyterum in obedientia Clementis VII. videlicet Petrum Cardinalem de Hiſpania. ſimiliter, & in Diaconiis, Petrus enim Hannibaldenſis obedientiæ Vrbani VI. Diaconus Cardinalis ex Diacono Sancti Angeli factus eſt SS. Coſmæ & Damiani, & Petrus Serra alterius obedientiæ, Diaconus S. Angeli Diaconiam

Digitized by Google

quam in ſua obedientia habuerat, retinuit. idem factum fuit ſub Martino III. dicto V. ob eandem cauſſam: Iacobus enim Inſulanus Diaconus Cardinalis relicta Diaconia S. Euſtachij quam à Ioanne XXII. dicto XXIII. habuerat, Alphonſo Carillo, Hiſpano, quæ ei à Benedicto XI. dicto XIII. in ſchiſmate tradita fuerat, Diaconiam S. Mariæ nouæ quæ tunc vacabat, cooptauit. hac autem occaſione, duo aliquando Presbyteri, vel Epiſcopi Cardinales diu in eodem titulo vel Epiſcopatu fuerunt. Antonius enim Corrarius qui à Gregorio XII. & Lodouicus de Barro, qui à Ioanne XXII. dicto XXIII. diu ſimul, Epiſcopi Cardinales Portuenſes fuerunt; donec Lodouici obitu Antonius Corrarius eum ſolus retinuerit. Idem accidit, & titulo S. Clementis, qui per XIV. fere annos duos habuit titulares, ſub Martino V. videlicet Gabrielem Condulmerium, qui à Gregorio XII. & Brandam de Caſtilione, qui à Ioanne XXII. dicto XXIII. eiuſdē tituli Cardinales facti fuerant; donec creatione Gabrielis in Papam Eugenium IV. ſolus in titulo S. Clementis remanſit ipſe Branda, atque hæc fuit ſecunda mutandi titulos neceſſaria cauſa.

Tertia porro cauſſa nec vtilis, nec neceſſaria, immo non bona ex ſecunda exorta eſt, quæ nunc paſſim frequentatur in Romana curia. quum enim multi Cardinales vidiſſent iam manus à Romanis Pontificibus miſſas eſſe ad eiuſmodi mutationes faciendas, & ſi valde neceſſarias, cœperunt etiam ipſi titulorum, vel Epiſcopatuum mutationes à Romano Pontifice procurare, non neceſſitate aliqua, ſed vt de titulo tenuiore transferrentur ad ditiorem, quorum omnium primus fuit Iordanus Vrſinus Cardinalis creatus ab Innocentio VII. qui ſub Alexandro V. quum vidiſſet eas fieri neceſſarias mutationes, quas ſuperius dixi, petiit & ipſe à Pontifice Alexandro titulum ſibi mutari, quod & contra canones eccleſiaſticos obtinuit, atque contra antiquam, & laudabilem conſuetudinem, quæ per mille, & ducentos annos in Romana eccleſia obſeruata fuerat. primus omnium Cardinalium ſine neceſſitate aliqua titulo ſuo priore

Patauium, receptam, & diligenter muniri intelligeret, magnum vndiq; exercitum coegit tum ſuis, tum ſociorum viribus, ita vt centum viginti, & amplius millia armatorum, cum delectus eſt habitus reperta fuerint: iis copiis fretus, relicta Vicentia, quo paulò ante venerat, Patauium petere conſtituit; quam vallo, foſſa, & magis militum virtute, & ducum prudentia munitam etſi ſæpius tentauit, & monuit, vt iuſſa facerent, & ciuitatem dederent, nihil tamen nec promiſſis, nec minis obtinuit. & cum fruſtra fuiſſet omnis eius conatus, re infecta inde diſcedere eſt compulſus. Cum itaq; Cæſar duos menſes, & amplius vrbem obſediſſet, nihil proficiens, Gallis, Hiſpanis, & Italis dimiſſis, cum reliquo exercitu, qui Germanorum erat, Vicentiæ magno præſidio relicto Tridentum ſe recepit, atque inde in Germaniam abiit. Paucis poſt diebus Nicolaus Vrſinus vigiliis, laboribus, quos in defendenda Patauio pertulerat, & ætate confectus in grauem incidit corporis ægritudinem, qua breui conſumptus, octogeſimum agens annum, diem obiit extremum, vir præter generis ſplendorem ſumma prudentia, fortitudine & militiæ munerib. inſignis, & de Repub. Veneta optimè meritus. Eius funus Princeps cum frequenti Senatu, & tota ferè Ciuitate Venetiis ad Gemellorum ædem extulit. Laudauit pro concione Joannes Baptiſta Egnatius vir eloquentia clariſſimus: erecta eſt illi equeſtris & aurea ſtatua fortitudinis, & omnis virtutis monimentum. Idem officii genus Dionyſio Briſighellæ illis diebus vita functo in eodem Phano prçſtitum eſt. His ducibus amiſſis, Senatus Andream Grittum legatum virum ſpectatæ virtutis exercitui præfecit: qui ex S. C. Vicentiam profectus, inde diſcedente Fracaſſo Seuerinate, qui Cæſaris nomine vrbi prçerat, eam paruo negotio obtinuit: inde Veronam contendit, vt ſi fieri poſſet, illam recuperaret, eò Seuerinas ſe receperat cum multis Gallis Piſcera accitis: quam varia ratione, & diu tentatam: multis factis præliis, cum expugnare Grittus non poſſe ſperaret, hyeme præſertim adueniente, Suauium vicinum oppidum in hy-

Nicolaus Vrſinus.

berna exercitũ duxit, vnde impedimento eſſe poterat, quo minus comeatus in vrbem importaretur, vt eam proximo vere obſidione, & fame defeſſam iterum inuaderet. Rebus ita geſtis, quoniã Alphonſ. Eſtenſ. Ferrariç princeps Reip. aduerſatus fuerat, & in eius periculis hoſtis fuerat infeſtus, illum Patres vlciſci ſtatuerunt. Miſſus eſt propterea Angelus Triuiſanus in Padum flumen cum claſſe ſatis firma & triremium & biremium & aliorum varii generis nauigiorum, vt illius oppida, & omnia loca depopularetur, & Ferrariam deniq; adoriretur, qui profectus maritimam oram circa Padum vaſtando, Stellam vſq; progreſſus eſt, & Comaclum, quam depopulatus igni ſuccendit. id cum ſenſiſſet Alphonſus collectis copiis vndiq; pedeſtribus, & optimo etiam equitatu cum omni tormentorũ genere claſſẽ, q̃ in Pado erat, noctu magno impetu facto adortus eſt, igni, tormentis, pilis, armis omnibus illam oppugnando, alios vulnerabat, alios occidebat, multi capti, multi vndis obruti, pauci ſeruati, Triuiſanus cum tentaſſet cum claſſe fugere, propter breuiorem Padi vndam nihil profecit. Martiano itaque ſigno ſtatim collecto, ne in hoſtis poteſtatem veniret, relictis nauibus fugiens vix ſeruatus eſt Venetias reuertens. Hæc etiam magna fuit clades, maxima iactura, nam præter copias florentes, & ingentem claſſem, quæ in hoſtium poteſtatem redacta eſt, & eorum vires auxit, graue dedecus, non tantum Triuiſani Imperatoris, verum etiam Reipub. illud fuiſſe videbatur: quod non minore Patres dolore afficiebat. clade nunciata Andreas Grittus ex hybernis egreſſus, Patauium rediit cum exercitu: quo Joannes Paulus Gradonicus, q Ferrarienſem oram vaſtabat, etiam vocatus eſt. quod propterea factum eſt, quoniam Gallicus exercitus, qui erat Veronæ, indies augeri dicebatur, quotidie Mediolano, Piſcera, & vndique ferè milites illuc confluebant: nec quid rex facturus eſſet, apertè intelligi aut ſciri poterat: illud omnes exiſtimabant Patauium omni conatu illum aggreſſurum. Vnde re frumentaria; militibus, & rebus illam omnibus Grittus cura-

Triuiſanus vaſtat agrũ Ferrarienſem.

Venetorum clades.

Triuiſani fuga.

curauit muniendam. Gonzaga, qui Venetiis captiuus tenebatur, in Pontificis gratiam eſt liberatus, & in patriam magna ſuorum lætitia honorificè deductus. Pontifex ne Galli Patauium iam diu vexatam peterent, & Venetis, quos tunc mutata ſententia adiuuare cupiebat, negotium faceſſerent, Franciſcum Mariam Vrbini Ducem cum exercitu Bononiam miſit; vt inde Bentiuolios, qui tyrannidem in ea Ciuitate exercebant, eiiceret. quod cum Ludouicus rex comperiſſet omiſſa Patauio, eò exercitum direxit: ne Bentiuolii, qui rebus ſuis ſtudebant, expellerentur, & ipſe opibus eo pacto minueretur. ſæpius inter illos pugnatum eſt: multi vndique perempti, nullum prœlium memorabile tamen factum eſt. Vrbinas tandem Rhauennam, ne maius periculum adiret, cum numero hoſtium vinceretur, ſe recepit. Paulus Capellus Veneti exercitus legatus, qui illuc in auxilium Pontificis venerat, interceptus à Gallis, cum omnibus copiis eſt profligatus, alii interfecti, alii capti, alii ſpoliati dimiſſi, ipſe cum paucis fugiens, Patauium eſt ingreſſus. Hoc tempore Leonardus quidam Frater cognomento dictus, vir fortiſſimus, & de Repub. eo præcipuè bello, optimè meritus, cum ſæpius Ferrarienſem regionem diriperet ſuis equitibus, ac vaſtaret, cum hoſtibus congreſſus fortiter dimicando, ab illis tandem eſt occiſus. cuius caſum Patres grauiter tulerunt: quod duce non minus rerum ſuarum ſtudioſo, quàm forti eſſent priuati. eius funus Venetiis ad Gemellorum ædem honorificè elatum eſt, ſtatua equeſtris erecta. magnus honor ea tempeſtate exhibitus eſt etiam Lucio Malmetio Patauii magnis laboribus defeſſo & vita functo. Paucis poſt diebus Citolus Peruſinus à Germanis ad Veronæ mœnia dimicans confectus, id eodem Gemellorum Phano honorificis exequiis eſt honeſtatus: Galli, quibus res Bononienſis ea ratione feliciter ſucceſſerat, elati Patauium aggredi iterum cogitabant. Sed valde munitam vrbem cum viderent, negotium reliquerunt: Taruiſium cõuerſi oppidum tormentis, vallo, foſſis,

Gonzaga liberatur à carcere.

Iulius Pontifex facit cũ Venetis.

Paulus Capellus fuſus.

Leonardus frater moritur.

Honor mortuus exhibitus.

munitiſſimum conſpicati, ne tentare quidem ſunt auſi. qui propterea etiam ſunt perculſi, ꝙ hoc tempore fœdus ictũ eſt, quo Julius Pontifex, Hiſpaniarum rex, & Veneti contra Gallos conſpirarunt; quo audito à Ludouico eorum rege Veronam ire ſunt iuſſi. Brixienſes, qui prima Venetorum clade in Abduç Glarea Gallis ſe dediderant, nouo fœrum clade... dere perterriti cogitare cœperunt in Patrum gratiam redire: decreuerunt fidem publicam petere, vt legatos ad Senatum mitterent. qua impetrata, Aloyſius Auogarius, vir primarius miſſus eſt cum decurionum decreto, vt ciuitatem traderet, & quicquid poſſent eorum nomine polliceretur, qui benignè à Patribus exceptus eſt, & omnis ciuitati culpa condonata. Andreas Grittus cum exercitu miſſus: qui vrbem oblatam acciperet, & acceptam cuſtodiret. quo facto, Galli qui aderant omnes in arcem cum omnibus ſuis opibus ſe receperunt: nec ſe, nec arcem voluerunt tradere, cum à ſuis auxilium expectarent. quod fuit celerius, quam quiſquam iudicaſſet. nam deditione audita Jacobus Triultius, qui Gallico exercitui Veronæ præerat, illuc cũ omnibus copiis, ſtatim venit, & vrbem aggreſſus à duabus partibus, grauiter premebat tormentis, & omnibus armorum generibus, & quanquam Grittus diligenter defendebat, & tormentis, & igni, & ſulfure arcebat hoſtem, adeò vt ſæpè illum repulerit: tamen cum aſſidua, & acris eſſet pugna, & hoſtium numerus ſemper augeretur: tandem victus eſt, & ciuitas amiſſa & direpta. Græci equites cum vidiſſent vrbem capi aufugerunt deiecta muri parte, qua hoſtibus poſtea fuit facilior aditus. Veneti milites, qui vrbem defendebant, magna ex parte ſunt interfecti: multi capti, inter quos fuerunt Babonius Naldius, Caliſonius, Joannes Paulus Manfronius Duces inſignes; qui in arcem in cuſtodia ſunt ducti. Oppidani cum vidiſſent vrbem captá ita vt ſpes nulla eſſet reliqua, armis abiectis in forum prodiere à Gallis veniam implorantes: Grittus ab omnibus deſertus, quod alii fuerant interfecti, alii captiui facti, alii timore perculſi, laboribus & mœrore confectus captus eſt,

Brixia capitur.

Andreas Grittus capitur.

eſt, & Regis Præfecto Mediolanum ductus: à quo benignè & honorificè exceptus in Galliam ad Regem eſt miſſus. cum Senatus audiuiſſet Brixiam captam, & direptam, & Grittum cum multis fortibus viris captiuum ductum, grauiter ferens, vt rebus ſuis proſpiceret, egit cum exercitu ſociali, qui Bononiam oppugnabat, vt ea prouincia intermiſſa, Ferrarienſem agrum vaſtaret; quod Eſtenſis, Ferrariæ Princeps fauebat Gallis, vnde totus ille exercitus contra illum conuerſus eſt: Venetiis etiam multa nauigia, biremes præſertim per Padum ſunt ductæ: nulla tamen triremis: cum hoc genus nauigii quid poſſet in eo flumine magno Reipub. detrimento ſuperiore clade perſpectum fuiſſet: magna etiam terreſtris militum manus eò acceſſit: quæ loca omnia quæ potuit diripuit, vaſtauit ac ſuccendit, ita quod omni belli genere petita, magnam illa ora iacturam perpeſſa eſt. Argenta capta & direpta: deinde Mirandula etiam tentata, & diu oppugnata, tandem in eorum poteſtatem eſt redacta. Vallũ Criſpini, quod ab Alphonſo factum erat, ab Hiſpanis poſtea ſummis viribus oppugnatum eſt: & cum expugnari nullo modo poſſe videretur, Bononiam reditum eſt; de ea re à Bononienſibus certior factus Mediolani Præfectus, & rogatus vt ſibi quamprimum ſubueniret, ne Hiſpanorum præda eſſent, eò miſit Jacobum Triultium cum exercitu. quo Ferrariæ Princeps etiam vt ſuas vlciſceretur iniurias cum ſuis copiis eſt profectus. Hiſpanorum Imperator magnum Gallorum exercitum Eſtenſi coniunctum conſpieatus, & cum vrbem tanquam alium exercitum haberet aduerſariam; metuens ne à pluribus partibus petitus opprimeretur, Rhauennam verſus in planitiem ſe recepit. ibi exſtructo vallo, & vineis hoſtem operiri æquo loco ſtatuit: inde profecto ſociali exercitu, qui magna ex parte Hiſpanorum erat: Bononienſes ſumma affecti lætitia magno agmine ex vrbe ſunt egreſſi, vt cum Gallis, qui in eorum auxilium venerant in hoſtem omnem fortunam experirentur. cum illis itaque Rhauennam ſunt profecti. Triultius pugnæ cupidus, vt

Argenta capta.

Digitized by Google

hoſtem circumueniret, ingens ſuorum agmen miſit ad vrbem oppugnandam, vt Hiſpanos à caſtris ad occurrendum excitaret, ac ita à multis partibus adoriretur. quod ſi factum eſſet, victoriam adipiſci confidebat. id non conſecutus, cum ſæpius tentaſſet, hoſtibus è caſtris non egreſſis, quod belli periti intelligebant dolos, concurrere tandem quacunque ratione decreuit. Die igitur Reſurrectionis Aprili menſe, anno Lauretani vndecimo, vterque Imperator ſuos hortatus eſt, vt fortiter ſe gererent: Fabritius Columna, qui in vrbe erat ſummo mane inde magno agmine erupit, & cum ſociali exercitu eſt coniunctus. diſpoſitis vtrinque ordinibus concurſum eſt, & diu acriter pugnatum. & cum quidam currus ab Hiſpanis hoſti eſſent oppoſiti, quibus impediebatur, quo minus liberè certaret. in ſumo periculo fuerunt Galli, ita quod timuerunt, ne eo pacto funderentur. iamq; ab Hiſpanis repellebantur, niſi eò ſubueniſſet magna equitum manus; qua illorũ impetus eſt repulſus. varia fuit pugnæ ratio; interdũ æqua virtute certatum eſt, interdum huc, interdum illuc res videbatur inclinatura. Alphonſus Eſtenſis, qui rebus ſuis timebat, ſiue hic, ſiue ille ſuperaſſet, vtrunque ſibi hoſtem exiſtimans, (vt quidam iudicarunt) vtrunque tormentis, igni & ſulfure à latere inuaſit, tanto impetu, vt vnde ea vis oriretur, neuter intelligeret. quare Hiſpani commoti ſe retro receperunt, atq; ita illa pugna dirempta eſt. magna fuit cædes, duo & viginti millia hominum dicuntur vtrinque deſiderata. Galli, etſi cuius fuiſſet victoria incertum erat: tamen vt victores Rhauennam aggreſſi vi ceperunt & diripuerunt. quo caſu Forum Liuii, Fauentia, & Forum Cornelii finitimæ ciuitates commotæ ſe Gallis dediderunt. Julius Pontifex nuntiata clade, & ſibi, & ſociis timens cum videret hoſtis fortunam felicius, quàm putarat ſuccedere, Cæſarem, & Genuenſes ſocietati, quam antea fecerat, curauit adiungendos, qui nuncius Leonardum Principem, & omnes Venetos maximo affecit gaudio; & qui mœror ex Rhauenati clade fuerat, noua lætitia leuatus

Pugna apud Rhauennam.

Rhauenna capitur.

Fœdus nouum.

tus eſt; Supplicationes diis immortalibus decretæ, menſe Maio Heluetii à Pontifice, & ſociis in Italiam acciti, cum per Veronenſem agrum tranſeuntes ad Padum amnem perueniſſent, Galli occurrentes illis tranſitum prohibere ſunt conati: magnum fuit certamen, multi vtrinque cæſi: victi Galli in Pedemontanam regionem ſe recipere ſunt compulſi. cumq; Nauaria conſiſtere velle viderentur, oppidumq; munituri, certiores de ea re facti Heluetii eò ſe conferre ſtatuerunt. id illi veriti, & recenti vulnere perculſi, extemplo alpes tranſeunt, præſidiis tamen in Mediolanenſi arce, Brixiæ, & Cremæ in Italia relictis. Hoc tempore Franciſcus Sfortia Ludouici filius adhuc puer à Maximiliano Cæſare Mediolani Dux eſt declaratus. Gallis in patriam reuerſis, miles quidam Criuellus nuncupatus, qui Cremæ portam defendebat ſocio à ſe interfecto, Paulo Capello Veneti exercitus legato illuc ea de cauſa profecto eam oppidi portam tradidit: atque ita Crema Venetis eſt recuperata. is Venetias profectus à patribus auro, & prædiis eſt donatus. Veneti Crema potiti Brixiam quoq; ex fœdere promiſſam recuperare decreuerunt: quò cum acceſſiſſent cum Hiſpanis; qui in pręſidio erant de clade Gallici exercitus, cuius reliquię ex Italia diſceſſerunt antea certiores facti, vrbem nullo certamine tradiderũt. Hiſpani Brixia à Gallis accepta ſecuri hoſtib. ex Italia profectis, arcem ceperunt, & tanquam ſua eſſet ciuitas iniuria omnia retinebãt: nec Venetis, quorũ erat ex fœdere, reddebant, magnum auri pondus pro ea poſtulantes. hoc tẽpore Julius Pont fex in grauem corporis ęgritudinem cum incidiſſet diem ſuum obiit. in demortui locum Joannes Medices Cardinalis Leo Decimus poſtea dictus, ſuffectus eſt. V. Idus Maias Anno Leonardi principatus duodecimo: Poſtera hyeme quæ in Riualtina inſula erant ædificia pulcherrima IV. Idus Januar. igni forte accenſa omnia ferè magno mercatorum, & totius ciuitatis detrimento cum mercibus ſunt combuſta: multi ex ampla ad tenuem fortunam redacti. eandem pariter iacturã ſenſit

Brixia deditur.

Iulius Pontifex moritur.

Leo Pontifex.

Riuus altus comburitur,

Digitized by Google

Crucigerorum familia, cui eadem nocte cœnobium totum vix templo ſeruato, igni eſt crematum. Princeps interea & Patres cum viderent ab Hiſpanis ſocietatis fidem violari, & Brixiam ſæpe repetitam non poſſe ab illis obtinere, vt quod ſuum erat ſibi vendicarent: per Andream Grittum, & Bartholomæum Liuianum, qui ad Regem captiui ducti fuerant, cum ipſo Rege de pace agere ſtatuerunt: qui vt Mediolanenſe imperium, quod amiſſum fuerat, recuperaret, pacē facilè fecit; & fœdus iniit, quo Grittum, & Liuianum rei authores liberauit, & de bello contra Hiſpanos ſuſcipiendo eſt pactus, vt ipſe in Italiam cum exercitu iterum veniret, vt coniunctim aduerſus hoſtem ageretur. reuerſis igitur Venetias Gritto & Liuiano, exercitus imperium ſtatim mandatum eſt: hic Imperator, ille Legatus eſt delectus, qui comparato exercitu cum Gallis coniuncti, qui iam in Italiam tranſiuerant, & Heluetiorum & Reipub. auxilio Mediolanenſe Imperium ferè totum recuperauerant, Brixiam profecti Calend. Januar. vrbem obſidere incipiunt; quam quatuor menſes obſeſſam per deditionem tandem accipiunt. nam defeſſi Hiſpani labore & fame cum nullum auxilium expectarent, Gallis vrbem tradunt: qui datā confeſtim reddunt ſociis. Poſtea Brixiæ præſidio relicto, omnes Veronam ſunt profecti, vt ſi fieri poſſet, in poteſtatem ſuam pariter reducerent. quam omni arte, & diu tentatam, cum nullo pacto haberi potuiſſet, quod Cæſar nouo auxilio adiuuerat, reliquerunt rei difficultate commoti, & Patauium ſe receperunt cum rebus ſuis maxime Veneti timerent, Hiſpani in vnum collecti, & cū Germanis, q̄ à Cæſare paulò ante miſſi fuerant, coniuncti, magno exercitu cōflato, Reip. oppida, pagos & quæcunq; loca rapinis, igni, ferro vaſtare cœperunt: modo Patauinū, modo Taruiſinum agrū infeſtando: Meſtre vſq; oppidum, Venetis æſtuariis propinquū peruenerunt, & illud igni totum ſuccenderunt. multi eo tempore ex continente patresfamilias cum coniugibus, & liberis Venetias confugerunt belli incendium metuentes. itaq̄

Fœdus cum Gallis.

Brixia recipitur.

non

non ſolum domos, verum etiam vias compleuerant. nec tamen in tanta aduenarum multitudine annona chara erat frumentis vndiq; deuectis. quo concurſu factum eſt, vt Ciuitas peſte infici cœperit; idq; iam ſerpebat malum. Sed Patrum prudentia, & authoritate rebus ita conſultum eſt, vt illis omnibus emiſſis, qui ea re ſuſpecti erant, & purgatis locis, omnis illa fœditas ceſſerit. Hiſpanis Venetorum agros, & oppida ita vaſtantibus, Liuianus & Grittus, qui Patauii in præſidio erant, illorum ſucceſſu commoti, maiorem militum numerum conſcribunt: vrbe egrediuntur; ad locum Motam nuncupatum in Vicentinum agrum qua hoſtes erant tranſituri perueniunt, diſponunt ordines, pugna paratur. Hiſpani aditum quærebant quo fugerent. cum omnia tentaſſent, ad montes ſe poſtremo recipiunt iniqua ad pugnandum loca. Liuianus veluti victor lætus cum nondum pugnatum eſſet, edicit ſuis, ne quis quemquam hoſtium captiuum ducat, omnes interſiciant. Contra Proſper Columna, qui Hiſpanorum exercitum ducebat, mandat vt quicunque ſe ſuis vltro dederet, ſeruaretur; vt hac clementia ducti hoſtes non eſſent ad pugnandum pertinaces: cum ſui aut vincere, aut mori cogerentur. Poſtea vterq; ſuos hortatus eſt. Liuianus rogare ne quod fortuna obtulerit, eo tempore amittant, ad vincendum, non ad ſpoliandum ſint parati, meminerint poſt victoriam, omnem victoriæ fructum eſſe capturos. nec magis tamen prædæ, quàm gloriæ ſint cupidi. contra Columna ſuos bono animo eſſe iubebat, ac rogabat ne locorum iniquitati eorũ virtutem ſuccumbere paterentur: & quanto iniquiori loco res ageretur, tanto maiorem gloriam, ſi vincerent fore affirmabat. ſic vterq; eſt excitatus. Venetus prior hoſtẽ aggreſſus acriter pugnare cœpit, magno peditum & equitum agmine. primo impetu hoſtem retro cedere cogebant, cum à latere eos magnum Germanorum agmen repentè inuadit atq; fundit: & cum nulla ex parte laborantibus ſubueniretur, cumq; ſine tormentis eſſet Liuianus, & iam Proſper id conſpicatus toto exer- *Liuianus vincitur.*

Digitized by Google

citu irruiſſet, repelli Veneti & fugari cœperunt, atque ita fuſi ſunt & profligati: magna fuit cædes quatuor & amplius millia hominum eo prælio ſunt deſiderata, pauci capti: qui cladi ſuperfuerunt omnes ferè Patauium redierunt. ea tempeſtate Maximilianus Sfortia Ludouici filius Mediolani Dux, cui paulò ante illud imperium delatum fuerat, à Cæſare, Mediolanenſem arcem à Gallis annonæ caritate laborantibus per deditionem accepit. poſtero anno Ludouicus Gallorum Rex rebus ſuis infeliciter geſtis commotus, iterum in Italiam cum exercitu tranſire ſtatuerat, itemq; copias ſcribebat, vt idoneo tempore rem conficeret, cum in grauem ſubito incidit morbum, quo quatuor tantum dies laborans interiit, in eius locum Franciſcus eius gener ſuffectus eſt: qui ſoceri conſilium ſecutus, omnibus, quæ ad expeditionē neceſſaria videbantur, comparatis, Heluetiis quibuſdam ad ſua ſtipendia aſcitis, in Italiā tranſiit: factis antea de ea re Venetis certiorib. quos amicos & ſocios ſe habere ſtatuerat: vt quemadmodum Ludouici regni hæres erat, ita amicitiæ, & ſocietatis eſſet. Alpes itaq; tranſgreſſus Mediolanum verſus maturè ibat. Sed Hiſpani ipſum quacunque arte poterant, arcere conabantur. prælia quædam concitabant, ſed nihil geſtum memoria dignum. Liuianus, qui antea circa Padum cum exercitu fuerat verſatus, Hiſpanos, qui Placentiam ſe recipere cogitabant quotidie inſectando, de Regis aduentu certior factus Laudem profectus eſt: q̃ oppidum à Laurentio Vrſino eius militum tribuno tunc oppugnabatur, vt rem inſpiceret. Inde ad Regem ſalutandum Marignanum ſe contulit: quod decem millibus paſſuum Laude diſtat: à quo benigne exceptus eſt: de bello actum: poſt cōſultationem ita diſceſſum, vt Liuianus Laudem premeret: ne Hiſpani, qui ibi aderant, cum Heluetiis, qui Mediolano dicebantur egreſſuri, coniungerentur: Rex Mediolanum ſuis omnibus copiis vrget. hic igitur inde digreſſus ad ſex millia paſſuum longè ab vrbe caſtra poſuit. quotidie ab Heluetiis magnis promiſſis auxilium petebat. ii multis lega-

Mediolani arx deditur.

Ludouicus Gallorum rex moritur.

Franciſcus Rex Gallorum.

Galli iterum in Italiam ceduntur.

Digitized by Google

legationibus ſolicitati, & ſummo adducti ſtipendio, illum ſecuturi videbantur: niſi per Cardinalem Heluetium, qui Placentia venerat, & Ducibus illorum, ne Gallo fauerent, ſuaſerat, res turbata eſſet: contra illum fortiter eſſe pugnandum affirmabat: ſi vincerentur, nihil niſi vitam amiſſuros: quæ tandem omnibus eſſet amittenda: ſi vincerent, præter gloriam immortalem, facilè fore, vt totius Italiæ, & Galliæ imperium ipſi potirentur; cum Rex eo tempore, cum omni militum Gallorum indole in Italiam veniſſet. hac oratione accenſi Heluetii regis conditiones repudiauerunt, & ex vrbe contra illum egreſſi, Marignanum verſus ſunt profecti, vanum rumorem excitantes, Venetum exercitum miſerè oppreſſum ab Hiſpanis, qui contra Gallos paulò poſt venturi eſſent: id propterea dictitantes, vt inde Rex nullum auxilium expectans, deterreretur, & deterritus paruo negocio vinceretur. cum igitur ad Gallicum exercitum perueniſſent XVIII. Calend. Octob. quartodecimo Lauretani anno, diſpoſitis ordinibus cũ decima diei iã eſſet hora, in tria agmina diuiſi à tribus partibus hoſtem ſunt adorti, illud tempus potiſſimum deligentes, vt res noctu gereretur: quando equi, quibus Galli plurimum confidere videbantur, bello minus valent. Fortiter Galli reſtiterunt; & firmum opponentes equitatum, hoſtem ſępe repellebant: quandoq; ipſi retrò cedebant, æquo marte ſæpe certatum: res in multam noctẽ deducta erat, cũ rex tot partib. preſſus, & ab equitatu, ob tenebrarum iniquitatem parũ adiutus valde laborabat, & ſine dubio fortunæ ceſſiſſet, niſi Liuianus per exploratores de re certior factus, & à rege, qui vanum rumorem de Veneto exercitu victo ab Hiſpanis illum fuiſſe nouerat, auxilium rogatus ſubueniſſet: qui iuſſo exercitu vniuerſo eò proficiſci, ipſe cum equitibus quinquaginta nobilibus citato itinere præiuit, & iam mane facto dimicantem ſocium adiuuit exercitum, ſummis virib. pugnando. id Galli conſpicati, ſe fortius gerebant. rex nouo lætus auxilio ad pugnã ſuos excitabat. equi etſi nocturno labo-

Franciſcus rex pugnat contra Heluetios.

Digitized by Google

re deſeſſi videbantur, tamen adueniente luce magno vſui fuere; diu pugnatum eſt. tandem Heluetii Venetorum virtute compulſi, terga vertere cœperunt. ſub ortum Solis Venetus exercitus conuenit omnis, & magno robore, & ſummis animis pro ſociis dimicabat. Galli eo ſubleuati adiumento, maiore ſpiritu pugnabant. Heluetii defeſſi, & alctero exercitu hoſtili deterriti, & ſuorum magna parte cæſa, labori ſuccubuerunt fuſi & profligati: alii in proximos ſaltus confugerunt, alii à ruſticis hominibus ſunt occiſi, alii capti, pauci ſe Mediolanum receperunt. magna fuit ſtrages, Heluetiorum viginti millia, Gallorum ſex millia, & amplius dicuntur deſiderata. Mediolanenſes regis victoria commoti, ad eum legatos mittunt ciuitatem dedentes, & veniam implorantes. quibus ille pepercit, & poſtridie eum exercitu in vrbem triumphans, & glorioſus eſt ingreſſus, eò conuenerunt Liuianus, & Angelus Contarenus legat⁹ regi victoriam gratulantes, quibus ille egit gratias, atque affirmauit ſe illis, qui eo tempore opem tuleerant, imperium recuperatum, & ſalutem acceptam referre. Mediolano à Franciſco rege recuperato Leo Pontifex, qui iam cum Cæſare, & Hiſpaniarum rege fœdus inierat, noua Galli victoria commotus: à cuius ſocietate diſceſſerat, Florentia, vbi multis diebus fuerat, Bononiam conceſſit: quo Franciſcum etiam regem ad ſe conueniendum inuitauit. qui ſtatim eſt profectus. poſt mutuas ſalutationes multi inter eos ſermones ſunt habiti: inde reuerſus rex Mediolanum, ciuitati præfecit Lutrecium virum exercitatum; quo in ſuperiore bello fuerat vſus, & in Galliam Tranſalpinam ipſe rediit, parte exercitus in Italia relicta: quæ cum Venetorum copiis Veronam, quæ nondum à Cæſare in Reipublicæ poteſtatem redierat, aut caperet, aut certè obſideret. qua diu obſeſſa nihil profectum eſt. quare & Regi, & Lauredano Duci cum Patribus placuit, vt cum Cæſare induciæ fierent. quæ per regem diu tractatæ, tandem adueniente vere ſunt factę, hæ poſtea tota Italia quieta, & tranquilla ad obitum vſque Maximiliani Cæſaris

Mediolanũ deditur Gallis.

Induciæ cum Cæſare. Maximilia-

Digitized by Google

ſatis perdurarunt; qui III. Idus Octobr. 19. Lauretani anno, fato naturæq; conceſſit: cui in imperium ſucceſſit Carolus Quintus eius nepos ex Philippo filio Rex Romanorum iam delectus. Ea tempeſtate Bartholomæus etiam Liuianus Reipub. Imperator eſt vita functus. eius funus Princeps cum Senatu ad ædem Diui Stephani Venetiis honorificè extulit; laudauit Andreas Nauagerius vir honeſtus, & grauis, & eloquentia inſignis: ipſe in eodem Phano ſitus eſt, fortitudinis moniměris etiam erectis. His temporib. Martinus Lutherus homo germanicus à Chriſtiana religione defecit, veterum hæreticorum dolos, & falſa dogmata iam ſæpius ſanctorum Patrum conciliis repudiata, & deteſtata excitando, ira & ambitione ductus. quod venenum non ſolum Saxones, ſed plurimos Germanos alios infecit, & in multas penetrauit prouincias, per aliquot annos quieta fuit à bello non ſolum Italia; ſed etiam tota ferè Europa: eaq; diu fortuna duratura videbatur, niſi Britannorum Rex, neſcio qua motus cauſa, aduerſus Franciſcum Regem bellum ſuſcipere decreuiſſet. quod præter multorum opinionem propterea accidit, quod paulò ante Ardonium ſub vnum Tentorium ambo conuenerant, multis verbis vltro citroque habitis: & miſſis vtrinque muneribus; quæ omnia amicitiæ, & beneuolentiæ ſigna eſſe poterant. Indixit bellum facta prius cum Carolo Cæſare, qui nuper imperium adierat ſocietate, & fœdere: quod etiam Leo Pontifex, qui antea cum Rege fecerat, eſt ſecutus. non quod illorum ſtudioſus eſſet: ſed cum Vrbini Imperium, quod tunc Franciſcus Maria Dux inſignis obtinebat, ſibi aſſciſcere cuperet, illud conſilium ad eam rem commodum exiſtimauit. icto itaque fœdere Cæſar, huius belli imperium Proſpero Columnæ ex Hiſpania nuper reuerſo demandauit. qui Bononiam ſubito ſe contulit, quo Neapolitani regni præfectum etiam cum omnibus copiis venire iuſſit. Dum hæc parantur, Lutrecius, qui tunc Mediolano præerat, Regem de his rebus, quæ in Italia mouerentur, fecit cer-

nus Cæſar moritur.

Carolus Imperator.

Bartholomæus Liuianus moritur.

Martinus Lutherus.

Digitized by Google

tiorem. quo nunçio rex admonitus, à Venetis petiit auxilium: quod fœdere ſe daturos fuerant polliciti ad Mediolanenſe Imperium defendendum. miſſi ſunt igitur à Senatu illuc Andreas Grittus, & Theodorus Triultius cum quingentis equitibus catafractis, & peditum ſex millibus, qui Regi ſubuenirent, Lutrecius cum quotidie magnæ à Columna copiæ pararentur, Parmam Bononiæ proximam, eius fratre, & Federico Gonzaga illuc miſſis, nouo præſidio muniuit, ne ab hoſtib. repente opprimeretur. Dum hæc geruntur in Gallia Ciſalpina, Lauretanus Princeps magnis Reipublicæ curis, ætate & morbo grauiore confectus ... Calend. Jun. diem obiit extremum, vir prudentia, fortitudine, iuſtitia, & patriæ charitate inſignis. præfuit annos XIX. menſes VIII. dies XX. eius funus frequenti, & mœſta ciuitate ad Gemellorum ædem elatum eſt: laudauit pro concione Andreas Nauagærius vir generis nobilitate, honoribus & eloquentia clarus, ipſe in eodem Phano ſitus eſt.

Lauretani Principis mors.

ANTONII GRIMANI VENETOrum Principis, vita, per Sylueſtrum Girellum Vrbinatem.

Antonius Grimanus Dux.

LAuretano vita functo; in demortui locum Antonius Grimanus paulò ante cognita à Senatu eius vitæ integritate, ab exilio reuocatus, & procuratoria dignitate proximè ornatus, octauo Idus Jun. Princeps ſuffectus eſt. hic cum omni ætatis curſu Reipublicæ profuit. tum maximè, eo tempore, quo abfuit à patria. cum tot bellorum procellis iactaretur: nam cum Romæ exularet non ſecus Reipublicæ munera curabat, ac ſi illius legationem Senatus authoritate obiret, vſque adeo, vt non minus hic quàm Furius ille Camillus, dum in exilio eſſet, ſuis attulerit ciuibus adiumenti: ille bello hoſtes vincendo, hic pace reconciliando patriæ auxilio fuit. huius tempore bellum, quod antea à Cæſare indictum Gallis fuerat

tat ob res Mediolanenſes, quo copiæ iampridem à Senatu in Regis auxilium miſſæ fuerant, confectum eſt. Nam Proſper Columna, qui Cæſaris exercitui præerat, cum ſuis & Leonis Pontificis quibuſdam copiis in vnum collectis, IX. Calend. Sextil. Bononia eſt egreſſus, & cum Federico Gonzaga Pontificis exercitus nuper deſignato Imperatore coniunctus, Parmam eſt profectus, atque vineis, tormentis, & omni armorum genere aggredi cepit. Contra Galli ſumma vi, & quacunque arte poterant, hoſtem arcere nitebantur: cum diu, & ſæpius pugnatum eſſet, tandem Hiſpani ſuperantes in vrbem dimicando ſunt ingreſſi. in duas partes Parma diuiſa eſt: quarum altera capta ab hoſtibus, in alteram quæ munitior erat Galli ſe recipientes, cum omni conatu eam tueri decreuerunt. factus de ea re certior Lutrecius per exploratores, ſuis opem ferre ſtatuerat, cum Proſper à Pontifice obſidionem ſoluere, & Mutinæ, & Regio Lepidi, quæ ciuitates tunc ſuo imperio parebant, ſuccurrere iuſſus eſt: quo Ferrariæ Princeps cũ exercitu venire nunciabatur, vt illas in ſuam vindicaret poteſtatem. Parma itaque relicta, ad Pontificis ciuitates defendendas maturauit, auxilio etiam commotus, quod à Lutrecio mitti dicebatur. quo factum eſt, vt Eſtenſis ab incepto deſtiterit, & Columna Mediolanum tendere finxerit. quo itinere ingentem Gallorum equitatum Parmam eundem fortè deprehendit. quem fortiter dimicando tandẽ fudit: paucos tamen occidit, multos cepit, multos ſpoliatos dimiſit. cum Hoſtianum perueniſſet, Cardinalem Heluetium cũ octo millibus militum Heluetiorum, qui à Cæſare ſtipendia acceperant, in Italiam ad eius opes augendas venire eſt monitus. cum itaque videret ſuas vires amplificari, contra hoſtium minui, Mediolanum poſt quædam prælia apud Abduam amnem facta, vbi pontem iacere finxerat, tandem inuaſit. Ibi Andreas Grittus aderat cum exercitu à Senatu miſſus ad vrbem Regi conſeruandam: qui ſimul cum Gallis acriter pugnando hoſti reſiſtebat.

Proſper Columna.

Proſperi Columna victoria.

Digitized by Google

Sed cum numero eſſent longè inferiores Veneti, & Galli, retrò tandem ſe recipere ſunt coacti: ac ſic ſuperando

Mediolanũ capitur.

Proſper vrbe eſt potitus: quam tamen mira arte, atque humanitate ab iniuria, & direptione ſeruauit: ne ciues contumeliis affecti, infirmioribus in Cæſarem animis eſſent futuri, & in Franciſcum Sfortiam Ducem, cui ciuitas & imperium reſtituendum erat. Galli multis ſuorum interfectis, rebus deſperatis, amiſſa ciuitate omnes in vnum collecti diſceſſerunt Nouocomum confugientes, vnde triduo poſt in vlteriorem Galliam receſſerunt, præſidio tamen Nouocomi relicto. eò miſſi à Proſpero Hiſpani oppidum oppugnantes tandem per deditionem à Gallis acceperunt. & illud poſtea, vel quod ab oppidanis diu reſiſtendo iniuriam accepiſſe ſibi perſuadebant, aut alia cauſa accenſi præter Proſperi voluntatem ſunt depopulati.

Nouocomũ diripitur.

Ad IX. Calend. Decembr. Nouocomo accepta ab Hiſpanis, & direpta Cremonenſes rebus ſuis timentes ſe illis dediderunt nullum ſubſidium expectantes. quamuis eorum arx in Gallorum adhuc poteſtate eſſet. qua re audita qui Parmæ regis nomine præerat Lutrecii frater illuc cum ſuis ſtatim copiis eſt profectus, vrbemque & ſuis, & arcis tormentis, & omnibus, quibus poterat, viribus vrgere cœpit.

Cremona deditur.

ſumma vi à Gallis pugnabatur, & cum vtrinque premerentur, oppidani miſericordiam implorantes illis iterum Ciuitatem tradiderunt, qua de re certior factus Columna, illuc cum exercitu ſe conferre ſtatuerat, iamque Mediolano cum Mantuæ Principe exierat, cum allatum eſt Leonem Pontificem Cæſaris ſocium prid. Calend. Decemb. diem ſuum obiiſſe,

Leonis Pontificis mors.

quamobrem aliud cœpit conſilium, ac potius acquiſita ſeruare, quàm noua acquirere conſtituit: illis tamen diebus Parma Cæſarianis ſe tradit.

Parma deditur.

Adrianus [illegible] ex.

in Leonis locum Adrianus ex Flandria oriundus, cum in extrema Hiſpania eſſet, Pontifex Maximus eſt ſuffectus VII. Id. Januar. vir ætate, doctrina, ac vitæ integritate grauis: qui prid. Cal. Septemb. Romam Cæſ. Claſſe deuectus peruenit. quieta Italia nouo Pontifice magnum tamen

res

Digitized by Google

res Chriſtiana accepit detrimentum. nam cum Rex Turcarum Belgradum in Pannonia oppidum cepiſſet, cunque quotidie eius naues à Rodiis equitibus, & eorum claſſe infeſtarentur, ac præcipuè Turcica gens inde affligeretur, omnes eius vires illuc vertit. magna claſſe, ampliſſimo exercitu in inſulam deuectus, vrbem vallo, igni, ſulfure, & omni tormentorum, & armorum genere inuaſit: quam cum quinque, & amplius menſes oppugnaſſet, duodecimo Calend. Januar. per deditionem accepit. vbi relicto præſidio, paucis poſt diebus Bizantium reuerſus eſt. Interea rex Gallorum; qui eius copias Mediolano eiectus grauiter ferebat, idq; ſibi dedecori magno iudicabat, iterum in Italiam eius exercitum tranſire ſtatuit: Heluetios ad ſua vocauit ſtipendia: vnde duo, & viginti millia ſcripſit armatorum: quibus cum reliquo eius exercitu coniunctis, Lutrecii auſpiciis, rem magno animo eſt aggreſſus. miſſis itaque in Italiam his omnibus copiis, & cum Venetis confeſtim coniunctis: Heluetiis verò, qui antea Cæſaris ſtipendia fecerant, à ſuis in patriam reuocatis, Mediolanum tentatum eſt. Proſper Columna tantis hoſtium opibus quaſi deterritus Mediolanum venerat, atque ciuibus cuiusque ordinis ad ſe vocatis, quid facto opus eſſe videretur ſententias erat percontatus. variæ ac diuerſæ erant hominum opiniones: magna tamen pars vrbem relinquendam ſtatuebat, cum eorum copiæ hoſtibus eſſent longè inferiores. Columna copioſa oratione populũ hortatus eſt, vt potius mori, quàm patriam relinquere, & hoſti turpiter tradere vellent. his verbis accenſi ciues eius conſilium ſunt ſecuti, vrbs vallo, & foſſa, vt potuit, munita eſt; quatuor militum Germanorum millia intro accepta: omnis ciuium multitudo ad arma inſtructa eſt, ac parata ſæpius interdiu, & noctu Proſper pugnam ſimulauit, hoſtem adeſſe dictitans, vt hac re ciuitatis animos experiretur, cum omnes prompti conſpecti eſſent, ac parati, fortiori etiam ipſe fuit animo. Gallis igitur vrbem oppugnantibus ſæpius certatum eſt multis vtrin-

Rhodus Sulimano deditur.

Proſperi Columnæ oratio.

Digitized by Google

que occiſis, Marcus Antonius Columna, & Camillus Triultius, qui tunc ſub Lutrecio merebant, ad vrbis infirmiora loca profecti exploranda, ab hoſte tormentis ſunt petiti; Triultius ſtatim interfectus: Columna etiam paulò poſt cum Triultii cadauere ad Lutrecii delatus tentorium, eſt mortuus. necatis duobus claris Ducibus cum vidiſſet Lutrecius nihil profici, quod ab arce, quæ à ſuis tenebatur, nullum ſibi adiumentum eſſe poterat, quia propter foſſam & vallum nihil inde iniuriæ, hoſti & detrimenti eſſet, diſceſſit cum exercitu, ſemper tamen hoſtem concitando: vt ſi fieri poſſet, ex vrbe ad pugnam traheretur. nihil conſecutus, Caſſinum tandem conceſſit: qui locus ad impediendum hoſtibus iter Mediolano Parmam erat idoneus. Proſper quò ciuium animi eſſent firmiores, Franciſcum Sfortiam Tridento acciuit: cui Cæſar Mediolanenſe imperium fuerat pollicitus. hic firmo equitatu & pedeſtribus etiam copiis, quas ex Germania accerſiuerat, & ad rei opportunitatem ſcripſerat, Ticinium eſt profectus. Columna noctu Mediolano cum exercitu egreſſus eſt, Sfortiam quóque Ticinio iuſſit exire. quod is miro fecit ſilentio: ita quod per hoſtes tranſiens noctu non eſt cognitus: cum illi ſuos eſſe ducerent, qui in excubiis eſſent, nec prius tamen tranſiſſe compertum eſt; quàm Mediolanum eſt ingreſſus ex ciuitatis clamore, & plauſu illi aduentum gratulantis. cum tamen Proſper Ticinio timeret, illuc magnam Hiſpanorum manum, quæ vrbem tuerentur miſit. quod etiam magna arte factum eſt, vt cum non longè ab hoſtibus tranſierint, non ſint ab illis cogniti. Galli tandem eam vrbem ſunt aggreſſi: & ſummis pugnantes viribus magnam muri partem tormentis diruerunt. ingens fuit vtrinque cædes: tandem Proſper cum periculum eſſe videretur, ſuis ſubuenire ſtatuit. cum omni igitur exercitu Mediolano egreſſus, Caſſinum pergit, vt inde paulatim accedens Ticinio auxilium ferat. Galli eius rei admoniti oppugnationem omittentes ſe retrò receperunt. diuerſa fuerunt inter exercitus prælia, multi vtrinque inter-

Franciſcus Sfortia.

interfecti: quidam equites Veneti ſunt ab hoſte capti: tandem Bicocam proximum ſibi locum vterque exercitus eſt progreſſus, vt extremam fortunam experiretur. Columna hoſtes propè adeſſe conſpicatus; Franciſcum Sfortiam Mediolano omnibus cum ciuibus, & quo poſſet auxilio ſtatim ad ſe iuſſit accedere: concurritur, fortiter certatur ab vtriſque, *Galli vincuntur.* Sfortia aduenit cum triginta millibus armatorum: magno impetu hoſtem adortus retrò cedere coëgit: quanquam & ipſe magnum ſuorum numerum amiſit. Veneti Duces, qui fortiter pugnauerant, cum audiſſent res Gallicas inclinari, quos pro viribus adiuuerant, ſuis omnibus copiis ſimul collectis, Mantuam conceſſerunt. vnde poſtea Abduam amnem tranſierunt. Proſper Gallorum reliquias perſequi ſtatuerat. idq; feciſſet; niſi Germani, quorum magnam habebat manum, pugnare recuſaſſent, ſe ſuis quærentes ſtipendiis fraudari. *Germanorum ſeditio.* hoc Galli perſpicientes, hoſtium diſcordia freti, omnes in vnum coacti ſe Cremonam receperunt, vrbem diligenter munientes. miſſo Laudem præſidio, ne ab hoſte victoria elato opprimeretur. Columna victor Marignanum ſe recepit, vbi ſtipendiis perſolutis militibus Germanis, & Mediolanenſibus domum redire iuſſis, ipſe cum ſuo exercitu Laudem conceſſit. quam magna vi adortus, licet diu repugnantem, tandem cepit, & diripuit, *Laus capitur.* & Gallos omnes ferè confecit, & ciuitatem nouis & Cæſarianis magiſtratibus conſtitutis, diſpoſuit. inde Pizleonem profectus, oppidum diruere ſtatuerat, niſi oppidani Laudis direptione cōmoti ſubito feciſſent deditionem. Eo rerum ſucceſſu ſe contulit Cremonā: quam cum premere decreuiſſet, Cremonenſes illum per Legatos rogauerunt, vt per quadraginta dies concederet inducias his conditionibus, vt ſi eo temporis ſpacio ex Gallia à Rege non mitteretur auxilium, ciuitas Cæſari traderetur: ſeruata tamen arce: quæ in regis, non in eorum poteſtate eſſet quod Proſper conceſſit, vt res maiores, quas in animo habebat, aggrederetur. Deinde Ticinum ſe recepit: vbi omnibus copiis vnà collectis cū Man-

Digitized by Google

tuano Principe, & reliquis Ducibus, qui in conſilium ac-
citi fuerant, decreuit Genuam inuadere: quæ Gallicis partibus fauebat. illuc itaque omneis conuertit vires, & cum deditione obtinere non potuiſſet, tandem vi cepit, diripuit, & in Cæſaris poteſtatem redegit. Inde Lecum, & Cremonam exactis iam induciis, deditionem accepit. Galli, qui in oppidis fuerant, in patriam ſunt redire per-miſſi, & Proſperi præſidio Nouatiam vſq; deducti. Dum his moleſtiis Gallia Ciſalpina affligeretur, & cum Veneti milites, qui ſocium Regem, quoad eius fieri potuit, ad-iuuerant, illius rebus deſperatis, in ſua ſe loca recepiſſent, Grimanus Dux cum prudenter, & iuſtè annum, & men-ſes decem, dies duos Reipublicæ præfuiſſet annum agens LXXXVIII. Non. Ma. fato naturæque conceſſit. eius funus ad Gemellorum ædem mœſti ciues extulerunt. Laudauit pro concione Federicus Valareſius vir generis nobilitate, & bonarum artium gloria inſignis; ipſe in An-tonii Phano ſitus eſt, non longè ab ara templi maxima.

Genua capitur.

Cremona deditur.

ANDREAE GRITTI VENETORVM *Principis Vita, per Sylueſtrum Girellum Vrbinatem.*

Andreas Grittus Princeps.

POſt obitum Grimani Andreas Grittus, qui bellis, qui-bus Reſpublica ſuo tempore vexata fuerat, omnibus interfuit, & præfuit, Magiſtratibus, domi, foriſq; clarus; in eius locum XIII. Calend. Jun. eſt Princeps aſcitus. qui vt in omnibus Reipub. muneribus, quæ antea obierat, prudenter, & fortiter ſe geſſerat, ita in ſummum locum vocatus ſingulari quadam gubernandi ratione excelluit. vbi non magis fortis fuit, quàm iuſtus, & patriæ ſtudioſus. forma corporis animi virtutem præferebat, ita, vt verè principatu digna videretur. nec huius tempore Reſpub. caruit moleſtiis: quibus illa affecta eſt propter bella: quæ ob res Mediolanenſes Franciſcus Gallorum rex geſſit con-tra Hiſpanos: quibus cum Patres fœdus inierant, qui an-tea

Digitized by Google

tea ipſum Franciſcum ſocium habere tentauerant. Sed cum id conſequi non potuiſſent, Cæſarem id cupientem, Adrianum Pontificem, Britannorum regem, & Mediolani Ducem ſunt amplexi. nec hanc ſocietatem Rex timere viſus eſt. Sed ingenti exercitu conflato in Italiam menſe Octobri, primo Gritti anno rediit: vt, ſi fieri poſſet, ſuperioris infamiæ labem nouis rebus elueret. huc acceſſit mors Adriani Pontificis: q ſibi aduerſabatur, & Clemens VII. Nouembri menſe in eius locum ſuffectus: qui primo tempore neutram partem ſequi videbatur. nunciato regis aduentu Senatus exercitum in Cęſaris auxilium miſit ductu, & auſpiciis Franciſci Mariæ Vrbini Ducis, qua re cōmotus Gallus, qui Mediolanum infeſto exercitu iam cinxerat, inde ſe recepit. Hiſpani, qui Vrbem Sfortiæ Ducis nomine defendebant, Venetorum opibus adiuti magno impetu egrediuntur: hoſtibus fiunt obuiam, multa & varia prælia committuntur: multi Galli repentè periti interimuntur. ſæpè inſidiis deprehenduntur, ſæpè funduntur tormentis perculſi. tandem magno vulnere accepto Italiam relinquere ſunt coacti. bona pars in Galliam abiit: multi Nouariam ſe receperunt. ita q; VI. Cal. Jun. omnis motus eſt ſedatus, fuitq; ea æſtate Italia quieta. hoc bello feliciter geſto Franciſcus Maria, qui ſtrenuè ſe geſſerat, totius exercitus Imperator à Senatu eſt declaratus, & à Gritto Principe imperii inſignia in æde Marciana de more accepit, is cum Franciſcus Rex iterum in Italiam rediret, ad cuſtodiendos Reip. fines cum lectiſſimo militum numero miſſus eſt, additis illi de more legatis. rex verò magnis opib⁹ Mediolanum aggreſſus, illud nō ſatis munitum, & omnia oppida, quæ ad illud imperium pertinebant per deditionem obtinuit. præter Ticinium: vbi Antonius Leua vir rei militaris peritiſſimus cum magna Hiſpanorum, Germanorum, & Italorum manu erat in præſidio. qui nullis conditionibus vrbem dedere conſtituit. illuc itaq; ad XV. Calend. Nouemb. Rex cum omni exercitu peruenit; & vrbem igni, ſulfure & quocunq; tormentorum genere cepit

Mediolanū deditur.

Digitized by Google

oppugnare: duos, & amplius menſes obſedit: multa, & varia facta ſunt prælia. interdum Galli, interdum Hiſpani vincebant: interdum æqua virtute pugnabatur: multi vtrinque ſunt interfecti. Tandem Hiſpani nouo exercitu Barbonii Ducis, qui in eorum auxilium venerat adiuti, VI. Calend. Mart. ex vrbe ſunt egreſſi: hoſtem ſummis viribus petentes: ex altera parte Barbonius eſt adortus, concurſum eſt: diu pugnatum; poſtremo Galli malè diſpoſitis ordinibus, quòd res ex improuiſo acciderat, ſunt fuſi & profligati. Rex etſi diu ſe fortiter defendit: tamen equo confoſſo tandem Neapolitani regni præfecto ſe dedere eſt coactus. Rex Nauariæ, qui ſecum pugnabat, captus eſt, & Vaſti Principi traditus. multi præterea Galli Principes, & Duces inſignes cum rege captiui ducti. ipſe Genuam paucis poſt diebus deductus, & in Hiſpaniam ad Cæſarem, qui ita per literas mandauerat, triremibus deuectus. Cæſariani milites Gallorum reliquias magnis ſunt copiis inſectati in Pedemontanam vſque regionem. illi tamen citato itinere Alpes tranſeuntes, ſunt ſeruati. Gallis ita profligatis cum nullum belli periculum eſſe videretur, Franciſcus Maria, Senatus authoritate copias dimiſit. Pridie Non. Quintilis Gritto Principe nunciatum eſt Franciſcum Regem Cæſaris ſororem duxiſſe vxorem; & ab ipſo Rege cuſtodia liberatum, & ſummo affectum honore in Galliam dimiſſum duobus eius filiis pro rege obſidibus acceptis. quod & Duci, & Senatui lætitiæ fuit: cum inde Italiæ quietem, & pacem fore ſperarent. hanc lætitiam perturbauit triſtis nuncius paucis poſt diebus allatus, Ludouicum Pannoniæ Regem V. Cal. Septembr. cum Turcis ad Hiſtrum amnem congreſſum, militum numero longè inferiorem ab illis fuſum, exercitum totum ferè cæſum: ipſum regem fugientem in paludem, ab equo, quo vehebatur, forte collapſo depreſſum, & miſerè mortuum. Hoc tempore Antonius Leua Mediolanũ ſuis inuaſit copiis, Franciſcum Sforriam Ducem Imperio ſpoliare ſtatuens: quem in arcem profectum & incluſum obſidebat. quòd cum

Franciſcus rex capitur.

Rex Nauarriæ captus.

Franciſcus rex vxorem ducit.

Franciſcus rex liberatur.

Ludouicus rex Pannoniæ moritur.

cum Senat⁹ audiſſet, moleſtè tulit; ac decreuit obſeſſo ſubuenire. Franciſcus Maria igitur exercitum ſcribere iuſſus eſt, & Mediolanum proficiſci. quod conſilium etiam Clemens Pontifex eſt ſecutus: qui vt rebus Italiæ conſuleret, quas ſpoliato Sfortia imperio vehementer perturbari ſentiebat, illuc eius exercitum in auxilium mitit: cui præfecit Guiciardinum Parmenſem, & Guidum Rangonium. huc acceſſerunt etiam copiæ Federici Mantuæ principis. Vrbinas Veronæ conflato exercitu Laudem primum contendit. quo & Pontificis copiæ, & omnes ſocii conuenerunt. vrbem cœperunt oppugnare, & ciuis cuiuſdam opera adiuti, quamprimum ceperunt & diripuerunt. inde conceſſerunt Marignanum: vbi de Mediolanenſi oppugnatione actum eſt: à Ducibus dictæ ſunt ſententiæ; tandem conſilium fuit, vt ſimul omnes rem tentarent. eò profecti, vrbem fortiter premebant. intro Barbonius, qui nuper ex Hiſpania venerat, cum Vaſti Principe, & magno, ac firmo equitatu fuerat ingreſſus. quo auxilio Hiſpani opportune adiuti maiore ſe animo defendebant: & tormentis hoſtes ſæpius petentes à mœnibus arcebant. illi itaque cum rem varia ratione tentaſſent, nihil proficientes, Marignanũ ſe recipiunt. Sfortia ꝙ annonæ caritate laborabat, hoſtibus arcem tradidit his conditionibus, vt ipſe cum opibus ſuis omnibus, & comitibus incolumis abiret. qui ſtatim egreſſus, ad ſocialem ſe contulit exercitum ad Vrbinatis hoſpitium: qui cum de inuadenda Cremona eo tempore tractauit. quod maiori ſpe tentandum propterea duxit, quod arcem ipſe adhuc ſuo obtinebat præſidio. illuc ergo Malateſta Balio cum octo millibus peditum miſſus eſt, & Julius Manfronius cum magna equitum manu. vrbem acriter oppugnant: Coradinus Cæſaris Dux inſignis eo tempore Cremonam defendebat, cum duobus millib. Germanorũ, & magno etiam Italorum numero; facta eſt ingens vtrinque cædes. Julius Manfronius, & Alexander Marcellus pugnantes ſunt interempti. Poſtea Vrbinas vniuerſo exercitu & graui impetu eſt aggreſſus. Coradin⁹ hoſtis virtute

Laus capitur.

Sfortia tradit arcem.

Digitized by Google

deterritus, rebus deſperatis vrbem tradidit hac lege, vt milites inde ſuos educeret. Atq; ita Sfortia Cremona eſt potitus. breui tempore interiecto Georgius Francfurtius cũ triginta millibus peditum Germanorum in Italiam venit. aderat cum eo Nicolaus Varolus Cremonenſis cum ducẽtis leuis armaturæ equitibus. quamobrem Franciſcus Maria qui intra Venetorum fines redierat, & Camillus Vrſinus Vicentiam cum omnib. copiis Senatus autoritate ſunt miſſi, apud Abduam delectus eſt habitus, vt cum neceſſe eſſet, omnes eſſent parati. Pontificius exercitus Parmam ſe recepit. Vrbinas fluuium traiecit, in Mantuanum agrum vſque progreſſus: cum Germanis varia prælia commiſit: nihil tamen memoria dignum factum eſt. Germani tandem in Parmenſem agrum, vbi eos Barbonius expectabat, peruenerunt. ea tempeſtate Aſcanius Columna Cardinalis, & multi alii ex eadem gente aſſcito Vgone Hiſpanici ſanguinis Duce inſigni, vt res quæ in Gallia Ciſalpina gerebantur contra Cæſarem, turbarentur, multas copias cõtra Pontificẽ parare cœperunt. id Clemens conſpicatus ſex millia hominum ad vrbis præſidium conſcribit, Veſpaſianus Columna, qui nouas cum Cardinale copias conflauerat, ad Pontificem profectus, illas omneis in Neapolitanum regnum ſe miſſurum affirmat, idq; fecit. Clemens metu liberatus exercitum dimittit, inde Veſpaſianus, & Hugo omni militum multitudine reuocata, clanculum vrbem ingrediuntur: Pontificis ædes adeunt: omnia diripiunt. Clemens in Adriani molem trepidè ſe recipit: agit cum Hugone, vt ex vrbe cum omni militum manu diſcedat, ſe, quem habet in Gallia citeriore exercitum pollicetur dimiſſurum. atque ita Roma à tumultu erepta eſt. exercitus in Gallia ſtatim dimiſſus: ſcribit Clemens nouas copias: in Columnenſes, qui in ſe inſurrexerant, illas conuertit. eorum oppida diripiuntur. illi contra, ſe defendunt, quantum fieri poteſt, propulſant iniuriam: Barbonium cũm exercitu acceſſunt, is ſtatim aduenit: vrbem aggreditur, pugnatur fortiter vtrinque. Barbonius primo

...na ...tur.

Columnenſium aſtus.

Clemens in Adriani mole.

Roma diripitur.

primo ad mœnia impetu interficitur. Pontifex in Adriani molem iterum confugit. quò Cardinalium etiam plerique conueniunt. Roma malè munita capitur, ac diripitur. in omneis ſæuitum eſt. nec dignitatis, nec religionis eſt habita ratio: tam ſacra, quàm prophana ſunt violata: Veſtales, & reliquæ virgines ſtupratæ: multæ pudicitiæ ſtudio in Tyberim vltrò demerſæ. magnum ex ea re Grittus cœpit dolorem, & vniuerſus Senatus: non ſolum quod Pontifex ſocius obſideretur, ſed etiam quod ea ciuitas, quę omnium gentium, & populorum regina fuiſſet, tantum detrimenti eo tempore accepiſſet. Pontifex multis poſt diebus cum nullum auxilium expectaret, obſidione defeſſus; & coactus annonæ caritate, quadringentis aureorum nummorum millibus ſe redemit: ac tradita hoſtibus arce Vrbem veterem conceſſit. hoc tempore Franciſcus Rex à Cæſare dimiſſus, & in Galliā magna ſuorum lætitia reuerſus, ægrè ferens ſuperiorem ignominiam, nouum in Italiam mittit exercitum ductu, & auſpiciis Lutrecii: qui Mediolanum verſus primum finxit proficiſci: poſtea Ticinium contendit: ciuitas ab eo oppugnata, tandem miſerè capta eſt ac direpta, & magna ex parte combuſta. is relicto Ticinii præſidio, per Flaminiam tranſiens in Neapolitanū regnum, vt illud regi acquirat toto exercitu cōtendit. miſſus eſt cum illo à Senatu Camillus Vrſinus Dux, & Joannes Victurius legatus cum terreſtribus copiis. Antonius Leua, qui Mediolano præerat, nactus occaſionem ad Ticinium ſe cōfert recuperandam, quam ferè exciſam, & mœnibus magna ex parte priuatam nullo negotio obtinet. deinde relicto præſidio Mediolanum reuertitur. miſſæ ſunt Neapolim etiam duæ claſſes, altera Gallica, cui imperabat Andreas Doria, altera Veneta, cui primò Hieronymus Contarenus, poſtea Petrus Landus Imperator eſt datus. Monopolis à Venetis Duce Lando primum capta, alia oppida tentata, quædam dedita, quædam captu difficilia relicta. Neapolim, quo Hiſpani & Germani, qui Romam depopulati fuerant, ſe receperant, peruentum

Franciſcus Rex mittit exercitum in Italiam.

Ticinium capitur.

Ticinium recuperatur à Leua.

Digitized by Google

eſt. Ciuitas terra marique cincta. multa fuerunt prælia, & terreſtria, & maritima. Sed illud memorabile, quod non longè à Salerno Cæſariana claſſis eſt victa à Philippino Doria, & deleta. Hugo regni Præfectus cum ingenti militum numero eſt interfectus. Aſcanius Columna, & Vaſti Princeps & Duces alii inſignes capti. paucis poſt diebus Ducum captiuorum opera, & authoritate Andreas Doria, qui Gallo militauerat, ab eo ad Cæſarem defecit; à quo Melphii principatu eſt donatus. hic poſt defectionem cum Venetis triremibus, quæ Gallos ſocios defendebant, ſæpius tormentis quibuſdam dimicauit; & quoniam neuter pugnam cupiebat, nihil, quod memoria dignum videatur, geſtum eſt. hoc tempore Camillus Vrſinus à Lutrecio ad oppugnandam Manfredoniam cum magna armatorum manu eſt miſſus: cui Aloyſius Farneſius à Cæſare fuerat præfectus. diu machinis, & omni arte ciuitas tentata. Sed cum nihil proficeretur, re infecta diſceſſum eſt, multis vtrinq; interfectis. magna fuit annonæ caritas in exercitu ſociali, qui Neapolim premebat, & ingens peſtis, ita vt maiori ex parte interierit: Lutrecius Gallicæ gentis Imperator cum multis aliis inſignibus viris eſt vita functus. huius rei certiores facti Hiſpani, qui vrbem tuebantur, hoſtem ſæpè aggreſſi infeſtabant, ſpoliabant & occidebant: oppida quæ amiſſa fuerant, recuperabant. magna hoſtium calamitate multa Neapolitani regni loca peragrarunt. nec prius deſtiterunt, quàm Gallorum reliquiæ inde receſſerunt: & ipſi à Cæſare ad Florentinam expeditionem, Clementis Pontificis rogatu, ſunt ire iuſſi: qui ſuas opes etiam omnes illuc conuertit, & ciuitatem diu obſidendo tandem per deditionem accepit, Alexandro Medice eius nepote ex fratre Florentini Imperii Duce declarato. Gallico exercitu Neapoli fame & peſte confecto, Franciſcus rex alterum conſcripſit, & in Italiam miſit principis ſancti Pauli ductu, qui cum Franciſco Maria Venetorum Imperatore coniunctus eſt. Antonius Leua, qui ædes Mediolanenſes cum imperio obtinebat, duobus aduerſa-

Cæſariana claſſis victa.

Doria.

Manfredonia oppugnatur.

Peſtis in exercitu Gallorum.

Lutrecius moritur.

Florentia deditur.

Digitized by Google

verſariis exercitibus perterritus, Mediolanum intra mœnia ſe recepit, in Sancti Angeli oppido, quod antea defenderat, & Ticinii præſidio relicto. quæ oppida à Venetis & Gallis oppugnata magna Cæſarianorum cæde ſunt capta, ac diruta. tria, & amplius Germanorum millia, quæ Ticinii in præſidio erant, dicuntur occiſa. quo facto Vrbinas in Brixienſem agrum cum exercitu ſe recepit. Gallicus Imperator Riuoltam contendebat, cum ab Antonio Leua à tergo per inſidias eſt petitus, & cum magna exercitus parte fuſus ac deletus, vix Guidus Rangonius cum ſua militum manu Ticinium confugiens eſt ſeruatus. hoc tempore ex Hiſpania Cæſare Genuam deuecto, ex Germania eius juſſu magna militum multitudo in Italiam prorupit. quod etſi à principio Italis hominibus timori fuit; poſtea tamen in meliorem partem res deducta eſt: quod non multò poſt pacem cum Franciſco Rege Cæſar fecit, eius filiis, quos in Hiſpania obſides pro patre habebat, dimiſſis. Bononiam inde profectus eſt ad Clementem Pontificem, à quo duos poſt menſes VI. Calend. Mart. eſt coronatus. tempore non multo interiecto Mantuam profectus ſummo honore exceptus, Federicum Gonzagam Mantuæ principem Ducem nominauit. q̃ maiorum ſuorum contigit nemini. ea tempeſtate Sulimanus Turcarum rex Pannoniam cũ ingenti exercitu inuaſit, multa oppida cepit, ac diripuit. plurimi interfecti; multi captiui ducti. Tandem Viennam omnibus eſt adortus viribus: quamdiu fruſtra oppugnatã magno ſuorũ numero amiſſo, ita vt milites ingenti Comitum cæde commoti ducũ imperio non parerẽt amplius, relinquere eſt coactus. facta pace inter Gallos & Hiſpanos regina Aloyſia Franciſci regis mater nono Griſti anno V. Cal. Nouemb. diem ſuum obiiſſe nunciata eſt, cum res inter Chriſtianos hoc tempore ſatis tranquille viderentur, Sulimanus ignominiam apud Viennam ſuperiore tempore acceptam grauiter ferens, eò iterum cum omnibus ſuis opibus rediit. Sed cum in Germania magnũ contra ſe conflari exercitum audiret, quo res ſuas redde-

Galli funduntur.

Pax. Obſides dimittuntur à Caſ.

Aloyſia regina moritur.

Sulimanus in Pannoniã venit.

Digitized by Google

ret firmiores, ad Sarmaciæ Regem miſit legatos, vt no-
uam cum eo amicitiam, & ſocietatem iniret, ne illum quo-
que difficili bello hoſtem haberet. quod facile eſt conſe-
cutus. Veneti legati qui Bizantii erant, non ſunt Sulimanũ
ea expeditione ſecuti. Sed diſceſſerunt, cum ille Adriano-
poli digreſſus eſt, affirmantes ſe non licere cum illo profi-
ciſci, cum in Chriſtianos bellum ſuſciperet: ne eorum ca-
lamitati aſſentiri viderentur. Cæſar coacto ingenti exerci-
tu non ſolum Germanorum, quorum res potiſſimum a-
gebatur, quod malum erat illis proximum, ſed etiam Hi-
ſpanorum, & Italorum Viennam contendit. aderat Fer-
dinandus Rom. Rex eius frater. Pontifex Clemens illuc
ſuas omneis conuertit opes. Andreas Doria, qui paulo an-
te ad Cæſaris ſtipendia venerat, magna claſſe collecta ſen-
tiens Sulimanum in Pannonia occupatum, in Peloponeſ-
ſum mouit: Coronem aggreſſus vi cepit, omnibus Tur-
cis, qui in ea fuerant, occiſis. Sulimanus magnum contra ſe
exercitum intelligens conflatum, & Coronem captam, re-
bus ſuis metuens, cum etiam peſte, & fame eius exercitus
laboraret, illam expeditionem reliquit, Micalogus, q leuis
armaturæ equitum illius parti præerat, & illis ſæpe excur-
ſionib. Chriſtianorum fines infeſtabat, ab illis interceptus
fuſus eſt ac deletus. alii ceciderunt, alii ſunt capti, ipſe peri-
culum ſentiens, cum ducentis equitib. ad exercitum con-
fugit. rebus infeliciter geſtis Turca Bizantium reuertitur.
quare Cæſar in Italiam conceſſit: Mantuam ſumo honore
& plauſu ingreſſus eſt: vbi multis fuit diebus magna ciui-
tatis lætitia. Ludi varii generis ſunt editi: quidam equites,
quidam Comites, quidam Duces ab eo declarati. multis
poſt diebus decimo Gritti anno Bononiam, vbi Clemens
etiam Pontifex & Veneti legati aderant, profectus eſt. de
rebus Italicis actum, & nouo fœdere, & ſocietate conſul-
tum & confectum ad III. Calend. Mart. vt Pontifex, Cæ-
ſar, Veneti, & reliqui Italiæ Principes inter ſe ſocii eſſent:
Italiam communibus omnium viribus tuerentur, & ad
quemcunq; motum cõmune auxilium eſſet. magna fuit ex
eo

Venetorum Legatorum pietas.

Corone capitur à Doria.

Micalogus funditur.

Digitized by Google

eo Italiæ lætitia: quam auxit allatum ab Andrea Doria Corone auxilium: qui comeatu, armis & milite ciuitatem obſidione laborantem adiuuit & penè liberauit. XI. Gritti anno IV. Id. Septemb. Clemens Pontifex eſt vita functus. in eius locum Paulus III. Romanus prid. Id. Octob. eſt ſuffectus. paucis poſt diebus Alphonſus Eſtenſis Ferrariæ Dux etiam obiit, vir prudentia, conſilio, & belli peritia clarus, & Reip. iampridem reconciliatus. Erat eo tempore Italia quieta: ſed paulò poſt Franciſcus Gallorum rex magno exercitu coacto in Alobrogum fines mouit. Taurinum primum captum eſt: deinde Pinarolum, & denique totus ferè ille Principatus. quod cum Cæſar cognouiſſet, qui Neapoli tunc erat, ſe Romam contulit: vbi à Pontifice, & Romanis honorifice exceptus eſt. inde Senas, poſtea Florentiam: vnde in Alobrogas citato curſu contendebat, cum Gallicus exercitus eſt in Galliam reuocatus. is Foſſanum eſt aggreſſus, & paruo negotio adeptus. inde in prouinciam Doriæ claſſe eſt deuectus: cum nihil proficeret, quod omnia firma erant, non paruo ſuarum copiarum detrimento diſceſſit. Florentini quorum libertas ab Alexandro Medicæ oppreſſa fuerat, mortuo Clemente Pontifice, à quo Alexander fuerat adiutus, vertuntur in ſeditionem, libertatem ſibi priſtinam vindicare conantur: mittunt ad Cæſarem in Hiſpaniam legatos, vt Remp. liberam velit, rogant. nihil eſt impetratum. in Affricam magnum exercitum claſſe traducit ad Tunedem recuperandam: quæ ciuitas ab Oeneobarbo Pirata capta fuerat. vrbe, & toto ferè regno Cæſar potitur, magna Chriſtianorum captiuorum multitudine liberata. regi omnia reſtituit, indicto illi tamen tributo, quod ſingulis ſibi annis penderet. Sed dum in Affrica Cæſar bellum gereret: Franciſcus Rex in Italia nouos tumultus excitauit ductu, & auſpiciis Guidi Rangonii: q̃ repentino conflato exercitu multa in Pedemontana regione oppida cepit. Genuam etiam tentare auſus eſt. Sed fruſtra fuit omnis eius conat⁹. illi nanq; Medices Cæſaris Dux ſuis eſt copiis aduerſatus.

Clemens Pontifex moritur.

Paulus Pontifex.

Alphonſus Eſtenſis moritur.

Pedemontana regio capitur.

Cæſar in prouincia.

Tunes recuperatur.

Digitized by Google

Carolus triumphat. Cæſar compoſitis rebus Affricanis expulſo Oeneobarbo ac fugato, in Italiam rediit magno triumpho, & populi plauſu Neapolim eſt ingreſſus. non multò poſt tempore *Antonius Leua moritur.* Antonius Leua Dux prudentiſſimus, & Mediolani Præfectus diem ſuum obiit. in eius locum Vaſti Princeps vir rei militaris peritus à Cæſare eſt aſcitus, ea tempeſtate cũ Paleologorum gens omnis intercidiſſet, eorum imperium Mantuano Principi cognationis iure Cæſar addixit. XIV. Gritti Principis anno Venetias allatum eſt, idq; verum poſtea comprobatum Alexandrum Medicem Florentiam Ducem à Laurentio Medice eius familiari, & neceſſario patriæ libertatis ſtudioſo interfectum fuiſſe. *Alexander Medices occiditur.* in eius locum à Ciuitate Coſmus Medices adhuc adoleſcens eſt ſuffectus. qui primo ſui imperii tempore multas ſenſit moleſtias: tandem omnia ſunt pacata, & ad ocium deducta. quidam exules, qui à principio ciuitatem ſunt aggreſſi, facilè ſunt repulſi & fugati. alii interfecti, alii capti. nec à Gallis, & Cæſarianis interea à bello ceſſatum eſt: Sed in Pedemontana regione, & Mediolani finibus continenter bellatum: alter alterius cepit oppida. Veneti ab armis abſtinuerunt, nec vllius partes ſunt ſecuti, cum in Italia varia bella gererentur: adueniente vere Gritto & Senatui nunciatum eſt Sulimanum ingentem claſſem, & terreſtres etiam copias parare, nec quo moueret ſatis intelligi poterat. quamobrem VI. Idus Maii Hieronymus *Hieronymus Piſaurus.* Piſaurus claſſis Imperator eſt delectus, & magno Triremium numero Corciram miſſus, vt Reip. conſuleretur: Turcica claſſis Elleſponto egreſſa Corciram vſq; progreſſa eſt. quod cùm nunquam antea contigiſſet: patres cum *Veneti duas claſſes habent.* Turcis non fidendum ſtatuerent, alteram parare claſſem, quæ ſinum Adriaticum tueretur, eo tempore, decreuerunt. hæc prouincia Joanni Victurio eſt demandata: qui *Ioannes Victurius.* confeſtim Catharum miſſus ea loca diligenter eſt tutatus. Sulimanus terreſtres copias duxit in Macedoniã: quo claſſem etiam, q̃ Idruntẽ verſus profecta fuerat, venire iuſſit. hinc magnã armatorum manum miſit contra Cymerios: quæ

Digitized by Google

quæ id accepit detrimenti, vt penè omnes perierint. Andreas Doria eo tempore cum ſuis, & Pōtificis, & Rhodiorum equitum triremib. in Sicilia erat: hic cum Turcicam claſſē ad Macedoniç portus eſſe cognouiſſet, eò ſtatim mouit. paucis poſt diebus duodecim triremes hoſtium longè à reliqua claſſe vagari certior factus, ad eas vertit cúrſum. quas conſecutus, & præter hoſtis expectationem adortus, magno prælio facto, multis vtrinque occiſis, tandem omnes cepit. celeriores in Siciliam deduxit, grauiores, & ad curſum minus aptas igni mandauit incendi. qua de re admonitus Sulimanus grauiter ferens ignominiam Oeneobarbum iuſſit, vt Doriam confeſtim inſequeretur, & cum eo ſi data eſſet facultas, confligeret, id cum in caſſum tentaſſet Oeneobarbus, nō conſecutus, Hydruntem verſus direxit curſum, ad littus cum appuliſſet, ad octo equitum millia, & magnum etiam peditum numerum, inter quos multi ex Neapolitano regno fuerant, expoſuit; qui illam regionem premerent. caſtrum Turcæ magna vi tentare cœperunt. Sed cū diu eſſet dimicatū incerta victoria: oppidani tandem exulum hortatione & conſilio ducti, illis oppidū dediderunt ea conditione vt ipſi cum omnib. ſuis rebus abirent incolumes. magna fuerunt ꝓmiſſa, ſed nihil prçſtitū nec quicq̄ ſeruatum. alii ſtatim interfecti, alii in ſeruitutem redacti. cū nihil ꝓficeret, ibi Oeneobarb. in Macedoniam rediit. Venetam claſſem apud Sulimanū accuſans, q̄ in cauſa fuiſſe contendebat, quo minus res ſuç feliciter ceſſiſſent. nam cum Piſaurus noctu Hydruntem nauigaret, in Turcarum claſſem incidit ignarus, & re cognita retrò ceſſit, & Corciram rediit. id ille conſpicatus ſe ab eo conſultò petitum cenſuit: ac propterea inde receſſiſſe affirmabat. hac re commotus Sulimanus Reipub. bellum inferre ſtatuit: Corciram primum iubet adoriri: exercitum, quem in Calabria habet reuocat: Duces, qui in Caſtri deditione fidem hoſti non ſeruauerant, omnes illius iuſſu perfidiæ dant pœnas: captiui, qui in ſeruitutem ducti fuerant, ſtatim dimittūtur. ipſe Adrianopolim ſe recipit. inde,

Doria præda.

Caſtrum deditur Turcis.

Turcorum perfidia.

Belli cauſa.

Digitized by Google

Oeneobarbi geſta in Corciram. vt decreuerat, mittit Corciram cum claſſe Oeneobarbum. hic VI. Cal. Septemb. ad inſulam peruenit: loca cepit vaſtare incurſionibus, ędificia omnia incendere, & quoſcunque poterat facere captiuos. miſſæ ſunt etiam eodem à Sulimano terreſtres copiæ triremibus, & aliis nauigiis deuectæ: ad quinq; & viginti millia hominum. graues fuerunt inſulæ moleſtiæ: homines aut ferro occidebantur, aut ducebantur captiui, pagi multi direpti, & magna ex parte combuſti. præerant Corciræ eo tempore Simon Leo, & Aloyſius Riua cum aliis Ducibus, & viris fortibus: qui hoſti fortiter reſiſtebant, & ab vrbe repellebant. Turcæ verò cum nullo modo eam obtinere poſſe ſperarent, cum ſæpe tentaſſent, ad XIV. Calend. Octobr. inde receſſerunt. Sulimanus cum exercitu Bizantium rediit, in Elleſpontum claſſe etiam reuocata: ſic Corcira obſidione liberata eſt. *Corcira liberatur obſidione.* quam ob rem Hieronymus Piſaurus, & Joannes Victurius claſſium Imperatores inter ſe ſanxerunt, vt Piſaurus cum ſuis triremibus Scardonam ſe conferret ad vrbem oppugnandam: Victurius Jadram profectus, ea loca à Barbarorum incurſu tueretur. vterque ſuum munus, quoad eius fieri potuit, eſt obire conatus. Piſaurus Scardonam adortus, fortiter dimicando expugnauit, & ſolo æquauit, vrbis præfecto, qui Maurus fuerat, & olim Chriſtianus, & aliis omnibus interfectis. *Scardona capitur à Venetis.* Jadræ aderat Gabriel Riua Veronenſis: qui illuc Victurio profecto quadam conſilium ſecutus, cum Paulo Vendramino, Donato Cornelio, & Franceſco Lauretano triremium Præfectis ad Briuatium Turcarum oppidum expugnandum cum omnibus illorum cohortibus eſt profectus, ii primo impetu ſuburbia aggreſſi ceperunt & diripuerunt, & direpta incenderunt. oppidum ſæpius tentatum eſt: multi vtrinque interfecti. ſed cum nihil proficere noſtri ſibi viderentur, inde ea de cauſa receſſerunt, vt Jadram redirent. eo itinere à Turcis equitib. intercepti, magna ex parte ſunt occiſi. *Gabriel Riua.* Gabriel rebus deſperatis ipſe cum paucis fugit: etiam Vendraminus, & reliqui triremium præfecti nec

nec viui, nec mortui vſquam ſunt inuenti. ingens erat Venetiis omnium mœror, quod nullo apparatu, & conſilio proficeretur: nec minus reliqua omnis Italia commoueri videbatur: cum inde Chriſtianum nomen & res Italicæ omnes inclinari viderentur. quare Paulus Pontifex fœdus cum Cæſare, & Venetis & ſocietatem faciendam curauit: qua omnes in Turcas, vt in communeis omnium hoſtes conſpirabant, delectis belli Imperatoribus Franciſco Maria Vrbini duce, qui Terreſtribus copiis, & Andrea Doria, qui naualibus præeſſet: quibuſdam tamen additis conditionibus: quibus vnuſquiſque ſuum obiret munus: nec dolus eſſe poſſe videretur. in hoc fœdere Rex Gallorum noluit eſſe quamuis à Pontifice ſæpe eſt inuitatus, & ita ictum eſt, vt ſi ille forte poſtea ingredi vellet, ſtatim poſſet. is vero facta ſocietate exercitum miſit in Italiam: qui cum primum Alpes præteriit, Alobrogum fines vaſtare cœpit Alba, quę non ſatis munita fuerat capta eſt, & quantum fieri potuit à Gallis munita. aderat Vaſti Princeps Aſti, quod eſt oppidum Albæ proximum: qui ad impetum Gallorum eo ſe receperat. nihil ibi memoria dignum geſtum eſt, Sed tamen Italia iniquo tempore valde perturbata: cum impediretur, quo minus in Turcas idonei fierent apparatus. his temporibus Florentini exules multis coactis vndique copiis Florentiam petere ſunt conati. ſed cum illorum partem ad Montismurli loca eſſe cognouiſſet Alexander Vitellius, qui tunc Florentiæ aderat, nec adhuc omnem exercitum, qui Mirandulæ fuerat conflatus eo conueniſſe intelligeret: omnibus ſuis opibus hoſtes petere decreuit. quos clanculum aggreſſus facile fudit, ac deleuit: alii occiſi, alii capti, alii fuga ſunt ſeruati. quidam in arcem ſe receperant: quam paulo poſt, & ſe ipſos Vitello aduenienti dedere ſunt coacti. quod tamen hac lege factum eſt, vt viui, & incolumes ſeruarentur. qui in cuſtodiam accepti Florentiam quamprimum ſunt ducti. Paulus Pontifex icto fœdere cum Cæſare, & Senatu, cum adhuc diſcordia eſſet inter Cæſarem, & Franciſcum regem, quæ in cauſa erat quo minus in Tur-

Fœdus nouum cum Turcis.

Alexander Vitellus.

Digitized by Google

cicum bellum commode incumberetur. Sed per inducias, quæ per tres menſes factæ fuerant, & totidem poſtea prorogatæ eo tempore quieſcerent, cupiens inter eos pacem eſſe egit, vt illorum vterque Nicem Prouinciæ oppidum ſe conferret: quo ipſe etiam eſt profectus. diu de pace actum, ſed cum fieri non poſſe videretur, inducias per decem annos prorogari Paulus obtinuit. ipſe eius claſſis, quæ ſex & triginta triremium erat, Imperatorem Marcum Grimanum Aquileiæ Pontificem deſignatum, declarauerat. Veneti cum antea per hyemem omnis eorum claſſis domum reuocata fuiſſet, maris imperium Vincentio Capello demandant: qui magno triremium, & omnium nauigiorum numero collecto ſe Corciram primum confert. hoc anno, qui quintus decimus Gritti principatus fuit, à Principe, & Senatu Camillus Vrſinus, Iadram Dalmatiæ vrbem cum aliis ducibus, & magna militum manu miſſus eſt, à quibus Oſtrouitia, quæ in Turcarum poteſtate tunc erat, capta eſt, direpta, & cum multis pacis igni ſuccenſa; ſeptingenti Turcæ dicuntur à noſtris ea expeditione occiſi, quadraginta capti. qui in ea re Chriſtiani fortiter ſe geſſerant, ab Vrſino, & Aloyſio Baduario, qui ibi aderat legatus, ſunt laudati. menſe Iunio Oeneobarbus Cydon Cretæ oppidum cum claſſe appulit: cui præerat Andreas Grittus principis gentilis. magna militum multitudo egreſſa eſt è nauibus ſine ordine, vt loca & oppidum popularetur. Sed cum ille vrbem videret munitam, & Ioannem Maurum, qui Cretam vniuerſam cum imperio obtinebat, in ſuorum auxilium cum exercitu venire intelligeret, milites celeriter naues conſcendere iuſſit, duobus hominum millibus, & amplius in terra relictis: qui à ruſticis ſunt omnes interfecti. Rhitimnam poſtea fruſtra conceſſit longe munitiorem, multaq; alia inſulę loca tentauit. Sed vanus fuit omnis illius conatus. interea cum Marcus Grimanus cum Pontificia claſſe Corciram perueniſſet, Ambraciam primum tentare ſtatuit: quo magno profectus animo ſuburbia cepit, ac diripuit: arcem munitã ſentiens relinquere eſt coactus & Cor-

Induciæ per Pontificem.

Camillus Vrſinus.

Aloyſius Baduarius

Oeneobarb. inuadit Cretam.

Marcus Grimanus.

& Corciram, vbi Capellus aderat, redire, eo peruenit etiam Andreas Doria prid. Non. Sept. cum quinquaginta triremibus, & aliis nauigiis optime inſtructis. ex tribus claſſibus vna facta eſt. quæ ducentarum quinquaginta fuit nauium. Tunc à Doria tota claſſe perſpecta, omnibus mandatum eſt; vt vnuſquiſque eſſet inſtructus, ac paratus: vt ad tubæ ſignum omnes Ambraciam peterent; quod paulo poſt factum eſt. ſed cum Oneobarbum cum claſſe ibi adeſſe comperiſſet, nec eo tempore confligere commodum eſſe duceret, ſe Leucadem recepit: quo Turcica claſſis etiam venit, Alexandrum Buldomerium Venetum, qui magnę naui præerat, Turcę inuadunt: vndiq; oppugnant: hic ſe fortiter defendit nullo vento, nulloque alio auxilio adiutus. Doria, ad quem vniuerſæ Chriſtianorum claſſis imperium pertinebat, numquam pugnare voluit: nec pugnandū cenſuit: etſi ad certamen à Capello, & aliis ſæpe hortatus eſt, ac rogatus, affirmans cum id commodum viderit, officio non defuturum. duæ triremes altera Pontificia, altera Veneta hoſtium ignaræ, cum ſuos eſſe arbitrarentur, per noctem ſunt captæ. quædam etiam naues onerariæ cōmeatus plenæ interceptæ: claſſes Chriſtianorum noctu Corciram rediere. Inde Andream Sirugum cum centum & quinquaginta militibus duabus triremibus mittunt Pargam, Venetorum in Macedonia oppidum, metuentes ne ab hoſte interciperetur. ii cum Oeneobarbum eo præueniſſe cognouiſſent, retro ad ſuos ſunt reuerſi. quamobrē claſſiū noſtrarum imperatores diſpoſuerunt ordines, per dies quatuor omnes ad pugnam fuerunt parati, & inſtructi, triginta millia paſſuum ab hoſte ſeiuncti. hoc tempore Oeneobarbus Chriſtianam claſſem Catharum verſus proficiſci à quibuſdam monitus, eodem ipſe ſtatuit contendere. cum Ericuſam perueniſſet, ædificia omnia ſuccendit. Poſtea Aulonem iter dirigens ingenti tempeſtate correptus, & grauiter agitatus magnū cepit detrimentum: ſexdecim naues dicitur amiſiſſe: Florentiſſima militū indoles interiit aquis obruta. his diebus Franciſcus Maria Vrbini dux, qui ex fœdere

Alexander Buldomerius.

Naues captæ à Turcis.

Tempeſtas.

Franciſcus Maria obiit.

Imperator in Turcas publice fuerat delectus, cum Venetiis eſſet, in grauem incidit corporis ægritudinem. qua vehementer commotus Piſaurum eſt ſubito deuectus. ibi XII. Calend. Nouembr diem obiit extremum. eius corpus Vrbinum eſt delatum, & honorifice in diuæ Claræ ſitum, ſubinus Venetiis etiam ad Gemellorum ædem eſt elatum Gritti principis, & Senatus præſentia honoratum. Laudatus eſt à Laurentio Contareno viro generis nobilitate, & eloquentia claro. Guidus Vbaldus illi ſucceſſit hæres non ſolum Imperii, ſed etiam paternæ virtutis, & Venetæ Reip. beneuolentiæ. Grimanus, Doria, & Capellus cum omni claſſe Caſtrum nouum Dalmatiæ oppidum, quod in Turcarum poteſtate erat, aggreſſi VI. Cal. Nouembr. vi ceperunt. duæ arces, quæ oppido erant proximæ, ſunt noſtris deditæ his conditionibus, vt qui Turcæ eſſent in illis, certa pecunia redimi poſſent: arma, & res quæcunque victori quamprimum traderentur. hac victoria parta hyeme adueniente, tres claſſes domum rediere. Grittus vero princeps, cum quindecim annos, menſes ſeptem: dies octo ſumma prudentia Reip. præfuiſſet, annum agens quartum & octogeſimum VI. Cal. Ianuarii fato, naturæq; conceſſit. eius funus mœſta & frequenti Ciuitate ad Gemellorum ædem eſt elatum. Laudauit pro concione more maiorum Bernardus Nauagærius, vir generis nobilitate, & eloquentia inſignis: ipſe ad Franciſci Phanum ſitus eſt.

Caſtrum nouum capitur.

PETRI LANDI VENETORVM Principis Vita, per Syluestrum Girellum Vrbinatem.

Petrus Landus.

PETRVS Landus patre Ioanne claro magiſtratibus viro, matre vero Iſtriana: quæ ex Foſcara familia fuit oriunda, optima fœmina ortus eſt. qui vt nobiliſſimos, & optimos parentes ſortitus, & ab illis diligenter eſt educatus, ita honeſtum vitæ curſum, & Reip. valde vtilem inſtituit. hic poſt

Digitized by Google

oſt humanitatis ſtudia, quibus optimi ingenii puer non
ıediocriter pro ætate eſt imbutus, patre amiſſo, annum
gens ſextumdecimum mercaturæ, & nauigationi, qua
'eneta nobilitas non parum adiuuari ſolet, ſe tradidit; cui
er annos aliquot operam dedit. nec tamen eo tempore li-
:tas prætermiſit, ſed illis vſque adeo eſt delectatus, vt ſiue
'enetiis, ſiue aliis in locis eſſet, ſiue iter faceret, ſiue naui- *Petri adoleſcentia.*
aret, libros ſemper comites haberet cariſſimos, & diſcen-
i gratia aliquid perlegeret. Factus itaque mercaturæ, &
auigationis ſatis peritus, cum & morum optima indoles,
: corporis forma, & honeſtę artes illum apud omnes red-
erent gratioſum, vt eloquentior, & Reipub. vtilior eſſet,
nicorum defenſionibus ſe dedit; & à nobilitate poſtea
ɔrenſium cauſarum patronus eſt delectus: quod Patriciis
ıntum viris eo tempore dabatur. annuo hoc munere nō-
um perfecto, petitionum iudex XXIII. ſuæ ætatis anno
ıagno ciuitatis conſenſu eſt creatus. quod cum per æta-
:m conſequi non poſſet, pro eius tamen ingenii acumine,
: modeſtia ſingulari, aduocatores communis, ad quos res
:rtinebat, cenſuerunt admittendum. quia quod ætati ne-
ıbatur, id ſapientiæ, & optimæ voluntati videbatur con-
:dendum. Factus deinde ordinum præconſultor, qui ma- *Præconſultor ordinū.*
ſtratus ad Senatum referendi de rebus tantum maritimis
s habet, vt igitur in iudicialibus cauſis optimę ſe geſſerat:
ı in Reipub. adminiſtratione fuit prudentiſſimus, rerum
ɔrenſium vſu ſummopere adiutus. Defendebāt illis tem-
ɔribus ordinum præconſultores cauſas, quibus ipſi inter-
ſſerant, ad quadraginta virale conſilium: vbi cum ſæpius
xiſſet, non mediocrem ex eo gloriam eſt adeptus. Duxit
ɩorem Mariam Paſcolicam: ex qua Ioannem, & Fran-
ſcum filios ſuſcepit. Baſſanum prætor profectus, ita ſe
:ſſit, vt vehementer à malis timeretur, à bonis coleretur.
iure dicendo prudens, & iuſtus haberetur, & eſſet. do-
ıum reuerſus à principe, & patribus eſt laudatus. trire-
ibus deinde quatuor, quæ ea tempeſtate ſingulis annis
lexandriam mittebantur mercibus onuſtæ, præfectus,

Digitized by Google

ea nauigatione, quod & natura duce ad bene agendũ erat pronus, & gloriæ cupidus, & eius rei ſatis peritus, eo munere ita functus eſt, vt omnib. prope, & nautis, & mercatoribus gratus fuerit. illud etiam illi præter cætera laudẽ auxit, quod cum nauigationis peritus eſſet, & nauis, qua vehebatur forte fortuna terræ proxima in magno eſſet periculo, primus ipſe ſolus periculum ſenſerit, & reb. quamprimum conſuluerit. ærario deinde præfectus patribus, & omnibus fere ciuibus adeo ſatisfecit, vt in ſenatũ paulo poſt ſit aſcitus: cum iam in omnibus magiſtratibus, quos antea geſſerat, vir optimi conſilii eſſet cognitus, & ad Rempu. adminiſtrandam accommodatus. hinc nauali præficitur: quippe qui ad eam rem aptus, & iam pridem peritus videretur, quod reb. maritimis non ſolum interfuiſſet, ſed præfuiſſet. vbi triremes multas cõſtruxit, publicæ vero pecuniæ magis parcens quam ſuæ. foras vero materiei cauſa, quæ componendis nauibus erat neceſſaria profectus, & multis laboribus, & variis defeſſus incommodis, in grauem incidit ægritudinem: qua cum totos quatuor menſes laboraſſet, vix tandem conualuit. Hoc tempore cum Pannonum regina Venetias, vt vrbem auguſtiſſimam inſpiceret, & quæ in ea ſunt, memorabilia ſpectaret, forte veniſſet, & honorificentiſſime excepta: diſcedenti duas triremes ſenatus commodi, & honoris gratia illi decreuit: quibus in regnum reduceretur, & Petrum Landum, quod prudens, humanus, & rerum peritus eſſet, qui eam deduceret, miſit. qui ita reginæ fuit gratus, vt præter peculiarem eius temporis gratiarum actionem, quoties ex illo regno aliquis ſe Venetias cõferret, quod illa ſciret, Petro ſalutem dicere ſuo nomine mandaret. ſalinarum procuratione accepta, quæ erat Comitiis demandata, eam Reip. operam nauauit, vt magiſtratu optime geſto cõſtruendarum ædium auguſtiſſimarum, quæ nunc germanis mercatorib. locantur, ei prouincia ſit cõmiſſa, & breui inſigne opus perfectum. declaratus deinde præconſultor continentis (quæ magiſtratus cura eſt,) oppidis proſpexit accurate, multa munitiora facienda curauit.

Petri Landi peritia nauigationis.

Pannonum regina.

Continentis præcõſultor.

rauit, vſque adeo vt poſtea in eundem magiſtratum ſæpius ſit reuocatus. Fauentiæ deinde præficitur, quæ ciuitas paulo ante in Venetorum poteſtatem venerat : vbi cum prudenter, & iuſte imperaret, & ius diceret : multi ex vrbibus finitimis, etſi eius imperio non cogebantur parere, iuſtitiæ tamen, qua clarus erat, nomine commoti ad illum cauſas ſuas iudicandas deferebant. In patriam illo redeunte Fauentini eius diſceſſum grauiter ferentes, quod carminibus, & magnis teſtati fuerant querelis, ad Senatum miſerant legatos, quibus vt iterum ſuæ ciuitatis Lando daretur gubernatio, cum illis gratus eſſet, rogabant. quod profecto, niſi leges prohibuiſſent, fuiſſet impetratum. Venetias igitur reuerſus indicto à Iulio II. Pontifice maximo, à Maximiliano Cæſare, & Gallorum rege Venetis bello, exercitus, qui in Flaminia conflabatur legatus à Senatu eſt delectus. vbi cum oppida arces, & omnia loca, vt res poſtulabat, diligenter tueretur, & auxilia, & cõmeatum, quoad eius fieri poſſet, ille cõpararet, præmia pollicendo illis, qui ſtrenuam Reip. operam nauaſſent, vbi ſuſpicio militum perfidię eſſet diligenter inueſtigando: tandem centurionis cuiuſdam, & militum eius nomen delatum eſt; qui hoſtibus ſtudebant, & res Venetas prodebant. qui ſtatim crimen confeſſi meritas ſceleris pœnas dederunt. poſtea omnibus ſibi commiſſis copiis Rhauennam collectis, milites variis laboribus, & quibuſdam dimicationib. fictis quotidie exercebat, vt cum operæprecium videretur, omnes eſſent paratiores, & ad pugnandum aptiores: eos promiſſis, & gloria propoſita excitando, oppidis auxilia mittendo : quæ quanquam exercitus pontificius erat copioſus, atque fortis, ſua tamen diligentia tutatus eſt, & Reip. conſeruauit. cum vero mandaſſet, vt quidam milites, qui Fauentia erant, hoſtem ex altera parte adorirentur, eo conſilio, vt ipſe ex altera impetum faceret : re patefacta aditus, qua qui Fauentia veniebant milites erant tranſituri, ab hoſtibus eſt intercluſus; & propterea non eſt quod volebat Petrus conſecutus: cum hoſte tamen aliquamdiu dimicauit. cum vero ſe voto

Fauentiæ præficitur Landus.

Petri Landi diligentia.

Proditio militis.

Prælium Venetorũ cum pontificiis.

Digitized by Google

fruſtratum videret, quod auxilium ſtatutum nuſquam apparebat, & fortuna magis hoſti, quam ſibi fauere videbatur:& ſi pauci vtrinque fuerant deſiderati, tamen cum numero hoſtium longe maiore vinceretur, Rhauennā intra mænia ſe recepit, eamq; vrbē, & reliqua Reip. loca magna etiam hoſtium ſtrage fortiter defendit. eo tempore Venetus exercitus, qui in Abduæ Glarea erat, ducum diſcordiis, qui illi præerant, à Gallis victus eſt, atque fuſus. Quare omnes Venetorum ciuitates, quæ in Gallia Ciſalpina erant ſtatim fecerant deditionem. quo vulnere perculſi patres in pontificis gratiam redire ſtuduerunt: vt cum hoſtes eſſent pauciores facilius eſſet cum illis negocium. mandarunt itaq; Lando vt Rhauennam, & omnes alias vrbes, atque loca, quæ in Flaminia habebant, Pontificio imperatori traderet, ita vt milites & omnia armorum & tormentorum genera retineret. quod etſi facere ſtuduit, hoſtes tamen non ſolum res omnes, verum etiam magiſtratus per vim retinuerunt. Nec Petro pepercillent: niſi celeriter nauim conſcendiſſet, portuque Rhauennati fuiſſet egreſſus. in patriam reuerſus quod prudens, & rei militaris erat peritus, præconſultor continentis eſt declaratus. quo magiſtratu ſæpius fuerat antea honeſtatus, & multas ad patres, & graues habuerat orationes, & tunc plures, & grauiores, cum Reſpub. periculum adire videretur. Senatus vero cupiens bello tandem finem imponere, & à tot, ac tantis moleſtiis, quibus erat defeſſus, ſe liberare; illum legatum ad Cæſarem decreuit: qui cum illo de pace ageret. cum proficiſceretur, & iam Tridentum perueniſſet; ibi reperit Cardinalem Crucenſem: qui Cæſaris nomine de huiuſmodi pace acturus in Italiam veniebat. quem Landus cum cōueniſſet, prudētia, & humanitate ſibi, & Reip. beneuolū, & amicum reddidit, & ad negocia tractanda facilem, ita vt ſingularem quendam amorem illi Crucenſis oſtenderet; & deniq; verbis ſuauibus, & humanitate eſt inductus, vt pacem faceret ea lege, vt vrbes, quæ Venetis bello fuerant ablatæ, illis omnes reſtituerentur excepta Verona: quam tamen aliqua impenſa

Ciuitates Venetorum Gallis deduntur.

Flaminiæ ciuitates deduntur pontifici.

Petri Landi eloquentia.

Pacis conditiones.

impenſa paulo poſt reddendam ſe curaturum affirmabat: quæ conditio etſi Reip. aliquam iacturam afferre videbatur, certe fuerat accipiēda, vt poſtea ex his, quæ ſecuta ſunt mala perſpectum eſt. cum videretur Senatui in ea re mora fore vtilis, & Crucenſis Romam deducendus: vbi pacem faciliorem, & meliori conditione futuram ſperabat: Petro mandauit Crucenſi ſuaderet, vt inde diſcederet, & iter inſtitutum perſequeretur. & quanquam Landus per literas Senatum hortabatur, vt ibi pacem vellet: vbi iam facilem videbat, propterea quod Romæ per ſummæ authoritatis viros, & Reip. inimicos, qui eam rem poſtea erant tractaturi, & in ſententia, quam initio dixiſſent, permanſuri, pacis conditiones facile turbari poterant, vt poſtea factum eſt: tamen in eadem patres opinione perſtiterunt, & illi, vt eadem faceret, reſcripſerunt. Is igitur quemadmodum à Senatu mandatum fuerat, Crucenſi vt Romam ſe conferret, perſuaſit. cum itaq; Romæ res ageretur, multorum legatorum ars, & callida conſilia paci fuerunt impedimento, & omnes illæ, quæ antea fuerant propoſitæ conditiones, ſunt poſtea negatæ. alii quod principibus ſuis diligentes videri cupiebant, alii quod Venetum nomē habebant odio, alii alia de cauſa pacem, quo minus fieret, impedire conabantur. Illa legatione quia multa incommoda perpeſſus eſt, & moleſtias, domū reuerſus in grauem corporis morbum incidit: quo per multos dies laborauit. cum tandem prope conualuiſſet, non tamen ſatis firmus, ad regem Gallorum legatus eſt delectus: quam illē legationem cum adhuc eſſet corpore imbecilli, & infirmo, nec tanti itineris labores ferre ſe poſſe ſperaret, adire noluit, cum eam vt patriæ dignitas poſtulabat, obire ſe non poſſe intelligeret. interiecto non multo tempore, cum illum præter eius voluntatem vellent patres Romam; vt eodem munere fungeretur, mittere ad Pōtificem, mulcta propoſita ſi negaret, legationem demandarunt. Romam igitur profectus induſtria, & naturali quadam humanitate multos Reip. amicos comparauit: pontificem vero ita ſibi, & patrię beneuolum,

Landi conſilium.

Pacis impedimentum.

Landi agritudo.

Landus legatus proficiſcitur.

& rerum, quas tractabat, ſtudioſum reddidit, vt quicquid ab eo poſtularet, id omne facile, & quamprimum impetraret. eo tempore cum exercitus Venetus, qui erat apud Vincentiam à Cæſaris copiis fuiſſet victus & quorundam vel perfidia, vel negligentia fuſus, ac profligatus: cunq; multi qui antea Venetis ſe amicos eſſe profitebantur, ſe hoſtes aperte oſtenderent, Landi opera, & authoritate Leo Pontifex Maximus, qui Reip. plurimum, & obeſſe & prodeſſe poterat, amicus & longe quàm vnquam antea beneuolentior factus eſt. Itaq; cum Neapolitani regni præfectus, contra Venetos cum magnis copiis venturus eſſet, Pontifex Landi rogatu egit, ſpe pacis propoſita bonis conditionibus, vt retro redierit: qui ſi forte, quod antea ſtatuerat, perfeciſſet, magnum ſibi periculum Senatus impendere intelligebat. Decreuerat eodẽ tempore Pontifex Hiſpaniarum decimas Cæſari: quæ illi ad bellum gerendum magno adiumento eſſe poterant: Lando auctore, qui id patriæ detrimento maximo eſſe ſentiebat, ſi hoſtis pecunia auctus fortior fieret, decretũ illud ſtatim eſt à Pontifice abrogatum. quin etiam impetrauit Petrus, vt Romæ, & in aliis Pontificis locis milites plurimos cõſcriberet: & Reip. compararet, & cum tantas pecunias, quæ ad ſtipendia ſatis eſſent, non haberet, ab eodem vt ſibi ex eius ærario decem millia nummorum aureorum ſuppeditarentur, obtinuit. quod tamen Leo clam fieri, nec aliquo modo à quoquam ſciri volebat. vtq; tutius res procederet Lando, nõ Venetis id conceſſum ſtatuebat. quibus pecuniis magnum militum numerũ tunc collegit, & remp. quæ miſere opprimebatur, magnopere ſubleuauit. ea legatione ægrotauit ſæpius, cum initio non ſatis firmus eo profectus eſſet; nec propterea patriæ nauare operam deſtitit, ſed dies, ac noctes, quando ita res patriæ exigebant, lectica vehebatur ad Pontificem, tandem vero frequentib. & variis valetudinis moleſtiis defeſſus, & quod cœlum illud ſibi nocere ſentiebat, Senatum, vt in patriam redire permitteret, rogare coactus eſt. qua re impetrata Pontificem diſceſſurus ſalutauit, & diſceſſus ſui cauſas expoſuit.

Leo Pontifex fauet Venetis.

Leo Pont. adiuuat Venetos pecunia.

poſuit. qui vt illum vehementer diligebat, quod multis argumentis teſtatus fuerat, ita eius diſceſſum moleſte ferre oſtendebat, vt niſi cœlum illi aduerſum eſſet, eius legationem perpetuam ſe cupere affirmaret: tamen ſibi gratũ eſſe ſalutis eius haberi rationem. cum vero hortatus eſſet illum Pontifex, vt aliquid à ſe peteret, quod libenter id ſe facturum profiteretur, Rogauit Petrus vt eius patriam, quæ vita erat charior, ſibi perpetuo cõmendatã haberet, & illi quoad eius fieri poſſet, & quotieſcunq; occurreret, opẽ ferret: quo nihil ſibi gratius eſſe poſſe, aut iucundius, cum id ſe facturum promitteret, & inſtaret Pontifex, vt aliquid aliud poſtularet, idem quod prius Petrus ſemper rogauit. Illo Venetias redeunte ſcripſit Pontifex ad Senatum de eo literas: quibus hominem valde laudabat: & niſi ſaluti eius conſulendum duceret, ſe à Senatu dicebat fuiſſe petiturum, vt illum Romæ etiam impoſterum eſſe, ſi nõ Reip. at ſua certe cauſa permitteret: quod eius conſilium, quo ſæpe in rebus ſuis vſus fuerat, ſibi vtile, & fidum eſſe ſentiebat. Domum tãdem reuerſus, in collegiũ decemuirale ſtatim eſt aſſcitus: cui collegio præfuit eo anno ſæpius: vbi iuſtitiæ, & grauitatis nomine clarus extitit. Paulo poſt gubernator vectigaliũ comitiis declaratus: qui magiſtratus ſummis ciuibus demandari conſueuit, adeo diligentem patriæ operam nauauit, vt in conſiliariorum collegiũ poſtea ſit cooptatus. qui magiſtratus principi perpetuo aſſiſtit. nec quicquam ad ſenatum referri ſolet, quod non prius ad hoc collegium deferatur. hoc munere perfecto Patauina ei prætura eſt demandata. ea Ciuitas tunc ſicariorum, & latronũ plena, & à variorum generum aduenis ſcholaſticis veluti nauis fluctibus vexata, tali gubernatore indigebat: Quare Landus vrbem ingreſſus, his malis occurrendum ſtatim duxit, primum ſuo edicto pœnam illis ſtatuit, qui arma geſtarent, quiq; rixas, & turbas huiuſmodi concitarent; eos qui deliquiſſent mulctando, alios admonendo, alios reprehendẽdo, aliis minitando, alios puniẽdo, illã audaciã breui tẽpore cõpeſcuit. nec cuiuſquã amicitia illum cõmouebat, nec no-

Petri Landi laus à Pontifice.

Landus in decemviratum aſſcitur.

Landus conſiliarius.

Conſiliariorum munus.

Digitized by Google

bilium virorum authoritas, nec aurum, quo minus iuſtus eſſet, fures fugiebant Sicarii, & alii homines perditi, aut ab vrbe diſcedebant, aut ſupplicii metu continebantur. ſedatis igitur ſeditionibus expulſa audacia quieta cępit eſſe ciuitas, is vero colebatur à bonis, à malis timebatur, ac de eo, quæ ille vix optaſſet, prædicabant, nemo bonis amicior, nemo malis infeſtior. in patriam reuerſus præconſultor conſilij quamprimum, & deinde conſiliarius deſignatus, & quod diligens erat, & optime conſulebat, in dies maiorem laudem, & authoritatem ſibi comparabat. His temporibus cum procurator in demortui locũ more maiorum aliquis eſſet deligendus: ille etiam, etſi propter ætatem eſt præteritus, multis tamen ſuffragiis eſt honeſtatus. quod alias illi poſtea ſæpius contigit. Mortuo Antonio Grimano principe, parum abfuit, quin ipſe in eius locum ſufficeretur. Claſſis deinde Imperator deſignatus ſummo ciuitatis conſenſu, propter bellum, quod erat aduerſus Cæſarem in Hiſtriam primum, & poſtea in Dalmatiam deuectus, quæ neceſſaria erant illis regionibus parauit, ſui commodi oblitus, omnia ad publicam vtilitatem referendo. Corciram profectus ſex triremes Venetas militibus, commeatu, & omni præſidio fere priuatas repperit. quod cum præter ſententiam illi accidiſſet, grauius tulit, ac moleſtius, quam iudicaſſet: ſua tamen diligentia effecit, vt paucis diebus inſtaurarentur, & ad omnia præclara facinora inſtruerentur, expectans, quotidie à Senatu ſibi mandata, vt ad aliquod honeſtũ facinus gerendum illius conſilii iuſſu, & authoritate proficiſceretur. paucis autem diebus interiectis, cum Venetiis annonæ caritate laboraretur, in Siciliam nauigare iuſſus eſt. vnde quam maximam poſſet, frumenti vim in patriam comportandam curaret. quod quanquam propter bellũ iam cum Cæſare inceptum, & quod fruměti exportatio erat vetita, difficile fieri poſſe videbatur, atq; ipſe ita ad Senatum ſcripſerat; tamẽ vt patribus pareret, quod honeſtiſſimum putabat, rem tentare eſt auſus. vtq; eius Inſulæ populos ſibi, & Reip. cõciliaret, eo tempore, cum occaſio permittebat, ſe illuc

Landus conſiliarius & præcõſultor.

Landus Imperator claſſis.

Venetiis caritas annonæ.

ſe illuc Iudęi cuiuſdam Piratæ perſequendi cauſa veniſſe dictitabat, quem antea fugauerat, & tres illius biremes, quæ in fuga fuerant tardiores ceperat. quod Siculis etiam vtile, & gratum fore non ignorabat. Quod Iudæus eorum oræ maritimæ maxime eſſet infeſtus. iis rumoribus excitatis Auguſtam oppidũ Inſulæ munitiſſimum, & frumenti plenum peruenit. Incolæ, quamuis ad morem gerendum illi erant parati, quod eius aduentum ſibi profuiſſe ſentiebãt, & Iudæum inde expulſum gaudebant: tamen Cæſaris edicto pœnis conſtitutis impediri ſe aſſerebant illi eo tempore frumenta vendere, quod ſibi ob beneficium ab eo acceptum, moleſtum eſſe affirmabant: cum cuperent, quam poſſent referre gratiam: iterum Lando contẽdente, & ſibi illis opus frumentis dicente, quod commeatus claſſi iam deeſſet, illis qui fruges habebant bono animo eſſe iuſſis, arte inducti ſunt, vt illi obſequerentur: & magnam frumenti copiam precio tamen conſtituto, & ſtatim perſoluto traderent. quod Petrus nauigiis quibuſdam ea de cauſa Corciræ acceptis Venetias portari iuſſerat, Corcirã ipſe reuertens ea nauigatione duo ex his nauigiis tempeſtate iactata Idruntem forte ſunt appulſa, & frumẽtis omnibus ſpoliata: quæ quamquam diligenter tentatum eſt, vt reſtituerentur, tamen nullo modo haberi poterant. reliqua nauigia Venetias peruenerunt. is vero Corciram profectus cœpit milites, & remiges cum triremibus exercere, vt ad pugnandum, cum opus eſſet, & celeriter nauigãdum parati eſſent: Claſſem vero vt neceſſe videbat ad maris aditus diſponebat: vbi prędonum periculum eſſe ſentiebat. itaq; eius opera & diligentia nauigationem Venetis, & ſociis tutam reddidit, & quam diu maris Imperium tenuit, optime conſeruauit. Quæcunq; frumenta vndecunq; habere poterat, Venetias miſit: multa nauigia, quę alio fruges deuehebant, cum patria indigeret, in illam ire iuſſit, impoſitis militibus, qui mandata perſequi cogerent; ſi forte mercatores ad alia loca curſum dirigere tentaſſent. multis dieb. Corciræ moratus Senatus mandata expectans: cum diu ibi eſſe non

Landi ars.

Landus pius in patriam.

Digitized by Google

opus fore duceret; orientis oræ Reip. loca viſere decreuit. Zacinthum Inſulam primum profectus eſt. Deinde Nau-pliam Pelloponeſſi, Candacem Cretæ oppidum, vbi quæ neceſſaria eſſe cognouit diligenter effecit. oppida & arces cōmeatu, militibus, & aliis rebus muniuit: ſocios bono animo eſſe iuſſit. Candace Corciram Senatus literis tandem eſt reuocatus, vt inde in Apuliæ expeditionem proficiſceretur. inſtauratis Corciræ triremibus, cōmeatū, & reliquis, quæ neceſſaria erant ad bellum paratis, Monopolim Apuliæ oppidum ſe primum contulit, vt vel vi, vel deditione eam caperet. quæ ciuitas conſpecta claſſe optime inſtructa, & Imperatoris fama commota deditionem fecit: vbi poſitis præſidiis, & magiſtratibus rite conſtitutis ſatisfecit ciuibus; eoſq; conſolatus eſt, qui rei nouitate commoueri videbantur. quo tempore Nola etiam, ac Pulignanum ſe dederunt. quibus eodem modo conſuluit. Inde Brunduſium conceſſit. quæ ciuitas eiſdem rebus permota ſtatim ſe Lando tradidit. habet hoc oppidum arces duas, alteram, quæ mari imminet, altera quæ eſt incontinenti ſatis munita: facta ciuitatis deditione, Petrus ducum ſuorū conſilio, eam, quæ continentem ſpectat tormētis, & omnibus belli molibus oratione prius eius militibus inflammatis; fortiter eſt adortus. altera vero iis conditionibus. cum Lando pepigerat, vt capta illa quæ primo loco oppugnabatur, ſe quamprimum dederet. Idem Hydrus Calabriæ vrbs ſe facturam pacta fuerat. cum igitur Venetus fortiter arcem oppugnaret, eamq; iam omni defenſione ita priuaſſet, vt aut ſe dedere cogeretur, aut omni ſpe deſtituta expugnaretur, Senatus literæ Petro ſunt redditæ: quibus mandabatur, vt miſſa ea oppugnatione, Neapolim quam primum in auxilium Gallorum Regis nauigaret: cuius exercitus ea tempeſtate eam Vrbem Duce Lutrecio oppugnabat. Petrus, quamquam eam oppugnationem inuitus relinquebat, cum ad exitum iam res deducta eſſet: tamen pluribus eodem exemplo litteris acceptis Senatui, vt æquum erat, parendum ſtatuit. Sed quoniam claſſis cōmeatu indigebat, Cor-

Petrus Landus in Apuliam proficiſcitur.
Menopolis deditur.

Nola.
Pulignanū.
Brunduſium.

Corciram prius venire neceſſe fuit. quod iter tribus diebus factum eſt; ibi commeatu, & aliis, quæ claſſi neceſſaria videbantur celeriter comparatis, mandata patrum eſt executus. Neapolim itaq; profectus Vrbem obſidere cæpit, & tormentis crebris oppugnare, cum ex altera parte Gallorum terreſtris exercitus adeſſet, iis laboribus defeſſus in grauem corporis ægritudinem incidit. nec tamen officio deerat: omnia vt ſciret curabat, quæ agenda erant, ſtatuebat: nec vllum vitæ periculum adire recuſabat, vt quod ei rei vtile eſſet, perficeret, & vrbem ſi fieri poſſet caperet. multis diebus in ea obſidione conſumptis, cõmeatu indigere cœpit. quem quamuis Petrus Piſaurus Venetorum Legatus apud Lutrecium pollicebatur aliquo ſe modo ſuppeditaturum; nunquã tamen quicquam effectũ eſt. is vero quanquam alienis regionibus res ægre fiebat, tamẽ in dies ſua diligentia claſſi commeatum, & alia, quæ opus erant, comparauit. Itaq; milites ſuos Reip. conſeruauit, etſi Gallicus exercitus fame vehementer laborabat, & propterea etiam peſte, & aliis morborum generibus, quotidie adeo corrumpebatur, vt viginti millia hominum, & amplius interierint: atq; etiam Lutrecius imperator exercitus, & multi alii duces Gallici ſanguinis inſignes obierint: ea tempeſtate Andreas Doria, qui regis ſtipendia ſua claſſe, quæ ſexdecim erat triremiũ, merebat, à rege deſciuit ad Cæſarem. Quare Landus, & reliqui Veneti Duces, & inopinata illa defectione, & fœda peſte commoti, Neapolis obſidionem ſoluere conſtituerunt. Sed cum Gallicam claſſem belli ſociam, quæ duodecim triremium erat, ſeruare cuperet, & Doria ad Iſciam Inſulam, vt Gallicas triremes caperet, ſe recepiſſet; illam ſuis triremibus ſunt comitati, donec tuto in patriam redire poſſe exiſtimarunt. Nec timuit Landus Doriæ claſſem: etſi numero nauium ſuæ æqualis eſſet, & rei maritimæ ille haberetur peritiſſimus: & ad reditum ſibi occurrere poſſe exiſtimari poterat. ea nauigatione quamuis ſero omnia facta ſunt propter Gallos: qui quædam prius ſcire volebant, quam diſcederent. quod niſi

Landus Neapolim proficiſcitur.

Neapolis ſoluitur obſidione.

Landus capit biremes. factum eſſet, Doria fortaſſe aliquid mali eſſet paſſus. quoniam Landus in Prochytam inſulam, quæ in Tuſco iacet mari, antea nauigare, & eum præuenire deſtinarat, tres tamen biremes, quæ Doriæ claſſem ſequebantur ſunt captæ. quod fuit valde gratum Gallis ducibus, regi gratiſſimum, & ab eo valde laudatum: vt ad Senatum ſcripſit Sebaſtianus Iuſtinianus apud regem tunc Legatus. Cum retro Landus cum claſſe reuerteretur nauim ingentem, & duo nauigia minora frumento, & rebus bellicis onuſta cepit: in quorum altero erant trecenti Hiſpani: qui in Libiam mittebantur. ea præda fuit opportuna, & claſſi valde accommodata: cum earum rerum eo tempore indigeret. adueniente Hyeme cũ non amplius claſſe eſſet opus decimo octauo menſe ſui Imperii Petrus in Patriam ex Senatus conſulto eſt reuerſus: cum optimi Imperatoris officio functus eſſet. *Landi authoritas.* præſertim quod claſſem conſeruauit, milites, & remiges in officio ſemper continuit. nec in ſocios ab illis quicquam iniuſte factum eſt: nec inter ſe furtum, aut aliud ſceleſtum facinus perpetratum: mare à prædonibus ab eo liberatum, & tutum conſeruatũ, quouſq; ille imperauit, ita quod nullum nauigium eſt amiſſum. nec mari, nec terra, quo ille profectus eſt, quicquam detrimenti Reſp. cepit. hoc nomine igitur Venetias reuerſus, domi ad Reip. gubernationem eſt reuocatus, cum foris illam ſapiẽter adminiſtraſſet. & quoniam triremium, & rei maritimæ peritus vere cenſebatur, & ſatis exercitatus, nauali eſt præfectus. vbi vt erat omnibus in rebus curioſus, ita quod erat ſui muneris eſt diligenter perſecutus. His temporib. Patauina ciuitas in magnam ſcelerum omnium licentiam eſt deducta, & quotidie malum videbatur augeri, idq; ex penuria rei frumentariæ potiſſimum naſci putabatur: adeo vt plebs fame & furore concitata annonam, & reliquas fori merces depopulari cœperit. quare magiſtratus ad Senatum dederunt literas vt tanto periculo occurreret, & ciuitati, quæ huiuſmodi morbo laborabat, quamprimum mederetur. *Landus iterum prætor.* Lando itaq; cum ad id idoneus eſſet, & ab illa ciuitate vocaretur præturæ iterum

rum demandata eſt, pœna ſtatuta ſi prouinciam ſuſcipere negaret ea lege, vt decem diebus præteritis Patauii eſſet, quo citius periculo occurreretur. & quoniam res difficilis eſſe videbatur, præter lictores, qui prætoribus dari conſueuerunt, ſexaginta milites illi pro corporis cuſtodia ſunt additi, data pecunia pro ſtipendio. Patauium igitur ſtatuto tempore à Senatu ingredienti magnus ciuitatis applauſus factus eſt, ſummis adoleſcentium, & puerorum, & omnis ætatis hominum vocibus, iuſtitiæ, & pauperum patrem illum appellantium; ramos arborum geſtantium præ lætitia: omnibus fere ciuibus obuiam honoris gratia profectis, & benigne prætorem excipientibus, is ſtatim ciuitati cœpit proſpicere, quæ neceſſaria erant ſtatuere. rei frumentariæ, quæ mali potiſſima cauſa videbatur, conſultum eſt, fures, & ſicarii fugere, omnium prope malorum hominum ceſſauit furor. itaq; ciuitas quam primum quieta facta eſt. qua in re præter præclaras actiones ſuas, optimo ſuo nomine, quod clarum erat, eſt valde adiutus: tantum poteſt viri grauis authoritas. cum itaq; ciuitatem in ſummum ocium reuerſam vidiſſet, cum adhuc ſine vicario, & iudice rerum capitalium eſſet: quos propter celeritatem profectionis parare non potuerat: vt patriæ æri parceret, cum in eo non opus eſſe intelligeret, milites non conduxit, pecuniam acceptam eo nomine Reip. reſtituit. hac pretura præter iuſtitiam quam pretulit in rebus iudicandis, in frumentorum procuratione prudens, & pauperum ſtudioſus merito eſt exiſtimatus. magnam frumenti copiam diuitum auaritia abſconditam; ſua diligentia inuenit: & vendi iuſſit præter reliqua memoria digna prudentiæ exempla, quidam ciuis, qui frumēta ſe habere diſſimulabat, cum tamen multa abſcondiſſet, à prætore amice inductus eſt, vt annulum, quem geſtare cōſueuerat, ſibi ſpectandum daret; quo domum diuitis clanculum miſſo, vt fidem faceret, quaſi ab illo mitteretur, qui geſtare erat ſolitus, non paruam frumenti copiam per lictores à diuitis miniſtris impetrauit. reddito annulo diues reprenſus eſt à prætore, qui cum

Laudi nomen.

Digitized by Google

poſſet egenti non ferret opem ciuitati: quamobrem cum
per vniuerſam Italiam ſumma annonæ eſſet caritas, eius di-
ligentia factum eſt, vt Patauium, quod mirum videbatur,
frumentis pro temporis iniquitate abundaret: Petro Pa-
tauii adhuc ius dicenti cum prædones ſæpius mare infeſta-
rent, & Turcicæ claſſis, quæ conflari dicebatur, etiam ti-
mor fieret: maris imperium eſt iterum illi mãdatum pœna
ſtatuta, ſi negocium repudiaſſet: cum re vera propter ad-
uerſam valetudinem, qua ſæpe affligebatur, id onus ſubiret
inuitus: in patriam itaq; propterea reuocatus à plurimis ci-
nibus Patauinis eſt deductus, magnis populi vocibus illum
laudantis, ac iuſtitiæ, & pauperum patrẽ appellantis. Dum
claſſem Veneti parant Daniel Rainerius diui Marci procu-
rator diem ſuum obiit; & in eius locum Landus eſt ſuffe-
ctus: dum autem claſſi toto animo incumberet in grauio-
rem morbum incidit, vſq; adeo; vt de ſalute eius ſit valde
dubitatum: quamobrem non potuit quod ſtatuerat reip:
officium præſtare: in eius propterea locum alter eſt dele-
ctus, qui maris imperium ſuſciperet. cum diu ægrotaſſet
tandem conualuit; ad gubernationem præcõſultor factus;
rediit procuratorio muneri etiam incũbens accurate; cum
autem Andreas Grittus princeps deceſſiſſet, Landus magi-
ſtratibus domi foriſq;, optime geſtis clarus, in demortui
locum ſumma ciuitatis lætitia ſuffectus eſt 13. Calen: Febr.
ætatis vero ſuæ 77.

Petrus Landus imperator. *P. Landus Procurator.* *Petrus Landus princeps.*

Hic propter bellum, quod cum Solimano Turcarum re-
ge iampridem gerebatur imperium incõmodorum, & mo-
leſtiæ plenum ſuſcepit. eo anno cũ Dragutus Rais Turcico
ſanguine pirata claſſem ſatis firmam haberet ad Ericuſæ a-
quas, & quæcunq; nauigia per id mare tranſeuntia inuada-
ret, id ſenſit Franciſcus Paſcoligus Venetæ claſſis præfe-
ctus: qui Corciræ erat; quinto itaq; Idus April: triremem
illuc explorandi potius, quam pugnandi cauſa miſit, vt ſi
quid inde periculi immineret, Reip. conſuleret. cum vero
præfectus triremis iſtius ita ad hoſtem acceſſiſſet, vt tor-
mentis illum petere auſus fuerit, cumque ad claſſem quæ

Dragutus Pirata.

Corcitæ erat, poſtea redire properaret, antennę ventorum vi ſunt fractæ. Quare ab hoſte paruo negotio captus eſt. Poſtridie eius diei Paſcoligus mane oriente ſole, quatuor triremes eodē præterea miſit. quib. præerant Hieronymus Zanus, Marcus Carolus Cōtarenus, Franciſcus Grittus Veneti, & Antonius Vitalis Phatianus, quæ à Pirata tāto impetu ſunt repulſæ, vt proximo litori appellere ſint coactæ, qui in illis fuerant omnes fuga ſibi cōſulentes ſeruati ſunt, præter Grittum, qui cū duabus triremibus captiuus ductus eſt: reliquæ igne ab hoſte iniecto ſunt conſumptæ: qua de re certior factus Senatus cum antea Gaſparem Piciottum cum centum & quinquaginta militibus Catharum mittere decreuiſſet, quos ille iam quatuor nauigiis impoſuerat, ſtatim ſententiam mutauit: & re noua admonitus nouum conſilium cepit. Illum igitur non Catharum amplius: ſed Gorciram maiore quodam nauigio cum militibus nauigare iuſſit; quo ea ciuitas per ea tempora tutior eſſet. hoc ipſo anno fuit ſumma annonæ caritas nō ſolum agrorum ſterilitate, quæ fuit per vniuerſam fere Italiam; verum etiam quod cum mare eſſet clauſum propter bellum; frumenta nec aduehi ex Aſia poterant: nec à Carolo Quinto Rom. Imperatore, qui ſocietatem cum Venetis eo bello inierat, & omnis generis annonam, & alia omnia, quæ vellent ex ſuis regnis pollicitus fuerat ſuggeri poterat: cum ea quæ habebat non ſibi ſatis eſſe viderentur. Quare cum ea calamitate ciuitas premeretur, & ſocii eodem malo laborarent, Senatus Laurentium Grittum Andreæ defuncti Ducis filium ad Solimanum miſit, vt cū eo de pace ageret, iſq; potiſſimum propterea miſſus eſt: quod cū Bizantij natus eſſet, ibiq; à puero educatus, Turcarum mores, & ciuitatis illius inſtituta optime nouerat. Is ſtatim profectus, etſi pacem per ſe non impetrauit, illud tamen obtinuit, vt eo poſtea Veneti Thomam Contarenum Legatum mitterent: qui de ea re maiore authoritate ageret. ſed antequā hic proficiſceretur, Grittus prēmiſſus eſt, qui Solymano nunciaret Venetorū Legatum breui affuturum. His temporibus cum

Caritas annonæ.

Veneti in eo bello Paulum Tertium Pontificem Max. & Carolum Cæſarem habuiſſent ſocios, oppidum in Dalmatia Caſtrum nouum nominatum, Turcis ademerant ea lege, vt oppidum Venetorum eſſet. Cæſariani vero milites cum ſimul cũ Venetis oppidum ingreſſi eſſent, illudq; depopulati, ſuperbia elati, & auaritia capti, inuaſerant Venetos, & opima prçda ſpoliauerant. quod cum animaduertiſſet Vincentius Capellus Venetæ claſſis Imperator grauiter, moleſteq; tulit: cum vero multis verbis cum Andrea Dotia Cæſarianæ claſſis Imperatore rem indignam eſſe affirmans, & præter ſocietatis fidem conqueſtus eſſet, nihil profecit: cum vrbem petiiſſet, vt Venetorum nomine cuſtodiret, ſe dixit velle periculoſo tempore tueri, promittens poſtea traditurum. tria millia Hiſpanorũ præſidium introduxit: qui Cæſaris nomine oppidum cuſtodirent. Oeneorbus vero, qui eo tempore Turcicæ claſſi imperabat, eam ignominiam ægre ferens quod ſe maris imperiũ obtinente Solimanus huiuſmodi oppido priuatus eſſet, cũ magnum poſtea militum numerum vndiq; coegiſſet, vrbem terra, mariq; cinxit, & oppugnare cœpit, diu vario Marte pugnatũ eſt, plurimi ex Turcis ſunt ea oppugnatione deſiderati: tandem Hiſpani etſi virtute erant ſuperiores, numero tamẽ ſunt victi. oppidum igitur amiſerunt, & cum ingentem hoſtium numerũ occidiſſent, ipſi omnes fere ſunt interfecti.

Hiſpanorũ perfidia.

Caſtrum nouum captum.

Hoc tempore Vincentius Capellus, qui claſſi præerat, cum in grauem ægritudinem incidiſſet, Senatus conſulto reuocatus eſt, & in eius locum Thomas Mocenicus ſuffectus. Contarenus vero qui delectus fuerat legatus, Bizantiũ eſt profectus, cum Solimano de pace acturus. dum autem in itinere eſſet, Venetias allatum eſt Laurentiũ Grittum, qui Bizantii illum expectabat, Epidimiæ morbo correptũ diem ſuum obiiſſe, qui vt erat vir ſummi ingenii, & Reip. valde vtilis, ita vniuerſam fere ciuitatem magno moriens mœrore affecit. præſertim quod eo potiſſimũ tẽpore mortuus eſſe videbatur, quo patria eius opera maxime indigebat. Interea Vaſti Marchio, Dux in Italia eo tempore inſignis, qui

Thomas Mocenicus.

Laurentii Gritti mors.

Digitized by Google

qui Mediolano præerat à Cæſare Venetias miſſus eſt: vt Venetos in ſocietate retineret, timens, quod in animo habebant, & iam decreuerant, ne pacem cum Turcis facerent. venit præterea vir magnæ authoritatis à Franciſco Gallorum rege miſſus, vt eos, ſi fieri poſſet, in ſocietatem ſuam aſciſceret, vt mos eſt regum ſapientiſſimorum: qui tunc res ſuas tutas eſſe vere exiſtimant, cum cæteros principes, & claras Reſp. ſibi fauere ſentiunt. ambo honorificentiſſime ſunt excepti, vt à Venetis fieri conſueuit. Sed cum aliquot dies Venetiis eſſent morati, diſceſſerunt, nihil alter contra alterum adepti. Thomas vero Contarenus; quem Bizantium profectum diximus, vt de pace tractaret, domum rediit re infecta. Caſtro nouo itaq; ab Oeneobarbo in Turcarum poteſtatem recepto, vt retulimus: Gaſpar Picionus, quem iuſſu Senatus Corcyram veniſſe diximus, ab Alexandro Contareno claſſis præfecto, & Stephano Theupulo, qui tunc Corcyræ præerat tribus triremibus, cum ſuis militibus Zacynthum miſſus eſt: vt oppidum illud tuerentur. Interea Veneti nihil, quod ad pacem pertineret, prætermittebant. miſerunt itaque Bizantium Aloyſium Baduarium Legatum non ſine muneribus ad Solimanum, vt ſi fieri poſſet, pacē conficeret. quæ multis diebus interiectis tandem ea conditione facta eſt, vt Veneti Epidaurum, & Naupliam, quæ in Peloponeſſo ſunt vrbes, Turcæ dimitterent: quod propterea factum eſt, vt populo Veneto, & omnibus ciuitatibus, quæ Veneto parent imperio, quæ penuria & bello laborabant per ea tempora, conſuleretur, ea Hyeme, qua hæc Bizantii per Baduarium agebantur, magna pauperum hominum multitudo Buriano Torcello, & aliis locis ſuburbanis Venetias famis cauſa confluxerat: multi patresfamilias, cum coniugibus, & liberis inſidentes cimbis dies ac noctes vitam trahebant à prętereuntibus victum quærentes, ad miſericordiam ciuium confugientes, cum omnis reliqua alendi ſe ratio iam defeciſſet. quare commoti patres (quæ charitas Venetorum eſt) id hominum genus omne ad diui Lazari Xenodochiū miſerunt, &

Aloyſius Baduarius.

Venetorum charitas in pauperes.

Digitized by Google

publico ſumptu, quouſq; ea fuit calamitas paſcendũ curarunt: huc accedebat ducis clemẽtia, & ſumma charitas, qui in omnes, & pauperes præſertim ſemper optimo fuit animo, & ſua apud patres hortatione & authoritate plurimũ proficiebat, cum vero pauperib. ita Veneti conſuluiſſent, eorum res quoq; felicius impoſterum ſucceſſerũt. Secundo Petri Landi ducis anno Carolus Cæſar ex Germania in Italiam venit exercitu ſatis firmo: cuius aduentu multi reb. ſuis initio timebant, ſed cum eius conſilium cognitũ eſſet, Italia omni metu liberata eſt. huic Veneti quatuor legatos honoris cauſa miſerunt, conſtructis illi in Veronenſi agro eorum iuſſu ſuper Ateſim amnem pontib. qui præter multorum opinionẽ ex Italia ſtatim diſceſſit in Hiſpaniam Andreæ Doriæ triremibus deuectus: vbi cum ingentem claſſem paraſſet, exercitumque feciſſet firmiorem, in Affricam traiecit, vt ea oppida maritima, in quę Piratæ recipiuntur, & Hiſpaniam ſæpe vexant, & per id mare tranſeuntes Christianos homines ſæpe prædantur, ſi fieri poſſet caperet, & negotiatores nauigantes huiuſmodi periculo liberaret. Sed fortuna, quæ reb. dominatur, optimo conſilio aduerſata eſt. etiã cum iam Affricæ litori appelleret, tẽpeſtas ſtatim orta eſt, qua diu agitatus amiſſis vndecim triremib. & aliis nauigiis multis, in Hiſpaniã ſe recipere coactus eſt. proximo vere Venetiis nunciatum eſt Solimanum claſſem ingentem comparare, nec quo illã miſſurus eſſet, ſatis erat exploratum: illud tamẽ quod res erat, omnes exiſtimabãt, cum Carolum Cæſarem hoſtem haberet, eo bellum conuerſurum, alii aliud timebãt. patres vero, & ſi cũ Solimano pacem habebant, tamen vt rebus ſuis conſulerent, ſatis firmã Claſſem ipſi quoq; inſtruere, & ſuo tempore emittere ſtatuerunt. cui præfecerunt Stephanum Theupolũ virum optimum, & ſapientiſſimũ, & qui ſuperiore bello cũ Corcyræ præfuiſſet, & fortiter ſe geſſerat, & illud oppidum ab Oeneobarbi Turcicæ Claſſis Imperatoris impetu Reipu. conſeruarat, qui accepto imperio mare diligenter tutatus eſt, piratas multos cepit, quos Vſcocos nuncupant: qui ex Dalma-

Caroli Caſ. inſtantia.

Stephanus Theupulus.

Dalmatiæ quibuſdam montibus, & locis difficilib. erumpentes, in eos, qui id mare tranſeunt, impetum facere ſolẽt: ſpoliare, interficere, eos itaq; Stephanus omnes, qui capti fuerunt, laqueo curauit ſuſpendendos: prçter puerũ quendam, qui per ætatem viſus venia dignus à morte eſt liberatus. Turcica Claſſis Liparam Inſulam, & alia quædã Cæſaris loca, & nauigia parua crudeliter prædata, & Maſſiliam vſq; tranſuecta, cum tamen nihil quod laude dignũ foret, effeciſſet, tandem Bizantium reuerſa eſt. Theupolus etiam tuto iam mari, Hyeme iam adueniente Venetias à patribus reuocatus eſt. fuit poſtea ciuitas quieta reliquo Landi tempore: & quanquam ardebat bellum inter Cæſarẽ, & Franciſcum Gallorum regem, & ab vtroq; legationibus, & promiſſis ſolicitabantur, nullam tamen illorum conditionem acceperunt. quod conſilium Paulus Pontifex maximus etiam ſecutus eſt, vt neutram partem ſequeretur; etſi vterq; illum ſibi ſtudere iudicabat. hinc factum eſt, vt Italia ſatis quieta fuerit. Sexto Landi anno magiſtratus auditorũ nouiſſimorum primo deligi cœpit. quibus minores peregrinorum cauſæ committuntur iudicandæ. Caſtrum, quod apud Venetum portum illius tempore cæptum fuerat, magna ex parte ædificatum eſt. Is vero cum annos ſex, menſes nouem ſumma fide, & patriæ charitate Reip. præfuiſſet 3. Id. Nouemb. diem ſuum obiit. Eius funus ad Gemellorum ædem frequens ciuitas extulit: Laudauit pro concione ad populũ more maiorum Michael Barocius vir prçter generis nobilitatem, Philoſophiæ, & liberalium artium cognitione inſignis. Ipſe ad Antonii fanum ſitus eſt: Cuius ſepulchrum marmoreũ, Iuſtitiæ, fortitudinis, ac prudentiç ſimulachris ornatũ in ſacello deiparç virgini ab ſe viuente non procul à Ianua Templi maxima conſtructo, ac dicato, conſpicitur. Inde mortui locum Franciſcus Donatus humanitatis eximiæ vir, & amœni ingenii, & ad promerendam ciuium ſuorum gratiam comparati, octauo Cal. Decembris ſub veſperam, miro omnium conſenſu princeps declaratur.

Paulus Pontifex.

Petri Landi mors.

FRANCISCVS DONATVS
Dvx LXXIX.

Succeſſit Petro Lando, 24. Nouemb. an. Chriſti 1545. præfuitq; annos ſeptem menſes ſex.

M. ANTONIVS TRIVISANVS
Dvx LXXX.

Creatus anno 1553. moritur vix anno circumacto ante Aras in gremio Senatus; imperii ſcilicet menſe 11. die 27.

FRANCISCVS VENERIVS
Dvx LXXXI.

Subſtitutus Triuiſano anno Chriſti 1554. die 11. Iunii, ætatis 64. itaque ſolum modo ducatum egit annis duobus menſe vno, diebus 21.

LAVRENTIVS PRIVLVS
Dvx LXXXII.

Electus anno Chriſti 1556. defungitur principatus anno 3, menſe 11. die 8.

HIERONYMVS PRIVLVS
Dvx LXXXIII.

Suppleuit fratris ſui defuncti locum, anno Chriſti 1559. per annos 8, menſes 11. dies 4.

PETRVS LAVREDANVS
Dvx LXXXIV.

Electus 26. Nouembris anno Chriſti 1568. obiit 3. Maii, gubernationis ſcilicet anno 4. menſe 5. die 8.

LVDOVICVS MOCENICVS
Dvx LXXXV.

Subſtitutus Lauredano anno Chriſti 1570. die 11. Martii, moritur anno regiminis 8.

SEBASTIANVS VENERIVS
Dvx LXXXVI.

Subrogatus 11. Iunii anno Chriſti 1578. præfuit annis 8. menſibus 8. diebus 20. mortuus 3. Martii.

NICO-

Digitized by Google

NICOLAVS DE PONTE
Dvx LXXXVII.

Inauguratus anno Chriſti 1578. ætatis 88.

PASCHALIS CICONIA
Dvx LXXXVIII.

Communibus ſuffragiis adſumitur anno Chriſti 1500.... moritur Martio ineunte 1595.

MARINVS GRIMANVS
Dvx LXXXIX.

Creatus anno Domini 1595. in Aprili.

LEONARDVS DONATVS
Dvx XC.

Adſumptus anno 1600... diem ſuum obit decimaſexta Iulii, anno ducatus ſexto, ſupra totidem menſes.

ANTONIVS MEMMIVS.

Confirmatur in Ducem 24. Iulii anno 1612.

Digitized by Google

CATALOGVS REGVM OMNIVM, QVORVM SVB CHRISTIANA PROfeſſione per Europam adhuc Regna florent.

IN GRATIAM DOMINI VRRICHI FVGGARI, KYRCHBERGAE & VVeiſſenhorni Comitis &c. Per Achillem Pyrminium Gaſſerum Lindauienſem Anno ſalutis 1554. collectus & primum editus.

CÆSA-

Digitized by Google

CÆSARES GERMANORVM.

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
1	CAROLVS, Magnus, Pipini Franci filius, Germaniæ & Galliæ Rex Chriſtianiſſimus: exactis Italia Langobardis, pulſiſque Apulia tam Græcis quam Saracenis, pacatis inſuper Hyſpaniæ & Pannoniarum prouinciis, primus Imperialem celſitudinem ad Germanos, S.P.Q.R. adplauſu, proprio tranſtulit Marte.	801	14
2	Luduuichus, Pius, filius, Gallię quoq; Rex,	815	26
3	Lutherus, filius, Italiæ rex antea.	840	15
4	Luduuichus II. filius,	855	21
5	Carolus II. Caluus, Patruus, Galliæ Rex.	876	2
6	Carolus III. Craſſus, nepos ex fratre Luduuicho, Germaniæ Rege.	878	10
7	Arnulphus, ſiue Ernhulffus, Carlomanni Bauarię Reguli nothus filius, fratruelis.	888	12
8	Luduuichus III. filius. Contra hunc, & ſequentes duos, Berengarii in Italia tumultuantur.	901	12
9	Chunradus, Franconiæ Dux, adfinis, Alii filium faciunt.	913	7
10	Hinrichus, Auceps, Saxoniæ Dux, Arnulphi ex Luitgarda filia nepos.	919	18
11	Otto, ſiue Etta, Magnus, Saxoniæ Dux, filius.	936	37.

Ordo	Nomina	An.dom.	Regni
12	Otto II. Mors Saracenorum & Ruffus, filius.	973	11
13	Otto III. Mirabilia mundi, filius, Hic primus ſeptemuiratum principibus Germaniæ, pro deligendo poſt hac Imperatore ſanciit.	984	19
14	Hainrichus II. Claudus & Sanctus, Ottonis 1. ex fratre Henricho Bauariæ duce pronepos.	1002	22
15	Chunradus II. Saliquus, Franconiæ dux, Ottonis 1. ex filia trinepos.	1024	15
16	Hainrichus III. Pius & Niger, filius.	1039	17
17	Hainrichus IIII. Sortitus & Senior, filius: Contra hunc P:M: Rudolphum Sueuum & Heremannum Carinthium anticæſares excitauit.	1056	50
18	Hainrichus V. Iunior, filius.	1106	20
19	Lutherus II. Saxoniæ inferioris dux.	1126	11
20	Chunradus III. Sueuiæ dux, Hainrichi V. ex ſorore Agnete nepos.	1138	15
21	Friderichus, Barbaroſſa, ex fratre Friderricho Sueuo nepos.	1152	38
22	Hainrichus VI. filius, Sicyliæ rex propter Conſtantiam vxorem.	1190	10
23	Philippus, frater, Hetruriæ dux.	1200	9
24	Otto IIII. Brunſuuicenſis comes, gener ex Beatrice filia.	1208	4
25	Fridericus II. Sueuiæ dux & Sicyliæ rex, Hainrichi VI. filius. Hunc P.M. inaudito more depoſuit.	1212	37
26	Chunradus IIII filius, Sicyliæ rex.	1250	3
27	Wilhelmus, Hollandiæ Princeps	1253	2
	Interregnum 18. annorum ſub diuerſis & alienigenis competitoribus.		

do	Nomina	An.dom.	Regni
	Rudolphus, Siue Rathulffus, Habſpurgenſis comes.	1273	19
	Adolphus, ſiue Ettahulffus, Naſſouiæ Comes.	1292	6
	Albrechtus, Victorioſus & Monoculus, Auſtriæ dux, Rudolphi filius.	1289	10
	Hainrichus VII. Lucilloburgenſis comes.	1308	6
	Luduuichus IIII. Boiariæ dux, Huic paribus votis Friderichus Auſtriæ dux, cognomento Pulcher, corriualis octo annis oppoſitus fuit.	1314	33
	Carolus IIII. Bohemiæ rex, Haintichi VII. ex filio Iohanne cœco, nepos.	1347	32
	Wenceslaus, Ocioſus, filius, Bohemiæ rex, tandem per electores Principes abrogatus.	1379	22
	Rudpertus, ſiue Radtwertus, Palatinus comes Rheni.	1400	10
	Sigemundus, Vngariæ iam rex, & poſtea quoque Bohemiæ, Wenceſslai frater.	1410	27
	Albrechtus II. Auſtriæ dux, gener, Vngariæ & Bohemiæ rex.	1438	2
	Friderichus III. Auſtriæ Archidux, fratruelis.	1440	53
	Maximilianus, filius.	1493	26
	Carolus V. ex Philippo filio nepos, Hiſpaniarum rex propter Iohannam matrem.	1519	
	Ferdinandus, frater, Vngariæ & Bohemiæ rex.		

Digitized by Google

HISPANIÆ
REGES.

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
1	ALLRICHVS, ſiue Alaricus, ex Balthorum familia, Rex Weſtogottorum Chriſtianus, apud Honorium & Arcadium Impp:, Hiſpaniam ſibi atque ſuis aſſignari ſtrenua manu obtinet.	411	23
2	Attahulffus, agnatus Allrichi, & adfinis prædictorum Impp: ex Galla Placidia ſorore. Primus Gottorum Hiſpaniam ingreſſus, rex in ea eſt habitus.	434	6
3	Sigerichus, cognatus.	440	7
4	Wallia.	447	3
5	Diethrichus, ſiue Theodoricus, vulgo Rodericus dictus.	450	23
6	Thuriſmundus, filius.	473	3
7	Dietrichus II. frater.	476	7
8	Henrichus, ſiue Euricus, frater.	483	19
9	Allrichus II. filius.	502	13
10	Almarichus, ſiue Hymalarichus filius. *Contra hunc Genſalarichus triennio eſt.*	515	8
11	Diethio, ſiue Theuda, Theodoue.	523	12
12	Theodogiſilus, ſiue Tendigiſslaus, filius.	535	13
13	Agiza, ſiue Aquila, Aglaue.	537	5
14	Athanagildus.	543	15
15	Loyba, ſiue Lewa, aut Lymba.	558	3
16	Leuuigildus, frater. Hic Sueuos cum rege ſuo Andeca Calletia omnino pepulit.	560	17
17	Richaredus, filius.	576	15
18	Loyba II. filius.	591	1

19 Wit.

Digitized by Google

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
19	Witterichus, ſiue Bechterichus, Witterigusue.	592	1
20	Gundemarus, ſiue Gundamiris.	593	2
21	Sigebaldus, ſiue Siſſeboldus, Siſebutuſue, aut Geſſabutus.	595	26
22	Richaredus II. filius.	622	4
23	Suintilla, ſiue Chuitila, Richaredi I. filius.	626	10
24	Richemarus, ſiue Rachimiris, filius.	636	5 menſ.
25	Siſnandus, frater.	636	4
26	Suintilla II. frater.	640	4
27	Tulgas, ſiue Tulca, Tolgaue, filius.	644	2
28	Sindaſuindus, ſiue V.deſundus, cognatus.	646	10
29	Reciſuindus, Flauius.	656	19
30	Bamba, ab aratro vocatus.	674	11
31	Eringius, Græco patre natus.	686	7
32	Egiza, ſiue Egyta, Eringii gener; & Bambæ fratruelis.	693	5
33	Vitiza, filius.	698	8
34	Coſta, Reciſuindi filius.	707	3
35	Roderichus, frater.	710	7
36	Pelagius, Aſturum dux, gener, multi patruum voluit, Hic primus Hiſpanus origine fuit & LEGIONIS rex dici voluit.	717	20
37	Fauilla, filius, vltimus è Gothorum proſapia.	737	2
38	Alphonſus, Catholicus, Cantabriæ dux, Pelagii gener.	739	19
39	Froilla, ſiue Fruela, filius.	758	13
40	Aurelius, frater.	771	6
41	Sillo, gener Alphonſi ex Egimunda filia.	777	6
42	Maurigatus, ſiue Magaretus, Alphonſi nothus filius.	783	3
43	Waremundus, ſiue Bermudus, Alphonſi ex Bilmaro filio nepos.	786	2

Digitized by Google

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
44	Alphonſus II. Caſtus, Froillæ filius.	788	41
45	Raymirus, Vuaremundi filius.	829	6
46	Ordonius, filius.	836	10
47	Alphonſus III. Magnus, filius.	846	40
48	Garcias, ſiue Garſia, filius.	886	3
49	Ordonius II. frater.	889	8
50	Froilla II. frater.	898	1
51	Alphonſus IIII. filius.	899	5
52	Raymirus II. frater.	904	12
53	Ordonius III. filius.	916	25
54	Ordonius IIII. Malus, patruus.	941	20
55	Sanctius, Craſſus, Ordonii III. filius.	961	13
56	Raymirus III. filius.	974	25
57	Waremundus II. patruus.	999	7
58	Alphonſus V. filius.	1006	9
59	Waremundus III. filius.	1015	10
60	Ferdinandus, Caſtellæ comes, Sanctii Maioris Arragonum regis filius, Alphonſi V. ex Eliura filia gener, qui primus CASTELLÆ rex dici cepit.	1025	47
61	Sanctius II. filius.	1073	6
62	Alphonſus VI. frater.	1079	27
63	Alphonſus VII. Arragoniæ rex, ex Vrraca ſiue Virace filia gener.	1106	16
64	Alphonſus VIII. comes Tholoſanus, Alphonſi VI. ex Vrraca filia nepos.	1126	[illegible]
65	Sanctius III Deſideratus, filius.	1176	1
66	Alphonſus IX. Bonus, filius.	1177	[illegible]
67	Henrichus, filius.	1215	[illegible]
68	Ferdinandus III. nepos ex Berengaria ſorore, filiuſque Alphonſi Legionis regis, Atque hic iterum Caſtellæ & Legionis regna vnita ſunt.	1217	[illegible]

69 Al-

Digitized by Google

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
69	Alphonſus X. Aſtronomus, filius, qui & Cæſar Germaniæ.	1262	25
70	Sanctius IIII. filius.	1287	8
71	Ferdinandus IIII. filius.	1295	13
72	Alphonſus XI. filius.	1308	42
73	Petrus, filius.	1350	19
74	Henrichus II. nothus frater vi.	1369	8
75	Iohannes, filius.	1377	11
76	Henrichus III. filius.	1388	16
77	Iohannes II. filius.	1404	50
78	Henrichus IIII. filius.	1454	22
79	Ferdinandus V. Magnus, & Catholicus, Arragonũ rex, adfinis ex Elizabetha, ſiue Iſabella ſorore, Vnica regni herede (nonnulli filiam faciunt) qui & Sicyliam quoq; habuit, & Granatam in Bethica cepit, Primus denique nouas extra orbem noſtrum inſulas inuenit.	1477	22
80	Philippus, Auſtriæ archidux, gener, cum ſocru Iſabella regnat.	1498	8
	Interregnum tutelare 10. annorum.		
81	Carolus, filius, cum Iohanna matre, qui etiam Arragoniam, Sicyliam, & Nauarræ regnum, cum noua India obtinuit, eſtq; Romanorum imperator.	1516	
82	Philippus II. filius ex Iſabella Emanuelis Portugaliæ regis filia, Cui & Anglia in dotem ſecundę coniugis oblata eſt.		

SCOTIÆ
REGES.

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
1	FERGVSIVS, Schyta Chriſtianus, Scotorum in Albionem poſtliminio redeuntium rex contra Romanos efficitur, Palladio euangelizante.	441	9
2	Eugenius, filius, hic Pictis confœderatur.	450	3
3	Dongardus, frater.	453	5
4	Conſtantinus, filius.	458	17
5	Congallus, ex fratre nepos.	475	20
6	Goranus.	495	35
7	Eugenius II. ſiue Arcadius.	530	34
8	Conuallus.	564	10
9	Anitillus, ſiue Kinnatillus.	574	2
10	Aidanus, ſiue Edan.	576	27
11	Kennethus, ſiue Chenodus, Keyr.	604	4 menſ.
12	Eugenius III.	604	15
13	Ferquardus.	618	13
14	Donualdus.	631	13
15	Ferquardus II.	644	18
16	Malduinus.	662	20
17	Eugenius IIII.	682	4
18	Eugenius V. filius.	686	10
19	Ambercletus, ſiue Ambirkeletus filius.	696	2
20	Eugenius VI. frater.	698	17
21	Mordacus, Ambercleti filius.	715	16
22	Etfinus.	731	30
23	Eugenius VII.	761	3
24	Ferguſius II. filius.	764	5
25	Soluathius.	767	20
26	Achaius, Etfini filius, Hic Gallis confœderatur primum.	787	32

27 Co:

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
27	Conuallus II. ſiue Congallus.	819	5
28	Dungallus.	824	6
29	Alpinus, ſiue Alphinus, frater.	830	4
30	Kennethus II. Magnus, filius, hic Pictos tandem victo & cæſo Druſcheno vltimo illorum rege, omnino deleuit. Ac primus extremam Britaniæ partem à ſuis Scotiam indigitari voluit.	834	20
31	Donaldus II. frater.	854	6
32	Conſtantinus II. frater.	860	13
33	Ethus, Alipes, Kennethi II. filius.	873	2
34	Gregorius, Dungalli filius.	875	12
35	Donaldus III. Conſtantini II. filius.	887	11
36	Conſtantinus III. Ethi filius.	898	40
37	Malcolmus, Donaldi III. filius.	937	15
38	Indulphus, Conſtantini III. filius.	953	9
39	Duffus, Malcolmi filius.	962	5
40	Colenus, ſiue Kulmus, Indulphi filius.	967	5
41	Kennethus III.	972	25
42	Conſtantinus IIII. Caluus, Coleni filius.	997	3
43	Grimus, ſiue Crinenus.	1001	9
44	Malcolmus II. Kennethi III. filius.	1011	31
45	Duncanus, filius nothus, Multi ex Beatrice filia nepotem faciunt.	1042	6
46	Maccabæus, ſiue Machabeda, tyrannus.	1048	16
47	Malcolmus III. Commor, filius Duncani.	1063	36
48	Donaldus IIII. Bane, frater.	1099	4
49	Egdarus, ex Duncano fratre nepos.	1103	9
50	Alexander, Fers, frater.	1112	17
51	Dauid, frater.	1129	29
52	Malcolmus IIII. nepos: hic Anglorum regi homagium primus præſtitit.	1158	12
53	Wilhelmus, frater.	1170	45
54	Alexander II. filius.	1219	35
55	Alexander III. filius.	1254	37

Digitized by Google

SCOTIÆ REGES.

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
	Interregnum 6. annorum ob Anglorum irruptiones.		
56	Iohannes, Balliolus, agnatus.	1297	7
	Interregnum 10. annorum ob eandem Anglorum pertinaciam.		
57	Robertus, Bruſius.	1310	24
58	Dauid II. filius.	1334	41
59	Robertus II. Steuartus, nepos ex ſorore.	1375	19
60	Robertus III. antea Iohannes, filius.	1394	16
	Interregnum 13. annorum.		
61	Iacobus, Roberti III. filius.	1423	13
62	Iacobus II. filius.	1436	24
63	Iacobus, III. filius.	1460	28
64	Iacobus IIII. filius.	1488	25
65	Iacobus V. filius.	1513	29
66	Maria, filia, in Galliis ſub tutorib. degens.	1542	

GALLORVM REGES.

Ordo	Nomina	An. dom.	Regni
1	Luduuichus, ſiue Clodoueus, Magnus, Hylderichi regis filius, de familia Merouæorum, primus Francorum regum propter victoriam aduerſus Alemannos Chriſtianus efficitur, Remigio baptizante.	500	15
2	Lutherus, ſiue Clotarius, filius, cum Dietricho, Luithmaro, & Hildebrechto fratribus.	515	50
3	Hilperichus, filius, cum Heribrechto, Guntramo, & Sigebrechto fratribus.	564	23
4	Lutherus II. filius.	587	44
5	Dagobrechtus, Magnus, filius.	632	14
6	Luduuichus II. filius.	646	17
7	Lutherus III. filius.	663	4

8 Hul-

Ordo	Nomina	An.dom.	Regni
8	Hulderichus, ſiue Chyldericus, frater.	668	12
9	Dietrichus, ſiue Theodoricus, frater, antea monachus.	680	14
10	Luduuichus III. filius.	693	4
11	Hildebrechtus, frater.	698	18
12	Luduuichus IIII. filius, hunc multi Dagobrechtum II. etiam indigitant.	716	4
13	Lutherus IIII. frater.	719	7
14	Dietrichus II. Cala, ex fratre nepos.	726	15
15	Hulderichus II. monachus & ſtupidus, qui & Samuel, filius.	741	9
16	Pipinus, Puſillus, Brabantiæ dux & Maior domus, Caroli Martelli filius, de familia Carlingorum, à Papa rex creatur nouo more.	750	18
17	Carolus, Magnus, filius, qui & Imperator Romanorum fit.	768	46
18	Luduuichus IIII. Pius, filius, qui & Imperat:	815	26
19	Carolus II. Caluus, filius, qui & Imperator.	841	38
20	Luduuichus V. Balbus, filius, qui etiam Imp:	879	2
21	Luduuichus, & Carlomannus, ſiue Carlonus, nothi filii ſimul.	881	5
22	Carolus III. Craſſus, Ludwichi Pii nepos ex filio Ludwicho Germaniæ rege, qui & Imp: contra Ludwichum nihil facientem, Carloni filium.	886	5
23	Otto, ſiue Eudo, Andium dux, tutor Caroli ſequentis & agnatus.	891	9
24	Carolus IIII. Simplex, Ludwichi Balbi filius poſthumus.	900	27
25	Rudolphus, Burgundiæ rex, Caroli III. ex filia nepos.	927	2

Digitized by Google

Ordo	*Nomina*	*An. dom.*	*Regni*
26	Luduuichus VII. Tranſmarinus, Caroli Simplicis filius, ex Elgina ſiue Oginia Eduina ve Eduuardi Anglorum regis filia.	929	27
27	Lutherus V. filius, & nepos Ottonis II. Cæſaris ex Gerberga filia.	956	31
28	Luduuichus VIII. Theutonicus, filius.	986	1
29	Carolus V. Patruus, Vltimus Francorum.	987	1
30	Hugo, Capetus, comes Pariſienſis, primus ex gente Gallica Francorum rex.	988	9
31	Robertus, filius.	997	34
32	Henrichus, filius.	1031	30
33	Philippus, filius.	1061	49
34	Luduuichus IX. Craſſus, filius.	1110	28
35	Luduuichus X. Iunior, filius.	1138	43
36	Philippus II. Auguſtus, & à Deo datus, filius.	1181	43
37	Luduuichus XI. filius.	1224	3
38	Luduuichus XII. Diuus filius.	1227	44
39	Philippus III. Audax, filius.	1271	15
40	Philippus IIII. Pulcher, filius, Nauarræ rex connubio ſit.	1286	28
41	Luduuichus XIII. Huttinus, filius, & Nauarræ rex.	1313	2
42	Iohannes, filius.	1315. 8 dies	
43	Philippus V. Longus, comes Pictauorum, Huttini frater, & Nauarræ rex.	1316	5
44	Carolus VI Pulcher, frater, & Nauarrorum rex.	1321	7
45	Philippus VI. Valeſius, Repertus & Catholicus adpellatus, trium præcedentium ſe regum patruelis, hoc eſt, Philippi Pulchri ex Carolo fratre nepos.	1328	22
46	Iohannes II Normanniæ dux, filius.	1350	14

47 Caro-

Ordo	Nomina	An.dom.	Regni
47	Carolus VII. Sapiens, filius, antea primus ex regiis liberis Delphinus.	1364	17
48	Carolus VIII. Beneamatus, & Furens, filius.	1381	42
49	Carolus IX. Bituricenſium rex ab inimicis dictus, filius.	1423	38
50	Luduuichus XIIII. filius.	1461	23
51	Carolus X. Gibboſus, filius.	1484	14
52	Luduuichus XV. Aurelianus dux, dimiſſa Caroli præcedentis ſorore Iohanna, ducendo Annam Britonenſem relictam eiuſdem viduam.	1498	17
53	Franciſcus, Valeſius, Engoliſmi dux, gener ex Claudia filia.	1515	32
54	Henrichus II. filius.	1547	

ANGLORVM REGES.

Ordo	Nomina	An.dom.	Regni
1	Keluuolphus, Ceolulphus, ſiue Quichelmus, Weſtoſaxonum rex, Kelwini ſiue Ceaulini regis filius, primus cum Kelricho fratre Chriſtianum dogma in Britania à Berino ſuſcipit.	624	9
2	Kunighylffus, ſiue Cynigillus, filius.	633	18
3	Kuneuualchius, ſiue Cenoualchus, filius.	651	10
4	Alcuuinus, filius.	661	4
5	Centuuinus, frater.	665	5
6	Cadoualla, ſiue Cedoaldus, qui & Petrus.	670	19
7	Inas, ſiue Ino, filius.	689	41
8	Edelhardus, Conſanguineus.	730	20
9	Guthredius, ſiue Cuthredus.	750	13
10	Sigebertus.	763	1½
11	Kuneuuolphus.	765	19
12	Brittrichus, ſiue Butricus, filius.	784	16

Ordo	*Nomina*	*An.dom.*	*Regni*
13	Egbertus, filius: Hic primus Britaniam à ſuis ANGLIAM adpellari iuſſit in poſterum.	801	37
14	Edeluuolphus, filius.	837	20
15	Edelbaldus, filius.	857	5 meſſ:
16	Edelbertus, frater.	858	5
17	Edelredus, ſiue Adelradtus, frater.	863	9
18	Allfredus, frater.	872	28
19	Eduuardus, filius.	900	24
20	Adelſtainus, filius nothus.	924	16
21	Edmundus, frater.	940	6
22	Allredus, ſiue Eldredus, frater.	946	9
23	Eduuinus, Edmundi filius.	955	4
24	Egdarus, frater.	959	16
25	Eduuardus II. Martyr, filius.	975	3
26	Edelredus II. frater.	978	38
	Interregnum 2. annorum.		
27	Edmundus II. Ferreum latus, nothus filius Edelredi II.	1016	1
28	Kanutus, Daniæ rex, agnatus.	1017	20
29	Haraldus, filius.	1037	4
30	Kanutus II. frater nothus.	1041	2
31	Eduuardus III. Sanctus, filius Edelredi II. Vltimus Weſtoſaxonum. ab hoc ſacrati annuli contra epilepſiam originem trahunt.	1043	23
32	Haraldus II. Gottwini Dani, ex ſorore Kanuti II. filius.	1066	1
33	Wilhelmus, Baſtart & Conqueſtor, Nortmanniæ dux, conſanguineus Eduuardi Sancti: Hic primus triū Leonū inſignia armis regum Angliæ attulit.	1067	21
34	Wilhelmus II. Ruffus, filius.	1088	13
35	Henrichus, frater.	1101	35
36	Stephanus, Gallus, comes Bleſenſis, ne-		

pos

Digitized by Google

Ordo	Nomina.	An.dom.	Regni
	pos ex ſorore Adela.	1136	19
37	Henrichus II. Andegauenſis, adoptiuus filius, Hic primus Hiberniam tributariam fecit.	1155	34
38	Richardus, Cor Leonis, filius.	1189	11
39	Iohannes, ſine terra, frater.	1200	17
40	Henrichus III. filius.	1217	56
41	Eduuardus IV. filius.	1273	35
42	Eduuardus V. filius.	1308	19
43	Eduuardus VI. filius. Hic primus titulum & arma Francici regni, quo etiamnum Angliæ reges vtuntur, iure & hereditario & bellico aſſumpſit.	1327	51
44	Richardus II. nepos ex filio homonymo.	1378	22
45	Henrichus IV. Lancaſtrii dux, vi.	1400	14
46	Henrichus V. filius.	1414	9
47	Henrichus VI. filius.	1423	38
48	Eduuardus VII. Merchiæ Comes, agnatus, per vim.	1461	23
49	Eduuardus VIII. filius.	1483.	2. m.
50	Richardus III. Gloceſtriæ dux, Patruus, per vim.	1484	2
51	Henrichus VII. Richomondiæ comes, Henrichi VI. ex Edimundo filio nepos.	1486	23
52	Henrichus VIII, Polygamus, ~~& ſupremum Anglicanæ eccleſiæ caput,~~ filius.	1509	38
53	Eduuardus IX. filius, ex Iana Semerſeta ſiue Semeria, quarta vxore.	1547	6
54	Maria, ſoror primogenita, ex Catharina Arragonea matre; Hæc nupſit Philippo Hiſpaniarum principi, filio Imperatoris, Caroli V. conſobrini ſui.	1553	

Digitized by Google

DANORVM REGES.

Ordo	*Nomina.*	*An. dom.*	*Regni*
1	Ericus, Siuardi regis filius, primus Danicorum regum, apud Cimbricam Cherſoneſum, Chriſtianus Anſgarii prædicationibus fit.	854	6
2	Kanutus, ſiue vt vulgo dicitur Knuth, filius. hic infidelis permanſit.	860	22
3	Frotho, filius, ſecundus Chriſtianus rex.	882	8
4	Gormo, Anglicus, filius.	891	20
5	Haraldus, ſiue Ernholdus, filius.	911	21
6	Gormo II. filius, hic iterum in impietatem abiit.	932	6
7	Haraldus II. filius, denuo Chriſticola.	938	32
8	Sueno, ſiue Suenotto, filius, qui & Nortuuegiam cepit.	971	41
9	Kanutus II. Magnus, filius, qui & Angliæ rex.	1012	23
10	Kanutus III. Durus, filius.	1036	3
11	Magnus, Nortuuegiæ rex, ex fœdere orbo ſuccedit,	1040	15
12	Sueno II. Kanuti II. ex ſorore nepos.	1055	12
13	Haraldus II. filius.	1067	2
14	Kanutus IV. frater.	1069	10
15	Olauus, frater.	1079	10
16	Ericus II. Magnus, frater.	1090	13
	Interregnum 2. annorum.		
17	Nicolaus, quatuor præceſſorum poſthumus frater.	1104	30
18	Ericus III. frater nothus.	1135	5
19	Ericus IV. Erici II. ex filia nepos, cum Suenone, Petro, & Kanuto, agnatis.	1140	22
20	Vualdemarus, Erici II. ex filio S. Kanuto,		

primo

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
	primo Obotritorum & Vandalorum à Cæſare Barbaroſſa rege pronunciato, nepos.	1162	24
21	Kanutus V. filius.	1185	18
22	Waldemarus II. frater.	1203	40
23	Ericus IV. filius.	1243	9
24	Abel, frater.	1251	1
25	Chriſtophorus, frater.	1253	7
26	Ericus V. filius.	1260	27
27	Ericus VI. filius.	1286	36
28	Chriſtophorus II. frater.	1321	12
29	Waldemarus III. filius.	1334	42
30	Margarita, filia, cum Olauo ex Aquino IV. Nortuuegiæ rege filio, quæ tandem etiam belli iure Suetiam obtinuit.	1376	35
31	Ericus VII. Bommeraniæ dux, adoptiuus filius, primus exterorum Demarchiæ rex.	1411	28
32	Chriſtophorus III. Bauariæ dux, Erici VII. ex ſorore nepos, qui & Suetiæ rex.	1439	9
33	Chriſtiernus, Aldenburgenſis comes, ducta prçceſſoris ſui vidua, etiã Suetiæ & Nortuegiæ rex.	1448	34
34	Iohannes, filius, Suetiæ & Nortuegiæ rex quoq;.	1481	32
35	Chriſtiernus II. filius, vbiq; ſucceſſor. Gener Philippi Hiſpaniæ regis ex Elizabeta filia.	1514	9
36	Friderichus, Holſatiæ dux, fratruelis, etiam Nortuuegiæ rex.	1523	11
37	Chriſtianus, filius, qui & rex Nortuuegiæ.	1534	

ARRA-

Digitized by Google

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
1	Ennecus, Ariſta, comes Bigorrenſis, ex Gothica, iam olim Chriſtiana familia, deuictis Mauris, ſua virtute, primus rex Arragonum in Tarraconenſi Hiſpania fit.	912	7
2	Garcias, Ennicus, filius.	919	10
3	Sanctius, Garcias, Abarca, filius.	929	7
4	Garcias, Sanctius, Tremulus, filius.	936	28
5	Sanctius II. Maior, filius.	964	53
6	Raymirus, filius, vt multis placet nothus.	1016	47
7	Sanctius III. filius.	1063	35
8	Petrus, filius.	1098	10
9	Alphonſus, frater, qui & ob Vrracam vxorem, Alphonſi VI. vnicam filiam, Hiſpaniæ rex eſt.	1108	18
10	Raymirus II. ſiue Remelius, Monachus frater.	1126	20
11	Raymundus, comes Barcinonenſ. gener ex Petronilla filia.	1147	15
12	Alphonſus II. ſiue Ildephonſus, filius.	1162	34
13	Petrus II. filius.	1196	17
14	Iacobus, Fortunatus, filius.	1213	63
15	Petrus III. filius, qui & ob Vxorem Conſtantiam, Manfredi regis filiam, Sicyliæ rex fuit.	1276	10
16	Alphonſus III. Largus & Celebs, filius.	1286	6
17	Iacobus II. Dongianus, frater, qui & Sicyliæ rex.	1292	35
18	Alphonſus IV. Mitis, filius, qui etiam Sicyliæ rex.	1327	8
19	Petrus IV. Cæremonioſus, filius.	1336	52
20	Iohannes, filius.	1387	9
21	Martinus, frater.	1396	14
22	Ferdinandus, Ioannis II. Caſtellæ regis filius, nepos ex ſorore Leonora.	1407	8

Alphon-

Digitized by Google

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
23	Alphonſus V. filius, qui & Apuliæ & Sicyliæ rex.	1416	42
24	Iohannes II. frater, qui & Nauarræ & Siciliæ rex.	1458	16
25	Ferdinandus II. Magnus & Catholicus, filius, Hiſpaniarum item & Siciliæ rex, qui Nauarram inuaſit.	1474.	42
26	Carolus, Auſtrius, Hiſpaniæ rex, nepos ex Iohanna filia, qui & Imperator, & Siciliæ Nauarræq; rex eſt.	1516.	

HVNGARIÆ REGES.

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
1	Geyſa, Toxonis ſiue Taxis Scythici in Pannonia regis filius. Primus Hungaricorum regum Chriſtianam fidem ſuſcipit, Adalberto confirmante.	979	18
2	Stephanus, filius, Heinrichi II. Imperatoris ex Hisla ſorore adfinis, qui tandem in Diuos relatus eſt.	997	37
3	Petrus, ex ſorore nepos.	1034	3
4	Aba, ſiue Ouo, Sororius S. Stephani.	1037	10
5	Andreas, S. Stephani ex Vazule fratruele nepos.	1046	12
6	Bela, Claudus, frater.	1058	4
7	Solomon, Andreæ filius.	1062	9
8	Geyza II. Belæ filius.	1071	5
9	Ladislaus, Sanctus, frater.	1076	19
10	Colomannus, Geyzæ filius, antea Epiſcopus Agrienſis.	1095	19
11	Stephanus II. filius.	1114	18
12	Bela II. Cæcus, Colomanni ex Almo filio nepos.	1131	10
13	Geyza II. filius.	1141	20

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
14	Stephanus III. filius, Multi fratrem faciunt.	1161	12
15	Bela III. frater.	1173	20
16	Emmerichus, filius.	1193	8
17	Ladislaus II. infans filius.	1201.	6. m.
18	Andreas II. Hieroſolymitanus, Patruus.	1201	34
19	Bela IV. filius.	1236	36
20	Stephanus IV. filius.	1272	3
21	Ladislaus III. Chunus, filius.	1276	14
22	Andreas III. Venetus, Andreæ II. nepos.	1290	11
23	Wenceslaus, Bohemiæ rex, Belæ IV. ex filia Anna nepos.	1302	3
24	Otto, Bauariæ dux, Vocatione.	1305	4
25	Carolus, Robertus, Siciliæ rex, Stephani IV. ex Maria filia nepos.	1310	31
26	Luduuichus, filius, qui & Poloniæ rex poſtea.	1342	40
	Interregnum 4. annorum.		
27	Sigiſmundus Lucilloburgenſis, marchio Brandeburgenſis, gener ex Maria filia, qui & Imperator, & tandem Bohemiæ rex.	1386	51
28	Albertus, Auſtriæ dux, gener ex Elizabethe filia, qui & Imperator & Bohemiæ rex.	1438	2
29	Ladislaus IV. Poloniæ rex.	1440	4
30	Ladislaus V. Alberti regis poſthumus filius.	1445	13
31	Mathias, Coruinus, Iohannis Hunniadis filius, è carcere electus.	1458	31
32	Ladislaus VI. Cazimiri Poloniæ regis filius, ob ductam Beatricem Apulam		

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
	Mathiæ viduã, qui iã antea Bohemiæ rex.	1490	28
33	Luduuichus II. filius, Bohemiæ rex quoq;, gener Philippi regis Hiſpaniæ ex Maria filia.	1518	8
34	Ferdinandus, infans Hiſpaniæ, archidux Auſtriæ, propter ductã Annam Luduuichi II. ſororem, qui & Cæſar & Bohemiæ rex, frater eſt Caroli V. Imp.	1527	
	¶ Contra hunc Iohannes Zepuſienſis comes, Tranſſyluaniæ Waiuoda, diu tyrannidem inuaſit.		

NORTWEGIÆ REGES.

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
1	Suenotto, Daniæ rex, iam antea Chriſtianus, victo Nortuuagiorum rege Olauo Haraldi, ductaq; Sythrica ſiue Syritha eiuſdem vxore, iure belli Nortvvegiæ rex efficitur.	998	12
2	Olauus, Sanctus, Trutonis indigenæ filius, primus Nortwegicornm Regum Libentio authore Chriſtianus factus eſt.	1011	20
3	Sueno II. Suenottonis ex filio Kanuto nepos.	1031	8
4	Magnus, Olaui Sancti filius, qui & Daniæ rex pactionibus fit.	1039	16
5	Haraldus, ſiue Ernholdus, patruus.	1055	15
6	Magnus II. filius, hic Orcadibus inſulis proprium regem beneficio conceſſit.	1070	40
7	Magnus III. nothus filius.	1110	29
8	Haraldus II. Hibernicus, nothus frater.	1138	10
9	Magnus III. iam excæcatus & in monachum caſtratus, iterum.	1148	9

Digitized by Google

Ordo	Nomina.	An. dom.	Regni.
10	Ingo, Gibboſus, Haraldi Hibernici filius.	1158	18
	Interregnum Aquini 4. annorum.		
11	Magnus IV. Erlingi indigenæ filius.	1180	52
12	Aquinus, tyrannus.	1232	31
13	Olauus II. Hangofanus.	1263	17
14	Ericus, Sueticus.	1280	20
15	Aquinus II. frater.	1300	15
16	Magnus V. Erici filius, iam antea Suetiæ rex.	1315	11
17	Aquinus III. filius.	1326	2
18	Magnus VI. frater, iam Suetiæ rex.	1328	31
19	Aquinus IV. filius.	1359	16
20	Olauus III. filius.	1375	12
21	Margarita, Danica, mater, quæ & Daniam & Suetiam quoq; habuit.	1388	23
22	Ericus II. Bommeraniæ dux, adoptitius.	1411	28
23	Chriſtophorus, Bauariæ Dux, nepos ex ſorore, qui & Daniæ & Suetiæ rex.	1439	9
24	Chriſtiernus, comes Aldenburgenſis, ob prædeceſſoris viduam, Dorotheam Brandeburgenſem, ductam.	1448	31
25	Iohannes, filius &c.	1481	33
26	Chriſtiernus II. filius &c.	1514	9
27	Fridericus, Holſatiæ dux, fratruelis, qui etiam Daniæ rex.	1523	11
28	Chriſtianus, filius, qui & Rex Daniæ eſt.	1534	

Boleslaus

POLONIÆ
REGES.

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
1	BOleslaus, Chabri, id eſt, Magnus, Mieſconis Polanię Ducis Chriſtiani filius, primus ab Ottone III. Imperatore Poloniæ rex apud Sarmatiam creatur.	1000	24
2	Miſco, ſiue Mietzlaus, filius.	1025	8
	Interregnum 7 annorum.		
3	Cazimirus, Carolus, filius Miſconis, antea monachus.	1040	18
4	Boleslaus II. Audax, filius.	1058	22
	Interregnum ob Papale interdictum, annorum plus minus ducentorum, ſub nouem Monarchis.		
5	Przemislaus, Maioris Polonię dux, incolarum ſuffragiis tandem rex dicitur.	1295.	7 mēſ:
	Interregnum ob competitores 3 annorum.		
6	Wenceslaus, Pius, Bohemiæ rex.	*1298*	7
7	Vladislaus, Loketeck, id eſt, Cubitalis, ab indigenis quidē anno 1305. electus, Verum permiſſu P. M. anno domini 1320, primum coronatus eſt.	*1305.*	*28*
8	Cazimirus II. Magnus, filius.	*1333*	*37*
	Ludwichus, Vngariæ rex, nepos ex ſorore Elizabetha.	1370	12
	Interregnum 4 annorum.		
10	Vladislaus II. antea Iagello ſiue Iagula, Lithuaniæ magnus dux & ethnicus, ducta Heduuige Luduuichi filia, quæ Wilhelmo Auſtriæ duci pridem nupſerat.	1386	49

Digitized by Google

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
11	Vladiſlaus III. Iunior, filius, qui poſtea etiam Vngariæ rex eſt.	1435	10
12	Cazimirus III. Lithuaniæ magnus dux, frater.	1446	47
13	Iohannes Albertus, filius.	1493	9
14	Alexander, frater.	1501	5
15	Sigiſmundus, frater.	1506	42
16	Sigiſmundus II. filius, Ferdinandi Romanorum Vngariæ & Bohemiæ regis ex duabus filiabus legitimus gener.	1548	

SVETIÆ REGES.

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
1	OLauus, Erici V. indigenæ regis filius, Primus Sueticorum regum à Popone baptizatur, & Iacobus dicitur in Schõdia.	1001	16
2	Emundus, Annoſus, nothus frater.	1017	41
3	Amander, frater.	1058	9
4	Stinckelius.	1067	25
	Interregnum 10 *annorum*.		
5	Halſtenus, Stinckelii filius.	1093	6
6	Folcko.	1099	3
7	Amander, iterum.	1102	2
8	Aquinus.	1104	2
9	Ingo.	1106	14
10	Magnus, Nicolai Daniæ regis filius.	1120	12
11	Suuerco, indigena.	1132	19
12	Carolus, nothus filius.	1151	37
13	Ericus.	1188	41
14	Byrgerius, Dux.	1229	20
15	Waldemarus, filius.	1249	1
16	Magnus II. frater.	1251	39
17	Byrgerius II.	1290	12
18	Magnus III. nepos ex Erico fratre, qui & Nortwegiæ rex poſtea.	1312	14

19 Ma

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
19	Magnus IV. filius, qui & Nortwegiæ rex.	1326	34
20	Albertus, Megalopyrgenſis dux, ex Euphemia ſorore nepos.	1360	29
21	Margarita, Daniæ & Nortwegiæ regina, per vim.	1390	21
22	Ericus II. Bommaraniæ dux, adoptiuus in omnibus tribus Septẽtrionalibus regnis.	1411	27
23	Chriſtophorus, Palatinus Rheni, nepos ex ſorore, qui & Daniæ & Nortwegiæ rex.	1439	9
24	Carolus II. Kanuti, per electionem.	1448	7
25	Chriſtiernus, Aldenburgenſis, iam & Daniæ & Nortwegiæ rex.	1456	14
	Interregnum 18 annorum.		
26	Iohannes, Chriſtierni præcedentis filius, iam itidem Daniæ & Nortwegiæ rex.	1488	26
27	Chriſtiernus II. filius, in tribus regnis illis ſucceſſor, reclamante tamẽ per Sueciam Stenone Sture.	1514	8
28	Goſtauus, ſiue Iuſtauus, Erici, procerum Gottorumque electione.	1522	

Digitized by Google

NAVARRÆ
REGES.

Ordo	*Nomina*	*An. Dom.*	*Regn.*
1	GArcias, Sanctii maioris Arragonum regis Christianus filius, facta cum fratribus diuiſione, Primus rex Nauarræ apud veteres Vaſcones efficitur.	1016	12
2	Sanctius filius.	1028	5
3	Raymirus, filius.	1033	8
4	Garcias II. filius.	1041	58
5	Sanctius II. Sapiens, filius.	1100	63
6	Sanctius III. Fortis, filius.	1163	42
	Interregnum 23 annorum.		
7	Theobaldus, Campaniæ comes, ducta Blanca Sanctii III. ſorore.	1228	32
8	Theobaldus II. filius.	1260	11
9	Henrichus, Craſſus, frater.	1271	3
	Interregnum 10 *annorum.*		
10	Philippus, Pulcher, Philippi III. Gallorum regis filius, ob Iohannam vnicam filiam Henrichi præcedentis ductam.	1284	23
11	Luduuichus, Huttinus, filius, qui & Galliæ rex poſtea.	1307	9
12	Philippus II. Longus, Pictauiæ comes, frater, qui item Galliæ rex	1316	5
13	Carolus, Pulcher, frater, qui & Galliæ rex.	1321	7
14	Philippus III. Aureliæ comes, ob Iohannam coniugem, prædeceſſorum ſuorum ſororem.	1329	13
15	Carolus II. Ambuſtus, filius, gener Ioannis Galliæ regis.	1343	4

16 C

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
16	Carolus III. Junior, filius.	1387	12
17	Martinus, Siciliæ rex, gener ex Blanca filia.	1399	8
	Interregnum 27 annorum.		
18	Iohannes, Ferdinandi I. Arragonum regis filius, ſecundus dictæ Blancæ maritus.	1434	44
19	Gaſtonus, Fuxi comes, ex Leonora filia gener.	1478.	15 dies
20	Phœbus, Leonoræ dictæ, ex Iohanne filio, nepos.	1480	25
21	Iohannes I I. Albretius ſiue Alebretus, Druidum comes, Gallus, ob ductam Catharinam Phœbi ſororem.	1505	8

Hinc regnum hoc ob ſchiſma eccleſiaſticum à Iulio II. P.M. Caſtellæ regno vnitum & addictum eſt, Ferdinando II. Arragonum & Sicilię rege, Iohannis I. filio, occupante, ac dicto Iohanne II. quadriennio adhuc in exilio ſuperuiuente.

BOIOHEMIÆ REGES.

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni.
1	BRzetislaus, ſiue Vratislaus, Boiomanorum Chriſtianus dux, ob fidele contra rebelles pręſtitum auxilium, à Cęſare Hainricho I V. Maguntiæ primus Bohemiæ Rex creatur.	1086	7
	Interregnũ 63 annorum prope, ſub quatuor ducibus.		
2	Labezlaus, ſiue Ladislaus, Bohemorũ dux, denuo ſibi & ſuis, in poſterum Regiã dignitatem, apud Friderichum I. Imperatorem armis promeretur	1156	5
	Interregnum 35 annorum.		
3	Oddoacer, ſiue Ottockarus, Rex Bohemiæ per Cæſarẽ Hainrichũ VI. ꝓnũciatur.		

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
4	Primiſlaus, Ladiſlai I. filius, contra Ottokarum dictum, à Philippo II. Imperatore Rex coronatur.	1201	30
5	Wenceslaus, Vnoculus, filius.	1231	14
6	Primiſlaus II. Ottocarus, frater.	1245	33
7	Wenceslaus II. Sanctus, filius, qui & Poloniæ rex fuit.	1278	27
8	Wenceslaus III. Malus, filius.	1305	1
9	Rudolphus, Auſtriæ dux, ob ductam Elizabetham Vencelai proximi vxorem.	1306	2
10	Hainrichus, Carinthiæ dux, propter Annam vxorem, Wenceslai III. ſororem.	1308	2
11	Iohannes, Lucilloburgenſis comes, Cæcus, ducta Elizabetha altera Wenceslai III. ſorore.	1310	35
12	Carolus, filius, qui & Cæſar.	1345	34
13	Wenceslaus IV. à ſuis Pius, ab exteris vero Ignauus & Ocioſus, filius, qui & Cæſar. Sub hoc, & ſequente, Ziska veluti interrex aliquot annis eſt.	1379	40
14	Sigiſmundus, frater, qui & Vngariæ rex, & Imperator.	1420	18
15	Albertus, Auſtriæ dux, gener, qui & Vngariæ rex & Cæſar.	1438	1
16	Ladislaus II. Poſthumus filius.	1440	17
17	Georgius, Poggiebratius, baro indigena, electione rex fit.	1458	14
18	Ladislaus III. Poloniæ regis filius, electione, qui & Vngariæ rex poſtea fit.	1471	47
19	Ludwichus, filius, qui & Vngariæ rex.	1518	[illegible]
20	Ferdinandus, Hiſpaniæ infans, Auſtriæ archidux, ducta Anna Ludwichi præcedentis ſorore, qui & Cæſar & Vngariæ rex.	1526	21

Ordo	*Nomina*	*An. Dom.*	*Regni.*
21	Maximilianus, filius, qui & Imperatoris patrui ex Maria filia gener.		

PORTVGALLIÆ REGES.

1	ALphonſus, Henrico Lutheringo, Chriſtiano patre, ex Tharcſia Alphonſi VI. Hiſpaniæ regis notha filia natus, propter ereptam Mauris Vlyſſiponam, primus rex Portugalliæ fit in Luſitania.	1110	29
2	Sanctius, filius.	1139	17
3	Alphonſus II. filius.	1156	28
4	Sanctius II. Capella, frater.	1184	41
5	Alphonſus III. filius.	1225	54
6	Dionyſius, filius. Hic impetrata ab auo materno, Alphonſo ſcilicet X. Caſtellæ & Legionis rege, pro Luſitanis omnimoda immunitate, primus Algarbiorum regis titulum quoque accepit.	1279	35
7	Alphonſus IV. filius.	1314	33
8	Petrus, filius.	1347	13
9	Ferdinandus, filius.	1360	24
10	Johannes, Monachus, nothus filius.	1384	26
11	Eduardus, filius.	1410	28
12	Alphonſus V. filius.	1437	48
13	Iohannes II. filius.	1486	6
14	Emanuel, cognatus, ob ductam Iſabellam Iohannis huius viduam, Ferdinandi V. Hiſpaniarum regis filiam: Hic primus Indiæ extremæ merces, nouis per Notionale pelagus & circum totam Aphricam nauigationibus, Europæ intulit.	1492	30
15	Johannes III. filius ex Maria, altera Ferdinandi quinta Hiſpaniarum regis filia,		

Generque Philippi Hiſpaniarum regis ex Catharina filia. 1522

SICILIARVM REGES.

Ordo	Nomina	An. Dom.	Regni
1	Rogerius, Nortmannus, Apuliæ & Calabrię Chriſtianus dux, à Papa Romano primus Siciliæ rex promercatu efficitur.	1124	29
2	Wilhelmus, Magnus & Malus, filius.	1153	13
3	Wilhelmus II. Bonus, filius.	1166.	18
4	Danckredus, ſiue Tancredus, Rogerii nothus filius.	1184	8
5	Hainrichus, Sueuiæ dux, Wilhelmi I. ex Conſtantia moniali filia gener, qui & Imperator.	1192	8
6	Fridericus, Sueuus, filius, qui & Imperator,	1200	49
7	Chunradus, filius ex Iole Iohannis Hieroſolymitani extorris regis filia, vnde & titulus eius, Siculis primum acceſſit dotis nomine.	1249	5
8	Manfredus, nothus Friderichi filius	1254	11
	Poſt hunc, Regnum in duas Partes ſciſſum eſt, Arragonenſibus Sicilia, Gallis Apulia cum Neapoli ceſſit, vt ſequitur.		
9	Petrus, Arragonum rex, gener Manfredi ex Conſtantia filia, ab optimatibus euocatus tandem.	1281	5
10	Jacobus, Dongianus, filius, & gener Caroli Martelli Apulię regis ex Blanca filia.	1286	11
11	Friderichus II. frater, ſimul ac eiuſdē Caroli II. Apuliæ regis ex Eleonora altera filia gener.	1297	30
12	Alphonſus, frater, qui & Arragoniæ rex.	1328	14

13 Ioha-

Ordo	Nomina	An.dom.	Regni.
13	Iohannes, ex Petro filio nepos, qui & Arragoniæ rex.	1342	49
14	Martinus, ex Martino fratre nepos, & Friderichi II. gener.	1392	16
	Interregnum quinque fere annorum.		
15	Ferdinandus, Iohannis II. Caſtellę regis filius iã Arragonũ rex, cõſanguineus	1412	4
16	Alphonſus II. filius, Arragoniæ & Neapolis rex	1416	42
17	Iohannes II. frater, qui & Arragoniæ & Nauarræ rex.	1458	21
18	Ferdinandus II. Magnus, filius, qui & Arragoniæ rex, & Hiſpaniæ prorex	1479	37
19	Carolus, Auſtriacus, Hiſpaniæ rex & Imperator, nepos ex Iohanna filia.	1516	

NEAPOLITANI REGES.

1	CArolus, Tardus ſiue Claudus, Andegauenſis comes, frater S. Ludouici Gallorum regis, à P.M. contra Sueuos euocatus, præ Hiſpanis tamẽ ſolũ Apuliam & Neapolim obtinuit.	1266	18
2	Carolus II. Martellus, Salerni princeps, filius.	1284	25
3	Robertus, Calabriæ dux, filius, qui & Vngariæ rex ob Mariam matrẽ poſteą fit.	1308	36
4	Iohanna, Roberti ex Carolo filio neptis, vxor Andreæ Vngarorum regis filii, qui fuerat illi fratruelis, Et dein Ludouici Tarentini principis, qui itẽ cõſobrinus Iohannæ fuerat, Ac tandem Ottonis ducis Brunſuicenſis.	1343	35
5	Carolus III. Pazus & Paruꝰ, Dyrrachii dux, Iohanne ex Andrea Vngaro filius.	1382	4
6	Ladislaus, filius	1386	29

Digitized by Google

Ordo	*Nomina*	*An.dom.*	*Regni.*
7	Iohanna II. ſoror, quę nupſit Carolo Geldriæ duci, deinde Iacobo Burbonio Marchię comiti, Et demum cum eſſet improlis, adoptauit primo Alphonſum Arragoniæ & Sicilię regem, poſtea repudiato illo, Ludouicum Andegauenſium comitem, quo mortuo fratrem eius Renatum hęredem inſtituit.	1415	21
8	Renatus, Gallus adoptiuus.	1437	5
9	Alphonſus, Arragonum & Siciliæ rex, per vim.	1442	16
10	Ferdinandus, Seius, Calabriæ dux, nothus filius Alphonſi, teſtamento.	1458	37
	Sub hoc Carolus Andegauẽſis princeps, & Renatus Lutheringiæ dux conſobrini ex auo Renato rege, pro Apulia ſeſe met quaſi armis atterunt: mortuo iam dicto auo exule.		
11	Alphonſus II. filius Ferdinandi I.	1494	1
12	Ferdinandus II. filius.	1495	1
13	Fridericus II. Patruus.	1498	4
	Contra hos Carolus & Luduuichus Galliæ reges, diuturna bella gerentes, Neapolim anno 1502. ceperunt Eam tamen Hiſpani non multo poſt ſtrenue receperunt, & inde etiam ſub Caroli V. Imperatoris militia fortiſſime obtinuerunt, vſq; in hũc pręſentem 1554. annum, quo is pro ſua Maieſtate illam cum vniuerſo Apulię regno, Philippo filio, iam iamq; Angliæ regi, reſignauit.		

ACHIL

ACHILLES P. GASSERVS ÆQVO LECTORI S.

ABſoluto iam præſente Chriſtianorũ regum catalogo, mẽtio me Hieroſolymitani regni, in hoc diuerticulũ nolentẽ ſane παρέργως quaſi abripuit, vt nomenclaturã etiã Regum ſuorũ, huc quoq; adponerẽ. Cũ enim illud à noſtra Europæ principibus, piiſſimo quodã zelo, ac maiori molimine quã fortuna, olim reſtauratũ, ac annis inde plus minus nonaginta ab eiſdẽ Heroibus, ſatis ſplendide in ipſa adeo Aſia adminiſtratũ, & aduersũ infideles propagatũ ſit, haud quaquã mihi vitio dandũ exiſtimaui, ſi eã vnicã etiã, præter inſtitutũ & promiſſa (relicta aliorũ quorũcunq; nẽpe Græcorum, Bulgarorum, Dalmatarũ, Oſtro & weſtogottorũ, Langobardorum, Burgundionũ, Arelatenſiũ, Britannorũ, Pictorũ, Vandalorũ, Sueuorũ, Saxonũ, Boiorum, Roxolanorum &c. iã iam abolitorũ regnorũ hiſtoria) præcedentib. cõiungerẽ: Præſertim quãdo ſereniſſimi Arragoniæ & Siciliæ reges, in hodiernum vſque diẽ tum hæreditario eius titulo gaudeant, tum non mediocri illos id adeundi deſiderio teneri par ſit credere. Quapropter & hãc noſtram opellam, humaniſſime lector, æqui boniq; facias.

HIEROSOLYMITANI REGES.

Ordo	*Nomina*	*An. dom.*	*Regni.*
1	GOttefridus, Bolonius, Lutheringię dux, communi Europæorum principũ expeditione, capta in Palęſtina Aſiæ Hieroſolyma, omnium conſenſu, primus Chriſtianus rex ibidem conſtituitur.	1099	1
2	Balduuinus, Francus, frater.	1100	18
3	Balduuinus II. de Burgo ſiue Rohas, conſobrinus.	1118	13
4	Fulco, Ruffus, Andegauenſis comes, gener ex Meliſinda filia.	1131	11

Ordo	*Nomina*	*An.dom.*	*Regni.*
5	Balduuinus III. filius	1142	20
6	Almarichus,Pinguis,frater	1162	11
7	Balduuinus IV.Læproſus,filius.	1173	12
8	Balduuinus V. Pupillus, Montferratenſis marchio,ex Sibylla filia nepos.	1184.8.menſ.	
9	Guido,Luſignanus,Gallus,vitricus. Sub huius tertium annum,corruptiſſimo noſtrorum diſſidio, Vrbs ſancta denuo amiſſa eſt,&reges exploſi.	Eodem	10
10	Iohannes,Brennus,ſiue deBregna,Gallus, contra Almarichum prædicti Guidonis fratrem adfinemq;,iam Cypri regem, à nouis militibus eligitur.	1209	

Poſt hũc plurimi principes,de nudo Hieroſolymorum titulo, in hodiernum vſq; diem cõcertare non deſinunt. Quanquã Fridericus Siciliæ rex,propter Iolem coniugem Iohannis præfati filiam, hæreditaria inſcriptione,poſteris ſuis illum omnino vſuceperit.

ALINCONII COMITES. EX ROSERIO.

ALinconios inter Gallos Aquitanicos annumeratos,aut ſaltem iis vicinos,authores quidam tradunt, quorum primus Comes

I.

Petrus Francus fuiſſe legitur, anno Domini 1268. Ex Iana Ioannis Caſtellionis filia Mathildem ſuſtulit,qua patris hæreditate nudata.

II.

Carolus Francus rerum potitus eſt. Tres habuit vxores, primam Carolo Siciliæ rege productam, ſecundam

Bal-

Balduini Cæſaris Conſtantinopolitani neptem, tertiam Mathildem Vidonis Comitis Fani Pauli filiam. Ex primo coniugio hi manarunt liberi: Philippus Francorum Rex,

III.

Ludouicus, Comes Valeſius & Alinconius, 1325. &

IV.

Carolus fratris ſucceſſor 1329. ob nullam editam ſobolem, Maria Gulielmo Annoniæ Comiti, Iana Roberto Attrebatenſi, Iſabella Petro Borbonio coniugatæ. Ex ſecundo toro filia, Ioanni Britanniæ Duci: ac ex tertio Margareta Vidoni Bleſenſi Comiti coniunctæ. Inſuper Carolus 2. ex Maria Hiſpana protulit

V.

Petrum, Comitem Alinconium factum 1346. Ludouicum Stampenſem, ac Robertum Perticenſem Comites. Petrus autem ducta Margareta Belli montis Vicecomitiſſa edidit

VI.

Ioannem Alinconium Ducem, à quo & Iana Britanna coniuge deſcendit

VII.

Ioannes Dux Alinconius, qui etiam ex Iana Caroli Ducis Aureliæ filia tulit

VIII.

Carolum patris in Alinconio Ducatu hæredem, tum vnicam filiam. Carolus quoque ex Margareta Federici Lotharingi, Vadani montis Comitis filia excitauit

IX.

Carolum Ducem Alinconium, Aloiſiam Caroli Borbonii, alteramq; filiam Philippo Sabaudo, Nemoricenſi Duci copulatas. Cumque Carolus ex Margareta Valeſia nullam reliquiſſet prolem, Alinconius Ducatus Franciæ regno additus eſt

Digitized by Google

ANHALDINI PRINCIPES. EX ALBICIO.

OTho Diues dictus, Comes Aſcaniæ, Ballenſtadii, & walpe; Marchionatū Saliſquelenſē à Magno Duce Saxoniæ ſocero dotis nomine accepit; ſepultus eſt 1123. Ballenſteti ad D. Nicolaum. Filiæ eius dicūtur, Helica Werneri Comitis Oſterburgenſis, Agnes Ekberti iunioris Marchionis Saxoniæ, & Anna Ioannis Comitis Beichlingenſis vxores. ¶ Eius filius Albertus, Vrſus dictus, à Conrado tertio Imperatore poſt obitum Pribiſlai Obotriti Marchiam Brandeburgenſem impetrauit 1152. extincta ante decennium veteri familia Marchionum, qui ex Comitib. Stadenſibus fuerant. Is nouas ex inferiori Germania, Weſtphalia, Phriſia, Colonias in Marchiam illam, ab Henetis propter continua bella deſertam, duxit, oppida & vrbes reſtaurauit; Francofurtum ad Viadrum ampliauit; Brandeburgi 1169. ſepultus eſt in ſummo Templo iuxta vxores ſuas; Sophiam Othonis à Reineck, & Adelheiſam Conradi Marchionis Miſniæ filiam, viduam Suenonis Regis Daniæ. Filiam habuit Heduigem Othonis Marchionis Miſniæ coniugem.

II.

Otho Marchio Brandeburgicus Alberti F. condidit monaſterium Leninenſe prope Brandeburgum, vbi cum vxore ſepultus eſt 1198

III.

Bernhardus autem eius frater, Comes Aſcaniæ, Marchio Saliſqualenſis, in Cōuentu Wirtzburgico, Henrico Leone exauthorato, ab Imperatore Friderico primo, cuius ſignifer in bellis fuerat, factus eſt Dux Saxonię 1180. poſt Welphones proſcriptos. Et cū partē eam Saxoniæ ſuperioris quę ad Albim vergit in ſuā redegiſſet poteſtatē, primus ſedem witembergę fixit. Floruit non modo bellica, ſed iuſtitiæ & integritatis laude. Inſignia Clypei bicoloris aurati & nigri

ſerto rutaceo, quibus etiam nunc Duces Saxoniæ vtuntur, primus vſurpauit. Ballenſtadii ſepultus eſt 1212. cum duab. vxoribus, ex quarum ſecunda, filiam habuit Hedvigẽ vxorem Hulrici Comitis Wethini.

IV.

Sigefridus eius frater, primo Epiſcopus Brandeburgicus, poſt Bremenſis Archiepiſcopus electus, 1163. Comitatum Stadenſem Archiepiſcopatui coniunxit. obiit 1187.

V.

Otho II. Marchio Brandeburgenſis, qui in Palæſtina ſtrenue militauit, abſq; liberis deceſſit 1206. Cuius frater Albertus II Friderico ſecundo Imp. charus, ſtemma propagauit, ſepultus Lenini 1221. Hic filias habuit Methildem Othonis, primi Ducis Brunſuicenſis, & Annam Nicoloti Principis wandaliæ vxores

VI.

Albertus I. Dux Saxoniæ, filius Bernhardi I. in Aula Friderici II. Imp. educatus, ei militauit contra waldemarum Regẽ Daniæ; eundem Imp. in Palæſtinã ſecutus eſt, in cœnobio Lenino ſepultus 1260. Eius vxor Helena Othonis I. Ducis Brunſuicenſis filia, cœnobium Franciſcanorum Wittembergæ extruxit. Filiæ eis fuere, Methilde Ioãni Comiti Holſatiæ, Agnes Henrico Duci Vratislauienſi, & Maria Barnimo primo Duci Pomeraniæ nuptæ.

VII.

Henricus Senior ei⁹ frater, ꝓgenitor fuit ſtirpis Anhaldinę; ex altero nãq; Hẽrico Iuniori Pingui, progenies cito defecit.

VIII.

Ex Alberto ſecundo Marchione Brandeburgẽſi, nati ſunt Ioannes I. qui Francofurtum ad Viadrum dilatauit & ornauit anno 1253. & cœnobium Franciſcanorũ condidit Sebuſæ, atq; arcẽ Lupzæ; ſepultus 1266. in cœnobio Chorino ab eo fundato; & Otho III. Pius, qui cũ Epiſc. Magdeburgenſi & Halberſtadenſi, belum geſſit, & Brandeburgum Boruſſiæ cõdidit, Brandeburgi ſepultus ad Minoritas 1267. ¶ Ioanni filiæ fuere, Helena vxor Theodorici Marchionis Miſniæ; Methilde Chriſtophori primi Regis Daniæ, & Agnes Bugſlaui quarti Ducis Pomeraniæ; Othoni autem Kunegunde

vxor Belæ quarti Regis Hungariæ & Methilda Barnimi primi Ducis Pomeraniæ.

IX.

Albertus ſecundus vero Dux Saxoniæ interfuit electioni Rudolphi Habſpurgii, eiuſq; filii Alberti. Contentiones habuit cum Magdeburgiis: Rudolphus eius frater, Dux Angriç & weſtphaliæ, filios habuit Ioannẽ, & Albertũ militẽ Rhodienſem, qui mortui ſunt ſine prole; filias autẽ, Agnetẽ Rudolphi Comitis Katzenſteinii; Helenam Philippi Barnmenſis; Annam Friderici Comitis Cilienſis; & Sophiam Ioannis Principis Munſterbergici vxores.

X.

Ioannes primus, eorum frater, Dux Angriç & Weſtphaliæ, à quo Principes ſunt Laoburgenſes, terrã Tribuſienſem Epiſcopatui Swerinſi donauit, ex eo natus eſt Ioannes ſecundus, cuius filius Ericus primus, pignoris loco à Ludouico Imperatore Lubecã tenuit, interfectus prope Hamburgum *1338*. filiç eius fuere Agnes vxor Wilhelmi Ducis Luneburgenſis, atq; Iuditha Bugslaui ſexti Ducis Pomeraniæ.

XI.

Ex Ioanne primo Brãdeburgico, fuit Ioannes ſecundus, qui Primislauiæ cœnobiũ extruxit Minoritarum; Ducatũque Crolnenſem in Sileſia, ab Henrico Pio duce Vratislauienſi, ei oppignoratum, poſſedit, ſepultus in cœnobio Corieno *1266*. filios habuit Conradum Canonicũ Magdeburgẽſem Albertũ & Henricũ, qui ante patrẽ in adoleſcentia mortui ſunt; & Otho cognomento cũ Sagitta, eo ꝙ in obſidione Statfordæ ſagitta ictus, telum integro anno, capiti infixum geſtauerit, atq; Conradus Elector. hic grãdæuus obiit *1304*. & filios reliquit, quorũ primogenitus Ioannes III. Elector, patri parũ ſuperuixit; mortuus *1305*. poſt quẽ in Electoratu ſucceſſit Waldemarus eius frater, qui cum Friderico Marchione Miſniæ bellum geſſit, & partem Luſatiæ ei ademit, mortuus eſt autẽ ſine maſculis *1319*. & ſepult⁹ in Chorino, vbi & cçteri Marchiones, eũq; in Electoratu ſecutus eſt Waldemarus ſecundus, filius fratris ſui Henrici, & poſt eũ *1321*. frat:

frater eius Iohannes quartus qui fratri, tantũ per quatuordecim dies ſuperſtes fuit, nulla relicta prole maſcula.

XII.

Ex Othone autẽ tertio Brãdeburgico natus eſt Ioannes, Pragenſis dictus, quia ibi apud auum maternum educatus eſt, qui in ludis equeſtrib. cuſpide vulneratus interiit 1267. eodẽ anno quo obierat pater; & Otho Longus qui cũ Polonis bellũ geſſit, pro ditione quã ipſe à Crucigeris emerat; item Albertus, & Otho paruus, qui ſine prole extincti ſunt. Hic enim Otho, vxore defuncta, Monaſteriũ ingreſſus eſt. At ex Othone Lõgo fuit, Otho Magnus qui, vxore Heduige, filia Henrici obęſi Ducis Lignicenſis mortua, factus eſt Magiſter ordinis S. Io. Rhodienſis, & Hermannus Longus, cui Poppo Comes Hennenbergicus auunculus multa in Franconia donauit, quę ipſe poſtea Brigitę filię ſuę in dotem dedit; Guntherus & Albertus, quorũ hic vxorẽ habuit Comitiſſam Aſcanię & Ballẽſtad, alter innuptus fuit; vtriq; autem ſine prole defuncti ſunt; Iuditha vxor Rudolphi primi Electoris Saxonię, & Methilde Henrici Probi Ducis Vratislauienſis. ¶ Ex Hermanno vero Longo mortuo 1308. natus Ioannes V. Illuſtris dictus, qui patri nõ diu ſuperſtes fuit, ſepultus in cœnobio Leninenſi 1312; item nata Agnes Waldemari primi Electoris Brãdeburgici; Methildes Henrici Ferrei Ducis Saganẽſis; Brigita Berchold Comitis Hennenbergii; & Anna Othonis Comitis Hennẽbergii vxores.

XIII.

Rudolphus primus Elector Saxonię, Alberti ſecundi F. Waldemaro ſecũdo Electore Brãdeburgico cõſanguineo defuncto, ditionẽ inuáſit, Francofurtũ ad Viadrũ obſedit. at à Ludouico, Imperatoris Ludouici Bauari filio repulſus eſt. Hic tribus electionibus adfuit, Henrici Lucelburgici, Friderici Auſtriaci contra Ludouicum Bauarũ, & poſtremo Caroli quarti. Mortuus eſt valde ſenex 1356.

XIV.

Rudolphus ſecũdus Elector, primi F. adoleſcens in Gallia militauit; Wittenbergę Templum Cathedrale inſtituit,

anno 1357. mortuus eſt ſine liberis 1370. Ex Othone autē eius fratre natus eſt Albertus, qui Luneburgum, (expulſo à Carolo quarto Imp. Magno Torquato) occupauit, & in oppugnatione arcis Picklingenſis ſaxo percuſſus interiit 1385. Luneburgi in templo D. Michaelis ſepultus. Viduam ipſius Magni Torquati in vxorem habuit, ex qua nata eſt Helena Gerardo Comiti Hoienſi nupta.

XV.

Rudolpho ſecundo, ſucceſſit Wenceslaus frater in electoratu, & Alberto fratris filio in ditione Luneburgenſi; qui dum Zellen ad Elleram fluuium obſidet, vulneratus paulo poſt obiit 1388. ſepultus Luneburgi ad S. Michaelem. Ex eo nati ſunt Rudolphus tertius Elector (qui electioni Ruperti Palatini, Francofurti ad Mœnum adfuit; cuius filii, in adoleſcentia, turris ruina, in arce Sueinicia extincti ſunt) Et filia Barbara Ioanni Alchimiſtæ Marchioni Brandeburgenſi nupta eſt; Et Albertus tertius, Elector poſt Wenceslaum fratrem, qui ex nocturno incendio in ruſtica caſula, vbi in venatione pernoctarat, exorto perterritus, obiit ſine prole, vltimus inter Aſcaniæ Principes, Elector; Wittembergę tumulatus 1422; Nec non Wenceslaus qui Epiſcopus Magdeburgenſis deſignatus, iuuenis obiit; Anna quoque & Margareta, Friderico & Bernhardo Ducibus Brunſuiciis & Luneburgenſibus fratribus nuptę; quibus pax inter hos & Brunſuicios propter Ducatum Luneburgenſem eſt firmata.

XVI.

Ex Erico primo, Duce Angriæ & Weſtphaliæ Ioannis II. Ducis Saxoniæ filio, Ioannis I. Ducis Saxoniæ nepote, nati ſunt Ericus ſecundus; qui anno 1348. in Comitiis imperialibus votum electionis dedit Gunthero Comiti Schwarzenburgio; & de Electoratu cum Rudolpho ſecundo agnato contendens, cauſa cecidit, ſepultus Raceburgi 1401: Albertus, qui vnicam tantum habuit filiam Sophiæ

phiam Alberto Duci Brunſuicio nuptam. ¶ ... Erico autem ſecundo, natus eſt Ericus tertius, qui Lub... enſibus, Bergerdorpium & Melnam eripuit;& ex hoc, Ericus quartus,& Bernhardus; qui in collatione electoratus Saxonici, agnatorum ſtirpe deficiente, à Sigiſmundo Imperatore præteriti ſunt. Bernhardo defuncto 1463. filius fuit Ioannes, qui titulum non modo Ducis Saxoniæ Angriæ & Weſtphaliæ, ſed & Mareſchalli imperii retinuit, & cum Lubeca ciuitate contendit, propter oppidum Melnam, ſepultus Razenburgi 1507. atque Margareta, & Sophia filiæ, illa Henrico Duci Brunſuicio, hæc Wilhelmo Duci Bergenſi & Iuliacenſi nupta.

XVII.

Ioannes Dux Saxoniæ Inferioris Erici Epiſcopi Hildesheimenſis fratris, ex ceſſione in Epiſcopatu ſucceſſor 1508. in bello ab eo contra Brunſuicenſes Duces atque Epiſcopum Mindenſem cœpto, in maximas incidit calamitates. à Carolo namque V. Imperatore, quod VVilhelmum Brunſuicium Commendatorem Mironienſem cum cæteris captiuis dimittere nollet, proſcriptus, maximam Diœceſeos partem à Ducibus Brunſuicenſibus ſibi ereptam, amiſit, & ad fratrem Epiſcopum Monaſterienſem profugit.

Ex Magno eius fratre, ortus eſt Franciſcus ſenior Dux Saxoniæ inferioris, qui Anabaptiſtas Monaſterii repreſſit, atque octuagenarius deceſſit anno 1581. Catharina vxor Guſtaui Regis Sueciæ; Dorothea, Chriſtiano ſecundo Regi Daniæ; Clara Franciſco Duci Brunſuicio; Sophia Antonio Comiti Altenburgico; & Vrſula Henrico Duci Mechelburgenſi nuptę. ¶ Ex Franciſco Seniore, natus eſt Franciſcus Iunior Dux Saxoniæ Inferioris, qui Philippo Hiſpaniarum Regi in Belgio militauit, patreque ſenio confecto, ditionum gubernationem ſuſcepit anno 1578. Fratres ei, Mauricius, Henricus Archiepiſcopus Bremenſis, Fridericus Chorepiſcopus Colonienſis, Magnus qui ex Sophia Guſtaui Sueciæ regis filia natus filius Gu-

Digitized by Google

ſtauus. Franciſco autem Iuniori procreati ex Margareta Pomerana & Maria Brunſuicenſi, Auguſtus 1576. Philippus 1580. Franciſcus Iulius 1584. Ioannes Erneſtus 1592. Chriſtianus Iunior 1594. Ioannes Caſimirus 1596. Eidem Franciſco Iuniori ſorores erant, Zedena Venceslai Ducis Teſchinenſis & Glogouienſis, Dorothea Wolfgangi, & Vrſula Henrici Ducum Brunſuicenſium, vxores.

XVIII.

Ex Sigefrido vero Principe Anhaldino, filio Henrici Senioris primi, deſcendunt, qui nunc extant Anhaldini. hic fundator extitit cœnobii Coſuicē̄ſis, & in arce Rhena habitauit, atque Magdeburgi cœnobium Prædicatorum ingreſſus, vitam ibi finiuit 1310. Quinque habuit filias in cœnobio prædicto Coſuicenſe moniales; & ex eo fuit Albertus Senior, qui Iuniorem procreauit ac Waldemarum, ædificatores arcis Deſſauienſis.

XIX.

Ex Bernhardo autem, fratre prædicti Sigefridi, Bernburgenſes fuerunt, qui in Bernhardo V. vltimo illius ſtirpis defecere. Hic moriens ſine liberis, hæredem reliquit Georgium ſeniorem Principem Anhaldinum agnatum & ſororium ſuum, & ſepultus eſt Widerſteti. Ab Alberto iuniore mortuo 1362. fuit Ioannes primus, qui ob vxoris Eliſabethæ Henrici Comitis ab Henneberg ſororis moroſitatem, ſpontaneum ſibi exilium ſumpſiſſe dicitur; ideo locus & tempus eius mortis incertum; & ab eo Sigiſmundus & Albertus Claudus, qui ditiones inter ſe diuiſere, hi pro Marchia Brandeburgenſi (quam Sigiſmundus Imperator Friderico Burgrauio Norimbergenſi tradidit) 60000. florenos aureos accepere. Sigiſmuudus autē cum Rudolpho tertio Electore Saxoniæ, & Friderico Brunſuicio in Cæſarem electo, anno 1400. fuit, cum Rudolphus captus, Fridericus occiſus eſt; ipſe autem vix euaſit, mortuus tandem 14[illegible] relicto filio Georgio Seniore. Filias habuit, Sophiam Gebhardo Comiti Barbienſi & Margaretam Alberto Mansfeldio nuptas. ¶ Alberti vero Claudi mortui 1424. nep-

Digitized by Google

ex Alberto filio, fuit, Adolphus Epiſcopus Mersburgenſis, vir doctus & pius, cui Lutherus ſuas Theſes de Indulgentiis dicauit anno 1517. obiitque 1526. ¶ Ex Georgio ſeniore defuncto 1474. natus eſt Rudolphus, qui Maximiliano primo Imperatori contra Venetos militauit, victoria contra Liuianum clarus; atque Erneſtus, qui Deſſauiæ Templi Parochialis fundamenta iecit anno 1509. mortuus 1516. cuius filii Georgius Iunior moriens 1553. & Ioachimus defunctus 1561. egregie literis exculti fuere. ¶ Ex Ioanne autem eorum fratre mortuo 1504. Principes ſunt Anhaldini qui nunc viuunt, procreati per Margaretam Ioachimi I. Electoris Brandeburgici, nempe

XX.

Carolus, natus 1534. mortuuſque ſine liberis 1568. etiã Bernardus, natus 1540. mortuuſq; item ſine prole maſcula 1570: & Ioachimus Erneſtus, natus 1536. mortuus vero 1586. relictis ex Agnete Wolfgangi Comitis à Barby, & Leonora Chriſtophori Ducis Wirtemburgici filia;

XXI.

Ioanne Georgio, nato 1567; Chriſtiano nato 1568; Bernardo nato 1571, defunctoque 1596; Auguſto nato 1575; Rudolpho nato 1576; Ioanne Erneſto nato 1578; Ludouico nato 1579, Ioanne Chriſtophoro nato 1582.

XXII.

Ioanni Georgio ex Dorothea Ioannis Alberti Comitis Mansfeldii, & Dorothea Ioannis Caſimiri Palatini filia, nati Ioannes Erneſtus 1592, Chriſtianus Iunior 1594, Ioannes Caſimirus 1596.

COMITES AC DVCES ANDEGAVENSES.

Ex Paradino.

I.

Robertus Princeps Saxoniæ, magnæ inter ſuos auctoritatis circiter annum 870. tempore Caroli Calui militauit Francis, periitque contra Normannos vna cum Ranulpho Duce Aquitaniæ 875. Fuit autem hic Robertus Comes Andium, celebris hiſtoricis: à quo etiam vere deſcendit ſtemma Francicum Capetianum. Filii, Odo Rex Franciæ poſt Carolum Craſſum ſacratus per Gualterum Archiepiſcopum Senenſem, invito Fulcone Archiepiſcopo Remenſi. Richardus Dux Burgundiæ: &

II.

Robertus II. Comes Andium (non Guieuæ, vt quidam volunt) dictus Tyrannus, quique mire Galliam vexauit à morte Odonis fratris, adſpirans ad coronam contra ius Caroli Simplicis &c. periit in pugna ad Sueſſiones 922. Erat præterea Comes Lutetiæ & Coneſtabilis Galliæ. Habuit ex ſorore Heberti Veromandui Comitis filium cui nomen

III.

Hugo, cognomento Magnus, Comes Lutetiæ, Conneſtabilis Galliç, Andegauenſem Comitatum ceſſit vltro 926. Godofredo Chryſogonello, quei partes eius ſequeretur, ambientis lilia Gallicana. Obiit 958. vxor Auina ſiue Adelheida Henrici Aucupis Imp. filia. filius Hugo Capetus Rex Franciæ.

IV.

Godofredus Chryſogonellus ætatis ſuç vir fortiſſimus: qua fuerit ſtirpe non proditur: ſed hoc tantum reliquiſſe filium Comitem Andegauenſem, cui nomen erat 938,

V.

Fulco. is Alani Barbætortæ Comitis Aremoricæ ducta vidua; quamuis ſacramento firmaſſet, ſe in Drogonis privigni hereditatem nihil moliturũ; cupidine tamen domin-

tionis puerulum, nutricis opera in balneū immiſſum, ſubmerſit: in cuius ſceleris expiationem, iam ſenex Hieroſolymam abiit; ac reſte ad fauces colligato ſe ad ſepulcrum Domini iuſſit ſubſequente vno qui ei nudū tergū virgis probe cæderet; vbi exclamabat: Recipe Domine Deus tuum miſerum Fulconē, fugitiuum ac periurum. Filias habuit Blancam, nuptam Gulielmo Comiti Arlunenſi, ex qua nata Conſtātia Regina Galliæ, vxor Roberti: Sibyllam nuptam Godefredo Bulioneo.

VI.

Godefredus II. Fulconis filius, dictus Martellus 987. Comes Andium, Pictonū, Sanctonū, qui Cenomanorū Carnutum, Bleſenſium, Caſtinenſiū & Turonum Comites vicit. Obiit ſine liberis, inſtituitq; hęredes ſororis nepotes Godefredum & Fulconem.

VII.

Godefredus III. cognomine Barbatus 1047. dum quærit circumuenire fratrē Fulconem militantem pro Philippo I. Gallię rege; ipſe circūuenitur captuſq; in vinculis moritur.

VIII.

Fulco II. cognomine Rechinus, alias Rudis, ob mores, dictus hæres Godefredi Secūdi 1075. ſed parte ſua fraudatus à fratre; eā tandem obtinuit viribus Philippi Regis, cui ideo ceſſit Comitatu Caſtinenſiū. Vxor Bertrada filia Almerici Montforcii. ex qua Godefredus & Fulco ſucceſſiue Comites Andegauenſes.

IX.

Godefredus IV. patri ſucceſſit 1080. ſed non diu tenuit imperium, defunctus egreſſu adoleſcentię, ſine hærede aut vxore.

X.

Fulco III. locū fratris arripuit ipſo iure 1083. Comitatūq; reliquit filio ſuo Godofredo nato ex Guiburga Heliæ Comitis Mainii filia; ipſe abeuns Hieroſolymam, mādatu Balduini II. cuius filiam ibidem duxit in vxorem; vnde factus Rex Hieroſolymæ 1131. Collum ſibi fregit dum leporem perſequitur 11[illegible]3. Ex Meleſcenda Balduini habuit Balduinum Regem Hieroſolymæ à morte patris, quiq; obiit ἄπαις 1163. Almericum etiam regem Hieroſolymæ poſt mortē patris: Sibyllā nuptā Theoderico Alſatio Comiti Flādriæ:

Digitized by Google

item filiã aliam vxorem Gulielmii primogeniti Henrico I. Regi Angliæ, qui periit in mare dum domũ ducit hãc ſuam coniugem; quæ tamen euaſit: nec deinde renubere voluit, mortua Abbatiſſa Fonteurauſiæ.

XI.

Godefredus V. à nonnullis dictus Martellus 1143. adiutus armis Ludouici Craſſi Regis Gallię extorſit Stephano Comiti Bolonię Ducatum Normãnię pro filio ſuo Hẽrico ad quã ſpectabat reſpectu matris Mathildis Henrici II. Angliæ regis filia. Obiit 1150. relicto filio Godefredo Plantegeneſto Comite Britanniæ Gulielmo Longaſpada, diuerſo tamen ab eiuſdẽ nominis Duce filio Rholonis Ducis Normanniæ; & Henrico.

XII.

Henricus II. Godefredi V. filius Rex Anglię, Comes Andiũ, Normãdię, Guiennæ & Vaſconię, Comes Turaniæ & Pictonũ 1150. egregi9 princeps, modo abeſſet cędes S. Thomę Cantuarienſis, & ingratitudo ergà Gallũ, cuius Leonorã repudiatam, in vxorẽ ſibi ſumpſit; cum tamen per ipſum obtinuiſſet Normanniam. Liberi eius;

Henricus, Rex Angliæ, Dux Normanniæ:
Richardus etiam Rex Angliæ, Duxque Normanniæ:
Godefredus VI. Comes Andium; & ratione vxoris Comes Britanniæ:
Ioannes Rex Angliæ, Dux Normannię: (S. Ludouici
Filia nupta Regi Caſtiliæ, mater Blancæ, parens Regis
Filia nupta Duci Saxoniæ:
Filia nupta Regi Siciliæ.
Iana, vxor Raimundi IV. Comitis Toloſæ.

XIII.

Godefredus V. Comes Andiũ & Richemondiæ, etiam Comes Bretaniæ, ob Conſtantiam vxorem ſuã illius ditionis hæredem, filius Henrici II. Regis Angliæ & Leonoræ Guiennenſis 1162. cariſſimus erat Regi Ludouico Iuniori à quo creatus Seneſcallus Franciæ obiit Pariſiis 1186.

XIV.

Arturus Poſtumus Comes Andiũ, Britanniæ ac Richmond-

mondię, filius Godefredi & Conſtantiæ Duciſſæ Britanniæ; priuatus fuit regno Anglię per patruũ ſuũ Ioannẽ Sine terra, qui eum occidit, aut in mare abiecit 1202. captiuata præterea ſorore Arturi Leonoræ in Anglia, nulli maritata. Qua indignitate facti commotus Philippus Auguſtus, Andium Comitatum ſibi attribuit: quem

XV.

Ludouicus octauus &

XVI.

Ludouicus nonus, & 1262.

XVII.

Carolus Primus Franciæ Reges ſucceſſiue ſibi detinuere. quibus 1315.

XVIII.

Carolus Francicus Valeſiorum & Alinconiorum Comes, reſpectu primę vxoris Caroli Neapolis regis filię, ſubſtitutus 1318. rem Andegauenſem

XIX.

Ludouico Ioãnis Franciæ regis filio commiſit, primuſq; Andium Dux conſtituitur 1376, Hieroſolymæ, Neapolis & Siciliæ regni, Calabrię Ducatus, & prouinciæ Comitatus titulis nobilitatus. Hunc ſecutus 1385

XX.

Ludouicus II. Andium Dux, eadem honorum paternorum prærogatiua donatus

XXI.

Ludouicum III. filium heredem eodem inſtituit modo 1416. qui cũ nullos relinqueret liberos ex Margaretha Amedæi I. Ducis Sabaudiæ filia, eius facultates adeptus eſt 1430

XXII.

Renatus Ludouici II. filius Ludouici Tertii frater cuius liberi maſculi cum omnes præmorerentur ante patrem, ſtatuit teſtamento vt Ludouicus XI. Galliarum rex cognatus eius gauderet iure coronæ Siciliæ ac Neapolis, item Ducatus Andium Mainię & Comitatus Prouinciæ. obiit Marſiliæ 1480. ſicq; iterum Ducatus iunctus fuit Galliæ.

Digitized by Google

vxor Belæ quarti Regis Hungariæ & Methilda Barnimi primi Ducis Pomeraniæ.

IX.

Albertus ſecundus vero Dux Saxoniæ interfuit electioni Rudolphi Habspurgii, eiuſq; filii Alberti. Contentiones habuit cum Magdeburgiis: Rudolphus eius frater, Dux Angriæ & weſtphaliæ, filios habuit Ioannē, & Albertū militē Rhodienſem, qui mortui ſunt ſine prole; filias autē, Agnetē Rudolphi Comitis Katzenſteinii; Helenam Philippi Barnmenſis; Annam Friderici Comitis Cilienſis; & Sophiam Ioannis Principis Munſterbergici vxores.

X.

Ioannes primus, eorum frater, Dux Angriæ & Weſtphaliæ, à quo Principes ſunt Laoburgenſes, terrā Tribuſienſem Epiſcopatui Swerinſi donauit, ex eo natus eſt Ioannes ſecundus, cuius filius Ericus primus, pignoris loco à Ludouico Imperatore Lubecā tenuit, interfectus prope Hamburgum 1338. filiæ eius fuere Agnes vxor Wilhelmi Ducis Luneburgenſis, atq; Iuditha Bugslaui ſexti Ducis Pomeraniæ.

XI.

Ex Ioanne primo Brādeburgico, fuit Ioannes ſecundus, qui Primislauiæ cœnobiū extruxit Minoritarum; Ducatūque Crolnenſem in Sileſia, ab Henrico Pio duce Vratislauienſi, ei oppignoratum, poſſedit, ſepultus in cœnobio Corieno 1266. filios habuit Conradum Canonicū Magdeburgēſem Albertū & Henricū, qui ante patrē in adoleſcentia mortui ſunt; & Otho cognomento cū Sagitta, eo ꝙ in obſidione Statfordæ ſagitta ictus, telum integro anno, capiti infixum geſtauerit, atq; Conradus Elector. hic grādæuus obiit 1304. & filios reliquit, quorū primogenitus Ioannes III. Elector, patri parū ſuperuixit; mortuus 1305. poſt quē in Electoratu ſucceſſit Waldemarus eius frater, qui cum Friderico Marchione Miſniæ bellum geſſit, & partem Luſatiæ ei ademit, mortuus eſt autē ſine maſculis 1319. & ſepult⁹ in Chorino, vbi & cęteri Marchiones, eūq; in Electoratu ſecutus eſt waldemarus ſecundus, filius fratris ſui Henrici, & poſt eū 1323. frater

frater eius Iohannes quartus qui fratri, tantũ per quatuordecim dies ſuperſtes fuit, nulla relicta prole maſcula.

XII.

Ex Othone autẽ tertio Brãdeburgico natus eſt Ioannes, Pragenſis dictus, quia ibi apud auum maternum educatus eſt, qui in ludis equeſtrib. cuſpide vulneratus interiit 1267. eodẽ anno quo obierat pater; & Otho Longus qui cũ Polonis bellũ geſſit, pro ditione quã ipſe à Crucigeris emerat; item Albertus, & Otho paruus, qui ſine prole extincti ſunt. Hic enim Otho, vxore defuncta. Monaſteriũ ingreſſus eſt. At ex Othone Lõgo fuit, Otho Magnus qui, vxore Heduige, filia Henrici obęſi Ducis Lignicenſis mortua, factus eſt Magiſter ordinis S. Io. Rhodienſis, & Hermannus Longus, cui Poppo Comes Hennenbergicus auunculus multa in Franconia donauit, quę ipſe poſtea Brigitę filię ſuę in dotem dedit; Guntherus & Albertus, quorũ hic vxorẽ habuit Comitiſſam Aſcanię & Ballẽſtad, alter innuptus fuit; vtriq; autem ſine prole defuncti ſunt; Iuditha vxor Rudolphi primi Electoris Saxonię, & Methilde Henrici Probi Ducis Vratislauienſis. ¶ Ex Hermanno vero Longo mortuo 1308. natus Ioannes V. Illuſtris dictus, qui patri nõ diu ſuperſtes fuit, ſepultus in cœnobio Leninenſi 1312; item nata Agnes Waldemari primi Electoris Brãdeburgici; Methildes Henrici Ferrei Ducis Saganẽſis; Brigita Berthold Comitis Hennenbergii; & Anna Othonis Comitis Hennẽbergii vxores.

XIII.

Rudolphus primus Elector Saxonię, Alberti ſecundi F. Waldemaro ſecũdo Electore Brãdeburgico cõſanguineo defuncto, ditionẽ inuáſit, Francofurtũ ad Viadrũ obſedit. at à Ludouico, Imperatoris Ludouici Bauari filio repulſus eſt. Hic tribus electionibus adfuit, Henrici Lucelburgici, Friderici Auſtriaci contra Ludouicum Bauarũ, & poſtremo Caroli quarti. Mortuus eſt valde ſenex 1356.

XIV.

Rudolphus ſecũdus: Elector, primi F. adoleſcens in Gallia militauit; Wittenbergę Templum Cathedrale inſtituit,

anno 1357. mortuus eſt ſine liberis 1370. Ex Othone autē eius fratre natus eſt Albertus, qui Luneburgum, (expulſo à Carolo quarto Imp. Magno Torquato) occupauit, & in oppugnatione arcis Picklingenſis ſaxo percuſſus interiit 1385. Luneburgi in templo D. Michaelis ſepultus. Viduam ipſius Magni Torquati in vxorem habuit, ex qua nata eſt Helena Gerardo Comiti Hoienſi nupta.

XV.

Rudolpho ſecundo, ſucceſſit Wenceslaus frater in electoratu, & Alberto fratris filio in ditione Luneburgenſi; qui dum Zellen ad Elleram fluuium obſidet, vulneratus paulo poſt obiit 1388. ſepultus Luneburgi ad S. Michaelem. Ex eo nati ſunt Rudolphus tertius Elector (qui electioni Ruperti Palatini, Francofurti ad Mœnum adfuit; cuius filii, in adoleſcentia, turris ruina, in arce Sueinicia extincti ſunt) Et filia Barbara Ioanni Alchimiſtæ Marchioni Brandeburgenſi nupta eſt; Et Albertus tertius, Elector poſt Wenceslaum fratrem, qui ex nocturno incendio in ruſtica caſula, vbi in venatione pernoctarat, exorto perterritus, obiit ſine prole, vltimus inter Aſcaniæ Principes, Elector; Wittembergę tumulatus 1422; Nec non Wenceslaus qui Epiſcopus Magdeburgenſis deſignatus, iuuenis obiit; Anna quoque & Margareta, Friderico & Bernhardo Ducibus Brunſuiciis & Luneburgenſibus fratribus nuptę, quibus pax inter hos & Brunſuicios propter Ducatum Luneburgenſem eſt firmata.

XVI.

Ex Erico primo, Duce Angriæ & Weſtphaliæ Ioannis II. Ducis Saxoniæ filio, Ioannis I. Ducis Saxoniæ nepote, nati ſunt Ericus ſecundus; qui anno 1348. in Comitiis imperialibus votum electionis dedit Gunthero Comiti Schwarzenburgio; & de Electoratu cum Rudolpho ſecundo agnato contendens, cauſa cecidit, ſepultus Razeburgi 1401: Albertus, qui vnicam tantum habuit filiam Sophiam

ꝑhiam Alberto Duci Brunſuicio nuptam. ¶ ... rico autem ſecundo, natus eſt Ericus tertius, qui Lubecenſibus, Bergerdorpium & Melnam eripuit;& ex hoc, Ericus quartus,& Bernhardus; qui in collatione electoratus Saxonici, gnatorum ſtirpe deficiente, à Sigiſmundo Imperatore præteriti ſunt. Bernhardo defuncto 1463. filius fuit Ioannes, qui titulum non modo Ducis Saxoniæ Angriæ & Weſtphaliæ, ſed & Mareſchalli imperii retinuit, & cum Lubeca ciuitate contendit, propter oppidum Melnam, ſepultus Razenburgi 1507. atque Margareta, & Sophia filiæ, illa Henrico Duci Brunſuicio, hæc Wilhelmo Duci Bergenſi & Iuliacenſi nupta.

XVII.

Ioannes Dux Saxoniæ Inferioris Erici Epiſcopi Hildesheimenſis fratris, ex ceſſione in Epiſcopatu ſucceſſor 08. in bello ab eo contra Brunſuicenſes Duces atque Epiſcopum Mindenſem cœpto, in maximas incidit calamitates. à Carolo namque V. Imperatore, quod VVilhelmum Brunſuicium Commendatorem Mironienſem cum cæteris captiuis dimittere nollet, proſcriptus, maximam Diœceſeos partem à Ducibus Brunſuicenſibus ſibi ereptam, amiſit, & ad fratrem Epiſcopum Monaſterienſem profugit.

Ex Magno eius fratre, ortus eſt Franciſcus ſenior Dux Saxoniæ inferioris, qui Anabaptiſtas Monaſterii repreſſit, atque octuagenarius deceſſit anno 1581. Catharina vxor Guſtaui Regis Sueciæ; Dorothea, Chriſtiano ſecundo Regi Daniæ; Clara Franciſco Duci Brunſuicio; Sophia Antonio Comiti Altenburgico; & Vrſula Henrico Duci Mecelburgenſi nuptæ. ¶ Ex Franciſco Seniore, natus eſt Franciſcus Iunior Dux Saxoniæ Inferioris, qui Philippo Hiſpaniarum Regi in Belgio militauit, patreque ſenio confecto, ditionum gubernationem ſuſcepit anno 1578. Fratres ei, Mauricius, Henricus Archiepiſcopus Bremenſis, Fridericus Chorepiſcopus Colonienſis, Magnus ex Sophia Guſtaui Sueciæ regis filia natus filius Gu-

ſtauus. Franciſco autem Iuniori procreati ex Margareta Pomerana & Maria Brunſuicenſi, Auguſtus 1576. Philippus 1580. Franciſcus Iulius 1584. Ioannes Erneſtus 1592. Chriſtianus Iunior 1594. Ioannes Caſimirus 1596. Eidem Franciſco Iuniori ſorores erant, Zedena Venceslai Ducis Teſchinenſis & Glogouienſis, Dorothea Wolfgangi, & Vrſula Henrici Ducum Brunſuicenſium, vxores.

XVIII.

Ex Sigefrido vero Principe Anhaldino, filio Henrici Senioris primi, deſcendunt, qui nunc extant Anhaldini. hic fundator extitit cœnobii Coſuicẽſis, & in arce Rhena habitauit, atque Magdeburgi cœnobium Prædicatorum ingreſſus, vitam ibi finiuit 1310. Quinque habuit filias in cœnobio prædicto Coſuicenſe moniales; & ex eo fuit Albertus Senior, qui Iuniorem procreauit ac Waldemarum, ædificatores arcis Deſſauienſis.

XIX.

Ex Bernhardo autem, fratre prædicti Sigefridi, Berenburgenſes fuerunt, qui in Bernhardo V. vltimo illius ſtirpis defecere. Hic moriens ſine liberis, hæredem reliquit Georgium ſeniorem Principem Anhaldinum agnatum & ſororium ſuum, & ſepultus eſt Widerſteti. Ab Alberto iuniore mortuo 1362. fuit Ioannes primus, qui ob vxoris Eliſabethæ Henrici Comitis ab Henneberg ſororis moroſitatem, ſpontaneum ſibi exilium ſumpſiſſe dicitur; ideo locus & tempus eius mortis incertum; & ab eo Sigiſmundus & Albertus Claudus, qui ditiones inter ſe diuiſere, hi pro Marchia Brandeburgenſi (quam Sigiſmundus Imperator, Friderico Burgrauio Norimbergenſi tradidit) 60000. florenos aureos accepere. Sigiſmundus autẽ cum Rudolpho tertio Electore Saxoniæ, & Friderico Brunſuicio in Cæſare electo, anno 1400. fuit, cum Rudolphus captus, Fridericus occiſus eſt; ipſe autem vix euaſit, mortuus tandem 140[illegible] relicto filio Georgio Seniore. Filias habuit, Sophiam Gebhardo Comiti Barbienſi & Margaretam Alberto Manſfeldio nuptas. ¶ Alberti vero Claudi mortui 1424. nepo-

ex Alberto filio, fuit, Adolphus Epiſcopus Mersburgenſis, vir doctus & pius, cui Lutherus ſuas Theſes de Indulgentiis dicauit anno 1517. obiitque 1526. ¶ Ex Georgio ſeniore defuncto 1474. natus eſt Rudolphus, qui Maximiliano primo Imperatori contra Venetos militauit, victoria contra Liuianum clarus; atque Erneſtus, qui Deſſauiæ Templi Parochialis fundamenta iecit anno 1509. mortuus 1516. cuius filii Georgius Iunior moriens 1553. & Ioachimus defunctus 1561. egregie literis exculti fuere. ¶ Ex Ioanne autem eorum fratre mortuo 1504. Principes ſunt Anhaldini qui nunc viuunt, procreati per Margaretam Ioachimi I. Electoris Brandeburgici, nempe

XX.

Carolus, natus 1534. mortuuſque ſine liberis 1568. etiã Bernardus, natus 1540. mortuuſq; item ſine prole maſcula 1570: & Ioachimus Erneſtus, natus 1536. mortuus vero 1586. relictis ex Agnete Wolfgangi Comitis à Barby, & Leonora Chriſtophori Ducis Wirtemburgici filia;

XXI.

Ioanne Georgio, nato 1567; Chriſtiano nato 1568; Bernardo nato 1571, defunctoque 1596; Auguſto nato 1575; Rudolpho nato 1576; Ioanne Erneſto nato 1578; Ludouico nato 1579, Ioanne Chriſtophoro nato 1582.

XXII.

Ioanni Georgio ex Dorothea Ioannis Alberti Comitis Mansfeldii, & Dorothea Ioannis Caſimiri Palatini filia, nati Ioannes Erneſtus 1592, Chriſtianus Iunior 1594, Ioannes Caſimirus 1596.

COMITES AC DV-CES ANDEGAVENSES.

Ex Paradino.

I.

Robertus Princeps Saxoniæ, magnæ inter ſuos auctoritatis circiter annum 870. tempore Caroli Calui militauit Francis, periitque contra Normannos vna cum Ranulpho Duce Aquitaniæ 875. Fuit autem hic Robertus Comes Andium, celebris hiſtoricis: à quo etiam vere deſcendit ſtemma Francicum Capetianum. Filii, Odo Rex Franciæ poſt Carolum Craſſum ſacratus per Gualterum Archiepiſcopum Senenſem, invito Fulcone Archiepiſcopo Remenſi. Richardus Dux Burgundiæ: &

II.

Robertus II. Comes Andium (non Guienæ, vt quidam volunt) dictus Tyrannus, quique mire Galliam vexauit à morte Odonis fratris, adſpirans ad coronam contra ius Caroli Simplicis &c. periit in pugna ad Sueſſiones 922. Erat præterea Comes Lutetiæ & Coneſtabilis Galliæ. Habuit ex ſorore Heberti Veromandui Comitis filium cui nomen

III.

Hugo, cognomento Magnus, Comes Lutetiæ, Coneſtabilis Galliç, Andegauenſem Comitatum ceſſit vltro 926. Godofredo Chryſogonello, quei partes eius ſequeretur, ambientis lilia Gallicana. Obiit 958. vxor Auina ſiue Adelheida Henrici Aucupis Imp. filia. filius Hugo Capetus Rex Franciæ.

IV.

Godofredus Chryſogonellus ætatis ſuç vir fortiſſimus, è qua fuerit ſtirpe non proditur: ſed hoc tantum reliquiſſe filium Comitem Andegauenſem, cui nomen erat 938,

V.

Fulco. is Alani Barbætortæ Comitis Aremoricæ ducta vidua; quamuis ſacramento firmaſſet, ſe in Drogonis priuigni hereditatem nihil moliturũ; cupidine tamen domina-

tionis puerulum, nutricis opera in balneũ immiſſum, ſubmerſit: in cuius ſceleris expiationem, iam ſenex Hieroſolymam abiit; ac reſte ad fauces colligato ſe ad ſepulcrum Domini iuſſit ſubſequente vno qui ei nudũ tergũ virgis probe cæderet; vbi exclamabat: Recipe Domine Deus tuum miſerum Fulconẽ, fugitiuum ac periurum. Filias habuit Blancam, nuptam Gulielmo Comiti Arlunenſi, ex qua nata Conſtãtia Regina Galliæ, vxor Roberti: Sibyllam nuptam Godefredo Bulioneo.

VI.

Godefredus II. Fulconis filius, dictus Martellus 987. Comes Andium, Pictonũ, Sanctonũ, qui Cenomanorũ Carnutum, Bleſenſium, Caſtinenſiũ & Turonum Comites vicit. Obiit ſine liberis, inſtituitq; hęredes ſororis nepotes Godefredum & Fulconem.

VII.

Godefredus III. cognomine Barbatus 1047. dum quærit circumuenire fratrẽ Fulconem militantem pro Philippo I. Gallię rege; ipſe circũuenitur captuſq; in vinculis moritur.

VIII.

Fulco II. cognomine Rechinus, alias Rudis, ob mores, dictus hæres Godefredi Secũdi 1075. ſed parte ſua fraudatus à fratre; eã tandem obtinuit viribus Philippi Regis, cui ideo ceſſit Comitatu Caſtinenſiũ. Vxor Bertrada filia Almerici Montforcii. ex qua Godefredus & Fulco ſucceſſiue Comites Andegauenſes.

IX.

Godefredus IV. patri ſucceſſit 1080. ſed non diu tenuit imperium, defunctus egreſſu adoleſcentię, ſine hærede aut vxore.

X.

Fulco III. locũ fratris arripuit ipſo iure 1083. Comitatũq; reliquit filio ſuo Godofredo nato ex Guiburga Heliæ Comitis Mainii filia; ipſe abeuns Hieroſolymam, mãdatu Balduini II. cuius filiam ibidem duxit in vxorem; vnde factus Rex Hieroſolymæ 1131. Collum ſibi fregit dum leporem perſequitur 11‥3. Ex Meleſcenda Balduini habuit Balduinum Regem Hieroſolymæ à morte patris, quiq; obiit ἄπαις 1163. Almericum etiam regem Hieroſolymæ poſt mortẽ fratris: Sibyllã nuptã Theoderico Alſatio Comiti Flãdriæ:

item filiã aliam vxorem Gulielmii primogeniti Henrico I. Regi Angliæ, qui periit in mare dum domũ ducit hãc ſuam coniugem; quæ tamen euaſit: nec deinde renubere voluit, mortua Abbatiſſa Fonteurauſiæ.

XI.

Godefredus V. à nonnullis dictus Martellus 1143. adiutus armis Ludouici Craſſi Regis Galliæ extorſit Stephano Comiti Boloniæ Ducatum Normãniæ pro filio ſuo Hẽrico ad quã ſpectabat reſpectu matris Mathildis Henrici II. Angliæ regis filia. Obiit 1150. relicto filio Godefredo Plantegeneſto Comite Britanniæ Gulielmo Longaſpada, diuerſo tamen ab eiuſdẽ nominis Duce filio Rholonis Ducis Normanniæ; & Henrico.

XII.

Henricus II. Godefredi V. filius Rex Angliæ, Comes Andiũ, Normãdiæ, Guiennæ & Vaſconiæ, Comes Turaniæ & Pictonũ 1150. egregi⁹ princeps, modo abeſſet cędes S. Thomæ Cantuarienſis, & ingratitudo ergà Gallũ, cuius Leonorã repudiatam, in vxorẽ ſibi ſumpſit; cum tamen per ipſum obtinuiſſet Normanniam. Liberi eius;

Henricus, Rex Angliæ, Dux Normanniæ:
Richardus etiam Rex Angliæ, Duxque Normanniæ:
Godefredus VI. Comes Andium; & ratione vxoris Comes Britanniæ:
Ioannes Rex Angliæ, Dux Normanniæ: (S. Ludouici
Filia nupta Regi Caſtiliæ, mater Blancæ, parens Regis
Filia nupta Duci Saxoniæ:
Filia nupta Regi Siciliæ.
Iana, vxor Raimundi IV. Comitis Toloſæ.

XIII.

Godefredus V. Comes Andiũ & Richemondiæ, etiam Comes Bretaniæ, ob Conſtantiam vxorem ſuã illius ditionis hæredem, filius Henrici II. Regis Angliæ & Leonoræ Guiennenſis 1162. cariſſimus erat Regi Ludouico Iuniori, à quo creatus Seneſcallus Franciæ obiit Pariſiis 1186.

XIV.

Arturus Poſtumus Comes Andiũ, Britanniæ ac Richemondiæ

mondię, filius Godefredi & Conſtantiæ Duciſſæ Britanniæ; priuatus fuit regno Anglię per patruū ſuū Ioannē Sine terra, qui eum occidit, aut in mare abiecit 1202. captiuata prę-terea ſorore Arturi Leonoræ in Anglia, nulli maritata. Qua indignitate facti commotus Philippus Auguſtus, Andium Comitatum ſibi attribuit: quem

XV.

Ludouicus octauus &

XVI.

Ludouicus nonus, & 1262.

XVII.

Carolus Primus Franciæ Reges ſucceſſiue ſibi detinuere. quibus 1315.

XVIII.

Carolus Francicus Valeſiorum & Alinconiorum Comes, reſpectu primę vxoris Caroli Neapolis regis filię, ſubſtitutus 1318. rem Andegauenſem

XIX.

Ludouico Ioānis Franciæ regis filio commiſit, primuſq; Andium Dux conſtituitur 1376, Hieroſolymæ, Neapolis & Siciliæ regni, Calabrię Ducatus, & prouinciæ Comitatus titulis nobilitatus. Hunc ſecutus 1385

XX.

Ludouicus II. Andium Dux, eadem honorum paternorum prærogatiua donatus

XXI.

Ludouicum III. filium heredem eodem inſtituit modo 1416. qui cū nullos relinqueret liberos ex Margaretha Amedæi I. Ducis Sabaudiæ filia, eius facultates adeptus eſt 1430

XXII.

Renatus Ludouici II. filius Ludouici Tertii frater cuius liberi maſculi cum omnes præmorerentur ante patrem, ſtatuit teſtamento vt Ludouicus XI. Galliarum rex cognatus eius gauderet iure coronæ Siciliæ ac Neapolis, item Ducatus Andium Mainię & Comitatus Prouinciæ. obiit Marſiliæ 1480. ſicq; iterum Ducatus iunctus fuit Galliæ.

Digitized by Google

AQVITANIÆ DVCES. EX ROSERIO.

GAllia triplex eſt, Belgica, Aquitanica & Celtica, quæ montibus, fluuiis, armentis, agrorumq; fertilitate ſunt inſignes. Aquitanorũ Picti ſunt præcipui, quorum hic & vicinorum ſpecialem mentionem faciemus.

I.

Ranulphus, redacto à Carolo Caluo Aquitaniæ regno ad principatum, primus Dux conſtituitur 844. Is genere Burgundus, illiq; propinquus erat. Pugna cum Normanis commiſſa interiit, anno Chriſti 875.

II.

Gulielmus Aruerniæ Comes, Ranulphi cognatus, Aquitaniæ Ducatum ſtatim illo defuncto nanciſcitur. Cluniacenſem cellam Bernonis Gignienſis Abbatis conſilio admodum opibus auxit. Diem vltimum abſoluit 902.

III.

Eblus Gulielmi filius Aquitanicam hæreditatẽ teſtamẽto ſcriptus ſucceſſor adiit 902. Ex Henrici Saxoniæ Ducis filia ſuſtulit

IV.

Eblum 2. Aquitaniæ Ducem factum 911. Adelam ſibi ſociauit, quæ peperit

V.

Gulielmum Aquitaniæ principem, ac Eblum Lemouicenſem Epiſcopum, cui Helias Perigordienſis Comes oculos eruit, dum illum truſiſſet in carceres. Cæterũ obiit Eblus 2. anno Chriſti 935. Gulielmus autẽ ex Gerlotta Rhollonis Normaniæ Ducis filia.

VI.

Gulielmum 3. produxit, qui Aquitaniæ Dux factus 970. duplici matrimonii nexu vinctus, cum Agnete & Adomalde; genuitq; Vidonem. Tandem ſumpta lacerna monachali, Abbatiæ ſancti Cypriani Pictauienſis clauſtris concluditur, vbi periit 1025.

Vido

VII.

Vido 1. ſuperiori genitus paterno fungitur munere 1025. ex illius ſpontanea ceſſione. Ex Aldearde.

VIII.

Guliel. 4. ſuſcitauit Ducem factū 1029. Gilbonę Normanę, itē alterius Toloſę Comitiſſę, maritū. Ex quib. deſcēderunt Gulielmus Aquitanię Dux, Raimundus Pictorū Comes, Henricus, ac filia Aruerniæ Comitiſſa. Ex 2. toro Hugo Aymūd⁹, Toloſatium Comes. Hugoni Luſignano intimus fuit, plureiſq; eccleſias & cœnobia conſtruxit & locupletauit. Deceſſit 1086.

IX.

Guliel. 5. illuſtrē ſuā familiam vitę contaminauit ſpurcitia: verum cū reſipuiſſet admonitionib. D. Bernardi, in ſolitudinem profectus, omnem eluit maculam, operibus ſanctiſſime tranſactis, vbi moritur 1156. Superſtites reliquit

X.

Leonorā Aquitanię Duciſsā, & Peronellā Rodulpho Veromanduorū Comiti affidatā. Illa Ludou. iuniori Francię regi nupſit, à quo repudiata eſt 1150. Hinc Henricū Normanię Ducē II. ſibi adhibuit maritum, ex quo protulit Henricum Anglię regē, Richardū etiā Angliæ regem, Aquitanięq; Ducem, Gothofred. Andium Comitē, ac IV. filias; primā Caſtilię regi, 2. Alexio Græcorum Imp. tertiā Saxoniæ Duci, quartam primum Gulielmo Siciliæ regi, ac poſtremo Raimundo Toloſatium Comiti coniugatas.

XI.

Richardus Aquitaniæ ſuſcepit principatum 1160. antequam Angliæ regno inaugararetur. Nulla prole relicta apud Lemouices iaculo transfigitur 1199.

XII.

Ioannes Richardi frater, inito Aquitaniæ Ducatu, aliiſque maiorum ditionibus, Arturo nepote crudeliter cæſo, cui ius illarum competebat, omni ſpoliatur dominatu. Itaque in poſterum Aquitaniæ Francorum regibus acceſſit.

Digitized by Google

COMITES ATREBATENSES.

ATrebates in Flandriæ Gallicanæ & Picardię finib. conſtitutos nullus eſt qui neſciat, quorum Iulius Cæſar in ſuis Commentariis meminit. Illorum pręcipua vrbs eſt Atrebatum, à qua populi Atrebates dicti ſunt. Anno autem Domini 1234,

I.

Robertus Frãcus Atrebatum Comes, Mathildis Brabantię Ducis filiæ maritus, Ludouici 8. filiorum natu maximus, dum Diuum Ludouicum fratrem contra Barbaros comitaretur, magno in pretio eſſe cœpit. Protulit 1249

II.

Robertum 2. ſucceſſorē, ac filiā Henrico regi Nauarrę, tũ Edmundo Eduardi Anglię regis filio cõiugatam. Robertus vero 2. ob pietatē Pii cognomen conſequutus, priori toro Namurci, ac ſecundo Ioannis Annoniæ Comitum filiabus iunctus eſt: à quo profectus Philippus iunior obiit remanſitq; ſuperſtes 1302

III.

Mathildis Atrebatum Comes, ſeu Comitiſſa, Othonis Burgundiæ Comitis vxor. Ab iis exiit 1330

IV.

Robertus Atrebas, qui ex Philippi Valeſii ſorore genuit Ioannem, Carolum, ac quatuor filias. 1350

V.

Ioannes Roberti filius ex Catharina Albonenſi

VI.

Philippum procreauit, primum Helenę Meldunenſi, ac poſtea Mariæ Bituricenſi affidatum, ſed qui infeliciter pugnauit cum Turca, deceſſitq; captiuus 1397. Superſtites reliquit præter filiam Bonam, filium

Caro-

VII.

Carolum, Mariæ D'ally ſponſum, qui captus in pugna Azincortana 23. annos triuit carceres in Anglia, dum tandẽ permutaretur contra Comitem Sãbreſetium. Admodum lęſus fuit in Turcia, membris aliquot debilitatis, moriturque 1471. ſine prole.

VIII.

Bona Philippi filia primis nuptiis iugata fuit cũ Philippo Burgundo, Comite Niuernẽſi 1415. ſecundis vero Philippo Burgundiæ Duci cognomento Bono 1424. ex quo liberos nullos genuit. ſicq; in ipſa, familia Atrebatenſis, oriunda eadem arbore qua S. Ludouicus Rex Galliarum, interiit: parueruntque Atrebates Flandriæ Comitibus.

AVSTRIÆ DVCES

PRIORES. EX ALBISIO.

CVm Gallia & Germania omnis à Carolo Magno Imperatore in Orientalẽ & Occidentalẽ Regni Partẽ diuideretur, limites partis Orientalis conſtituti ſunt in ſuperiori Pãnonia, vbi nunc Auſtria dicitur, ad tuendũ Imperiũ aduerſus Hunnos & Auaros. At Henricus Auceps deinceps, Marchias, vt vocant, vbiq; conſtituit ad tuendos fines, eaſq; Miniſtris atq; officialib. ſuis regendas dedit. namq; contra Henetos & Windos Marchiã Brandeburgenſem inſtituit, quã Sigefrido vxoris fratri cõmiſit: contra Danos Marchiã Sleſwicenſem: contra Sileſios & Polonos, Marchiã Miſnenſem & Lauſnicenſem ordinauit: inde dicti ſunt Marchiones earum Tutores atq; Rectores. Putãt autem nonnulli, Marchiã Orientalem, à Romana Legione, quę iuxta ripas Danubii, Herulorum, Quadorum & Marcomannorum incurſiones arcebat, inſignia Alaudarum ſumpſiſſe; Pręfecturæ itaq; iſtæ & Marchionatus, prouti & multæ huiuſmodi functiones, quæ ab initio, ad certum tantum tempus, aut ſimul cum vita ceſſabant, factæ ſunt, poſt incœpta iura feudorũ

hæreditariæ & ad poſteros tranſiere. Ceterum Henricus Comes Babenbergicus habuit ex Baba Henrici Aucupis Imp. ſorore filium Adelbertum.

II.

Adelbertum, quem dicunt Principem huius ſtirpis, (mihi propter diſſidium inter hiſtoricos, res nõ eſt comperta) eo quod in Caſtro Babenberg, Conradum Ducem Franciæ, patrem Conradi poſtea Imperatoris occiderit, dolo Hattonis Præſulis Moguntini in iudicium tractum, capite plexum fuiſſe ſcribitur, iuſſu Ludouici quarti Cæſaris.

III.

Leopoldus vero eius filius primum Marchionem ſe, ſeu Comitem limitis Orientalis ſcripſit; Melck Collegium duodecim Canonicorum fundauit, vbi cum vxore ſepultus eſt: At Erneſtus Leopoldi filius, qui in venatione ſagitta confoſſus interiit, ita à Scriptoribus cum Erneſto Seniori Duce Sueuiæ confunditur, vt nõ poſſit pro certo affirmari, vtrum duo hi ſint Erneſti, an vnus tantum. cæterum hunc ferunt, qui dux Sueuiæ poſt Conradũ ſocerum fuerat, iuſſu Henrici II. Imp. cuius Imperium obtrectabat, ab Adalberone Comite occiſum fuiſſe 1015. ex quo natus Erneſtus iunior, à Cõradi ſecundi Imp. Vitrici ſui Satellitibus, eo quod cum Welphone Comite Aldorfenſi contra eum conſpirarit, etiam interfectus 1030. Hermannus autem frater poſt in Italia, ac ſine liberis mortuus 1038.

IV.

Albertus III. filius Henrici, mortui 1014. patruelis Alberti II. mortui 996. Dux fuit exercitus Henrici tertii Imp. cõtra Ouonem Regem Hungariæ, de quo inſignem victoriam ad Traſomæ oſtia reportauit; Sicuti & Leopoldus tertius filius eius contra eoſdem Hungaros feliciter militauit. obiit 1056. vxor ei Adelheis ſoror Petri Regis Vngariæ.

V.

Erneſtus Alberti filius, cognomine ſtrenuus, ob res itidem contra Hungaros præclare geſtas, Aduocatiam Epiſc. Saliſburgenſis & Pataüienſis ab Henrico IV. Imp. obtinuit; qui aduerſus Saxones occubuit 1075. Melichi cum

Methilde Dodonis Marchionis Luſatię filia, vxore ſepultus.

VI.

Leopoldus IV. Erneſti filius cum Marchionibus Morauiæ propter limites armis contẽdit; & dein cum Godofrido Bullioneo in Paleſtinã tendens, obiit 1096. Filias habuit Eliſabethã Othocaro Marchioni Styriæ & Carinthiæ, Heltopirgam Boriuoio Duci Bohemiæ, tertiam autem Leopoldo Marchioni Morauiæ nuptas. Vxor ei Itha Henrici III. Imp. filia; ex qua ei filius 5. Leopoldus

VII.

Leopoldus V. fundator Cœnobii Neoburgenſis, in Diuorum numero eſt relatus ab Alexando VI. Pontifice, mortuus 1136. vxor ei Agnes Henrici IV. Imp. filia.

VIII.

Leopoldus filius S. Leopoldi, à Conrado tertio Imp. fratre eius vterino, Dux Bauariæ creatus eſt, ſed à Welphone & Henrico ſuperbo inde repulſus eſt primum, at poſtea collectis maiorib. viribus rediens, prouinciam occupauit, quam tamen non diu poſſedit, ſed breui mortuus 1141. Patauii ſepelitur in Monaſterio S. Crucis. Otho eius frater Epiſcopus Friſingenſis, vir doctus, ſui ſeculi hiſtoricus primarius fuit, vt eius ſcripta declarant.

IX.

Henricus autẽ S. Leopoldi frater, quẽ Joch ſamer got/ à dicterio ab eo vſurpato, appellãt, à Friderico I. Imper. controuerſiis inter ipſum & Leonẽ Henricũ Bauarum compoſitis, factus eſt primus Dux Auſtriæ 1168. Hic Eccleſiam Omnium Sanctorum, nunc S. Stephani Viennæ ædificauit, ac Monaſterium Scotorum, vbi ſepultus, inſtituit; fuitq; in expeditione Hieroſolymitana cum Conrado tertio Imperatore. Horum ſorores fuere, Itha Wilhelmo ſecundo Marchioni Montisferrati, Agnes Boleslao Criſpo Duci Poloniæ, & Eliſabeth Friderico V. Palatino Saxoniæ elocatæ.

X.

Leopoldus Egregius filius Henrici, Oppida Ens, & Neoſtat ædificauit, Viennæ ciuitatis muros reparauit, ab Othocaro vltimo ſuæ gentis in Styria Duce, teſtamento

relictus eſt hæres. hunc dicunt, noua Auſtriæ inſignia, cum è Siria rediret, primum adtuliſſe, eiſque eſſe vſum: Richardum Angliæ Regem, à quo in obſidione Ptolemaidis contumelia affectus fuerat, Viennæ latitantem, in vincula coniecit, nec ſine mulcta dimiſit, & ad Henricum ſextum Imperatorem perduci iuſſit; nec non Monaſterium Campililiorum in Auſtria fundauit. Habuit vxores Helenam Geitzæ regis Vngariæ filiam, & N. Sororem Henrici VI. Imp.

XI.

Leopoldus octauus, Glorioſus dictus ſeu Honorabilis, ſuperioris F. Damiatæ, recuperatæ interfuit; Romæ (quo Imperatorem Fridericum ſecundum comitatus fuerat, cum Gregorio nono, Pontifice reconciliaturum) diē obiit 1230. filias habuit præter Margaretam nuptam Othocaro Bohemiæ regi, Conſtantiā Henrico Marchioni Miſniæ collocatā.

XII.

Fridericus Bellicoſus, in prælio cum Bela Rege Hungariæ victor, occubuit 1248. abſq; liberis, vltimus ex marib. ſuæ familiæ. hinc diſſenſio de ſucceſſione in Auſtria Prouincia; quam tamen armis occupauit Othocarus Rex Bohemiæ, cui Margaretha huius Friderici ſoror nupta fuerat, Fridericus autem Marchio Badenſis, filius Hermanni, qui Dux Auſtriæ à matre dicebatur, & ad ſucceſſionem aſpirabat, cum Conradino vltimo Duce Sueuiæ, Neapoli à Carolo Andegauenſe captus, capite mulctatus eſt 1269. Stemma autem Friderici à matre tale erat. Getrudis parens eius fuerat filia Henrici III. de Medlinga Ducis Auſtriæ, nata ex Agnete filia Hermanni Landgrauii Haſſiæ ac Thuringiæ. hic Henricus patrem habuerat Henricum II. de Medlinga Ducem Auſtriæ, matrem Rixam filiam Ladiſlai I. Bohemiæ regis; auum vero agnoſcebat Henricum dictum Iochſamergot, cuius mentio facta ſuperius.

AVSTRIÆ

Digitized by Google

AVSTRIÆ ARCHIDVCES EX COMITIBVS Habſpurgenſibus. Ex Albizio.

BETZO ſeu Gebetzo aut adeo Betzelinus, quem dicunt filium Guntrami Comitis Altenburgenſis fuiſſe, Monaſteriũ Sultzburg in Briſgouia ſimul cum fratribus condidiſſe dicitur, vbi ſepultus eſt, circa annum 990.

II.

Rapotus autem ſiue Ratbodus, quem volunt nonnulli, non Bœzonis ſed Landoli fratris ſui filium eſſe, Habſpurgũ Arcem extruxit & Murenſe Cœnobiũ in Heluetiis: in quo anno 1027. cum vxore ſepultus nomine Itha, Friderici Comitis Moſellani filia: Rudolphus vero frater eius, iacet Otmarsheimii in Alſatia.

III.

Othonem Comitem Habſpurgenſem Werneri filium Rapoti nepotẽ, dicunt Henrico quarto Imp. in Saxonia militaſſe, & ab Heſſone Barone de Vſſenberg in arce Buttenheim occiſum fuiſſe. Wernerus autem eius filius, Comes Habſpurgi & Ergouiæ in Cœnobio Wettingẽſi eſt tumulatus: Sunt qui hic duos Werneros ponant, patrẽ & filiũ, alterũ Othonis filiũ, cui Itha filia Werneri Comitis Hombergenſis nupta fuerat & anno 1143. mortuus ſit, alterum vero huiuſce filium & Othonis nepotem, cuius vxor fuerit Gertrudis Baroniſſa à Starckenberg, anno autẽ 1163. diem obierit. At Othonis ſoror fuit, Itha vxor Rudolphi Comitis à Thierſtein; & filia, Adelheidis, Emiconi Baroni ab Henneberg elocata.

IV.

Albertus Diues Werneri filius, Comes Habſpurgi & Ergouiæ floruit, imperante Henrico ſexto; à quo inter teſtes

citatur. filiam habuit Itham vxorē Henrici Comitis in Leiningen, eumq; in Cœnobio Murenſi ſepultum eſſe dicunt mortuum 1199.

V.

Rudolphus Senior eius filius, Comes Habſpurgi,& Ergoviæ, Dominus Lauffenburgi, duos habuit filios Albertum Monoculum, & Rudolphum iuniorem à quorum altero, Imperatores, Duces atq; Archiduces Auſtriæ deſcendunt; ab altero vero Comites Kiburgenſes, ac Domini in Lauffenburg atque Raperſweil. Hi poſt mortem patris anno Chriſti 1232. ditiones inter ſe partiti ſunt, Alberto, Ergovia, Thurgoia, vna cum Arce Habſpurgo; Rudolpho Lauffenburgi & Rheinfeldiæ Comitatus, cum Aduocatia Seckingenſi (in cuius Eccleſia ſepultus eſt 12 7.) contigit, atq; Friderico II. Imperatori, Ticini conuentus habenti adfuerunt, palmamque in Equeſtri certamine meruere. Sorores eis fuerūt, Helwiges Hermanno Comiti Friburgi,& Getrudis Ludouico Comiti Vohburgenſi nuptæ. Eberhardus, filius Rudolphi Iunioris Taciturni dicti, ducta in vxorem filia Hermanni vltimi Kiburgenſis Comitis, Kiburgi & Badæ Heluetiorum, factus eſt hæres: à quo Kiburgenſes Comites fuere; prouti à Godofredo eius fratre, ob Bernatum victoriam claro Comites Lauffenburgenſes ac Rheinfeldenſes; vtrique circa annum Domini 1400. extincti.

VI.

Rudolphus Comes Habſpurgicus, Alberti Monoculi, dicti Sapientis filius (quem volunt in Paleſtinam cum Friderico ſecūdo Imperatore profectū Ptolemaide obiiſſe 12 8) ab ineunte ætate rebus militaribus implicitus, poſt longū Imperii interregnum, Francofurti in Comitiis abſens, Cæſar eſt nuncupatus. & ex caſtris ad Baſilæam, vbi Henricum eius loci Epiſcopum obſidebat, euocatus, an. 1274. Nonis Ianuarii Aquiſgrani ſolemniter eſt inauguratus. Inter bella cōplura ab eo geſta, memorabile eſt id quod geſſit aduerſus Othocarum Bohemiæ Regem, cuius non ita pridē Rudolphus in aula fuerat; quem tandem, quod pactis cōuen-

tis n...

tis nō ſtaret, acie victum occidit an. 1278. Peractis Erphordiæ Comitiis, vbi Albertū filium, ſed fruſtra, Succeſſorem ſibi declarari procurauit, Spiram contendens, in via morbo correptus interiit. ſepultus eſt autem Spirę iuxta Philippū Sueuum. Per Annam ſeu Agnetem, ſecundam vxorem, dicunt eum Alſatiam ſuperiorem acquiſiuiſſe, etſi nō deſint qui hoc Alberto patri tribuant, in cuius connubio filia Simonis Comitis Engesheimenſis vixerit, à qua, poſt mortē Henrici vltimi illius ſtirpis an. 1231. defuncti, ſimul cū Ludouico Comite Oetingenſi, cui Henrici ſoror nupta fuerat, ditionis illius hæres ſit factus. Oetingenſis autem partē ſuam Epiſcopo Argentinenſi vendidit. Sorores habuit Heduigem primum Domino Coſſenbergio, deinde Othoni Ochſenſteinio nuptam; Eliſabetam vxorem Friderici Comitis à Zollern, à quo Burgrauii Norimbergenſes ac Electores Brandeburgenſes ſunt; & Martham in Adelhuſano Cœnobio prope Freiburgum, Monialem. Filias vero, Metildē Ludouici Ducis Bauariæ & Palatini Electoris; Agnetem Alberti ſecundi Electoris Saxoniæ Heduigem Othonis Parui Marchionis Brandeburgēſis; Catharinam Othonis Bauari Regis Hungariæ, Iutham Venceslai Regis Bohemiæ; Clementiam Caroli Martelli Regis Hungariæ vxores; ac Euphemiam cœlibem. Rudolphus, Dux Sueuiæ dictus, Rudolphi Imperatoris F. propter vxorem Agnetem Othocari Bohemiæ Regis filiam, Wenceslao Iuniore cognati ſui filio, Olomucii extincto ſine prole, cuius ipſe tutor fuerat; ad Regnū aſpirauit, ſed paulo poſt defunctus eſt 1307. relicto Ioanne filio, qui Albertum Cæſarem patruū ſuum, Bada Heluetiorum redeuntem, quorundam inſtigatione, occidit, eo quod ſibi paternam hæreditatem reddere ſuperſederet. Hunc Henricus ſeptimus Imperator, poſtea habitu monachali indutum, ad perpetuos carceres, in Piſano Heremitarum Cœnobio damnauit, vbi ſepultus eſt 1313.

VII.

Albertus I. Imp. Rudolphi F. cum prius viuente patre in Comitiis Auguſtanis Auſtriæ Ducatum cum Principatu Styriæ atque Carniolę eſſet conſecutus, Adolpho Naſſouio Imperatore exacto, Electorũ ſuffragiis Cæſar deſignatur, eoq; in agro Wormacienſi, cruento prælio cęſo Francofurti inungitur & coronatur. Ob Hungariæ Regnũ cum Othone Bauaro bellum geſſit, vt id Rudolpho filio acquireret, qui tamẽ Rudolphus, vigente bello mortuus eſt 1308. A Marchionibus Miſniæ clade affectus, dum ad eam vindicandã ſe præparat, à Ioanne fratris filio, ac tribus Aulicis, iuxta Bruccã Oppidum Heluetiorũ occiſus eſt 1308. in loco patricidii, Eliſabeth eius vxor Cœnobiũ Königsfeld extruxit, vbi & Agnes Regina Hungariæ eius filia, Vidua vitam finiuit. at corpus eius Spiram delatũ & ſepultum eſt. Filias habuit Eliſabethã Friderico III. Duci Lotharingię; Margaritã Theodorico nouo Comiti Cliuię Annam Hermanno Marchioni Brandeburgico; Catharinã Carolo Duci Calabriæ; ac Iutham Ludouico Comiti Oetingenſi nuptas. Fridericus, Pulcher dictus, eius filius, ab Henrico ſeptimo Imperatore, quem Romam ad Coronam ſuſcipiendã comitatus fuerat, omnibus bonis donatus eſt, quę Io. patricidę tã n Morauia quã in Suenia pertinebant. Hic in Electorum controuerſia, Bonnę eſt Cęſar inauguratus, & collecto exercitu, ſimul cum Leopoldo fratre pro Imperio cũ Ludouico Bauaro cõtendit, à quo prope Oetingã victus & captus, diu carcere detentus eſt; at liber deniq; factus, non diu poſt obiit in Arce Auſtriæ Gutenſtein, Marbaci ſepultus 1330. Otho autem eorũ frater, paternas ditiones cũ eis partitus, tractum Tulnenſem in Auſtria poſſedit. Ob affinitatem cũ Bauaro, bello ſe inter electos Cæſares non immiſcuit, poſt fratrũ Rudolphi & Friderici obitũ Auſtriam adminiſtrauit, ſepultus Kloſterneẅburgi 1340. Henricus frater cum diu Moguntiæ in iuuẽtute degiſſet, Archiepiſcopo, à Io. 23. Ro. Pont. Coadiutor datus (quod cõtra Gibellinos à Friderico fratre cũ copiis eo miſſus fuerit) tandẽ ſe vana ſpe lactari videns;

dens;

dens;relicto ſacerdotio vxorē duxit,& Friderico fratri militans contra Bauarū, in pugna captus & in Bohemiā adductus eſt, vbi reſtitutione Oppidorū & Arcium quę in Morauia ab Auſtriacis occupata fuerāt,ſe redemit,ac breui poſt hęc moritur 1327. Albertus vero ſecundus Dux Auſtriæ & Sueuiæ, Cōtractus dictus,eo quod neruis in iuuētute lęſus fuerit,fratribus ſine hęredibus extinctis,ſolus ſuperſtes ſocero Comite Phiretarū defuncto ſine maſculis, Comitatū illum familiæ Auſtriacę adiecit, mortuus 1358. Filias habuit Margaretā vxorē Meinhardi Bauari Comitis Tirolenſis;& Catharinam, Viennę Monialē in Monaſterio S. Clarę Rudolphus Ingenioſus dictus, eius filius, Carolum quartum Imp. ſocerum ſuum Romam comitatus, Mediolani obiit ſine liberis 1365. Fridericus autem huius frater innuptus, ab Ernlieb Domino à Pottēdorf in venatione eſt occiſus 1362.

VIII.

Albertus, qui cum Trica dictus, eo quod capillos aleret quos cōplicabat, Dux Auſtrię & conditor Arcis Laxenburgenſis Princeps literis,præſertim Aſtronomicis deditus,ſepultus in Academia à ſe inſtituta Viennæ ad S. Stephanū penes fratrē 1387. Filiū vnicum habuit Albertū defunctū 1403.ex quo genitus eſt Albertus ſecundus Imp. qui ea dignitate poſt Sigiſmundū ſocerum,(à quo Regnum Hungariæ & Bohemię poſt eius mortem adeptus eſt)non integro biennio eſt perfunctus:Sepultus Albæ Regali 1439.

IX.

Ladislaus Alberti ſecundi Imp. filius Poſthumus,in cunis adhuc Rex Hungarię appellatus:at poſt mortē Ladislai, ſine cōtrouerſia pro Rege habitus eſt, qui cū matrē paruulus amiſiſſet, apud Fridericū tertium Imp. educatus,in ipſo apparatu nuptiarum Pragę extinctus eſt non ſine ſuſpicione exhibiti veneni,ibiq; tumulatus 1458. Regnū Bohemiæ ſub tutela Georgii Podiebradii per an.17. Hungarię ſub gubernatione Ioannis Hunniadis per 12.tenuit.

X.

At Leopoldus cognomento Probus,Sueuiam,Tirolim,

Thurgouiam, Phiretarũ Comitatum, Briſgoiam & Alſatiã obtinuit (relicta Alberto cum Trica fratri de quo diximus, Auſtria, Styria, Carniola & adiacẽtibus Regionibus) primo cum Venetis pro Marchia Taruiſina bellum geſſit, deinde aduerſus Heluetios, à quibus ad Sempachum amnẽ victus & occiſus eſt 1386. Filias habuit ex Virida Barnabonis Vicecomitis Mediolan. filia, Agnetẽ Boleslao Duci Swidnicenſi; & aliam Conrado Burgrauio Magdeburgico nuptas. Vilhelmus eius filius progenitus (cui Heduigis filia Ludouici Regis Hungariæ & Poloniæ promiſſa fuerat, ſed Ladiſlao Iagelloni Principi Lithuaniæ à Polonis poſt tradita, Ioannæ ſecundæ Caroli tertii Regis Neapolis filiæ nupſit, verum breui poſt obiit 1406. XI.

Fridericus, ſenior dictus propter fratris filiũ, cui Sueuicæ Helueticæ ac Tyrolis ditiones pertinuere, eo quod Ioannẽ 23. Pontificem è Conſtantienſi concilio clam abduxiſſet, proſcriptus, magnam rerum & ditionem ſuarum iacturam paſſus eſt, moriturq; 1439. XII.

Ex Friderico natus Sigiſmundus, patri in Comitatu Tyrolis, ac cęteris in Sueuia & Briſgoia ditionib. ſucceſſit, quo ipſo ſine liberis mortuo, omnes ad Maximilianũ Cæſarem deuenere. Leopoldus .n. frater Friderici, qui Alſatiã Sundgoiam & Comitatum Phiretarum poſſederat, etiã ſine prole deceſſerat 1411. ita vt omnia deniq; Friderico tertio Imp. & eius filio Maximiliano, tanquam vnico familiæ germini ceſſerint. XIII.

Erneſtus filius Leopoldi, à corporis robore Ferreus dictus; in Stiria & Carniola quæ ei ex diuiſione cũ fratribus obtigerant, quiete vixit, & in Cœnobio Rhain tumulatus eſt 1424. relictis duobus filiis Friderico atq; Alberto, qui in diuiſione Auſtriæ Prouinciæ ac hæreditatis Ladislai cõſanguinei diſſenſerunt; & inde exitiale bellũ inter ipſos exortũ eſt, nõ niſi morte ipſius Alberti ſolutũ 1463. Filias habuit Margaritã Friderici ſecundi Electoris Saxoniæ, Catharinam Caroli Marchionis Badę: & Eliſabetham Hugonis Comitis Werdenbergii vxores. XIV.

Fridericus tertius Imp. primus Archidux Auſtriæ, Dux

Stiriæ & Carinthiæ, poſt Alberti ſecundi conſanguinei ſui obitum, cõmuni Electorum voto ad Imperialem dignitatẽ euectus eſt. Romã ad coronationẽ profectus, Spõſam Leonorã nauibus in Italiam adductã, Senis excepit. Bellum diu geſſit cũ Alberto fratre, in quo à ciuibus in Arce Viennenſi cum vxore & filio Maximiliano cõcluſus, multa paſſus eſt; ſimiliter & cum Matthia Hungariæ Rege, qui eorundẽ ciuium proditione ei Viennã eripuit; Dein cum Brugenſibus Flãdris, qui Maximilianũ filium captiuũ fecerant, quem liberum reddidit. tandẽ grandæuus, cũ nullus Imp. ab Auguſto, eo diutius regnaſſet, Lincii mortuus, & Viennæ in æde S. Stephani ſepultus eſt *1493*.

XV.

Maximilianus I. Imp. à patre in Regni conſortiũ aſcitus, Imperium ſucceſſione retinuit, Princeps virtutibus conſpicuus, quiq; multa bello domiq; præclare geſſit, ac Spiræ Nemetũ Tribunal erexit: moritur 15*19*. ad Welſam ſuperioris Auſtriæ oppidum, in Noua ciuitate ſepultus.

XVI.

Philippus eius F. Sexdecim annos natus Belgicũ Regimẽ, matris ſuæ Mariæ Caroli audacis filiæ, hæreditatẽ adminiſtrauit; & ducta, in vxorẽ Ioanna filia ſecũdo genita Ferdinandi Catholici, Regna Hiſpaniæ & vtriuſq; Siciliæ familiæ Auſtriacæ acquiſiuit; quib. regẽdis à ſocero euocatus, breui deceſſit 15*06*. Granatæ ſepultus. Filiæ eius fuere præter Mariam vxorẽ Ludouici Regis Vngariæ Gubernatricẽ Belgii, Leonora Franciſc. I. Galliæ Regi, Iſabella Chriſtierno Regi Daniæ, & Catharina Iohan. tertio Regi Portugalliæ nuptæ.

XVII.

Carolus V. Imp. Philippi F. natus Gandaui in Belgio; auo materno defuncto, Regnorũ hæreditatẽ adiit; poſt paternũ auum Maximilianũ, Imp. electus eſt, ſuaſu præſertim & authoritate Friderici Electoris Saxoniæ. Bella multa ac varia, in primis cũ Gallis geſſit, tandẽ multis afflictus incommodis atq; laboribus, Germaniæ valedicens Imperio ſe ac Regimine abdicauit, Ferdinãdo fratre & Philippo filio in eius locũ ſubſtitutis, & in Hiſpania Mõaſteriũ ingrediẽs paulo poſt diem ſupremũ clauſit: Granatæ cum vxore ſepultus.

Digitized by Google

XVIII.

Ferdinando Imperatori ſucceſſit Maximilianus Imp. cui filii Rudolphus II. Imp. Erneſtus Archidux, Matthias Archidux, Maximilianus, Albertus, Venceslaus, mortuus 1578. Eidẽ fuerant filii, Ferdinãdus, Carolus, Ioannes, quorum hic obiit ſine liberis 1551. at Ferdinando Archiduci Auſtriæ nati ex Philippina Velſera Andreas Cardinalis mortuus 1560. Carolus Marchio Burgouię maritus Sibyllę Gulielmi Ducis Cliuenſis F. Caroli filii ſunt I. Ferdinandus Archidux Auſtriæ, cui ex Maria filia Gulielmi Ducis Bauarię natus Ioãnes Carolus. II. Maximilianus Archidux natus 1583. III. Leopoldus Epiſcopus Paſſauienſis natus 1586. IV. Carolus Archidux. Filiæ eiuſdem Caroli nupſere Sigiſmundo 3. Poloniæ regi, tertia Sigiſmundo Tranſiluaniæ Principi, quarta Philippo 3. Hiſpaniarum regi.

AVRELIORVM DVCES.

AVreliam ciuitatem eſſe Galliarum florentiſſimam ad oſtia Ligeris ſitam, non longe ab vrbe Lutetia, nemo eſt qui neſciat. Hæc Aniani Põtificis ætate ab Attila oppugnata illius ſanctiſſimis precibus liberatur. Quondã ſuis regibus potentiſſimis non caruit, ac nouiſſime Ducibus nobilitata gentem plane nobilem produxit, quamuis plus æquo à Francorum regibus alienam, potiſſimumque Iuris ciuilis & canonici ſcholis commendata eſt. Annum circiter 1345. Aurelianenſis Ducatus innotuit.

I.

Philippus enim Francus Philippi Valeſii Francorum regis, & Ianæ Burgundæ filius, ex Ioannis etiam Regis donatione Ducarios geſſit faſces 1349. Ille nulla ſuſcepta ſobole ex Blanca Franca ſucceſſorem reliquit 1391.

II. Lu-

II.

Ludouicum Francum pronepotem, annuente Carolo 6. Francorum rege. Ex Valentina protulit

III.

Carolum primum Ingoliſmenſium, dehinc Turonum, ac poſtremo Aureliorum Ducem 1407. Philippum Virtuenſem, Ioannem Ingoliſmenſem Comites, & Margaretam Richardi Comitis Stampenſis coniugem. Carolus vero tres habuit coniuges, Yſabellam Francam, ſecundam Comitis Arminiaci filiam, tum Mariam Cliuenſem, ex qua prodiedunt

IV.

Ludouicus primum Aureliorum Dux 1464. deinde Francorum rex, Maria Ioanni Fluſſati, Narbonæ Vicecomiti, & Iana Alinconio Duci nuptæ. Cæterum Ludouico ex Iana Franca nullis liberis exceptis ſucceſſit 1518

V.

Henricus Valeſius Catharinæ Mediceæ, maritus, quorum proles hæc fuit: Franciſcus Francorum & Scotorum rex,

VI.

Ludouicus Dux Aureliæ nominatus, qui iunior è viuis abiit, 1550

VII.

Carolus Maximilianus Aureliorum Dux, ac poſtmodum Francorum Rex,

VIII.

Alexander Eduardus Aureliæ, Hercules Andium & Cenomanorum Duces, Elizabetha Philippo Hiſpaniarum regi, Claudia Carolo Duci Lotharingiæ, Margareta, & Victoria. Diana quoque fluxit ab Henrico ex illegitimo toro, quam Dux Mommorenceius ſibi copulauit.

Digitized by Google

MARCHIONES BADENSES ET HOCHENBERGENſes. Ex Monſtero, Albizio, Chytræo.

I.

HErmannus I. Marchio Veronenſis à Friderico Imp. dictus Marchio Badæ 1155. vxor Imutha, vltimi Comitis Hochbergenſis filia, obiit 1162.

II.

Wernerus I. Marchio Badenſis.

III.

Wernerus II. Marchio Badenſis.

IV.

Rudolphus primus Marchio Badenſis. Vxor Kunegunda, filia Othonis Comitis ab Oberſtain.

V.

Albertus I. Marchio Badenſis.

VI.

Hermannus ſecundus dictus Paruus, mortuus 1170. vxor Bertha Comitiſſa Lotharingia.

VII.

Hermannus tertius Marchio Badenſis, qui cum Friderico primo in Syria fuit, moritur 1190.

VIII.

Hermannus IV. diſceſſit 1203. coniunx Irmengarda, filia Henrici Comitis Palatini Ducis Brunſuicenſis.

IX.

Hermannus V. obiit 1240. Vxor Gertrudis Henrici de Metlingen Ducis Auſtriæ filia.

X.

Rudolphus tertius moritur 1288. Vxor Irmengarda Vlrici cum magno pollice Comitis VVirtembergici filia.

Herman-

XI.

Hermannus ſextus moritur 1191. vxor Agnes, Comitiſſa à VVayhing.

XII.

Rudolphus quartus Senior moritur 1292. Vxor Adelheis filia Othonis Baronis de Ochſenſtain.

XIII.

Rudolphus V. Iunior dictus Heſſo moritur 1322. Vxor Iutha Comitiſſa de Straesburg.

XIV.

Fridericus Marchio Badenſis obiit 1333. Vxor Adelheis Comitiſſa de Peuchlingen.

XV.

Hermannus ſeptimus moritur.

XVI.

Rudolphus ſextus moritur 1348. Vxor I. Luidgarda Comitiſſa à Lewenſtein. II. Maria Ludouici Comitis Oetingenſis filia.

XVII.

Rudolphus VVecker dictus, obiit 1361. Vxor Adelheis Vlrici Comitis de Helfenſtain filia.

XVIII.

Fridericus ſecundus Marchio Badenſis moritur.

XIX.

Rudolphus ſeptimus Magnus Marchio Badenſis obiit 1392. Vxor Methildis Ioannis Cæci Comitis à Sponhaim filia.

XX.

Bernardus obiit 1436. Vxores prima Anna Ludouici filia Comitis Oetingenſis. II. Beatrix Comitiſſa ab Hanau.

XXI.

Iacobus Marchio Badenſis, ab Ænea Syluio poſtea Pio ſecundo P.M. celebratus libro quarto de dictis & factis Alfonſi cap. 7. Europæ cap. 41. obiit 1433. Vxor Catharina Caroli Ducis Lotharingiæ filia.

Digitized by Google

XXII.

Carolus moritur 1475. vxor Catharina Erneſti Ducis Auſtriæ filia, ſoror Friderici Imperatoris.

XXIII.

Chriſtophorus natus 1453. ſubſcripſit Comitiis 1500. 1512. obiit 1527. vxor Otilia Philippi Iunioris Comitis à Katzenellenbogen filia.

XXIV.

Bernardus natus 1474. Gubernator Luxelburgii, obiit 1536. vxor, Franciſca Luxelburgii Comitis Caroli filia. Habuit hic fratrem, Erneſtum natum 1482. obiit 1552. ex quo procreatus Carolus 1529. qui obiit 1577. genuitq; Erneſtum Fridericum, zu Durlach vnd Forzhaim / item Georgium Fridericum. Habuit præterea fratrem Philippum natum 1478. mortuumq; 1537. cui filia fuit ex Eliſabetha Palatina, nomine Iacoba, nupta Gulielmo Bauaro 1522. vnde natus Albertus Dux Bauariæ. Huic Bernardo fuit filius Philibertus natus 1536. occiſus vero in prælio Moncontourſenſi 1569. cui relictę filiæ, ex Methilde Gulielmi Ducis Bauariæ filia, Iacoba, nata 1558. nupta Ioanni Gulielmo Duci Cliuenſi 1585. Anna Maria nata 1562. nupta Alberto Roſenbergio, Maria Salome nata 1563. nupta Georgio Ludouico Landgrauio à Leuchtemberg. At enim filius eius Chriſtophorus natus 1537. mortuuſq; 1575. reliquit filium ex Cæcilia Guſtaui Regis Sueciæ filia,

XXV.

Eduardum Fortunatum, natum 1565. mortuum vero casu de gradib. 1596. qui viuens adhuc videnſq; excidit poſſeſſionibus ſuis; ex hereditario pacto occupatis ab

XXVI.

Erneſto Friderico Caroli filio 1594. cuius ſcripta ſuper hac re multa exſtant. Vxor eius Anna Ezardi Comitis Friſiæ Orientalis filia. Diſcedente ſine liberis 1604. ditionem illam omnem recepit ad ſe frater

XXVII.

Georgius Fridericus natus 1573. vxor eius Iuliana Vrſula Friderici Reingrauii filia.

BAV

BAVARIÆ DVCES. EX ALBICIO.

OTho Maior, Comes Witelſpachius, Pręfectus Prætorio Bauariæ, Friderico I. Imp. militans, plurima in Italia præclara facinora edidit; quamobrem Ratisbonę in Comitiis, Henrico Leone, crimine læſæ Maieſt. damnato, Bauariã in fidem accepit, an. 1180. triennio ante mortẽ. Kelhamiũ extruxit, Dachouium emit. Præter Ludouicum filium ſucceſſorem natum ex Agnete Dieterici Comitis à Waſſenburg. F. filias habuit, Sophiã Hermanno Landgrauio Thuringiæ & Haſſiæ nuptã, & Methildem Rapotonis Marchionis Carnoburgenſis & Comitis Ortenburgici vxorem.

II.

Ludouicus I Dux Bauariæ & Palatinus in Norico, Straubingam condidit an. 1208. Abudiacam Arcem reſtaurauit, Bauariam vndiq; ornauit; Othone Witelſpachio conſanguineo, & Hẽrico Walpurgico proſcriptis, eorum arces diripuit & ſolo æquauit; Chelhamii poſt cœnã deambulans, à morione quẽ inceſſerat, cultello transfixus ilicò expirauit 1231. corpus Schirã delatum ac ſepultum eſt. Ludomilla eius vxor filia Primislai Ducis Bohemiæ, vidua Alberti Comitis à Pogen, Landshutæ cœnobiũ, vulgo Seligenthal, pro ſacris virginib. conſtruxit an. 1233. ibi mortua an. 1240. Filios habuere præter Othonem & Eliſabetham vxorẽ Imp. Friderici II. Ludou. in iuuẽtute à Friderico II Imp. occiſum, & Annam, vxorem Rudophi Ducis Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ.

III.

Otho II. viuente patre, Princeps Palatinus Rheni propter vxorem eſt factus. Contra Fridericum Auſtriæ Ducẽ profectus, Schardingam in ditionem recepit, Hungaros à finib. expulit, cum Conrado Cæſare genero ſuo, copiis cõiunctis, Conradum Waſſerburgicum ditione exuit, & Bauaria eiecit. Lãdshutæ mortuus, Schirę eſt inhumatus, præ-

ter liberos Ludouicum Henricum & Eliſabetham Conradi 4. Imp. poſt Meinhardi 2. Comitis Tirolenſis vxorem, filiam dicitur habuiſſe Sophiam Gerardo Comiti Hirsbergenſi nuptam.

IV.

Ludouicus ſecundus, Othonis F. natus 1229. Dux Bauariæ, ac Comes Palatinus Rheni, Bauariam cum Henrico fratre diuiſit. Mariam Henrici Magnanimi Ducis Brabantiæ filiam, primam vxorem, ob adulterii ſuſpicionem tantum, ſecuri percuti iuſſit. Furſtenfeld (prouti pœnitentiæ loco à Pontifice ei fuerat iniunctum) ad placandos vxoris manes condidit. Vxor ei altera Anna Conradi Poloni Ducis Maſouiæ; tertia Methildis Rudolphi I Imp. filia. Fridberg oppidum extruxit, Rudolphum Habſpurgicum Cæſarem nominauit, cuius filiam duxit. Heidelbergę deceſſit 1294. Furſtenfeldium corpus delatum eſt. Filius eius Ludouicus primogenitus, ex ſecunda vxore natus, Norimbergæ, equeſtri ludo, à Cratone Comite Hohenloe: haſta iugulo percuſſus interiit. Filiæ autem fuere; Anna Henrico puero Landgrauio Haſſiæ, & Methilde Othoni primo, Duci Brunſuigio & Luneburgico nuptæ.

V.

Henricus frater Ludouici natus 1235. habuit in partitione cum fratre, Bauariam inferiorem ſeu ſeptentrionalem. Contra Othocarum Bohemum arma ſumens, à finib. Bauariæ Bohemos expulit, Nouoforum in poteſtatem redegit & inſtaurauit. Burchauſii deceſſit 1290. vxores ei Eliſabetha Henrici Pii Ducis Poloniæ F. & Eliſabetha Belæ 4. Regis Vngariæ. Landshutam tranſlatus & in Seligenthal, vbi & ſucceſſores eius, ſepultus eſt, in quo Monaſterio & filias aliquot habuit.

VI.

Rudolphus Palatinus Elector, filius Ludouici ſecundi natus 1274. Albertum Auſtriacum auunculum, cum Adolpho Cæſare ſocero fruſtra in cōcordiam redigere conatus, ſocero adhæſit: habuit enim Methildē Adolphi filiam quo in prælio occiſo, cum paucis VVormaciam vix elapſus eſt; à

Ludoui-

Ludouico fratre denique expulſus, in Angliam fugit, vbi & mortuus eſt 1319. Filiam habuit Methildē, nuptam, vt quidam putant, Ioanni Comiti Sponheimio.

VII

Ludouicus Imp. Ludouici II. filius, natus 1286. ſub tutela matris Viennæ eſt educatus: Francofordi in Comitiis, poſt mortem Henrici ſeptimi, ab Electorib. Cæſar eſt appellatus; Rudolpho tantum Palatino eius fratre, & Henrico Colonienſi Archiepiſcopo refragantibus, qui Fridericum Auſtriacum Alberti Imperatoris filium, promouebāt. hinc bellum exarſit varium, donec ad Muldorfiū anno 1323. Fridericus eſt captus Romę an 1328. coronatus, inuito Ioanne Pontifice, eum exauthorauit ac Nicolaum ſubſtituit. ſepultus eſt Monachii ad Diuam Mariam 1347. vxores ei Beatrix Boleslai Ducis Maſouiæ filia, item Margareta Gulielmi vltimi Comitis Hollandiæ ſoror. Filiæ eius fuere: Methildis Friderico graui Marchioni Mſniæ connubio iuncta, Eliſabeth Ioanni Bauaro Henrici F. primum deſponſata, ſecundo Cani Scaligero Veronæ & Vicentię Domino ac demum Vlrico Comiti VVirtembergenſi nupta & Agnes Monaci monialis.

VIII.

Otho Rex Hungariæ Henrici filius Othonis II. nepos Adolphi Cæſaris partes ſecutus, in prælio quo ipſe occubuit, acceptis vulneribus, vix fuga elapſus; ab Hungarię deinceps procerib. ad Regnū euocatus, eo quod genus à matre inde duceret, Albæ Regali anno 1305. eſt coronatus; at 4. Regni anno à Ladislao Tranſiluaniæ VVeiuoda in vincula coniectus, ope miniſtri euaſit, & in Bauariā rediit, Landshutæ ſepultus 1312. Vnicū reliquit filiū Henricum, Natterburgicū, ab Arce vbi educatus eſt, dictū, paulo ante patris obitū natū, qui in iuuētute, fracto in ſaltā[illegible]o, crure, extinctus eſt; & filiam Agnetē, vxorē Henrici Comitis in Ortemburg. Vxores habuerat Catharinam Rudolphi I. Imp. filiam, & Agnetem Cunradi Ducis Glogouienſis.

IX.

Stephanus eius frater, Adolphi partes etiā fouit, Ratiſbo-

nam, ſimul cum fratris copiis, armis inuaſit, Fridericum Auſtriacum qui Bauariã inuaſerat, fugauit Landshutæ ſepultus 1311. Ex Iuta Vulconis Ducis Suidnicẽſis filia, habuit Othonẽ mortuum 1335. Henricum, defunctum 1339; cui ex Margaretha Ioannis Regis Bohemiæ filia, Ioannes Comes in Andechs, qui obiit ſine prole maſcula. At Stephanus dictus Filias habuit, Beatricem Henrico Comiti Goriciæ; Eliſabetham Othoni Auſtriaco Alberti primi Imp. filio, nuptas, & Agnetem Monacham in Seligenthal.

X.

Rudolpus II. cœcus & Rupertus Rufus eius frater, filii Rudolphi, nepotes Ludouici II. fratres Ludouici Imp. vtriq; Electores ſucceſſiue fuere; hic Academiam Heidelbergenſem primus conſtituit, an. 1346. & contra impoſtorem quẽdã molitorem, qui ſe Waldemarũ Brandeburgenſem Marchionẽ ſimulabat, cũ Ludou. Brandeburgico agnato profectus, ab ipſo captus per Carolum IV. Imp. magno labore redemptus eſt. obiit 1385. frater vero eius 1327. ambo ſine prole maſcula.

XI.

Adolphus ſuperiorũ frater, Simplex dict⁹, Princeps quietus & pacis amator, partem ſuã inferioris Bauariæ, Ioanne vita defuncto, Ludouico Cæſari (forſanq; gradu vno proximior ille Ioanni erat) reliquit, & cum maximus natu eſſet, Electoratus officium fratrib. ceſſit. Ex filiis autem Ludouici Imperatoris, Ludouicus, Elector Brandeburgicus in Comitiis Naumburgenſib. anno 1319. inſtitutus à patre, bellis multis implicitus, cum Pomeranis, Megapolẽſibus, nec nõ Iacobo Rebock molitore pſeudowaldemaro, quẽ Saxones & Anhaldini Principes fouebant, Marchiam deniq; fratri Ludouico, Romano dicto, an. 1349. ceſſit, ſuffragio in electione Cæſaris retento. Otho vero Romani ſucceſſor, eam deinde Carolo IV Imp. ſocero vendidit anno 1373. ¶ Wilhelmus, auunculo abſq; hærede maſculo mortuo, Hollandiã obtinuit; quã, in matrem iratus, poſtea ſeditionib. implicuit. mẽtis impos fact⁹, deniq; Valẽcianæ moritur 1378. ibi ſepultus. Albertus frater ei ſucceſſit, qui cõtra Friſios multa geſſit

geſſit bella, Hagæ ſepultus 1404. cuius filiæ fuêre, Anna Venceslai Imperatoris, Ioanna Alberti quarti Ducis Auſtriæ, Catharina Eduardi Ducis Gelriæ primum, poſtea Vilhelmi Ducis Iuliacenſis, vxores, & Margareta vxor Ioannis Ducis Burgũdiæ.

XII.

At Stephanus Fibulatus, Ludouici item Imperat. filius, à quo ſtemma Ducum Bauariæ propagatur, à morte patris, cum Rudolphi Palatini Electoris filiis trãſegit pro damnis à fratribus in bello ciuili eis illatis, quod tamẽ nec firmum nec ratum fuit, imo & inter ſucceſſores vtrinque diu diſſidia viguêre.

XIII.

Rupertus paruus Elector, Adolphi F. Rudolphi nepos, Ludouici II. abnepos, oppida Bauariæ inferioris, & Bohemiæ contigua, quæ Carolus quartus Imperator, dotis nomine aut pignoris, ad ſe traxerat, armis repetiit. Ambergæ ſepultus *1398*. Ex Beatrice filia Petri Regis Arragoniæ ac Siciliæ filiæ eius, Anna Vilhelmo primo Duci Bergenſi, & Eliſabetha Procopio Marchioni Morauiæ nuptæ fuêre. Vilhelmus ſecundus Comes Hollandię, Alberti F. Iacoba vnica relicta filia deceſſit *1417*. Hęc, Ioanne Duce Brabantiæ eius ſecundo viro repudiato, Humfrido Anglo Duci Glocestriæ ſe iunxit, dein impares nuptias etiam cum Borſalio Zelando cõtrahẽs, cum prius, à Ioannis patrui morte, paternas prouincias recuperaſſet. tandem poſt mortem Ioannis Brabantini eius viri, à Philippo Duce Burgundiæ eſt eis exuta, Hagæ autem ſepulta.

Ioannes Epiſcopus Leodienſis, poſt fratris Vilhelmi mortem ſacerdotio cedẽs, Eliſabetham Ioannis Lucelburgici Marchionis Luſatiæ filiam, viduã Antonii Ducis Brabantiæ, vxorem duxit 1424. cum Ioanne Brabantino, Iacobæ neptis ſuæ viro, pro fratris prouinciis bello contendens; tandẽ conuenit, vt Brabantino, Hannonia, ipſi Hollandia, Seelandia ac Friſia cederet. At Iacobæ inſidiis, vt creditur, veneno ſublatus eſt, & Hagæ in æde Dominicana ſepultus 142*6*.

Digitized by Google

¶ Poſt mortem Stephani Fibulati, diuiſa eſt Bauaria inter filios. Stephano ea pars obtigit, quæ prope Ingolſtadium (qui Schönfeldii ſepultus eſt 1413.) Friderico eius fratri, quæ prope Landshutum; Ioanni autem quæ Monaco adiacet, vbi ſepultus 1397. Stephano filia fuit Eliſabetha, vxor Caroli ſexti Regis Franciæ; Friderico, Eliſabetha Friderico primo Electori Brandenburgico, & Magdalena Ioanni Meinhardo Comiti Goriciæ nuptæ; Ioanni vero, Sophia vxor ſecunda Venceslai Imperatoris.

XIV.

Ludouicus Barbatus dictus, Stephani F. in Gallia nupſit, primum Annę Ioannis Borbonii Comitis filię, deinde Catharinæ Alenconiæ viduæ Petri Comitis de Montaigne. Poſt mortem patris in Bauariā rediēs, cum patruelibus diu contendit, & denique cum proprio filio Ludouico Gibboſo, à quo captus, & ad Albertum Brandenburgicum deductus, magno pretio ab Henrico patruele redemptus eſt. at vterique filius & pater, breui poſt tempore, ſine ſobole extincti ſunt; ditiones autem eorū omnes Henricus Landshutenſis occupauit. hunc Ingolſtadii mœnia dilataſſe dicunt.

XV.

Henricus filius Friderici Landshutenſis, nepos Stephani Fibulati, in iuuētute apud Crucigeros in Pruſſia militauit, rei familiaris parcus ac diligēs, magnas opes cōparauit, vnde Diues eſt dictus; filias habuit Ioannā Othonis Molbachii Comitis Palatini, & Eliſabeth Vlrici Comitis Wirtembergici vxores.

XVI.

Erneſtus & Vilhelmus fratres, filii Ioannis Monacenſis, nepotes Stephani Fibulati, cum Ludouico Barbato bellum geſſerunt, vterique Monaci ſunt ſepulti. Erneſtus 1439. Vilhelmus 1435. Erneſto autem filiæ fuēre Eliſabetha, vxor primo Adolphi Ducis Bergenſis, poſtea Heſſonis Comitis Leiningii; & Beatrix Hermanno Comiti Ciliæ, poſt Ioanni Palatino Neoburgenſi nupta.

Rupertus

XVII.

Rupertus Palatinus Elector Venceslao ignauo depoſito, electus eſt Imperator 1400. is ad retundendam Ioannis Galeacii Ducis Mediolanenſis nimiam potentiam, in Italiam tranſcendit. in Germaniam reuerſus quiete vixit; ſepultus Heidelbergæ in æde S. Spiritus quam extruxerat, vna cum coniuge Eliſabetha, Friderici Burggrauii Norimbergenſis filia. Filias habuit Margaritã Caroli Ducis Lotharingiæ, Eliſabetham Friderici Ducis Auſtriæ, & Agnetem Adolphi primi Ducis Cliuiæ vxores. Huius Imperatoris filii, Rupertus Pipan dictus, cum Sigiſmundo Rege Hungariæ, ad Nicopolim cum Turcis infeliciter pugnans, domum reuerſus, breui mortuus eſt 1397. Ioannes autem Neoburgius; qui cœnobium, Montem gratiæ dictum, inſtituit, filium habuit vnicum Chriſtophorum, in Regem Daniæ electum 1439. qui in mari magnam paſſus iacturam, in belli apparatu contra Lubecenſes Helſenburgi obiit 1448. ſepultus in templo Cathedrali Rotſchildæ. Othonis vero Moſbacenſis filii nullam habuêre ſobolem; ita vt duæ tantum ſtirpes ab eis productæ ſint, altera à Ludouico Barbato ſeu Cæco Electore, altera vero à Stephano Bipontino. Cum autem poſteritas Ludouici, in Othone Henrico Electore anno 1559. extincta fuerit; Fridericus filius Ioannis ſecundi in Electoratu ſucceſſit, auus hodierni Electoris.

XVIII.

Ab Erneſti vero filio Alberto, moderni Duces Bauariæ ſunt, qui Henrici Landshutenſis ſobole maſcula in Georgio Diuite, anno 1503. deficiente, integra nunc Bauaria potiuntur.

Digitized by Google

COMITES BELLOIOCENSES, DE BEAVIEV.

ANNVM Domini circiter 989. Belloiocenſes Comites clarum nomen ſumpſere ab

I.

Omfredo Belloioci domino non longe à Lugduno, tempore Hugonis Capeti Francorum regis, quem in principatu ſequutus legitur

II.

Beraldus princeps piiſſimus 1032. qui Leonis 9. Pontificis Romani charitate permotus vna cum Vandalmoda coniuge limina Petri & Pauli Apoſtolorum inuiſit, Romamque profectus eſt. Ex illo prodiit

III.

Hubertus patris ſucceſſor 1053. primo Hemeltæ, ac deinceps Auxiliæ Sabaudæ matrimonio iunctus. A quibus exiere

IV.

Hugo Belloioci dominus 1060. Hupertus, Guigus, Guichardus & Stephanus. Hugo autem quamuis laicus, Diui Iuſti Lugdunenſis Abbatiā poſſedit, ſicuti mos tunc inualeſcebat. At is abiit in deſuetudinem temporibus Hērici 1. & Philippi 1. Francorum regum. Patri (prætermiſſis Guiguo fratre, ac Vandolmoda ſorore) ſuffectus eſt 1066.

V.

Guichardus latrociniis & rapinis inſignis. Verum temporis lapſu melius vixit. Ex Lucina coniuge produxit ſucceſſorem 1137.

VI.

Hupertum, qui ſpretis vxore ac liberis, in Syriam profectus

ctus, inter Tẽplarios annumerari voluit. Quem ordinem poſtea annuente Pontifice Romano depoſuit, domumque reuerſus multa candide geſſit. Dum barbam raderet, Innocentiumque II. Papam aduentare audiret, ſemiraſa illa prodiit in publicum. Cui ſubridens Pontifex, Sic, inquit, faciunt, qui ſemi barbam gerunt. Ex Huberto profecti ſunt alter

VII.

Hubertus Belloioci dominus, 1180. Vichardus, qui puer deceſſit, tum vnica filia, quæ Guilielmo Alemano Cabillonenſi & Matiſconenſi Comiti nupta eſt. Porro Hubertus eccleſiarum immunitatibus & priuilegiis admodum infenſus fuit. Hugonis Cabillonenſis duxit filiam, ex qua protulit

VIII.

Guichardum ſucceſſorem, 1189. & Vichardum. Ex Comitiſſa vxore nullam ſuſcepit prolem. Itaque

IX.

Vichardus fraternum arripuit dominatum, 1199. Philippum Auguſtum aduerſus Anglos iuuit. Ricoariam à Salornay copulauit ſibi, hincque genuit

X.

Hubertum, 1201. à quo &

XI.

Guichardus 1209. qui Albeſios infeſtiſſime perſequutus eſt. Dum Conſtantinopoli apud Græcorum Imperatorem nomine Philippi Auguſti legatum ageret, turrim erexit, hęcque inſcripſit, Turris Belloiocenſis. A diuo Franciſco tres illius ordinis fratres obtinuit, quos ſecum deduxit in Gallias. Hincque apud Villam Francam primus Minoritarum inſtituit cœnobium. Ex Sibylla Flandra Fernandi Luſitani & Ianæ Flandriæ Comitiſſæ filia ſuſtulit

XII.

Hubertum, vel Imbertum Belloioci 1216. Guichardum Montiſpenſerii dominos, ac Ludouicum Canonicum Lugdunenſem. Hubertus vero Princeps fuit magni nominis:

ſiquidem Ianum Brennium Matiſconenſem & Viennenſem Comitem fortiter armis aggreſſus ſit, Foreſtenſem etiamnum Comitem compulerit ad pacem ineundam, à Federico Cæſare ducentas argenti Marchas quotannis in feudum acceperit, Balduino Antiſiodorenſi opem tulerit, in Prouincia, vicinisque regionibus nomine Ludouici 8. vices regias obierit, Diuo Ludouico aduerſus Albeſios auxilio fuerit, magiſtriq; Gallicorũ equitũ dignitatem nactus in Aſiam traiecerit, vbi Damiatã ſingulari virtute, fortiſſimaq; cinxit obſidione, in qua candidiſſimum emiſit ſpiritũ An. Chr. 1250. Ex Margareta de Baugy edidit hos liberos:

XIII.

Guichardum Belloioci dominum, Iſabellam Reginaldi Foreſtenſis Comitis, alteram filiam Aimerico Pictauenſi, Margaretam Peraldo mõtis S. Ioannis domino, alias duas filias Combortii Vicecomiti & Comiti Bononienſi copulatas, tum Ianam monialem. Guichardus autem ex Blanca Ioannis Cabillonenſis filia nullam excepit ſobolem, quæ necdum extante maſcula,

XIV.

Iſabella fraternum conſequitur Principatum 1265. quæ iuncta Reginaldo Foreſtẽſi Comiti peperit Vidonem patris in hoc Comitatu hæredem,

Ludouicum Belloioci 1295. ac Ludouicum alterũ Montisferrani dominos. Prior

XV.

Ludouicus ex Leonora Sabauda ſuſtulit

XVI.

Guichardum ſucceſſorem, Hubertum Canonicum Lugdunenſem, Thomam, Guilelmum Canonicum etiã Lugdunenſem, Ludouicum Margaretã Ioannis Cabillonē-ſis, Leonorã Huberti Villartii, vxores, & alias 4. filias. Ceterũ Guichardus tres habuit vxores, Ianam Gebenenſem, Mariã Caſtellonenſem, & Ianam Caſtellouillanã. Ex primo toro prodiere Maria Ioanni Archiepiſcopo Parten. domino ſociata, & altera quę obiit infantula, Ex ſecun.

Eduar.

XVII.

Eduardus Belloioci dominus, 1331. Maria Caroli Mommorenceii Franciæ Mareſcali vxor, Leonora & Blanca moniales. Ex 3. Guichardus, Gulielmus, Robertus, Ludouicus & Blanca. Sed & Eduardus ex Maria genuit

XVIII.

Antonium ſucceſſorem in Belloiocẽſi magiſtratu, 1351. ac Margaretam Inſubrium Principis coniugem, qui quidem Antonius eximiæ pulchritudinis erat, exteros beneuolentia ſibi concilians, armiſque ſtrenuiſſimus. Ex Iana nullos reliquit poſteros. Quamobrem

XIX.

Eduardus Guichardi filius, Belloiocenſi munere functus eſt ex ſucceſſione Antonii conſanguinei. Nil præclari commiſit, obque vitæ turpitudinem, Belloiocenſe dominium Ludouico Borbonio conceſſit, ne peius ſecum ageretur. Ex Leonora de Beaufort Guichardum infantem procreauit.

DVCES BITVRICENSES.

BITVRIX à Iulio Cæſare Auaricum nominatur, vrbs quidem Aquitaniæ tum flumine, tum loco paluſtri vndique cincta. Nonnulli putant illam ſic dictam, quod olim duæ turres ibi eminerent, quaſi *bis turris*, quarum vna adhuc extat in modũ arcis, quæ machinis tormentariis vix cõcuti poteſt. Populi Bituricenſes quondã Cubi vocati, agerque extra ciuitatem admodum eſt ferax. Apud illos fiunt nundinationes, eſtq; celebris omnium rerum mercatura. Academia quoque apud eoſdẽ floret, Philoſophiæ, Medicinæ, Iuriſprudẽtiæ, ac Theologiæ, non ſine auditorũ laudabili frequentia. Anno vero Domini 1096. Biturigum Comites potiſſimum claruerunt, quamuis antea Principes alii extitiſſe legantur in Annalibus Bituricenſibus. Cæterum

Digitized by Google

I.

Harpo, vel Harpinus, Biturigum Comes nomen dediſſe in ſacram militiam fertur, tempore Gothofredi Buillonæi, cuius profectionis gratia Philippo I. Francorum regi ſuum vendidit dominatum aureorum milibus 60. Poſt quem

II.

Ioannes Francus, Ioannis regis, ac Bonæ Bohemicæ filius, Biturigum Comes effectus, ſacram Aram in palatio Bituricenſi conſtruxit. Ex Iana Arminiaca, & altera Iana Comingii Comite, ſeu Comitiſſa coniugibus ſuſtulit Ioannem Montiſpenſerii Comitem, Bonam Amedeo 7. Sabaudiæ Duci, ac Mariam primum Ludouico Vidonis Bleſenſis Comitis filio, deinde Philippo Atrebati coniugatas.

III.

Ioannes Francus 2. Caroli 6. filius, Biturigum etiam Comes 1416. ex donatione patris, Iaquelinam Gulielmi Bauariæ Ducis filiam habuit vxorem: quem prole carentem ſequutus eſt

IV.

Carolus frater, qui ex Maria Ludouici Andegauenſis filia, nulla ſobole relicta,

V.

Carolum Francum Carolo 7. Francorum rege natum ſucceſſorem habuiſſe legitur, deinde

VI.

Ianam Francam Ludouici II. filiam; cui ſuffectæ ſunt

VII.

Margareta Valeſia ex Carolo Valeſio Ingoliſmenſi Comite procreata, &

VIII.

Margareta Franca Franciſci I. Francorum regis filia Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci nupta: cui nouiſſime ſucceſſit ex pacis initæ tractatu 1576.

IX.

Hercules Henrici 2. Franciæ Regis filius.

COMI-

COMITES BLESENSES. EX ROSERIO AC PARADINO.

CAMPANIÆ Comites ortum deſumpſerunt à Bleſenſibus. Itaque

I.

Gerlo Danus eorum vnus, qui primum Neuſtriam inuaſerunt, mulierem quidem nobiliſſimam accepit vxorem, cuius contemplatione, dotiſque intuitu, Bleſenſem arcem ſui iuris fecit, anno Chriſti 920. Ex illa ſuperſtite, altera filia relicta,

II.

Theobaldus 1. paternam hæreditatem vna cum Carnutenſi Comitatu (quem eiuſdem loci Antiſtiti fratri nomine incognito eripuerat) adeptus eſt, anno Domini 928. Cunradi Franconiæ Comitis filiæ iunctus, primogenitum procreauit (cuius nomen neſcitur) iuxta Carnutes occiſum, item Odonem, Bleſenſem, vt & Carnutenſem, Trecenſemq; ſeu Campaniæ, Briæ Gallicæ & Turonum Comitem, Rogerium quoq; Sancerranum, ac Bellouacēſem, Comites, huncque Bellouaci Epiſcopum. Alteram adhuc vxorem duxiſſe legitur, Mathildem Richardi Normanorum Ducis filiam, quæ nulla prole procreata obiit.

III.

Odo, de quo paulo ante loquuti ſumus, occiſus per Gothelonem Ducem 1032.

IV.

Theobaldus 2. præmiſſi filius à Gothofredo Martello Andium Comite prope Turones, quos ſubdiderat, perimitur 943.

V.

Stephanus Campaniæ, occiſus in terra Sancta 1101.

Digitized by Google

VI.

Theobaldus 3. cognomento Magnus, eiuſdem regionis, ac Bleſenſium viciſſim Comes, quorum ſtatim meminimus. obiit 1151.

VII.

Theobaldus 4. ex Allide Francica Ludouici iunioris filia alteram genuit; inſuper Ludouicum, & Theobaldum ſororis ſuæ ſucceſſores, tum duas filias in Annalibus non expreſſas. In Aſia occubuit, dum Acria obſideretur 1190.

VIII.

Ioannes Caſtellio vxoris nouiſſimi Theobaldi filiæ ratione fit Bleſenſium Comes, antehac Auennii dominus. Moritur 1201. 4. Aprilis.

IX.

Ludouicus Theobaldi Magni filius apud Conſtantinopolim egregia edidit armorum facinora, ob id præcipuo Romandiolæ, vel Romaniæ Ducatu ditatus. Apud Adrianopolim interficitur cum Balduino Conſtantinopolitano 1205. ſine herede.

X.

Theobaldus 5. Theobald. Magni filius, diem obiit 1219.

XI.

Valterus Auennii dominus ex coniugalis amoris nexu Bleſenſem dominatum acquirit. Ab illo Maria prodiit. Poſt quem mortuum anno 1249.

XII.

Hugo Caſtellio Fani Pauli Comes Mariæ iunctus iuſ dixit, genuitq; præter vnicam filiam

XIII.

Ioannem 2. à quo & Allide Ioannis vltimi Comitis & primi Britanniæ Ducis filia profecta eſt Iana.

XIV.

Petri Franci, Alinconii Comitis, quondam diui Ludouici filii vxor. Hic principatum obtinuit 1280. diem fungitur 1283. Iana vero 1291., ex iis

Mathil-

XV.

Mathildis Ambaſii domino nupta nullam reliquit ſobolem ſuperſtitem, Quamobrem marito demortuo

XVI.

Hugonem Caſtellionem Fani Pauli Comitem ſuperduxit 1291. ex quibus natus

XVII.

Vido Margaretam Valeſiam Caroli Valeſii, Alinconii & Andium Comitis filiam tori ſibi adhibuit conſortem, Præeſſe incepit 1314. Exceſſit è viuis 1339. relictis Ludouico ſucceſſore, Maria Rodulphi Lotharingiæ Ducis coniuge, ac Carolo quondam Parium Franciæ ſententia Britanniæ Duce denunciato.

XVIII.

Ludouicus 2. Caſtellio Vidone patre defuncto Bleſenſis Comes effectus, Franciæ regi ſemper opitulatus eſt. In bello Creciacenſi cæditur 1346. Ex Iana Ioannis Annoniæ principis filia Ludouicum, Ioannem, & Vidonem progenuit.

XIX.

Ludouicus 3. munere paterno ſtatim fungitur, Diem abſoluit cælebs 1372.

XX.

Ioannes 3. Ludouico 2. ſatus, ex Yſabella Gelriæ Duce, ſeu duciſſa, nullam excepit progeniem. Moritur 1372. Quocirca

XXI.

Vido Ludouici 2. filius 3. Bleſenſem gerit principatum, quem poſtea Mariæ Namurcenſis perſuaſu in gratiam Ludouici Aureliorum Ducis diſtraxit. Suſceperat ex ea Ludouicum, qui annos 14.

Natus conceſſit in fata 1395. Abhinc Bleſenſis Comitatus in Regum Francorum venit poteſtatem.

Digitized by Google

DVCES BORBONII. EX ROSERIO.

FAmiliam hanc Annales Gallici ortum ſumpſiſſe teſtantur ex priſcis Burgundionum regibus, Beatricemq; Ercembaldi Dampetrani vnicam filiam paternum Borbonii dominatus titulum eius morte conſequutam fuiſſe, tum Roberto Franco diui Ludouici Regis filio nupſiſſe, à quibus exierunt

I.

Ludouicus Comes Claromontanus, ac poſtea Dux Borbonius, Iacobus, qui puer incubuit fato, Ioannes Comitiſſæ Sueſſionum maritus, Blanca Roberto Bononienſis Comitis filio collocata, & altera, cuius nomen apud hiſtoricos eſt incertum, quam ij tamen Ioannem Namurcenſem maritum habuiſſe ſcribunt. Cæterum Ludouicus, Dux primus Borbonius 1317. ex Maria Ioannis Annoniæ Comitis filia Petrum Claromontanum Comitem produxit, Iacobum Francorum equitum magiſtrum, alteram filiam nominis ignoti Gothofredo Brabantiæ Ducis filio affidatam, Mariam Hugonis Luſignani Cypri, ac Beatricem Ioannis Bohemiæ regum vxores.

II.

Ex Petro Borbonio Duce 1341. ac Iſabella Caroli Valeſij filii Philippi Audacis Francorum regis filia prodierunt Ludouicus Claromontanus, Iacobus Marchiæ Comites, Ioanna Carolo Franciæ, Blanca Petro Caſtiliæ regibus, Catharina Ioanni à Harcourt, Bona Sabaudiæ, Comitibus, Iſabella Allebretenſi domino, & altera, cuius nomen apud authores non exprimitur.

III.

Ludouicus vero Dux tertius Borbonius 1356. ex Anna

Beraldi

Digitized by Google

Beraldi Aruerniæ Comitis vnica filia genuit Ludouicum Comitem Claromontanum, Ioannem Ducē Borbonium, Iacobum Franciæ magnum cubicularium, & alteram Burgundiæ Duci coniunctam.

I V.

Ioannes I. ex Bona Aruerniæ Duciſſa ſuſtulit Carolum, Ludouicum Comitem Montiſpenſerii, à quo proceſſit Gilbertus patris in eodem Comitatu ſucceſſor 1410. Claræ Federici Mantuæ Marchionis filiæ maritus, ac Gabriel, rurſusque à Gilberto Carolus vltimus Dux Borbonius, Franciſcus, Renata Antonii Lotharingiæ Ducis coniunx, & altera Rupis-Ioniæ Principi matrimonio addicta.

V.

Carolus I. Dux Borbonius factus 1434. Agnetem Ioannis Burgundiæ Ducis filiam duxit, quæ peperit, Ioannem Borbonium Ducem, Ludouicum Belloiocenſem dominum, Carolum Cardinalem & Archiepiſcopum Lugdunenſem, Petrum etiamnum Borbonium Ducem, Ludouicum Epiſcopum Leodienſem, Iacobum, Mariam, Ioanni Calabriæ ac Lotharingiæ, Iſabellam Carolo Burgundiæ, Margaretam Philippo Sabaudiæ, Catharinam Adolpho Geldriæ, Ducibus, ac Ioannam Ioanni à Chalon Oringiæ Principi coniugatas.

V I.

Ioannes 2. Dux Borbonius 1456. tres habuit coniuges, Ioannam Ioannis Comitis Vindocini, Catharinam Iacobi Arminiaci Ducis Nemoricenſis, ac Ioannam Francam Ludouici 7. Francorum regis filias, ex quibus nulla prole ſuſcepta,

V I I.

Petrus Caroli I. filius Ducatum Borbonium nactus eſt, 1487. Qui

V I I I.

Anna Franca Ludouici II. filia ducta, Suſannam tantum reliquit ſuperſtitem 1503. Hæc Carolo 2. Gilberti Montiſpenſerii Comitis filio nupta, nullam quoq; ſobolem pro-

creaſſe legitur. Moritur Carolus in obſidione Romæ 1527. Caietæ ſepultus. Cæterum in Ioannis regimen Antonius à Nouo caſtro Tullenſis & Gulielmus ab Hara curia Virdunenſis Epiſcopi inciderũt. Ille aduerſus Ioannem Theobaldo Patri Burgundiæ Mareſcalo ſeu ordinum magiſtro iunctus, ditionum eccleſiæ graue ſenſit diſpẽdium. Brixeii enim & Liberduni caſtra cum à Lotharingis inuaderẽtur, æquata ſunt ſolo: cumq; ciues nouam defectionem pararent, ex illis tres capti capite luerunt, omnemq; contentionem ſic ſuſtulerunt. Lutetiæ decumbit 1494. Hic vero quod Carolo Burgundiæ Duci faueret, iuſſu Ludouici II. Franciæ regis comprehẽſus ibidem in carceres nobiliores compingitur, quibus tandem ſolutus, in ſummaq; ſenectute conſtitutus moritur 1500.

BRANDEBVRGENSES MARCHIONES.

Ex ALBIZIO.

COmites Zollerenſes Italia dicuntur oriundi (cum tamen de hac re nihil certi inuenerim) & Roma expulſi tempore Gregorii ſeptimi Pontificis. Ceterum Eitelfredericus Comes ab Hohenzollern genuit ex Eliſabetha ſorore Rudolphi I. Imperatoris Fridericum.

I.

Fridericus autem Comes à Zollern ab Imperatore Rudolpho primo auunculo ſuo, cui in bello Baſilienſi operam præſtiterat, veterum Burgrauiorum Norinbergenſium, ex proſapia Marchionum à Vogburg, ſtirpe extincta, Burgrauius Norimbergenſis eſt inueſtitus circa annum 1274. qui Heilsbrunnæ ſepultus eſt 1297. penes Helenam Saxonem vxorem. Eius filia Anna, Walramo Comiti Naſſouio nupta eſt, Helena, virgo defuncta.

Frid-

II.

Fridericus ſecundus; Burgrauius Norinbergicus, & Conradus, eius filii, Ioanni Lucelburgico Henrici ſeptimi Imperatoris filio, ad capeſſendum Regnũ Bohemiæ eunti, auxilio fuerunt. Conradus collegium Spattenſe fundauit anno 1295. Fridericus filiam habuit Catharinam vxorem Eberhardi Comitis à Wertheim. Berchtoldus alter Friderici ſecundi F. Epiſcopus Aichſtetenſis, caſtrum S. Bilibaldi conſtruxit, Heilsbrunniq; eſt inhumatus 1365.

III.

Ioannes Burgrauius eius frater, cum Alberto, fratre quocum ſumma vixit concordia, ditiones partitus eſt. Ludouico Bauaro Cæſari in Italia militauit. filiam habuit Margaretam Balthaſaris Landgrauii Thuringiæ coniugem primam. obiit 1357.

IV.

Fridericus tertius Burgrauius, Ioannis F. Carolo quarto Imperatori admodum charus. ei Ludouicum Romanum Marchionem Brandeburgenſem conciliauit. obiit Blaſſenburgi 1371. filias habuit, Eliſabetham vxorẽ Ruperti Imp. & Beatricem Alberto III. Duci Auſtriæ Margaritamque Hermanno Landgrauio Haſſiæ, & Veronicam Barnimo ſexto Duci Pomeraniæ nuptas, Annam deniq; Abbatiſſam Coronæ cœli, Catharinamq; & Agnetem Abbatiſſas S. Claræ Hofij in Voitlandia.

V.

Fridericus quartus Burgrauius Norimbergicus, Marchiam Brandeburgenſem, quam Vilhelmo Thuringiæ Landgrauio àlodoco patruele oppignoratam, Sigiſmundus Imperator redemerat, vna cum Electoratus dignitate, 400000. florenorum pretio adeptus eſt. quapropter arcem Norimbergẽſem, ſimul cũ Burgrauiatu pro 180000. florenis, Norimbergẽſibus vendidit. Is arcẽ Colonienſem ad Suenum fluuiũ extruxit. Filias habuit, Eliſabethã Ludouici II. Ducis Lignicenſis, Ceciliã, & Magdalenã, Vilhelmi

& Friderici Ducum Brunſuicenſium fratrum, Margaritam, primo Ludouici Gibboſi Ducis Bauariæ, poſt Martini Comitis Waldenfelſii, Dorotheam Henrici, Ducis Megapolenſis, & Barbaram Ioannis poſtremi Ducis Opolienſis in Sileſia, coniuges.

Ioannes, Alchimiſta dictus, quamuis primogenitus, rogatu patris, Electoralem dignitatem Friderico natu minori ceſſit. Filiæ Ioannis eius fuere Dorothea Chriſtophori Bauari Regis Daniæ, Barbara Ludouici Marchionis Mantuæ, Eliſa Bugislai Ducis Pomeraniæ, Eliſabetha Ioachimi Ducis Stetinenſis vxor.

VI.

Fridericus V. Friderici IV. F. ſecundus Elector Brandeburgicus, à Friderico tertio Imper. titulos & inſignia Wedorum, cum Pomeranis & Mechelburgenſibus Principibus communia, adeptus eſt anno 1464. Comitatum Vierradenſem occupauit, ciuitateſq; ad Oderam, Garzam & Banen. Non multo ante obitum in Paleſtinam profectus, fratri Alberto ſeptemuiratum tradidit. Filias habuit Margaretam Bugslauo X. Duci Pomeraniæ, & Dorotheam Ioanni ſexto Duci Saxoniæ inferioris, nuptas.

VII.

Fridericus Pinguis, ſuperioris frater, Veterem poſſedit Marchiam, Amburgi Templum fundauit. filias habuit præter Magdalenam nuptam Eitelfrederico Comiti ab Hohenzollern, Agnetem vxorem Georgii iunioris Principis Anhaldini, & Dorotheam innuptam.

VIII.

Albertus, Achilles dictus ſuperiorum frater natus 1414 Elector, ſtrenuus bellator, Francofurti in Comitiis repentina eſt morte ſubreptus, multos procreauit filios vtriuſque ſexus. namq; pręter Ioannem Electorem & Sigiſmundum & Fridericum Pinguem, habuit Albertum & Georgium qui in adoleſcentia & iuuentute defecerunt; filias autem Vrſulam Henrici Ducis Munſterbergici Georgii Podiebradi. Regis Bohemiæ filii; Eliſabethā Eberhardi ſecundi D[illegible]

W[illegible]

Wirtembergici, Ameliam Ludouici Mitis Electoris Palatini, Barbaram Henrici ſecundi Glogouienſis (vnde Croſna ad Marchiones peruenit) Sibillam Vilhelmi Ducis Iuliacenſis & Bergenſis, Anaſtaſiam & Eliſabethā ſecundam, Vilhelmo & Hermanno Comitibus Hennenbergicis nuptas, ac Margaretam ad S. Claram Abbatiſſam.

IX.

Iohannes Elector, Alberti F. à procera ſtatura dictus natus 1455. moritur 1499. Princeps prudens ac eloquens, Ioanni Duci Saganenſi, pro Croſna bellum mouenti, reſtitit. ſepultus eſt Berlini. filias habuit Annam Friderici primi Regis Daniæ, & Vrſulā Hertmanni Ducis Pomeraniæ cōiuges.

X.

Fridericus eius frater & Alberti F. natus 1460. poſſedit auitas in Franconia ditiones, & poſt fratris Sigiſmundi obitum, Voitlandiam; à quo Marchiones Onolsbachii fuere. In bello Bauarico, Maximiliano primo Cæſari, auxilio fuit. deceſſit ſenex die ſuo natali 1536. Filiæ eius fuere Eliſabeth Erneſti Marchionis Badenſis, Sophia Friderici Ducis Lignicenſis, Anna Ladislai Ducis Glogouienſis & Teſchinenſis, & Barbara Georgii Landgrauii Leuchtenbergici, vxores.

XI.

Ioachimus primus Elector, Ioannis F. natus 1484. eruditus fuit & eloquens, qui in Conuentu Auguſtano anno 1530. Carolum V. Imperatorem, oratione Latina, Ordinum nomine, publice excepit. Academiam Francofurti ad Viadrum conſtituit anno 1506. filias habuit; Annam Alberti Ducis Mechelburgenſis; Eliſabetham Erici ſenioris Ducis Brunſuicii, & Margaretam primo Georgii Ducis Pomerani, deinde Iohannis Principis Anhaldini, coniuges.

XII.

Caſimirus Friderici F. natus 1481. Marchio in Franconia & Voitlandia, contra Ioannem, Scepuſium Weiuodam, in Hungaria militauit, vbi extinctus eſt 1531. corpus autem Hailsbrunnam translatum. Eius filius Albertus fuit, qui

Digitized by Google

Germaniam pene omnem direptionibus & incendiis vexauit, Carolo Cæſari in Gallia & Germania militauit. Ab Erneſto Brunſuicio captus, & Ioanni Friderico Electori adductus, Gothæ vſq; ad cladem Mulbergenſem eſt adſeruatus: Mauritio dein Electori iunctus, Magdeburgi obſidionem vrſit, & cum eo contra Cæſarem fuit; à quo tandem proſcriptus, exul apud Carolum Marchionem Badenſem vitam finiuit 1557. Pfortzheimii ſepultus in æde S. Michaelis, ſorores habuit Mariam Friderici Electoris Palatini & Cunegundem Caroli Badenſis coniuges.

XIII.

Georgius autem Friderici F. Marchio Onolſpachius, in Hungaria educatus apud Ladislaum auunculum, Ioanni Friderico Electori Saxoniæ in cauſa Religionis ſemper adhæſit. Onolspachii defunctus & Hailsbrunni humatus eſt 1484. Filiæ ei fuere: Annamaria Chriſtophori Ducis Wirtembergici, Sabina Ioannis Georgii Brandeburgici Electoris, Catharina Dorothea, Henrici ſenioris Burgrauii Miſniæ, & Sophia Henrici Ducis Lignicenſis coniuges. Vxores habuit tres, Beatricē primum Ioannis Huniadis filiam, Matthiæ Regis Hungariæ ſororem, deinde Heduigem filiam Caroli Ducis Munſterbergici, ac tertio Ameliam Saxonem: ex qua natus eſt, Georgius Fridericus, qui Boruſſiam, nomine Alberti Friderici patruelis adminiſtrauit, & Scholam Hailsprunnenſem inſtituit, nuper ſine ſobole defunctus.

XIV.

Albertus vero Georgii & Caſimiri frater natus 1490. qui primus ex Magiſtro Militiæ Marianorum, Dux Pruſſiæ factus eſt 1525. ab eius auunculo Sigiſmundo Rege Poloniæ Prouinciam in feudum, ſuo & fratrum nomine, accepit. Accuſatus quod eam ab imperio alienaſſet, & ideo proſcriptus, Prouinciam tamen ſub tutela Regni Poloniæ retinuit & tutatus eſt. Literas fouit, quibus iuuandis Regiomonti Academiam erexit anno 1544. vbi & ſepultus 1568. Filiam habuit Annam Sophiam, vxorem Ioannis Alberti Ducis

Mega-

Digitized by Google

Megapolenſis, & Albertum Fridericum filium, Ducem Pruſſiæ, continua ægritudine affectum; cui ſic tamen prouenit ex Maria Leonora Gulielmi Ducis Cliuenſis filia ſoboles fœminea ſummæ expectationis.

XV.

Ioachimus ſecundus Elector, natus 1505. primi F. equitum in Pannoniam ductor contra Turcas; Caſonum Ducem Turcicum debellauit anno 1532. & occidit; Coloniæ ad Sueuũ ſepultus in Eccleſia Cathedrali 1571. filiæ ei fuere, Barbara Georgio Duci Brigaño & Lignicio, Eliſabeth Magdalena, Franciſco Othoni Duci Luneburgico, Heduigis Iulio Duci Brunſuicio, & Luneburgico, & Sophia Vilhelmo Baroni Roſenbergio nuptæ.

XVI.

Ioannes eius frater, natus 1513. Cuſtrini Princeps, fœderi Proteſtantium primo nomen dedit; at cum ſuaſione fratris, dein Cæſari bello Smalchaldico militaſſet, à fœderatis Principibus accuſatus quod fidem violaſſet, ſcripto publice edito ſe defendit; mortuus eſt Cuſtrinii XI. dies poſt fratrem, ibi ſepultus.

XVII.

Ioannes Georgius Elector, Ioachimi ſecũdi F. natus 1513. in bello Germanico militauit Carolo V. Imperatori, & diu prouincias feliciter rexit mortuus 1597. cuius eſt filius Ioachimus Fridericus natus 1546. qui primum Magdeburgenſis Adminiſtrator extitit; poſt patris vero obitum Electoratum adminiſtrauit vſq; ad annum 1608. 18. Iulii. Filiæ autem Ertmutha & Annamaria Ioannis Friderici & Barnimi Ducum Pomeraniæ fratrum, & Sophia Chriſtiani primi Electoris Saxoniæ coniuges. Fratres vero habuit Chriſtianum, natum 1581. Ioachimum Erneſtum 1583. Fridericum 1588. Georgium Albertum 1591. Sigiſmundũ 1592. Ioannẽ 1597. Filios procreauit ex Catharina Ioannis Marchionis Caſtrinenſis filia, Ioannem Sigiſmundum 1572. Ioannem Georgium 1577. Auguſtum 1580. Albertum Fridericum 1582. Ioachimũ & Erneſtum gemellos 1583. Guilielmum Fridericum 1588.

Digitized by Google

XVIII.

Ioannes Sigiſmundus ex Anna Alberti Friderici Ducis Boruſſiæ filia tulit 1595.3. Nouembris Georgium Gulielmum. Succeſſit in Electoratum patri 1608.

DVCES BRVNSVICENSES ET LVNEBVRGENSES.

EX CHYTRAEO ET ALBIZIO.

INepti ſunt qui ab Actio Nauio Augure, Tarquinii Priſci ætate cotem nouacula ſecante Brunſuicenſes deducunt. A Sigeberto Ateſtino, Longobardicæ ſtirpis homine deriuat Sigonius & ante eum Volaterranus. Nos à Guelfis tantum repetemus, Bauariæ Ducibus nobiliſſimis, ante 500. annos virtute, ſapientia, opibus, potentia & auctoritate in Germania florentiſſimis, nuſquam interrupta maſculi generis continuatione. Guelphus, Dux Bauariæ, tempore Henrici II. & Conradi II. Impp. floruit: cui natus fuit Guelphus nomine, ſed qui obiit ſine liberis 1056. item filia Kunegundis, nupta Azoni IV. Eſtenſi & Tuſciæ Marchioni: è quibus procreatus

I.

Guelphus I. hæres auunculi, Dux Bauariæ ab Henrico IV. Imperat. creatus anno 1071. obiit 1101. Liberos habuit Guelphum II. qui obiit ſine liberis 1119. & Henricum.

II.

Henricus dictus Niger, habuit in vxorem Wulphildem, poſtremi ex Billingana familia Saxoniæ Ducis Magni filiam. ipſe obiit 1125. Filios habuit Henricum; Guelphum III. in oppido Weinsberg à Cunrado III. Imp. obſeſſum 1140.

Digitized by Google

1140.mortuumq; 1161.relicto filio Guelpho Iuniore mortuo 1168;Iuditham matrem Friderici Barbaroſſæ Imp.

III.

Henricus cognomine Superbus, Dux Saxoniæ à ſocero factus eſt, Lothario nempe Saxone Imp. cuius filiæ Gertrudæ iunctus erat. obiit 1139.

IV.

Henricus Leo Henrici ſuperioris ex Gertrude filius natus 1136. Dux potentiſſimus, dominatus nempe Bauaris, Sueuis, Vindelicis, Noricis ac Saxonicis. habuit in vxorem Henrici II. Angliæ regis filiam Mathildem. Fridericum I. Imp. in bello Mediolanenſi deſeruit. Citatus ad cauſſam dicendam, non comparuit: quare proſcriptus fugit in Angliam, ſocerique interceſſione amiſſarum ditionum quædam recuperauit. Obiit 1195. die 6. Auguſti: relictis filiis tribus; Henrico, Othone, Gulielmo.

V.

Otho IV. contra Sueuiæ Principem electus Imperator 1209. moritur ſine liberis 1218. poſt quem Henricus Palatinus frater nouem annos ducatui Brunſuicenſi præfuit obiit 1227. Vxor Agnes, Cunradi Palatini filia, Henrici VI. Imp. ſobrina, cœnobium Stadæ fundauit, vbi ſepulta eſt. filius Henricus in pueritia obiit.

VI.

Gulielmus Dux Saxoniæ ſuperiorum frater, obiit 1212. vxor eius Helena, ſoror Waldemari Daniæ Regis, ex qua natus Otho cognomine Paruus: auunculo Regi aduerſus Lubecenſes eorumque ſocios opem ferens captus in prælio 1227. titulum Ducis Saxoniæ Alberto II. Electori Saxoniæ ceſſit. A Friderico II. Imperator. creatus Dux Brunſuicenſis ac Luneburgenſis 1235. vtramque ditionem ampliorem reddidit. reliquit Albertum, Ioannem, Adelhei-

Digitized by Google

dam Henrico Landgrauiæ Haſſiæ nuptam nepoti S. Eliſa-
bethæ, aliaſq; quatuor.

VII.

Albertus Magnus, in diuiſione cum fratre Ioanne Ducatum habuit Brunſuicenſem: Ioannes autem Luneburgenſem, qui Ioannes obiit 1277. relicto filio Othone, mortuo 1330. relicto item filio Gulielmo, mortuo 1168. cui filia Mechtildis nupta Ludouico Brunſuicenſi, & Eliſabetha nupta Othoni Duci Saxoniæ: è quibus natus Albertus, Dux Luneburgenſis, eiecto Magno 1371. Albertus Magnus vxorem habuit I. Elizabetham Henrici II. Ducis Brabantiæ filiam, II. Alexiam Aldobrandi II. Marchionis Eſtenſis filiam. Filios habuit ex vltima Henricum, Albertum, Gulielmum.

VIII.

Albertus Pinguis, expulit Henricum, dictum Mirabilem 1294. Brunſuicenſi ducatu, adſignata ei Grubenhaga, Embeca, Hamela & Oſterroda. Gulielmi etiam ſine liberis defuncti tertiam partem ſolus retinuit 1292. obiit 1318. relicto Othone, qui obiit Brunſuigæ ſine liberis 1334. Magno ſucceſſore ſuo, Alberto Epiſcopo Halberſtadenſi, Henrico Epiſcopo Hildeſemenſi, Erneſto Duce Gottingenſi ad Leinam, qui diuiſit cum fratre Magno 1345. relicto filio Othone Malo tutore trium filiorum Magni Torquati: moriturq; 1394. relicto filio Othone Coclite, qui ſenex deceſſit ſine liberis.

IX.

Magnus Pius cum vxore Agnete Henrici ſine terra dicti, ex Marchionis Brandeburgici Landsbergici filia adeptus eſt Sangerhuſium, Petersbergium, Lechſtadium ac Landsbergam.

X.

Magnus Torquatus, Pii filius, ſic vocatus ab argenteo torque

torque quem geſtabat in contumeliã patris; qui amiſit arcem Luneburgi 1371. confoſſus vero à milite 1373. cum in monomachia cum Othone Comite Schoumburgio, ipſi proſtrato necem intentaret Vxor Catharina Waldemari Marchionis Brandeburgenſis filia. ex quo habuit filios Fridericum, qui Wenceslao à nonnullis Electoribus exauctorato Francfurti in Regem Romanorum eſt deſignatus: at paulo poſt in reditu ex Comitiis, à Ioanne Epiſcopo Moguntino & Henrico Comite Waldeccio occiſus ad Fridzlariam; Bernardum, ex quo ſunt Duces & Adminiſtratores Luneburgenſes, qui obiit 1434. & Henricum, ex quo eſt ſtemma Brunſvicenſium Ducum.

XI.

Henrico Torquati filio erat I. Vxor Sophia Vratislai Ducis Pomeraniæ filia. II. Margaretha Hermanni Landgrauii Heſſiæ filia. Ex priore nati Gulielmus Victorioſus, Catharina vxor Friderici Electoris Saxoniæ I. quæ obiit Grimmæ 1442. Henricus Pacificus qui obiit 1473.

XII.

Gulielmus Victorioſus dictus à ſeptem pugnis quas ad Leinam obtinuit. obiit nonagenarius 1482. Vxor ei Catharina, Friderici I. Electoris Brandeburgici filia. Filii, Gulielmus, & Fridericus, à fratre captus; cuius vxor Margarita, Rithbergenſis nupta 1483.

XIII.

Gulielmus vxorem habuit Eliſabetham, Bothonis Stolbergenſis Comitis filiam. hic tradita filiis gubernatione diem ſuum obiit 1503. Erant autem Henricus ſenior, & Ericus ſenior, quorum vltimus obiit 1540. relicto Erico iuniore, qui ex Sidonia, Henrici Ducis Saxoniæ filia, & Dorothea Lotharingica, nihil liberorum ſuſcepit, obiitq; 1584. Papiæ morte ſubita.

XIV.

Henricus Senior, vrbem Brunſuigam accitis in auxilium vicinis Principibus adortus eſt armis, deinde & fame vrſit: ſed fruſtra, ob ſociarum ciuitatum præſtita in tempore auxilia. Bello Friſio deinceps in Orthi arcis obſidione tormenti glande ictus, occubuit 1514. relicto Henrico Iuniore, & Franciſco Epiſcopo Mindenſi.

XV.

Henricus Iunior maximam Hildesheimenſis Epiſcopatus partem occupauit; in opprimendis ruſticis Georgium Ducem Saxoniæ ac Philippum Landgrauium iuuit anno 1525. Religionis cauſſa exacerbatis animis, pellitur à fœdere Smalcaldico, pulſuſque à Saxone ac Landgrauio terris ſuis, & triennio poſt captus, nempe 1545. liberatur 1547. Albertum Marchionem oppugnauit 1553. & ſequenti. obiit 1568. vxores habuit I. Mariam, Henrici Wirtembergici filiam; II. Sophiam Sigiſmundi Regis Poloniæ filiam. Filios Carolum Victorem, Philippum Magnum, qui ambo obierunt 1553. in prælio ad Siuershuſen 9. Iulii cum Marchione Alberto. itaq; Iulius filius natu minimus, ſacris antea addictus ſuccedit patri.

XVI.

Condidit Iulius Academiam Helmſtadii 1576. & obiit 1589. procreatis ex Hedvvige Ioachimi II. Electoris Brandeburgici filia, Henrico Iulio Epiſcopo Halberſtadienſi, Sigiſmundo Philippo, Ioachimo Carolo, Iulio Auguſto; item Sophia Heduige, Maria, Margaretha, Catharina Sabina, Dorothea Auguſta, & Hedvvige.

XVII.

Henricus Iulius Latine egregie doctus, ac viuo patre literatis addictiſſimus, habuit vxores 1. Dorotheam Auguſti Electoris Saxoniæ filiam; ex qua ei naſcitur Dorothea Heduige

duiges 1586.3.Februarii,matre moriente 13.eiuſdem menſis: 2. Eliſabetham Friderici II. Daniæ Regis filiam; ex qua ortus Fridericus Vldalricus.

DVCES BRVNSVICENSES LVNEBVRGENSES.

EX BVNTINGO.

I.

BERNARDVS Magni Torquati ſeu Catenati, filius, & frater Iunior Henrici Ducis Brunſuicenſis, vxorem habuit Margaretam Wenceslai Electoris Saxoniæ filiam. Ex qua nati ſunt

II.

Otto Dux Luneburgenſis, qui obiit ſine prole 1445. vxor eius Eliſabetha vltimi Comitis ab Eberſtein filia: Catharina Coſmo Stetinenſium Duci matrimonio iuncta: Fridericus Gubernator terræ Luneburgenſis, mortuus 1478. vxor eius Magdalena Friderici Electoris Brandeb. filia. ex qua orti

III.

Bernardus adminiſtrator Eccleſiæ Hildesheimenſis & Dux Luneburgenſis, mortuus 1464. vxorem habuit Mathildim Ottonis Comitis Schoumburgici filiam: Margareta nupta Vdalrico Stagardiæ Duci: Otho Dux Luneburgenſis nuptias celebrauit Cellæ 1467. cum Anna Comitis Naſſouiæ filia, deceſſitque ante patrem 1471. ſed ſuperſtites ei

Digitized by Google

IV.

Henricus gubernator Luneburgenſis natus 1468. vxor ei Margareta Erneſti Saxoniæ Electoris filia anno 1487. quæ obiit Torgæ 1529. ipſe autem Henricus 1532. cui erant liberi

V.

Otto Dux in Harburg natus 1495. die Felicis & Euſebii, obiit 1594. 11. Auguſti: vxor Metta de Campe, ex qua natus Otto Iunior Dux in Harburg. cuius vxor prima Margarita Comitiſſa de Schowenburg, mater Ottonis Henrici, Ioannis Friderici, & Eliſabethæ. 2. coniux, Heduigis filia Comitis Friſiæ Orientalis: ex qua Gulielmus. Porro Henrici altera proles fuit Eliſabetha Caroli Ducis Gelriæ coniux nata 1494. mortua 1572. Item Apollonia Domicella, nata 1499. mortua 1573. vt & Anna vxor Barnimi Pomeraniæ Ducis, nata 1502. præterea Franciſcus natus 1508. die Clementis, eodemq; die mortui ſine prole 1549. in Gifhorn. vxorem habuit Claram, Magni Ducis in Lawenburg filiam. Denique Henrici filius erat Erneſtus gubernator terræ Luneburgenſis, natus 1497. die 13. Iunii, in Vlſen, qui obiit 1546. 11. Ianuarii. Ei vxor data anno 1528. Sophia Henrici Megapolitani Ducis filia, mortua 1541. 18. Iunii; ex qua habuit

VI.

Franciſcum Ottonem, Fridericum, Henricum, Margaretam, Gulielmum Iuniorem gubernatorem terræ Luneburgẽſis, Catharinam, Eliſabetham Vrſulã, Magdalenam, Sophiam. Franciſcus Otto anno 1559. moritur. vxor eius Magdalena Ioachimi II. Electoris Brandeburgici filia. Fridericus vulneratus ad Siuershauſen obiit 1553. Henricus natus 1531. feria 4 Pentecoſtes, nuptias celebrauit cum Vrſula Franciſci Ducis Lawenburgici filia, ex qua nati Iulius Erneſtus 1570. Franciſcus 1571. Anna Sophia 1573. Henricus 1574. Sibylla Eliſabetha 1575. Sidonia 1577. At Margareta filia Erneſti nata 1534. feria quarta poſt Trinitatem maritum accepit Ioannem Comitem Mansfeldium

1559.

1559. Soror vero Margaretæ Eliſabetha Vrſula nata 1539. matrimonio iuncta Othoni Comiti Schoumburgenſi 1558. Magdalena vero in lucem edita 1540. in vxorem data Arnoldo Comiti de Benthem 1561. Sophia denique nata 1541. nupſit Popponi Hennebergenſi 1562. Verum enimuero Guilielmus, natus 1535. die 4. Iulii, nuptias celebrauit Cellæ 1561. 13. Octobris cum Dorothea Chriſtiani Daniæ regis filia. ex qua prouenerunt

VII.

Sophia nata 1563. nupta Georgio Friderico Marchioni Brandenburgico Boruſſiæ Gubernatori 1579. die 3. Maii: Erneſtus natus 1564. 31. Decembr. Eliſabetha nata 1565. 9. Nouembris: Chriſtianus natus 1566. 18. Nouembris; Auguſtus natus 1568. Dorothea nata 1570. vltima Ianuarii: Clara nata 1571. 16 Ianuarii: Anna Vrſula, nata 1572. die 22. Martii: Margareta nata 1573. die 6 Aprilis: Fridericus natus 1574. die 28 Auguſti: Maria nata 1575. die 20 Octobris: Magnus natus 1577. die 30. Auguſti: Georgius natus 1582. die 17. Februarii: Ioannes natus 1583. die 23. Iunii.

Digitized by Google

DVCES BRVNS-VICENSES GRVBEN-HAGENSES.

I.

HENRICVS Mirabilis, primogenitus filius Alberti Magni Ducis Brunſuicenſis ac Lu-neburgenſis, gubernator terræ Grube-hagenſis. Vxor eius Agnes filia Alberti Landgrauii Thuringiæ:ex qua

II.

Ioannes Præpoſitus Eimbeccenſis : Adelheidis nupta Conſtantinopolitani Regis filio: Henricus Dux Gruben-hagenſis. vxor eius I. Helena Waldemari Electoris Bran-deburgici filia, mater regis Ottonis II. Maria filia regis Cy-pri, ex qua Balthaſar Comes de Fundo in Italia, & Melchi-Epiſcopus Oſnabrugenſis & Suerinenſis. Sed & erat Hen-rico Mirabili filia Agnes, coniux Carmitiæ Ducis : Eliſa-betha nupta Comiti de Reichlingen: Gulielmus, qui obi-in adoleſcentia, denique Erneſtus gubernator terræ Gru-benhagenſis. vxor ei Agnes filia Comitis de Eberſtein, e qua nati

III.

Otto, mortuus in iuuentute. Erneſtus Præpoſitus Eim-beccenſis: Fridericus, cui vxor Eliſabetha filia Baronis Homburg : è qua natus ipſi Otto qui duxit Schonett-Comitis Naſſouienſis filiam, ſed deceſſit ſine prole: Alb-tus Dux Grubenhagenſis, obiit an. 1397. habuitq; vxor-Sophiam, Rudolphi Electoris Saxoniæ filiam, è qua nat

IV.

Ericus Dux Grubenhagenſis, cui vxor Eliſabetha Er-ſti Ducis Gothingenſis filia; è qua orti

He

V.

Henricus, qui habuit ex Margaretha Ioannis Croſſiæ Principis filia Henricum Iuniorem copulatũ quidem cum Helena VValdemari II. Electoris Brandeburgici filia, ſed qui obiit ſine prole. Erneſtus Præpoſitus Eimbeccenſis. Agnes Abbatiſſa Gandersheimenſis. Sophia item Abbatiſſa Gandersheimenſis. Anna nupta primum Alberto Bauaro & ſecundo Friderico Brunſuicenſi, Gulielmi ſenioris filio. Eliſabetha nupta Duci Stetinenſi. Margaretha coniux Simonis Lippiæ Comitis. Albertus gubernator terræ Grubenhagenſis mortuus 1486. cui procreatus ex Eliſabetha Comitis VValdeccii filia

VI.

Iodocus mortuus in adoleſcentia: Erneſtus, coniugatus quidem Margaretæ Pomeraniæ Ducis filiæ, ſed ἄπαις: Erricus Epiſcopus Oſnaburgenſis & Padebornenſis 1508. obiit 1532. Philippus Dux Grubenhagenſis, defunctus 1551. Vxor eius Catharina filia Comitis Mansfeldenſis, ex qua nati,

VII.

Ioannes, vulneratus in prælio ad S. Quintinum in Gallia, mortuuſq; anno 1557. Albertus, in aduerſum os vulneratus in bello Schmalcaldico ad Norlingam, & paullo poſt ex dolore vulneris exſtinctus 1546. Erneſtus bellicoſus princeps, ſed rebus humanis exemptus 1567. die 4. Aprilis, cui ex Margareta Georgii Pomeraniæ Ducis filia procreata vnica Eliſabetha nupta Ioanni Holſatiæ Duci: VVolffgangus natus an. 1570. Dominica ſecundi Aduentus, Oſterodæ nuptias celebrauit cum Dorothea Franciſci Saxoniæ inferioris in Lawenburg Ducis filia: Philippus Iunior natus 1560. die Michaelis, VVolfebuti nuptias habuit cum Clara Iulii Ducis Brunſuicenſis ſorore: Catharina nupta Ioanni Erneſto Saxoniæ Duci Coburgenſi.

Digitized by Google

DVCES BRABANTIAE ET TONGRORVM.

EX ROSERIO.

I.

SALVIVS Brabo Iulii Cæſaris beneficio du-cta Suniana eius nepte, poſtquam Gallias debellaſſet, primus Tongrorum, ſeu Brabātiæ Dux fuiſſe legitur, annum ante Chriſtum natum circiter 51.

II.

Carolus Brabo poſt patrem Brabantiæ Ducatum na-ctus eſt, Octauianoq; mortuo conſanguineo Tongros & Agrippinenſes ſibi habuit ſubditos. Sub cuius dominatu Mediomatrices, Treuirenſes ac Tullenſes Octauiano Auguſto Romæ imperante ſæpius armati ab imperio Romano defecerunt. Duos edidit liberos, nempe Titum, qui quod veſtalem in templo Martis conſtupraſſet, in exilium miſſus Thuringiam obtinuit ac

III.

Iulium Brabantiæ & Tungrorum Ducem, Iuliacique inter Moſam & Rhenum conditorem. Abiit ex humanis principatus 53.

IV.

Octauius Iulii filius, patris adiit hereditatem an. Christi 101, qui Romanis iunctus Saxones Valentianis expulit, hincq; à Traiano Imp. Galliæ Belgicæ Dux & gubernator conſtitutus. Sub cuius principatu ſacris Materni concionibus Tōgri & Agrippinenſes Chriſtianam pietatē didicere. Præfuit annis 40.

V.

Godardus Octauio defuncto, Tongrorum & Brabantinorum accepit Ducatum, anno Dom. 140. Arcem Hu-ienſem in annoſa rupe amnis Moſæ conſtruxit, Galliam-que B-

que Belgicam ſub Romana rexit manu. Obiit Ducatus 47.

VI.

Gothofredus paternum iniit magiſtratum, an. Chriſti 187. Marco Antonino Vero contra Saxones & Germanos auxilio fuit. Verum Commodo imperãte, quod nepotem Romæ enecaſſet, poſtea deſciuit à Romanis, quos à Germanorum copiis adiutus ab oſtiis Rheni, Scaldis, Moſæ, ac Scãbræ procul eiecit, ab Alſatia vſque ad Neruios, potiſſimum ſuppetiis Verici Treuirorum, ac Soris Germanorum Ducum. Quinetiam Neruii obſeſſi, vique capti. Quo tempore Numerianus Commodi equitũ Magiſter, Moguntiæ ſimili afficitur clade; adeo vt Gothofredus & Vericus annis duodecim rerum Belgicarum libere ſint potiti. Quam victoriam vt Gothofredus confirmaret magis, Verici duxit filiam, ex qua, Principatus 44. anno Chriſti 232,

VII.

Vericum ſuſceptum dominiorum reliquit heredem. Hic Romanis conciliatus, ſuis præfuit pacifice annis 55. Deceſſit ætatis 100.

VIII.

Atſardus adhuc viuo patre Tongrorum & Brabantiæ dominus & dux effectus 287. Carauſio Maximiani Cæſaris legato propter ſcelera exauctorato, & in exilium miſſo ſubſtituitur. Conſtantium Conſtãtini Magni patrem maxime iuuit, cum apud Lingones ab Alemãnis infeſtaretur. Qua ratione Helenam vxorem è Britannia Treuerim traduxit, ibique Imperii Gallici conſtituit ſolium, vt Artſardi potentiſſimi principis auxilio magis hoſtibus formidini eſſet. Exceſſit anno Ducatus 48.

IX.

Martſiandus patre demortuo 1315. Tongris & Brabantinis imperans, Conſtantinum M. aduerſus Maxentium & Licinium tyrannos ſequutus eſt, indeq; Annoniam, Atrebates & Picardiam ſuis adiecit ditionib. Ius dixit annis 40.

X.

Taxander Tongrorum & Brabãtiæ Dux 375. Gratiano infẽſus, Eugenii Germanici & Arbogaſtis artib. dũ Chriſti fide imbut⁹ eſſet, oẽ periculũ declinauit, Maximiano fauit,

Theodoſiique ſenioris gratiam poſtmodum iniit. Magiſtratum geſſit ann.31.

XI.

Anſigiſus paternis honoribus auctus, 406. ſub Honorio Cęſare militauit aduerſus Gothos, Viſegothos, Vandalos, Hunnos, & Francos, vicitque Groſium Vandalorum regem iuxta Arelatem. Hinc Cæſareis priuilegiis ſuũ Principatum facile retinuit. Moritur 436. anno Chriſti.

XII.

Carolus Pulcher, Anſegiſi filius & hæres, Valentiniani Cæſaris ſororem duxit, cuius erat magiſter equitum. Sub Martiano ad ſuos reuertit commiſſa Belgii nomenclatura. Qua temporis intercapedine Attila in Galliam erupit. Diem fungitur Ducatus 24.

XIII.

Lando patri ſuccedens 460. à Romanis defecit, Childericique Francorum regis partes fouit. Expirat anno 478.

XIV.

Auſtraſius Landonis filius Tongrorum & Brabantiæ Dux, ſub Childerico & Clodoueo Francorum regibus Belgio iura dedit, à quo Auſtraſia dicta eſt. Egregie fidei noſtræ principiis initiatus, & prudentia gerendarum rerum & auctoritate potuit. Expirat anno Domini 504.

XV.

Carolus Naſo Valberiam Berthariì Thuringiæ Principis filiam ſibi coniunxit, ex qua ſuſtulit Carolum cognomento Hasbanium, qui Tongros & Brabantiam nactus eſt, Bertharium, ac Hermenfredum, qui maternis bonis ſucceſſerunt in Thuringia: Inſuper Veraiam Arduennæ Principi copulatam, ex qua Aimundus, eiusque quatuor filii proceſſerunt. Fato cedit magiſtratus 32. anno Chriſti 536.

XVI.

Carolus Hasbani9 Theodeberto Auſtraſię regi intimus,
legation:

gatione functus eſt ad Juſtinianum Imperatorem, illius omine vt aduerſus Childebertum & Clotarium arma erret; cuius rei contemplatione ſacri Marquiſatum Imperii Anſeberto Senatori conceſſit Tongrorum & Brabantiæ magiſtratus. Anno 50. corpore ſoluitur, 586.

XVII.

Carlomannus Childeberto Auſtraſiæ regi charus cum eo multa geſſit prælia in Langobardia. Clotario etiã Francorum regi fauit, vt Brunechildis ex Auſtraſia pelleretur. Decubuit anno publici muneris 33.

XVIII.

Pipinus ſenior cognomento Lauden, Carlomanni filius, Ducatum Tongrorum & Brabantiæ adminiſtrauit 620. quo tempore Clotarii partibus ita incrementum dedit, vt Auſtraſiæ & Franciæ monarchiam ſibi compararit. Vnde palatii Maior effectus eſt, diuuſque Arnulphus Dagoberto præcipuus à conſiliis deſignatus. Ittam Godini Aquitaniæ Comitis filiam ſibi deuinxit, ex qua ſuſcepit Grimoaldum, Gertrudem Niuellenſem Abbatiſſam, quã cellam Itta ædificarat, ac Beggam Anchiſis Arnulphi filii coniugem. Pipinus quoque palatii Auſtraſiani primatum geſſit, anno Domini 640. cum Sigeberus regnaret. Annis poſtea duobus elapſis è viuis migrat, anno Chriſti 642.

XIX.

Grimoaldus Tongrorum & Brabantiæ Dux, Palatii Auſtraſiani Maior, ſanctè ac laudabiliter vixit; Sigebertumq; induxit, vt Arduennæ, ac Annoniç Comitatus Brunulphi liberis reſtitueret. Deceſſit ſine liberis 649.

XX.

Begga Pipini ſenioris filia, Anſigis Arnulphi filii vxor, octo annos Tongris & Brabantinis aut circiter præfuit. Diui Huberti monaſterium conſtruxit. Sub huius principatu Marquiſatus ſacri Imperii Tongrorum & Brabantiæ Ducatui vnitus eſt. 657.

XXI.

Pipinus cognomento Heriſtellius, Namurci ac parentum munere functus eſt, anno Chriſti 664. Ebroinum cum Martino Moſellanorum Duce perſequutus ſuperatur. Verùm reſumptis viribus Theodoricum Francorum regem cepit, indeq; Auſtraſiani & Francici palatii Principatum adipiſcitur. Plectrudem vxorem habuit, ex qua protulit Drogonem Campaniæ Comitem, ac Burgundiæ Ducem, Palatii Francorum regis Maiorem, tum Grimoaldum poſt fratris obitum ſimili dignitate decoratum. Ex Alpaide pellice Carolum Martellum genuit. Alii Berthá, Aſtrudem & Elizandam illi adſcribunt. Moritur 714.

XXII.

Carolus Martellus Namurcenſes, Tongros, & Bribantinos obtinuit. Conceſſit in fata, anno Domini 741.

XXIII.

Pipinus breuior patri ſucceſſit, anno Chriſti 741. Cum autem Franciæ Rex ſalutatus eſſet, Tongri, Brabantini, ac Namurcenſes per aliquod tempus illius poſteris confuſe obuenêre, inter quos,

XXIV.

Carolus Magnus,

XXV.

Ludouicus Pius,

XXVI.

Carolus Caluus,

XXVII.

Ludouicus Balbus,

XXVIII.

Carolus Simplex,

XXIX.

Ludouicus Simplicis filius,

XXX.

Carolus Francus,

Otho

XXXI.

Otho Caroli filius,

XXXII.

Gerbirga Caroli ſoror,

XXXIII.

Henricus I.

XXXIV.

Lambertus,

XXXV.

Henricus II.

XXXVI.

Henricus III. Henricus IV. vt Barlandus ait, quod an benè quadret, Lector videat.

XXXVII.

Gothofredus cognomento Barbatus primus ex Cæſaris donatione Brabantiæ Dux 1096. quorum omnium Hiſtoriæ alibi requirendæ. obiit 1140.

XXXVIII.

Gothofredus II. qui cum Henrico Limburgi Duce acriter pugnauit, bellumq; Grimberganicum geſſit. obiit 1143.

XXXIX.

Gothofredus III. 40. adminiſtrationis anno periit 1183. Corpus Louanii ſepultum iuxta patrem. Infans Dux in cunis prolatus, & ante Brabantinorum aciem poſitus aduerſus Grimberganicos, qui agrum Brabantinum euaſtarant.

XL.

Heinricus IV. cognomine Probus, ex Mathilde Bononiæ Gallicæ Comitiſſa, Henricum & Mariam Othoni IV. collocatam genuit: tum Mathildem Rheni Palatini coniugem, atque aliam Gelriæ Comiti traditam. Euertit arcem Duras, quam poſtea magno reſtaurauit ſumptu. Hieroſolymam cum Epiſcopo Metenſi profectus Baruth vrbem cepit, cuius etiam ductu Conſtantinopolis capta. Florentium Hollandiæ Comi-

tem, Othonemq; Gelrium pugna commiſſa captiuos abduxit, Leodium conducto milite expugnauit, Tongrorumq; oppidum flammis depaſtum omnino diruit. Verùm à Leodienſi antiſtite mox appetitus ęgrè diffugit cum paucis, aliis ad duo millia cæſis. Exin ſæuè cum Gallo congreſſus, fugaq; vix lapſus, Coloniæ decumbit, 48. Ducatus anno, Chriſti 1230.

XLI.

Henricus V. patri ſuffectus diuerſa prælia ad Rhenum & Moſam iniit: cumq; Coloniæ graui fatigaretur obſidione, nec expugnare poſſet, cum cæde ſuorum illinc ciectus, oppidis vicinis crematis, receſſit, nec multo poſt conditis monialium cœnobiis vita functus eſt, anno administrationis 22. Ex Maria Philippi Romanorum regis filia Henricum, ac Mathildem Florentio Hollandiæ Comiti coniunctam procreauit.

XLII.

Henricus VI. ex Adelhaide Burgundiæ Ducis filia ſuſcepit, Joannem, Gothofredum, ac Mariam Philippo Franciæ regi collocatam. Obiit anno Domini 1260.

XLIII.

Joannes adepto magiſtratu ex Sophia Thuringiæ Landgrauia Henricum &

XLIV.

Joannem II. genuit ſucceſſorem, qui vixit vſque ad Domini annum 1312. Bruxellis conditus in æde virginis Gudulæ.

XLV.

Joannes III. ſuperioris filius ex Comite, ſeu Comitiſſa de Truex reliquit Janam Gulielmo Hollandiæ, Margaretham Ludouico Flandriæ Comitibus, Mariam Sabaudiæ Duci, aliam Domino à Gaisbech, nuptas, ac Reginam virginem. Sic igitur Brabantiæ Ducatus Flandriæ Comitibus adiectus eſt. Ex humanis exceſſit hic Princeps, anno à Chriſti ortu 1355.

Wen-

XLVI.

Wenceslaus, qui Janam filiam Joannis III. duxerat, Brabantiæ principatum poſt ſoceri obitum ſuſcepit, geſſitque bellum cum Gulielmo Juliacenſium Marchione, ob mercatores Brabantinos ab illius ſubditis mercibus exutos, quem & confodit. Sed poſtea à Juliacenſibus captus naturæ debitum ſoluit, quem Jana ſequuta expirat, anno Domini 1406.

XLVII.

Antonius Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, ac Margaretæ Janæ præfatæ ſororis filius ex ſecundis matrimonii votis (prius enim Ludouico Flandriæ Comiti nupſerat) accepto Brabantiæ Ducatu ſcelera vindice gladio vltus eſt, princeps admodum fortis & ſtrenuus. Cum Gallo aduerſus Anglum auxilio veniſſet, periit. 1415.

XLVIII.

Joannes IV. Antonii filius ætate maior, anno ætatis 13. Brabantiæ adiit Principatum, duxitq; Jacobam Annoniæ & Hollandiæ Comitis filiam, à qua diuortit. Louanii inſtituit gymnaſium, Martini V. Pontificis Romani variis priuilegiis nobilitatum. Mortem oppetiit 1427. Alii Brabantiæ Duces inferius in ordine Cæſarum Occiduorum & Flandrorum Comitum deſcribuntur, quorum ſequuntur nomina:

XLIX.

Philippus,

L.

Carolus,
Maria Caroli filia Maximiliani Cæſaris vxor,

LI.

Philippus Dux Auſtriæ,

LII.

Carolus V. Imperator,

LIII.

Philippus Hiſpaniarum Rex.

Digitized by Google

BRITANNIÆ DVCES.

Ex Roſerio & Paradino.

BRitanniam minorem hîc accipere debes, olim Armoricam dictam, quæ à Maximo Imperatore ſubiugata eſt, annum Domini circiter 387. Complectitur nonnullas adiacentes prouincias, puta Lexouios, Turones & Andes, quibus præfuit Albinus patria Venetus, cũ prius Abbas eſſet. Diuus Ludouicus tantum principatum ademit maiori Britanniæ, Andibusq; fratrem deſignauit Ducem, qui poſtmodum à Nicolao XIII. in Italiam ad regnum Siciliæ capeſſendum accerſitur. Armorica verò à Maximo, vt diximus, debellata, tunc Britannia minor dici cœpit, cui primo Conanus Octauii Britanniæ regis nepos Dux præficitur, cuius auctoritate tanta populi frequentia eo fuit adducta, adeoq; creuit, vt validior Francorum Regibus ferè ſemper obſtiterit. Qui verò Armoricis ius dixerunt, partim Reges, partim Duces ſunt nuncupati, quamuis illorum Hiſtoriæ ſatis ſint obſcuræ.

I.

Gothofredus igitur Britanniæ Comes Henonem Richardi Normanniæ Ducis filiam cepit coniugem, à quibus exierunt

II.

Alanus Britanniæ Comes, tum alii fratres, & vnica ſoror nempe Berengarius Rhedonum princeps, Odo, ac Juditha Richardi II. Normanniæ Ducis vxor. Alanus autem ex Bertha ſuſceptis liberis Judicaële, Colledoco, & filia, cuius nomen eſt ignotum, abiit è viuis 907.

Judi-

III.

Judicaël, &

IV.

Colledocus poſt patris obitum ſimul Britanniæ præſunt: quibus & extinctis præmiſſa ſorore ſua, Alani

V.

Filia, Matrudonti Porhoeti Comiti collocata, Britanniam occupauit, à qua cum Alano filio expellitur.

VI.

Alanus ſuperiorum filius Adelſtani Anglorum Regis ſuppetiis Britannia recuperata Conſtantiam Gulielmi Angliæ regis filiam, Theobaldiq; Comitis Bleſenſis ſororem duxit, ex qua profectus Drogo vnicus legitimus hæres.

VII.

Conanus I. antea Rhedonum & Nannetum Princeps, ſuperato Hoële Alani notho, tandem Britanniæ Comitatum adipiſcitur. Guerechum quoq; Alani ſpurium veneno curauit tolli per medicum ſuum. Verùm ab Hemone III. Alani filio illegitimo bello interficitur. Conani verò hi liberi extitêre: Hoël, ſupremo patris elogio exhæredatus, Bertha Britanniæ Comitiſſa, & altera neſcio cuius nominis, Gothofredo Plantegeneſto ſociata.

VIII.

Bertha, Odonis Porhoeti Comitis coniunx, Britonum coniuratione Britanniæ cadit dominio, quamuis Conanum Richemontis Comitem verum filium & hæredem peperiſſet.

IX.

Gothofredus Plantegeneſtus, filiæ Conani vxoris ſui intuitu, Britanniæ Comitatum conſequutus eſt, 1114. obtinuitq; annos plus minus octo: ex quibus proceſſit Alis.

X.

Conanus Richemontis Comes Berthæ filius, adepto Britanniæ Comitatu 1131. obiit 1172. relicta

Digitized by Google

XI.

Conſtantia Gothofredi Richemontis, Andium, & Pictonum Comitis vxore. Hic Ludouico Juniori Britanniam obſtrinxit panagio ſacramento. Abſceſſit è viuis 1186. Illorum liberi hi fuêre, Arturus poſthumus, Leonora, Allidis, & Margaretha Vitrei Baronis ſponſa.

XII.

Arturus Britanniæ Comes vltimus, à Joanne auunculo ſuo occiditur 1202. ſine coniuge, ſine liberis.

XIII.

Petrus Mauclerouius Allidis Britanniæ Comitiſſæ maritus, obtinuit Britanniæ principatum; periitq; rediens à terra Sancta in itinere. Suſtulit ex vxore

XIV.

Joannem, Britanniæ I. Ducem factum 1250. & Yolandam Hugoni Marchiæ Comiti iunctam. Ille affidata Blanca Theobaldi Regis Nauarræ filia, miſit in lucem hos liberos, Joannem Britanniæ Ducem, Petrum, Theobaldum, Theobaldum alterum, Nicolaum, Robertum, Allidem Joanni Bleſenſi Comiti coniunctam, ac Leonoram, quæ in pueritia deceſſit.

XV.

Joannes II. iniit Ducatum 1287. qui lapſu muri Lugduni opprimitur, dum Clemens V. Papa ibi coronaretur, 1305. Ex Beatrice Henrici Angliæ Regis filia produxit.

XVI.

Arturum II. Britanniæ Ducem, Joannem Richemontis Comitem, ac Blancam Philippo Attebati matrimonio addictam. Sed & Arturus duas adiunxit ſibi vxores, Ælidem Lemouicum Vicecomitiſſam, item Yolandam Amaurici Narbonæ Comitis filiam. Ex priori fluxêre Joannes Britanniæ Dux, Vido Lemouicum Comes, Petrus qui moritur puer. Ex poſteriori Joannes Montis fortis Comes, ac quatuor filiæ, prima Barri Comiti, ſecunda domi-

domino Lauallio, tertia Vindocinati Comiti collocatæ, quarta Poſſiaci monialis. Expirat 1312.

XVII.

Joannes III. tribus vxoribus adſtrictus, nempe Caroli Franci, Blanciæ Caſtiliæ regis, & Margarethæ Eduardi Sabaudiæ Comitis filiabus, nulla prole ſuſcepta concedit in fata 1341.

XVIII.

Joannes à Montfort filius Joannis nepos Arturi, Janæ Caroli Regis Nauarræ maritus Britanniæ Dux in ephebis à patre relictus, commiſſis pluribus pugnis patriam retinuit. Diem clauſit 1400. Procreauit hos liberos ex Jana Caroli I. Regis Nauarræ filia.

XIX.

Joannem V. Britanniæ Ducem, Arturum, Richardum Stampenſem Comitem, Ægidium qui iunior hominem exuit, ac tres filias. Joannes autem V. obiit 1442. atque ex Margaretha Francica progenuit Franciſcum, Petrum, Ægidium, ac duas filias.

XX.

Franciſcus huius nominis I. Anglis in recipienda Normania exitialis fuit, totus partium Regum Galliæ. Primum Yolandam Renati Sicilię regis & Andium Ducis, deinde Yſabellam Scotiæ etiam regis filias accepit coniuges. Ex poſteriori thalamo deriuantur Margaretha Franciſco II. Duci Britanniæ, item Maria Joanni Robani Vicecomiti deſponſatæ.

XXI.

Petrus alter filius Joannis V. Britanniæ Dux factus 1450. ex Franciſca Ambaſiana nullam progenuit ſobolem. Migrauit 1457.

XXII.

Arturus matrimonii lege vinctus, Margaretham pri-

Digitized by Google

mum Joannis Burgundiæ Ducis filiam, deinde Annam Lucelburgicam ſibi ſociauit. Gallorum equitum magiſter plura ſtrenuè in Anglos geſſit. Abiit è viuis ſine legitimis hæredibus 1458, cum vix præfuiſſet Britanniæ vno alteroue anno.

XXIII.

Franciſcus II. Richardi Comitis Stampenſis filius Margaretæ Franciſci I. Britanniæ Ducis filiæ maritus, honore functus eſt Britannico vltimus. Superduxit Margaretham Vaſtonis Fluſſenſis Comitis filiam. Ex quibus profluxerunt vnicus filius, qui puer obiit, Anna primum Carolo VIII. ac deinde Ludouico XII. Francorum regibus collocata (quo pacto Britanniæ Ducatus regio acceſſit diademati) ac poſtremo Yſabella, quæ iunior abiit è viuis 1490. Cæterùm Franciſcus moritur 1488.

BVR-

Digitized by Google

BVRGVNDIÆ DVCES.

Ex Paradino atq; Roſerio.

BVrgundiæ Ducatus initium ſumpſiſſe legitur anno Domini 890. quo tempore

I.

Richardus, Roberti Andium Comitis filius, Odonis Franciæ Regis frater, Burgundis ius dixit; à quo prouenerunt Rudolphus Francorum Rex, ac 938.

II.

Gilbertus Burgundiæ Dux, qui ex Henrici Aucupis filia vnicam genuit filiam, nuptam Othoni Hugonis Magni Pariſiorum Comitis filio.

III.

Odo intuitu vxoris præfatæ Burgundiæ præfuit 964. cui nullos cum edidiſſet liberos,

IV.

Henricus Hugonis Magni tertius filius ſucceſſit. Ex hoc & Gerberga Diuionenſi nulla prole relicta 976.

V.

Robertus Hugonis Capeti filius rerum Burgundiæ potitus eſt, quamuis multum reſiſtente Landrio Comite Neuernenſi 1001. Ex Conſtantia Gulielmi Comitis Arelatenſis filia ſuſtulit Hugonem, qui puer obiit, Henricum Francorum regem, Robertum Burgundiæ Ducem; Odonem Epiſcopum Antiſiodorenſem, & Aliſam Balduino Niuernenſi & Flandriæ Comiti coniugatam.

VI.

Robert⁹ II. Roberti fili⁹ imiſſus fuit ditioni, patre adhuc viuo *1004*. Ex Ermingarda protulit Henricum & Hugo-

nem, Henrico moriente ante patrem, relictis liberis Hugone atq; Odone, ſucceſſit 1075.

VII.

Hugo Henrici filius, Roberti II. nepos. qui cum nullos haberet liberos ex Iolanda coniuge, renunciatis rebus huius ſæculi, monachum ſe fecit Cluniaci à morte vxoris, donata Burgundia 1097.

VIII.

Odoni II. fratris filio, qui obiit in itinere Hieroſolymitano 1102; ſubſtituto

IX.

Hugone II. filio, ſed Henricum alterum filium religioni ſacrauit. Hugo primis annis ſe prædatorem ferè geſſit Eccleſiarum, quemadmodum etiam Gulielmus Germanus, Comes Cabilonenſis, cum Imberto Belloiocenſi propinquo ſuo. obiit 1124. cæterum ex Mothilde edidit

X.

Odonem III. Burgundiæ Ducem, Robertum, Henricum, Alexandrum, & Aremburgam Monialem Odonis huius temporibus Diuio cum arce incendio periit. At Odo mortuus anno 1163. ex Maria Theobaldi Magni Campaniæ Comitis filia progenuit

XI.

Hugonem III. qui bis ter Hieroſolymam profectus, ibi etiam periit 1192. vicarius exercitus Regis Philippi Augusti. Ex Alide Matthæi Lotharingiæ Ducis filia habuit

XII.

Odonem IV. in Burgundia ſucceſſorem ſuum defunctum 1218. & Alexandrum. Ab Odone & Alide proceſſerunt

XIII.

Hugo IV. Burgundiæ Dux natus 1212. & Mathildis quæ vxor fuit Joannis Comitis Cabilonenſis, qui & Comes fuit

ſuit Burgundiæ à morte patris ſui Stephani. Hugo autem perfecta etiam expeditione tranſmarina Hieroſolymitana obiit 1273. relictis ex Beatrice Roberti Druidum Comitis filia, Odone qui periit in terra ſancta 1267. &

XIV.

Roberto III. Burgundiæ Duce, Joanne, Hugone, Beatrice & Iſabella, nupta Regi Romanorum: Robertus creatus eſt Eques auratus 1245. Comitatus eſt in Siciliam Carolum Principem Salernitanum ad vindicandas Veſperas Siculas. Secutus etiam Philippum Bellum in bello contra Flandros. Obiit 1308. Habuit liberos ex Agnete filia Diui Ludouici Regis Galliæ.

XV.

Hugonem V. Ducem Burgundiæ, Odonem etiam Ducem Burgundiæ à morte Hugonis fratris, Joannem, Ludouicum, Robertum, Margaretham, Janam nuptam Philippo Valeſiæ, poſtea Regi Francorum, ideoque matrem Regis Johannis, qui ratione huius Janæ ſucceſſit in Ducatum Burgundiæ, Blancam, Mariam. Hugo V. obiit 1315, adhuc adoleſcens, deſponſatus tantum Joannæ Philippi Longi Regis Galliæ filiæ.

XVI.

Surrogatur fratri Odo V. qui acriter aſſerebat regnum Galliæ pro Joanna Regina Nauarræ cognata ſua, filia prima Ludouici Hutini, contra Philippum longum illius fratrem. Sed lis ea ſopitur matrimonio contracto cum Jana Philippi Longi filia. Obiit 1349. hærede præmortuo, nempe Philippo Duce Burgundiæ, Comite Arteſiæ, Boloniæ, Auerniæ, reſpectu vxoris Janæ filiæ Gulielmi, Comitis Boloniæ & Auerniæ: qui deceſſit 1346. ante Anguilloniam in Aquitania coſtis ruptis mole equi in ipſum cadentis, relicto tamen poſtumo ſui nominis filio.

XVII.

Philippo, ſtirpis ſuæ poſtremo, qui ſucceſſit mortuo

Digitized by Google

Odoni V. auo 1349. obiitq; abſq; ſobole adoleſcens 13. annorum. 1361. Duxerat autem Margaretam Ludouici Malani Comitis filiam, quæ poſtea nupſit Philippo Franciæ.

XVIII.

Is Philippus dictus Audax, ſiue ſine terra, impetrato à Joanne Rege & Carolo V. patre atq; fratre Ducatu Burgundiæ, vtpote ad ipſos ſpectante 1363. deceſſit 1404. genitis ex Margaretha Flandrica

XIX.

Joanne Burgundię Duce, Antonio, Philippo, Margareta, Maria & Catharina. Fuit hic Joannes pernicioſus Galliæ; quippe cauſa mortis Ludouici Ducis Aurelianenſis, fratris Caroli VI. vnde ſimiliter & ipſe poſtea occiſus fuit præſente Delphino Galliæ per Tanneguium Caſtellum aliosq; 1419. Ex vxore Margareta filia Alberti Bauari, Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, item ex quadam Borboniorum Duciſſa Ludouici II. filia nati ſunt

XX.

Philippus Burgundiæ Dux, Catharina deſpõſata Ludouico filio Ludouici regis Siciliç; ſed paulò poſt remiſſa ad patrem, qui ea vſus tanquam Aue illice, pluribus quidem tantum non promiſit, ſed nemini tradidit; adeo vt virgo mortua ſit Gandaui; Margareta nupta Arturo Comiti Richemondiæ & poſt Duci Britanniæ; Maria nupta Duci Cliuiæ, mater Adolphi cui nupſit Comitiſſa Niuernenſis; Agnes vxor Caroli Ducis Borbonenſis; Aubina, Anna. Philippo tres fuerant vxores, Michaela, tertia filia Caroli VI. Regis Galliæ, ſed ἄπαις; Bonna Philippi Artheſii Comitis Eui & Conneſtabilis Galliæ filia, Iſabella Regis Luſitaniæ filia, mater liberorum Philippo legitimorum, Antonii, Joſſii, Caroli; quorum duo priores extincti adhuc pueri.

Nothos habuit idem Philippus quam plurimos, interque alios ei fuit:

Cornelius Burgundus, qui occubuit in prælio Morbecano contra Gandauenſes anno Chriſti 1453.

Anto-

Antonius Burgundus, matre Iola Prellæa, Beueræ Domina genitus. de cuius proſapia conſulatur Pontus Heuterus.

Dauid Terouanæ primùm, deinde Traiecti ad Rhenum Epiſcopus, ex eiuratione Gilberti Brederodii: princeps egregius doctorumque Mecœnas liberaliſſimus: à factioſis quibuſdam, non ſine vitæ ſuæ diſpendio captus: ſed ab Imperatore Maximiliano I. libertati reſtitutus: obiit plenus dierum in oppido Wicka 1496. præſulatus ſui anno 39. Sepultus in æde S. Joannis Baptiſtæ iuxta Doreſtatum.

Philippus Burgundus, dominio Someldikii tradito fratri Balduino, factus Epiſcopus Traiectenſis ex reſignatione Friderici Badenſis, qui Dauidi ſucceſſerat. Eccleſiam rexit annis ſeptem, demptis diebus 16. obiit Doreſtati 1524. 7. Aprilis, ætatis 59. notior nulla re quàm Epiſtolis ad ipſum Deſiderii Eraſmi.

Balduinus Burgundus Falaſii, Somergemii & Someldikii Dominus. cuius proſapiam etiam petes ab Heutero.

XXI.

Carolus vnicus hæres Philippi Ducis Burgundiæ, pater Mariæ vxoris Maximiliani I. Imp. Burgundiæ Ducatum intulit in domum Auſtriacam &c.

Cæterùm quoniam iucundum eſt pariter & vtile, quod de iſtius Caroli patre ſcriptum inueni in Epiſtolis Ludouici Viuis, libuit id heic ſubiicere, vt vel ſic quoq; Genealogiarum detergeat aut mulceat tædium. Is ergo ſic loquitur per literas ad Franciſcum Ducem Beiaris illuſtr: Nuper Senex quidam ciuitatis narrauit mihi de Vitæ ſomnio, fabulam planè feſtiuam & cognoſci dignam. Aiebat miniſtraſſe ſe puerum in Comitatu Philippi Ducis Belgarum. Fuit is Philippus homo acuto ingenio, & amœno, bellator ſtrenuus cumprimis ac felix, cuius eſt ingens in his nationibus nomen, & de probitate ac commoditate morum dictus Bonus. Hic nactus

vndique pacem, Brugis ferè habitabat genio deditus, & iis rebus omnibus, quibus otioſi animi teneri conſueuerunt, ludis, fabulis, dictis acutis, iocis, facetiis, & eiuſmodi. Nocte quadam à Cœna cum aliquot præcipuis amicorum deambulans vrbem, iacentem conſpicatus eſt medio foro hominem de plebe ebrium, altum ſtertentem. In eo viſum eſt illi experiri, quale eſſet vita noſtra ludicrum, de quo illi eſſent interdum collocuti. Juſſit hominem deferri ad palatium, & collocari lecto Ducali. De mane vbi euigilauit, præſtò fuerunt illi pueri nobiles & cubicularii Ducis; qui non aliter quam ex Duce ipſo quærerent, an luberet ſurgere, & quemadmodum vellet eo die veſtiri. Prolata ſunt Ducis veſtimenta. Mirari homo vbi ſe eò loci vidit. Indutus eſt: prodiit è cubiculo: præſto fuerunt proceres, qui illum ad ſacellum deducerent. interfuit ſacro: datus eſt illi oſculandus liber, & reliqua, penitus vt Duci. A ſacro ad prandium inſtructiſſimum: à prandio cubicularius attulit chartas luſorias, & pecuniæ quantum vellet. Luſit cum magnatibus. Sub ſerum deambulauit in hortulis: venatus eſt in leporario, & cepit aues aliquot aucupio. Cœna peracta eſt pari celebritate qua prandium. Accenſis luminibus, inducta ſunt Muſica inſtrumenta omnis generis: puellæ atque adoleſcentes nobiles ſaltarunt: exhibitæ ſunt fabulæ. hinc comeſſatio, quæ hilaritate atque inuitationibus ad potandum producta eſt in multam noctem. Ille verò largiter ſe obruit vino, ſicut priore nocte. Vt collapſus in ſomnum altiſſimum, iuſſit eum Dux veſtimentis prioribus i..dui, atque in eundem locum reportari, quo pridie fuerat repertus. Ibi tranſegit noctem totam dormiens. Poſtridie experrectus, cœpit ſecum de vita illa Ducali cogitare; incertum habens, fuiſſetne res vera, an viſum, quod animo eſſet per quietem obuerſatum. Tandem collatis coniecturis omnibus atque argumentis ſtatuit ſomnium fuiſſe: & vt tale vxori, liberis, ac viris narrauit. Quid intereſt inter diem illius & noſtros aliquot annos? nihil penitus, niſi

quod

Digitized by Google

quòd hæc eſt paulò diuturnius ſomnium. Certè eſt vtrique perinde, ac ſi quis vnam duntaxat horam ſomniaſſet, alter verò decem. Nihil iampridem audiui ad exprimendam vitæ noſtræ vanitatem accommodatius, viſum eſt id mihi ad te ſcribere; quod delectari te ſcio his rebus, quibus animi noſtri ad virtutem formantur. Vale.

BVRGVNDIÆ COMITES.

SEquana Galliæ Belgicæ & Celticæ, prout fluit, amnis eſt celeberrimus: Is poſtquam Matronæ iungitur, Belgas diuidit à Celtis. In Burgundiæ Ducatu iuxta fines Heduorum capit exordium, non longè à Sancti Sequani Abbatia. Trecenſem agrum rigat & Pariſienſem, hincq; Rothomagum delabitur, & Oceanum influit mare. Sequani verò non vtiq; ſunt ii, qui Sequanę incolunt oſtia, ſed Burgundię Comitatus indigenę, quos à Gallica prouincia Romanorum, olim Rhodanus ſeparabat. Heluetiis ſunt finitimi, Heduis, Lingonibus, Comitatuiq; Feretenſi; nec aliquid affinitatis cum Burgundiónib. tunc habere videbantur, cum peculiaribus nominibus diſtinguerentur. Biſuntinà ciuitas Sequanorum eſt capitalis, quę hodie Archiepiſcopatu inſignitur. Circa verò Sophiæ tempora, anno Chriſti Jeſu 1031.

I.

Reginaldus primum Sequanos rexit, ſeu iis præfuit, cum Rodulphus Burgundionibus imperaret. Ex Aliza Richardi Normaniæ Ducis filia procreauit

II.

Gulielmum Burgundiæ Comitem factum 1042. Vidonem, qui Normaniæ Ducatum ambiit, ac Janam Amedeo Maurianæ Comiti nuptam. Ex Gulielmo prodierunt

III.

Stephanus Burgundiæ Comes factus 1073. Vido Archiepiſcopus Viennenſis, & Clementia Roberti Flandriæ

Comitis vxor. Sub Balduino Hieroſolymæ Rege In Syria deceſſit 1101. Huic ſubſtitutus eſt

IV.

Gulielmus II. Cunradi Cæſaris ſororis filius, qui ſuorum coniuratione, liberorum expers, interiit 1118.

V.

Reginaldus II. Burgundiæ & vrbis Biſuntinæ Comes Palatinus, perpetuas exercuit ſimultates cum Cunrado III. Imp. qui tamen eius ditionibus nihil auferre vi potuit, ſed pacto. ex Juditha Simonis Lotharingiæ Ducis filia excepit

VI.

Beatricem Burgundiæ Comitiſſam inſtitutam à morte patris 1157. Federicoq; Ænobarbo Imperatori nuptam, à quibus exierunt Henricus Imperator, Federicus Dux Sueuiæ, &

VII.

Otho factus 1183. Burgundiæ Comes, nec non Cunradus Sueuiæ Dux, Philippus Cęſar, Sophia, & Beatrix. Ex Othone & Bleſenſis Comitis filia proceſſerunt

VIII.

Beatrix inſtituta Burgundiæ Comitiſſa 1200, Othonis Meraniæ Ducis vxor; ac Jana Geraldo Viennenſi coniuncta. Cæterum Beatrix peperit Othonem Ducem Meraniæ, & Alizam Burgundiæ Comitiſſam cognominatam. nam de Burgundia cum Othone mortuo 1248. perpetuò litigauerat.

IX.

Stephanus II. qui eam obtinuit 1208. à quo Cabillonenſes Principes ortum trahunt. Adepto Burgundiæ Comitatu, reliquit anno 1234.

X.

Joannem Burgundiæ & Cabilloni Comitem, ac Stephanum, ſiue Steuenonem Auxonii Comitem. Joannes autem vxores duxit Mathildem Odonis Burgundiæ Ducis fi-

cis filiam; Yſabellam, ac Lauram: ex quarum prima profectus eſt Hugo Burgundię Comes Palatinus: ex ſecunda Joannes Cabillonenſis Antiſiodori etiamnum Comes, Stephanus Vignoreii dominus, tum Petrus: ex tertia Janus & Jana Roberto Comiti Tonerrano, Roberti Burgundiæ Ducis filio coniuncta.

XI.

Hugo Alizæ maritus Burgundiæ factus Comes 1269. genuit

XII.

Othelinum ſucceſſorem 1270. Hugonem, Stephanum, Reginaldum, Henricum & Joannem. Ex Othelino & Mathilde Atrebatenſi manarunt Robertus Aſperimontis dominus, obiitq; adoleſcens, Stephanus Canonicus Biſuntinenſis, qui & obiit viuo adhuc patre, &

XIII.

Jana Burgundiæ Comes, inſtituta 1303. Blanca, & Alis nupta Joanni Roberti Burgundiæ Duci. Sed & Jana ex Philippo Longo Franciæ Rege edidit

XIV.

Janam Eudis Burgundiæ Ducis coniugem inauguratam 1315. Margaretham Ludouico Niuernenſi Comiti, Mariam Delphino Viennenſi, copulatas, inſuper Blancam apud Longum campum ſanctimonialem. Ex Jana productus eſt creatusque Comes 1348. Philippi filii vnici mortui ex caſu equi 1346. nepos.

XV.

Philippus, Margarethæ Ludouici Malani Flandriæ Comitis filiæ maritus, Burgundiæ Comes ἄπαις mortuus 1361. Huic ſubmiſſa eſt, iure lateris materni,

XVI.

Margaretha Philippi Longi, Regis Galliarum filia, quæ ex incerto marito protulit

XVII.

Ludouicum Burgundiæ & Flandriæ Comitē, Margaretę

Joanne Brabantiæ Duce ſatæ matrimonii lege addictum. Ex quibus orta

XVIII.

Margaretha Flandriæ & Burgundiæ Comitiſſa, ducta eſt 1369. Philippi Franci Burgundiæ Ducis coniunx. enixa

XIX.

Joannem ſucceſſorem anno 1404. Antonium Brabantiæ Ducem, Philippum Niuernenſem Comitem, Margaretham Annoniæ Comitis, Mariam Sabaudiæ, & alteram Mariam Othonis Auſtriæ Ducum vxores. Ex Joanne, ac Margaretha Bauara, vt & ex filia Ludouici Borboniorum Ducis, vxore 2. nati ſunt

XX.

Philippus Bonus Dux & Comes Burgundiæ, 1419. Margareta Britanniæ, Maria Cliuenſium, Agnes Borbonii Ducum, Albina Comitis Pontiuenſis, Anna Ducis Bethforcienſis coniuges, & Catharina, quæ infans obiit. Philippus verò tres habuit ſponſas, Michelam Francam, Bonam Atrebatenſem, & Yſabellam Luſitanam, quarum liberi legitimi extitêre, Antonius & Joſſius pueri fato functi: tum

XXI.

Carolus Burgundiæ Dux & Comes 1467. primùm Catharinæ Francæ, deinde Yſabellæ Borboniæ, & Margarethæ Anglæ iunctus. Hic autem

XXII.

Suſtulit Mariam Maximiliano Cæſari collocatam 1477. ex quibus promanarunt Philippus Auſtiacus &

XXIII.

Margaretha primùm 1482. Carolo Franciæ Delphino, cuius ratione Burgundiæ Comes efficitur, ac poſtea 1501. Philiberto Sabaudiæ Duci deſponſata. Poſt quam ſine liberis mortuam,

Caro-

Digitized by Google

Carolus V. Imperator rerum geſſit ſummam 1530. progenuitq; ex Yſabella Emanuelis Luſitaniæ Regis filia Ferdinandum, qui puer extinctus eſt, deinde

Philippum Burgundiæ Comitem, qui nunc viuit, Mariamque Maximiliano Auſtriaco hodie Imperatori locatam, &c.

CAMPANIÆ COMITES.

CAmpania Gallica regio eſt regni Francorum, olim inter Belgas annumerata, influxu cœli ſatis benigna, ſed amœnitate, ædificiorumq; ſtructura vaſta & horrida, nemoribus deſtituta, partim ferax, partim non locuples, à populo ſatis facili culta, tribus potiſſimum ornata vrbibus inſignibus, ſcilicet Auguſta Rhemorum, Catalauno & Trecaſſibus. Illius Principes & Comites admodum generoſi & nobiles extitêre, quorum primus ex Annalibus legitur

I.

Odo Briæ Gallicæ, Bleſenſium, Carnutum, ac Turonum Comes, Theobaldi ſenioris etiamnum Bleſenſium Comites, Cunradiq; Cæſaris ſororis filius. Hic Bellovacenſem Comitatum Rogerio fratri, accepto dominatu Sancerrano, conceſſit in commutationem. Meldunum accepit Valteri Vrbis præfecti opera, ſuæq; fecit poteſtatis, cui Richardi Normanorum Ducis iuſſu inde gula fracta. Conſtantiam Franciæ Reginam iuuit opibus, Rodulpho Burgundiæ Regi plura intulit damna, Lotharingiamque ſæpius infeſtauit. Sed à Gothelone eius Duce victus temeritatis pœnas dedit. Jus occœpit dicere 999. occiditur 1032. Cunradi Imperatoris primum duxit filiam, deinde Mathildem Richardo Normano, & Gonnora Dana genitam, à quibus hi liberi prodierunt, Stephanus Cam-

paniæ, Theobaldus Carnutum, Bleſenſium, ac Turonum Comites, tũ filia incerti nominis Hugoni Capeto nupta.

II.

Stephanus Campaniæ nactus iura 1033. Theobaldi fratris ſine liberis defuncti ditionibus ſucceſſit. Gothofredum Bulloñæum in Aſiam ſequutus nulla gloria parta redeijt lares, cuius rei rubore ſuffuſus, ac pœnitudine ductus, Aſia denuo repetita dum apud Ramulam egregiè bellaret, occiditur 1101. Ex Adela Gulielmi nothi Normanorum Ducis & Mathildis Flandræ filia ſuſcepit Theobaldum paternorum dominiorum ſucceſſorem, Stephanum Bononiæ Comitem & Angliæ Regem, Mathildis Euſtachij Bononiæ Comitis maritum, à quibus exiere Euſtachius Bononienſis Conſtantiæ Ludouici Craſſi Francorum regis filiæ maritus, quæ Raimundo Toloſæ Comiti ſecundo nupſit, Gulielmus, ac Maria Bononiæ Comes, ſeu Comitiſſa, Matthæo Theodorici Flandriæ Comitis filio copulata. Suſtulit & Stephanus Hubertum comitem Virtuenſem, ac Imbertum Viceſtriæ Põtificem, cuius auxilio Stephanus eius frater Angliæ regno potitus eſt.

III.

Theobaldus I. Campaniæ Comes Palatinus III. cognomento Magnus, pauperum pater dictus, ad Stephanum profectus, curauit, vt Rodulphus Veromanduorum Comes diris notaretur, quod à legitima coniuge diuertiſſet, Peronellamq; Leonoræ Franciæ Reginæ ſororem ſuperduxiſſet. Fauit deniq; Archiepiſcopo Bituricenſi aduerſus Ludouicum Iuniorem regem, vnde Victriacum direptum ac dirutum, milleq; quingenti mortales in eiuſdem oppidi baſilica (ad quam im̃unitatis ergo confugerant) ſunt cremati. Ex Mathilde Germana genuit primogenitum mente captum, Henricum paternorum honorum heredẽ, Theobaldum Bleſenſium, ac Carnutum, Stephanum Sancerranum, Comites (hic aũt Cartuſianum ordinẽ profeſſus eſt) Gulielmum primum Antiſtitem Carnutenſem, ac ſubinde Senonenſem & Rhemenſem Archiepiſcopum, Philippi Augu-

Auguſti Curatorem, quem & Franciæ ſacrauit Regem: Mariam Odoni Burgundo, Allidem Ludouico Juniori Francorum Regi, & alias, quarum nomina ab hiſtoricis ſubticentur. Patre mortuo præfuit 1101. Expirat 1151.

IV.

Henricus tempore diui Bernardi ſuſcepta ſacra peregrinatione à Turcis captus Manuelis Græcorum Imperatoris precibus liberatur. Ex Maria Franca Ludouici Junioris filia edidit Henricum Campaniæ Comitem, Hieroſolimæque regem. Theobaldum Campaniæ inuaſorem, ac Mariam Balduini Conſtantinopolitani Flandriæ Comitis coniugem, Moritur 1181.

V.

Henricus II. in Aſiam cum Philippo Auguſto & Richardo Anglorum regibus profectus eſt 1191. Deceſſit 1196. Ex Yſabella quondam Cunradi Montisferrati Marchionis vidua duas protulit filias, quæ in Annalibus non nominantur.

VI.

Theobaldus II. neglecta Henrici II. filia primogenita Cypri regina Campaniæ peruadit Comitatum. Ex quo, & Blanca Regis Nauarræ ſorore nati ſunt Theobaldus poſthumus patris ſucceſſor, & filia, cuius ignotum eſt nomen. Exceſſit ex humanis 1201.

VII

Theobaldus III. à Cypri Regina impetitus ob Campaniæ Comitatum Diuo Ludouico Francorum Regi, Bleſenſem, Carnutenſem, & Sancerranum dominatus, Caſtodunenſemque Vicecomitatum vendidit, vt ex nummis hinc comparatis illi ſatisfaceret. Regnum Nauarræ aſſequitur 1234. nullo alio hærede relicto. Bis traiecit in Aſiam, ex qua ſecundo rediens decubuit 1269. Ex Yſabella Franca Diui Ludouici gnata tulit Theobaldum Regem Nauarræ, Campaniæque,

ac Briæ Palatinum Comitem, Henricum, Blancam Joanni Britanniæ, prætere a Margaretam Federico, Ducibus coniunctas. Alii tradunt edidiſſe Joannem ex priori coniuge, cuius nomen non exprimitur.

VIII.

Theobaldus IV. ſuperioris filius biennio vt plurimum Campaniæ rerum ſummam geſſit, deceſſitque ſine liberis 1271. Itaque

IX.

Henricus III. illius frater eodem anno magiſtratum paternum arripit. Pompeiopoli diem claudit 1274. Ex filia Roberti Franci Atrebatum Comitis reliquit

X.

Janam Nauarræ dominam & Reginam, Campaniæq; Comitem, ſeu Comitiſſam, quæ Philippo Franco Philippi III. Francorum Regis filio matrimonii dedit fidem. Nauarræ Gymnaſium Lutetiæ ſtruxit, dotauitque. Poſt cuius obitum Campaniæ Comitatus Francorum Regibus ceſſit.

MAR-

MARCHIONES ESTENSES AC FERRARIÆ DVCES.

FErraria primùm fuit ſub dominio Epiſcopi Rauennenſis, ac deinde à familia Eſtenſi occupata.

I.

Adalbertus Tuſcorum Marchio, cum Arnulphus imperaret, Berchta in vxorem ducta, genuit Lambertum, Othonem, omnes Italiæ quondam reges, Boſonem, Marchionem, & Ermingardam Adalberto Eporegiæ Marchioni coniunctam, matrem vltimi Berengarii, & Anſcharii Taurinatium Marchionis.

II.

Lambertus ſuperioris filius, ab Hugone Italiæ rege fratre, ac

III.

Boſo excœcantur, ob affectati regni ſuſpicionem. Hic reliquit quatuor filias, Willam, Bertham, Giſelam & Richildim.

IV.

Actius poſt memoratos, Eſtenſis Marchio nuncupatus eſt, Veronenſemq; Marcham aduerſus Ezelinum tyrannum tutatus, ditionem vſurpauit, Conrado II. imperante.

V.

Azo eundem magiſtratum arripuit, auſpiciis Henrici III. ac IV. ſuſcepitq; ex Coniza Velphonis Comitis Altorfenſis filia Rainoldum & Velphonem III. Bauarię & Saxonię Ducem ab Henrico IV. conſtitutum; à quo huc vſque Brunſuicenſes Duces ortum trahunt.

VI.

Rainoldus ex Itta Auſtriaca Obizonem protulit, obiitque anno Chriſti 1148.

Digitized by Google

VII.

Obizo Mutinam & Rhegium maiorum adiecit facultatibus, tulitq;

VIII.

Oldradinum primum Ferrariæ Ducem; à quo productus Azo cum Actio fratre paternam hæreditatem partitus, Veronam ſortitus eſt, ille Ferrariam.

IX.

Actius à Frederico II. pulſus, à Gregorio IX. reſtituitur. Cæditur à Friſco filio, Venetis curantibus, quos Palagura legatus armis aggreſſus fuerat. Ex Beatrice Caroli II. Regis Neapolitani filia produxit

X.

Actium II. & Aldobrandinum II.

XI.

Salinguerra Actio II. depulſo, à Frederico II. Cæſare Eſtenſis Marchio creatur. ſed ab Actio vel Azone, auxilio Gregorii V. Mantuanorumq; ac Veronenſium, item Richardi Comitis S. Bonifacii exauctoratur, annum circiter 1223.

XII.

Actius, vel Azo III. Actii II. filius ex Andreæ Hungariæ Regis filia

XIII.

Leonem protulit Ferrariæ Marchionem, qui ex Lucia Alberto Scaligero Veronenſi Principe nata Azonem & Oldrandinum edidit.

XIV.

Azo III. Ex Beatrice Roberti Siciliæ regis filia Friſcum reliquit ſuperſtitem, ac

XV.

Oldrandinum II. qui ex Margaretha Caroli Martelli Hungariæ, ac Siciliæ Regis filia progenuit Reinoldum II.

Nico-

Nicolaum & Beatricem Andreæ Hungariæ Regi nuptam, qui Stephani pater extitit.

XVI.

Nicolaus I. ex Beatrice Neapolitana

XVII.

Obizonem II. procreauit, qui Argentam & Mutinam à Sede Romana ſub decem millium aureorum tributo accepit, Parmamq; Maſtino Scaligero Veronenſi principi ademit, idemque Leuchino Vicecomiti Rhegium à Gonzagis ablatum reſtituit. Ex illo & Alberti Saxoniæ Ducis filia

XVIII.

Nicolaus II. &

XIX.

Albertus nati Ferrariam ſimul obtinuerunt. Albertus autem ex Cziola Franciſco Carrariæ Principe Patauino ſata ſuſtulit

XX.

Nicolaum III qui Ferrarienſi Imperio adiecit Fauentiam & Bagnauallem, vicitq; Barnabonem Mediolanenſem, tum etiam Haidevvigam Cunrado Federici Ducis à Deck Germani filio, & Alexandriam Magno Brunſvvicenſi collocatas. Exceſſit ex humanis 1394. Ex Nicolao III.

XXI.

Nicolaus IV. vel, vt quidam ſentiunt, Alberti ſpurius tres habuit coniuges, vnam Duciſſam Ariminenſem, ex progenie Malateſtarum: ſecundam Cziolam Franciſci iunioris Carrariæ Marchionis filiam: tertiam Gerardam Saluciarum Marchioniſſam, ex quibus Hercules & Sigiſmundus prodierunt, aliiq; plurimi ex Stella concubina, quos recenſet Lazius. Sub hoc concilium Ferrarienſe celebratum eſt.

XXII.

Borſius Nicolai tertii nothus ſub Pauli ſecundi Pontificis Romani & Federici tertii Cæſaris Principatibus Mutinam & Ferrariam rexit annos circiter 22. ac quidem

Digitized by Google

nomine tutorio Herculis & Sigiſmundi fratrum impuberum, quos à Leonello fratre etiamnum notho reuocauit. Deceſſit 1448. Is obtruncatus fuit ab Hercule patruo, dum rem ſuam facere conaretur.

XXIII.

Sigiſmundus Nicolai IV. legitimus filius, ac tandem

XXIV.

Hercules, Borſio & Leonello extinctis, rerum ſunt potiti. Hic ex Leonora Ferdinandi Siciliæ regis filia, Beatricis ſorore, quæ Matthiæ Hungariæ Regi, & Alphonſo Calabriæ Duci locata erat, excepit Sigiſmundum, Ferdinandum, Hippolytum Cardinalem, Beatricem Ludouico Sfortiæ Mediolanenſi Principi, & Iſabellam Joanni Franciſco Mantuano Duci copulatas. Venetos bello grauiſſimo impetiit adiutus à Sixti Pontificis Maximi, & Alphonſi Calabriæ Ducis ſuppetiis.

XXV.

Alphonſus nec ex Duce, ſeu Duciſſa Mediolani, nempe Blancæ Maximiliani Cæſaris ſorore, nec ex Lucretia Aragonenſi coniugibus vllam habuit prolem. Itaque

XXVI.

Ferdinandus Alphonſo fratri ſucceſſit, à quo profectus eſt

XXVII.

Hercules II. qui ex ſuo genere nobiliſſimo & antiquiſſimo, ac Renata Ludouici XII. Franciæ regis filia reliquit poſt ſe ditiſſimum

XXVIII.

Alphonſum, qui hodie Ferrariæ ius dicit.

PRIN-

PRINCIPES FLANDRIÆ.

IACOBI MARCHANTII.

I. BALDVINVS FERREVS. IVditha vxor. 864.

QVa patet extremis Belgarum littus in oris,
 Et iacet Æolio Flandria pulſa mari:
Ferreus in patria Martem regione ſecutus,
 Hoſtibus infeſto nomen ab ære tulit.
Cunctaq́; vicinæ fugiens connubia gentis,
 Ignibus exarſit Iuditha pulchra tuis.
Liligeri quamuis hæc filia Cæſaris eſſet,
 Edita coniugio Carole Calue tuo:
Non tamen extimuit, Cythereis ſaucia curis,
 Flandrigenæ patriam poſtpoſuiſſe viro.
Vinxerat hos paribus nodis Hymenæus amores:
 At ſocer abductum non tulit eſſe thorum.
Nixus & eſt illis natam diuertere tedis,
 Intulit & calida fortia bella manu.
Sed nihil effecit: niſi quum ſedauerat iram,
 Et generi ſtabiles iuſſerat eſſe faces.
Gens erat, indomita nomen quæ ſumpſit ab arcto,
 A Borea patrii non aliena ſoli:
Impia quam Flandris, & Gallis bella mouentem,
 Suſtinuit iunctis Ferreus agminibus.
Atq; Saracenos (quo nil crudelius hoſte)
 Limitibus iuuit pellere Galle tuis.
Ponentemq́; ſuis leges & mœnia terris,
 Abſtulit hinc fati nexilis ordo ſenem.

Digitized by Google

II. BALDVINVS CALVVS. ELTRVdis, filia Regis Angliæ, vxor. 879.

Virtutes & aui referens agnomina Caluus,
Sanguinis eſt heres Carole Magne tui.
Huius & eductigaudent de ſtirpe nepotes,
Quod ſuus à Francis cœperit ortus auis.
Reddidit Hectorea Gallos iuſtaq́ corona:
Hanc licet Andegauius mallet habere ſibi.
Intrepido cinctam cogebat Marte Peronam
Tradere ſpectata mœnia duritiæ.
Atrebates captos Gallorum fraude, ſubegit,
Præpoſitum Flandris urbs erat illa caput.
Multaq́ Pleumoſiis quæ ſtruxit mœnia terris,
Viribus oppoſuit Dania ſæuà tuis.
Et ſteriles ſaltus & aratri neſcia luſtra
Reddidit iniectis commoda ſeminibus.
Quem Libitina ſenem, triſti præcincta cupreſſu,
Attigit, & cœcas iuſſit inire vias.

III. ARNOLPHVS MAGNVS, BALduini filius. 918.

Arnolphus patria nihil à virtute receſſit;
Nec fuit ex vlla parte pudendus auo.
Robur & excelſos natura dante lacertos,
Magna fuit noſtræ gloria Pleumoſiæ.
Reſtitit infeſtis Otthonis Cæſaris armis:
Qui (flauis vbi ſe Legia voluit aquis)
Ciuibus oppoſuit validam Gandenſibus arcem;
Finitimisq́ dedit plurima damna locis.
Contudit Arctois ortos regionibus hoſtes,
Gens quibus aſperior cognita nulla fuit.
Mobilis Andino ceſſiſſet Francia bello;
Flandria ſubſidiis ni foret vſa tuis.
Nec ferro ſolum fuit aptus: geſſit eadem
Prudentes oleas, & fera bella manu.

Æg

Ægra ſenem torſit duris veſica lapillis,
Qua tua vix maior Syſiphe pœna fuit.
Quumq́; moneretur ſectvrum ferre Galenum,
Auſonio ſimiles edidit ore ſonos:
Dii melius: ne dum ſenium clementius opto,
Vicinæ grauior ſit mihi pœna necis.

IV. BALDVINVS TERTIVS. MATHILdis, Hermanni Ducis Saxoniæ filia, vxor.

HVic pater imperii viuus conceſſit habenas,
Et ſenii curas finiit ille ſui.
Sed patris ante rogum præmiſit funera nati,
Ordinis oblitis pallida mors digitis.
Ornantemq́; ſuas, & amatum ciuibus, vrbes,
Ter circumductis Sol repetebat equis:
Quum tulit auxilium duris tibi Neuſtria Gallis,
Atq; anima mortem deficiente tulit.
Sic immaturi carpuntur ab arbore fructus:
Intempeſtiua ſic rapiuntur aues.

V. ARNVLFVS SECVNDVS. ROSELla filia Berengarii Regis Italiæ, vxor. 964.

OPportuna dolis impubis principis ætas
Quum patris atq; ſui lumina clauſit aui:
Aſtutiq́; fuit bellis obnoxia Galli,
Cognatum veriti nil ſpoliare ſuum.
Non ea facturus (Flandrum ſi grandior ætas,
Et toga veſtiſſet ſumpta virilis) erat,
Quàm fuerit bellis aptus creſcentibus annis,
Vrbs ſcit ab Hannoniis nomen adepta iugis.
Cepit & hanc repetente diu defendit ab hoſte,
Ad dominos rediit poſt tamen illa ſuos.
Atrebates captos & Galli fraude, Duacum
Compulit edictis ſubdere colla ſuis.

Digitized by Google

Rupta ſub hoc tempus Francorum linea Regum,
Atq; tuum ceſſit Carole Magne genus:
Pariſia de gente ſato (non iure) Capeto:
Quum ſua legitimis ſtirps ſupereſſet auis.
In genus ille ſuum violenta cedere fraudi,
Conſenſuq; ratam noluit eſſe ſuo.
Quem rapuit nullos inſperſum vertice canos,
Nubibus inuictas mors adoperta manus.

VI. BALDVINVS BARBATVS. VXOR Ogina, filia Gilberti Comitis Luxemburgi: & Leonora Richardi Ducis Normanniæ. 988.

IMBERBES nondum tutela finiit annos,
Quum patris in cineres ultima dona daret:
Acer at in bello (quum venit fortior ætas,
Et quum prætextam depoſuiſſet) erat.
Quiq; prius turbas & ciuica bella mouebant,
Maluerant nullas tunc habuiſſe manus.
Nominis augendi cupidus, regniq; parandi,
Sæua Lotharingis intulit arma iugis.
Cæſare collatis Henrico viribus hoſte,
Annua qui meruit numine feſta ſuo.
Hic eſt ille, ſuis qui viribus eſſe putabat
Ceſſurum quicquid Flandria Martis habet.
Fortibus obſedit Gandenſia mœnia ſignis,
Sed voti fructum non tulit ille ſui:
Fidaq; totius miratus robora gentis,
Pluribus ornandam cenſuit eſſe bonis.
Imperiumq; dedit telluris ab æquore cincta,
Tethyos a ſalſa nomen habentis aqua.
Barbatum niueo veſtitum tempora crine,
Præſcripto Lacheſis limite ſæua, tulit.

VII. BAL-

Digitized by Google

VII. BALDVINVS INSVLANVS.

Aliſa Francica, filia Regis Roberti.

1029.

CONSERVIT validis Friſiæ cum gentibus arma,
Et rediit fuſo victor ab hoſte domum.
Pertulit oppoſitis metuendum viribus hoſtem,
Qui dedit imperio Romule iura tuo.
Turribus & varias muniuit mœnibus vrbes,
Et gelidos populi iuſſit abire metus.
Hannoniæ Montes (vrbs eſt ea maxima regni)
Vicit, & hinc nato nomen habere dedit.
Immenſo leges potuit præſcribere regno,
Quando tui regis Gallia tutor erat.
Amplaque fœcundi quæ cingitur æquoris æſtu,
Huius ab auxiliis Anglia victa fuit.
Quum fuit heredis Normanni ſubdita votis,
Acceptas Flandro iura ferentis opes.
Quæ dederat nomen, dedit vrnam patria tellus
Aere claudenti deficiente diem.

VIII. BALDVINVS MONTANVS.

Richildis filia vnica Comitis Hanouiæ.

1067.

HVNC face Richildis (cui paruit Hannonis ora)
Vſſit, & amborum pectora iunxit Hymen.
Finibus adiecit patriis (quam muniit) vrbem
In celebri poſitam monte Gerarde tuo.
Non illo melior, nec pacis amantior alter,
Gratior aut patriæ qui numeretur, erat.
Tres niſi rupiſſent fatalia ſtamina parcæ,
Tertia poſt patrem quum rediiſſet hyems.

IX. ARNVLFVS TERTIVS. 1070.

MONTANVS fratri curandi iura reliquit
Cum populo dominum, Pleumoſis ora, tuum.

NNN

Digitized by Google

Æmula tutelam renuit deponere nati,
Et nimium Flandris ſæua Richildis erat.
Hinc inuentà fuit belli ciuilis origo,
Arnolfus ſtygiis quo fuit hoſpes aquis.
Qui licet in patria fratrem ditione reliquit
Hæredem, patruo ceſſerat illa tamen,
Adiuto validis armis & ſorte ſecunda,
Et populi, cuius non leuis ardor, ope.

X. ROBERTVS FRISIVS, FILIVS BALduini Inſulani. Vxor filia Bernardi Ducis Saxoniæ. 1071.

LÆTA *paludoſis habitanti paſcua terris,*
Ereptum Friſio nomen ab hoſte tulit.
Vicit & excluſum patria regione nepotem,
Præpoſitam ſceptris Hannonis ora tuis.
Fortiter antiquis Eburonibus exuit arma,
Atque Namurcæis hoſtibus acer erat.
Et generum (qui Cymbrorum regnauerat oris)
In templis ſtatuam vidit habere ſuum.
Semper & optatis vſo feliciter armis,
Alterius belli cauſa parata fuit:
Quod ſolidos Angli nollent perſoluere cenſus,
Vota ſed hæc ſtygiis merſa fuere vadis,
Quum prius Hebræo ſoluiſſet dona Sioni,
Et patrio ſoſpes florida ſerta lari.

XI. ROBERTVS SECVNDVS SOLYMVS. Vxor Clementia filia Comitis Burgundiæ. 1093.

INDVXIT *pietas & belli fama Robertum*
Arma Palæſtinis applicuiſſe iugis:
Vrbis ad auxilium Solymæ: quæ ſerua tyranni
Iura Paretoniis qui tribuebat, erat.
Cepit Idumæas tandem victoria palmas,
Nobilis auguriis, o Gotifrede, tuis.

Et

Et decus ex illo tantum ſibi Flandria bello
Addidit, vt multis inuidioſa foret.
Gens tibi quæ debet ſuſcepti nomina Chriſti,
Quum premit vrbs muros Antiochena tuos:
Emicuit virtus & ſedula cura Roberti
Intrepida caſtris ſubuenientis ope.
Impiger hoſtiles latè demeſſuit agros,
Et rigidam pepulit quæ fuit ante famem.
Vicit & Artaſiam Syriis in finibus vrbem,
Hoſtibus Iſiacis & metuendus erat.
Hinc vbi Cypriacum per Nerea, vela referret.
Atque domi Pharias penderet exuuias:
Vrbibus à patriis Germani depulit arma
Cæſaris, & Bataua Hannoniasque manus.
Quæ pater optauit, poſt intulit arma Britannis,
Triſtis & his victor Marte fauente fuit:
Donec in egreſſos vrgeret prælia Meldos,
Hoſtibus & caſo preſſus obiret equo.
Sic vbi cæruleis nauis demergitur vndis,
Cincta procelloſis vndique turbinibus:
Tyndareos fruſtra compellat nauita fratres,
Nauigioque ſimul cum pereunte perit.

XII. BALDVINVS SECVRIS, annis IIII.

ANXIVS infidos iuſte punire latrones,
Vnde Securigeri nomen habebat, erat:
Vel quod Amazoniam ſueuit geſtare ſecurim,
Vindicis vt ſignum Principis illa foret.
Quum patris exemplo trepidos veheretur in Anglos,
Lethea capitis vulnera lauit aqua.
Ex ſterili nullos ſuſcepit coniuge natos,
Proximus heredum ſed patruelis erat.

Digitized by Google

XIII CAROLVS DANVS, COGNOmento Bonus. Vxor Suanildis. 1118.

EX Canuto genitus Danorum rege, Robertum
Materna Friſium parte ferebat auum.
Sedulus imprimis tenuem defendere plebem,
Aduerſus faſtum Nobilitatis erat.
Ciuibus octauus reddentem iura videbat
Delius, eſt nimio quum ſeges uſta gelu.
Vnde fefellerunt incuruam ſemina falcem,
Eſuries ſiccas & ſtetit ante genas.
Ergo quod inuitis dominis granaria dempſit,
Pauperibusque ſtato ciuibus aſſe dedit:
Et quod ab exacto nunquam deflecteret æquo,
Occiſus Stratiæ crimine gentis erat:
Fuſcus vbi ſegni Brugam Riia permeat vnda,
Conſcia ſanguineæ templa fuere necis.
Hoc quicunque ſibi de crimine conſcius eſſet,
Non potuit merito non periiſſe ſuo.
Hinc fit vt æternis ſcribaris Carole faſtis,
Et ſit in exemplo gloria magna tuo.

XIV. GVILIELMVS NORMANNVS. Vxor filia Humberti Comitis Virtutum. 1127.

PRINCIPIS extincti quum nullus triſtia natus
Funera, ſacratis conderet inferiis:
Gallia Normannum, licet eſſet iunctior alter,
Maluit heredis conſtituiſſe loco.
Ille ſed inuitas ſubiecit legibus vrbes,
Eius & auguriis Ypra rebellis erat.
Quum ſeges à flauis eſſet repetenda colonis,
Pleumoſia ſpretus deficiente fuit.
Iura quod indignis diuenderet omnia numis,
Et belli neruos accumularet opes:

Vt ſua

Vt ſua Rotomagi funeſtis mœnia ſignis,
Cogeret Anglorum deſeruiſſe fidem.
Flandrigeniſque magis gratum (quod proximus heres
Eſſet) in Alſatium quum fera bella parat:
Letali cupidum percuſſus arundine pectus,
Frigida ſupremis intulit oſſa rogis.
Acer Aloſtana dum mœnibus imminet vrbis,
Irrita ſed tepido vota ferente Noto.
Durus inhumanis ſolet exitus eſſe tyrannis,
Tantus habendarum quos agit error opum:
Non vt amicitia blando moderamine credant,
Sed populi regnum firmius eſſe metu.

XV. THEODORICVS ALSATIVS.

Vxor Suanildis vidua Caroli Dani Comitis Flandri. altera Sibylla [illegible] Folqui Andegauenſis [illegible] 32.

EDITVS *Alſatiæ patria ditione, Robertum*
Fœminea Friſium parte vocabat auum.
Hannonibus iunctos vicinis hoſtibus Anglos
Auerſis pauidos cedere iuſſit equis.
Quaque ab aquis Tenaræ ſeruant ſibi nomina terras
Reddidit annexas finibus ille ſuis.
Fulconi ſocero (cui paruit ora Sionis)
Auxilium contra Memphyos arma tulit.
Et quater a Solyma rediit laudabilis vrbe,
Morte pium terris eripiente ſenem.

XVI. PHILIPPVS ALSATIVS. VXOR

Eliſabetha filia Comitis Veromandui: altera Mathildis filia Alfonſi Regis Luſitaniæ. 1169.

QVÆ *veteris Rheni tellus & ab æquoris vndis*
Scinditur, Hollandi nomen adepta ſoli:

Alſatii validis obſiſtere neſcia remis,
Aduerſis claſſem perdidit auſpiciis.
Quem victa reducem captiuo principe gentis,
Læta coronatis Flandria vexit equis.
Deſcriptis populo mandauit legibus vti,
Certior & dubii formula iuris erat.
Cui dedit Arteſiam, neptis dotalia iura,
Ante tui regis Gallia tutor erat.
Sed merces iuſto reſpondit iniqua labori,
Martis & a Gallo præbita cauſa fuit.
Flander in hunc duræ bis centum millia gentis
Ex populis fertur tunc habuiſſe ſuis.
Cinxit Agenoreæ firmam Ptolemaidis vrbem,
Peſte ſed ereptus præueniente fuit.
At prius in Syrios quam verteret arma colonos
(Vt magnis animis ſuadeat illa capi)
Vexillis atrum cœpit præferre Leonem,
Et dedit hæc patriæ ſigna ferenda ſuæ.

XVII. MARGARETA ALSATIA. Maritus Baldouinus Comes Hannoniæ. 1191.

HÆC *ſoror extincti genita ſine prole Philippi,*
Principis & coniunx Hannonis ora tui:
Vix potuit patriis heres ſuccedere terris,
Rege per iniuſtas impediente vias:
Qui fuit illius gener, & qui cælitus ante
In clypeum iactat lilia miſſa ſuum.
Poſt tamen addictæ placatus munere dotis
(Fertilis Arteſiæ qua iacet ora) fuit.
Illa ſed inſperſum lachrymis ſortita ſepulchrum,
Bis tria Lucina pignora dante tulit.

XVIII. BALDVINVS IMP. BYZANTIVS. Vxor Maria filia Henrici Largi Comitis Campaniæ. 1199.

MATERNO *Flandros, & rexit iure paterno*
Hannonas & populo gratus vtrique fuit.

Atrebates

Digitized by Google

Atrebates regno coniungere nixus auito,
Cœperat hoſtiles increpuiſſe domos.
Fauſta ſed abrupit iuſti certamina belli,
Floribus & ſpicis Pax redimita comas.
Arteſia tellus Cereris ditiſſima donis,
Imperio manſit ſubdita Galle tuo.
Scilicet in fatis vt plus ditionis haberet,
Et populi Graii regna teneret, erat.
Threicia clarum meruit de gente triumphum,
Ciuiles armis quæ lacerabat opes:
Vt pia pro Solymo coniungeret arma Sione
Egreſſus patriis quum foret ante locis.
Pontus vbi nomen merſæ cuſtodiit Helles,
Et Byzantinas Boſphorus arctat aquas:
Æmula Romani ſuperauit mœnia honoris,
Geſſit & auguſta ſceptra tenenda manu.
A Valachis raptus (quum Sol rediiſſet in orbem)
Tranſtulit ad fratrem Dorica regna ſuum.
I nunc, tanta meæ neque ſuſpice nomina gentis,
Imperii Æoi quæ caput ante fuit,

XIX. IOANNA BYZANTINA. MARItus Ferrandus filius Regis Luſitaniæ. 1205.

HESPERIO *nupſit genito de rege marito,*
In mare vbi rapida ſe Tagus vrget aqua.
Miſcuit intrepidis qui ferrea prælia ſignis,
Et renuit Gallis abſtinuiſſe manus.
Sed ſimulac illos victoria cinxerat alis,
Aſpera, quod nollet cedere, vincla tulit.
Quum tuus Ottho fugit quartus, Germania, Cæſar,
Et circumpoſitas qui regit Anglus aquas.
Iungit vbi Scarpus flauenti cornua Scaldi,
Non procul a populo Neruia terra tuo.
Qui prius arbitrio Fernandi ſubdere turres
Debuit, & Galli deſeruiſſe fidem.

Iana ſed è nexu reducis poſt fata mariti,
Neſcia ſubſidii Cynthia dena tui:
Principis Allobrogum iuſto moderamine fratrem
Vnanimi tenuit ſed ſine prole thoro.
Et gelida ſterilem mutauit morte ſenectam,
Permiſitque ſuas eſſe ſororis opes.

XX. MARGARETA BYZANTINA, MARITI Buchardus Auenius Comes Hannoniæ: Guilielmus Dampetrus. 1236.

MARGARIS *Auenii poſt triſtia fata mariti,*
Qui pater ex illa bis pariente fuit,
Dampetri thalamo ſocialibus addita tædis,
Eſt quater a partu libera facta ſuo.
Quumque thoro mallet genitos regnare ſecundo,
Qua iacet vberibus Pleumoſis ora locis:
Impia conſpexit Valachris certamina tellus,
Præpoſito genitis vtiliora viro.
Arbitrio Galli, Dampetris Flandria tandem
Ceſſit, & Auenis Hannonii ora ſoli:
Quum matrem longis ſoluiſſent fata querelis,
Canitie flauas inficiente comas.

XXI. GVIDVS DAMPETRVS. VXORES Mathildis Portugalla, & Eliſa Luxemburgica. 1255.

ESSE *ferebatur thalamis nuptura Britanni,*
Huius in addictas nata vehenda domos:
Quum thorus eſt vinclis, Laurus mutata cupreſſo,
In patrem Gallo conticiente manus.
Fraudibus accitum ſocii cum coniuge lecti
Nil veritus Guidum qui tenuiſſe fuit.
Filia captiuos ſoluit deſponſa parentes,
Obſes in illorum, ſed moritura, locum.

Et noua

Et noua deceptum Gallus per fœdera Guidum,
Cum natis veritus nil retinere fuit.
Pleumoſiaq; ſuo præfixit nomine leges,
Quiq; tuerentur regia iura viros.
Donec auaritiam gentis tolerare ſuperbæ,
Illa recuſato noluit imperio.
Vitrices equitum produxit Gallia turmas,
Huc vbi Curtraci conſpiciuntur agri.
Hic campi Traſimenus erant, his extitit agris
Conſcia Romanis Allia vulneribus.
Septingenta trucidatis calcaria Gallis
Eruta ſanguineis aurea iugeribus:
Inque fidem veri longos ſeruata per annos,
Iudicium cæſæ nobilitatis erant.
Semper erit noſtris hæc cædes cognita faſtis,
Qua nihil ad laudem Flandria maius habet.
Menſis erat quo ſunt incepti ſigna Leonis,
Congrua vexillis Pleumoſis ora tuis.
Interea Valachra Flandri regione potiti,
Bella domi nec non ſuſtinuere foris.
Quæ tenet a veteris traiectu nomina Rheni,
Vrbs fuit obſeſſos tradere iuſſa lares.
Diſsidiis demum confecta pace remotis,
Quum Guidus patriæ reſtituendus erat:
Tres infauſta ſenis ruperunt fila ſorores,
Ante ſuas poſſet quam rediiſſe domos.

XXII. ROBERTVS BETHVNIVS. VXOR Iolanda Comitiſſa Niuernenſis. 1304.

Liber ab indignis periuri carceris vmbris,
Quem pater extremos exiit ante dies:
Proximus hæredum, materna nomen ab vrbe
Induit, atq; tibi iura Niuerne dedit.
Terra ſub occidui pulſatur cardine ſolis
A maris, vnde ſibi nomina ſeruat, aquis:
Quæ dabat Hannonibus dignã certamine cauſam
Pax niſi compoſitis litibus orta foret.

Plus fuit exitii demiſſis imbribus ortum,
Hinc ſeges agricolæ non fuit æqua ſuo.
Et variis comitata malis ſucceſſit egeſtas,
Donec erat precibus mitior ira Dei.
Emeritis fato ceßit Bethunius annis,
Eius & ex nato ſceptra nepotis erant.

XXIII. LVDOVICVS CRESSIACVS. VXOR Margaretha filia Philippi Regis Galliæ 1323.

Conſtanti cupidis devinctus fœdere Gallis,
In thalamos venit, regia nata, tuos.
Quæq; dedit patruo Sluſam ditione tenenti,
Cenſuit emporio Bruga nocere ſuo.
Impatienſq; moræ, nullisq; coercita iußis,
Sluſia Mulcibero tecta cremanda dedit,
Et Curturiacâ Ludouicum cepit in arce;
Vrbis in arbitrio iuſſit & eſſe ſua.
E quibus exemptus vinclis, & in hoſpite plebe
(Cynthia quum bis ter plena fuiſſet) erat.
Quum fidus Gallis, vires opponeret Anglis,
Poſthabita populi commoditate ſui:
Creſſiacis mortem nomenq; recepit in agris,
Ante ſeneſcentes flebilis vmbra dies.

XXIV. LVDOVICVS MALANVS. VXOR Margaretha Duciſſa Brabantiæ. 1346.

Vixerat egreſſus primæ lanuginis annos,
Quum patrios vrna compoſuit cineres.
Appoſitumq; tulit natali nomen ab arce,
Non procul à muris Bruga venuſta tuis.
Noluit addictas Angli de ſemine regis
(Hos populo thalamos conciliante) faces.
Mæſta recuſatas adiuuit Flandria partes:
Ille ſuis exul maluit eſſe facis.
Poſt rediit tamen, & patria ditione receptus,
Fauſta Brabantinis intulit arma locis.

Ne

Nec regum domus hoc factum Bruxella negarit
Victa, ſed expulſo libera facta iugo.
Grudia Palladiæ qui mœnia perfluit vrbis,
Dilia ſubmiſſis palluit aggeribus.
Maclinia patriis emptam contractibus vrbem,
Quaq; ſuum Scaldem Tethyos auget aquis:
(Qua nunc Mercurius nil ditius vrbe frequentat)
Imperii tenuit ſub ditione ſui.
Principis ingentes expenſas Bruga fouebat
Vt Lyzias ad ſe ducere poſſet aquas.
Et prius addictam Gordunis illius aulam
Maluit ad ſedes ſollicitare ſuas.
His ſibi Gandenſes fecit conatibus hoſtes,
Captaq; crudeli ſparſaq; cæde fuit.
A quibus in cineres & iniquis verſa Britannis
Finitima æquoreis eſt Neoportus aquis.
Nunc eſt parua, ſed eſt vicos formoſa laresq;,
Et mihi natalem præbuit illa locum.
Flebilis exegit meritas Rhamnuſia pœnas,
Aſpera Gordunis quum Roſebeca fuit.
Æternumq; dies aſſcribitur illa nefaſtis,
Et locus annali viſitur ille prece.
Interea Biturix Malanum ſanguine iunctum,
Ad ſtygias caſum compulit ire vias,

XXV. MARGARETA MALANA: MARItus Philippus Valeſius Audax 1383.

Audaces Heduo vires ingente marito,
Qui de rege tuo, Gallia, natus erat:
Anxia conſtantem Gandauo demere faſtum
(Quod pater & Galli non potuere) fuit.
Quæ ſimul ac longo produci tempore vidit,
Nec deſideriis arma fauere ſuis:
...uit optatæ poſtponere bella quieti,
...ndictæ frenos & ſtatuiſſe ſuæ.
...us & culpa Gandenſibus ante remiſſa,
...poſita Martem clauſit vtrinq; ſera.

Cœperat ambiguæ diſcordia maxima Romæ
Pontificum ſacris ante cupidinibus.
Altera Clementem, pars altera fida colebat
Vrbanum. Galli cauſa fuere mali.
Filia maternas non accedebat ad aras,
Impius in patrem filius hoſtis erat:
Rara fuit fratrum concordia, rara ſororum,
Et fuit vnanimis gratia rupta thori.
Flandria ſana domi timuit tunc bella foriſq;,
Partibus Vrbani quod magis æqua foret:
Et quod adhæreret Clementis Gallia cauſæ,
Eius & amplexus ſacra Philippus erat.
Tunc ego cælitibus gentis placuiſſe ſalutem
Arbitror, & bello non tribuiſſe locum.
Malanæ ſenium depinxit tempora canis,
Eſtq; repentina morte ſecuta virum.
Illius & veris aſperſit patria buſtum
Fletibus, & ſeptem prolibus aucta fuit.
Cauſa meo verſu non eſt indigna referri,
Quæ dedit Audacis nomen habere viri.
Quum ſua captiuo iunxiſſet vincula patri,
Largus vbi Anglorum Thammeſis auget opes:
Regibus & menſa pariter cenantibus vna,
Aſtantis famuli tangeret ora manu:
(Orbibus auratis regi qui ſeruiit Anglo,
Inclyta poſtpoſito Gallia rege tuo)
Anglus inoffenſo rex dicitur ore locutus,
Tu puer Audaci robora corde geris.
Sic ait: idq; ratum virtus & garrula fama
Reddidit, & ratio nominis illa fuit.

XXVI. IOANNES DIVIONIVS. VXORE Margaretha filia Alberti Bauari Comitis Hollandiæ &c. filiaq; Ludouici Borbonii. 1404.

Ianus vbi fatis turbare volentibus orbem
Ex Getico factus carcere liber erat:

Quoſq; fere ſpacio Lacheſis concluſit eodem,
Quum patris atq; ſuæ matris adiſſet opes:
Liligeri firma regis ratione carentis,
Texit ab inſidiis ſceptra laresq; dolis.
Hæc ſibi quærentem regis moderamina fratrem,
Aureliæ princeps qui ditionis erat:
Non tulit, & variis cauſis augentibus iram
Sanguine Auernales tingere fecit aquas.
Hic vbi (quam vitreis percurrit Sequana lymphis)
Edita Pariſiis natio fertur auis.
Huius at ille graues pœnas vltricibus vmbris
Perfidia caſus decipiente dedit.
Hic vbi Monſtrolium pollutis cingitur agris,
Et præceps Tonæ Sequana miſcet aquas.

XXVII. PHILIPPVS BONVS. VXORES Michaela filia Regis Galliæ: Bona filia Philippi Arteſii. Iſabella Luſitana. 1419.

Monſtrolium patri facturus iuſta ſubegit,
Non tamen vlturo diruit igne lares.
Immeritos nolo pœnam mihi ſoluere muros
Dixit: ad hanc homines qui meruere ferant.
Iuuit, vt inſtaret ſceptris dotalibus, Anglum,
Imperioq; daret Sequana iura tuo.
Et Meloduneam conſperſit cædibus vrbem,
Quiq; patri diræ cauſa fuere necis.
Deniq; nulla fuit pars rerum Galle tuarum,
Quæ non infeſtas ſenſerit huius opes.
Illa ſed immixtis auxit certamina bellis,
Acris ob vxorem pugna Brabante tuam.
Hæc pertæſa ſui thalamumq; fidemq; mariti,
Alterius coniux maluit eſſe viri.
Quo neq; læta diu, neq; lecto iuncta priori,
Vincula Gandaui debuit æqua pati.
Læſa Caletorum cingebat Flandria portum,
Sed labor in caſtris irritus ille fuit.

Digitized by Google

Illinc Gordunam detraxit factio gentem;
Principis & nullæ tunc valuere preces.
Brugaq; malebat turbas præferre quieti;
Tradere Liladamum quum fuit auſa neci.
Liladamum: cuius non deprimet acta vetuſtas;
Pariſias qui bis ceperat ante domos.
Quem furor inuaſæ confecit vulnere plebis,
Principe plebeias vix fugiente manus.
Et tumidis nona diſſidii, noua cauſa mouendæ
Præbita Gordunis ſeditionis erat:
Quod ſalis inſuetum vectigal ſoluere nollent,
Dura ſed inſulſis Gauera pœna fuit.
Ante fatigatis quam ſcripſit fœdera Gallis,
Æmula phryxeæ vellera ſanxit ouis.
Æſonides olim quum Colchidis aurea terræ
Vellera, & æratos vellet adire boues:
Argiuæ ſecum delegit robora pubis,
Nobilis ad tantum quæ veheretur opus:
Pro patriis aris, & relligione tuenda;
Hoc datus exemplo velleris ordo fuit:
Eius ad auctorem ſi quis putet eſſe ſecutum
Velleris augurium quod Gedeonis erat:
Non contendo: mea poterit ſe pace tueri,
Illius aſſertor qui rationis erit.
Letheas, gelido productis vertice canis;
Defleta petiit morte Philippus aquas.
Siue toga blandus, ſeu durus cernitur hoſti,
Laude vetuſtatem non moriente feret.

XXVIII. CAROLVS BELLICOSVS: VXORES Catharina filia Caroli VII. Regis Franciæ: Iſabella Borbonia. Margareta Angliæ Regis ſoror. 1467.

Ex ſolido patri ſucceſſit Carolus aſſe,
Natus & intrepidi Martis ad arma fuit.
Ingratum valido ſuperauit robore Gallum,
Et Iouis hoſpitii iura tuentis ope:

His

Hic prius in terris tutum ſumptuq́ Philippi;
In patris offenſi dum timet eſſe domo.
Vrbs confiſa ſuis opibus rebuſq; nouandis
Principis imperio facta rebellis erat:
Flauus vbi liquido miſcetur Legia Scaldi;
Eſt quibus inducta Liuia iunctus aqua.
Sed velut inſtantem deuitat ruſticus imbrem,
Cærula quum fuſcas concipit Iris aquas:
Sic ea præcipitem non expectare furorem
Maluit vrbs, domini nec renuiſſe iugum.
Nulla velim ſæuis Eburonibus arma fuiſſent,
Debuit illa vagos gens coluiſſe lares.
Martia vbi retinet vulgatum Geldria nomen,
Carolus impoſuit bellica frena locis.
Albionis regem profugum, ditione receptum
Iuuit honorata ſceptra tenere manu.
Nutia Agrippinis Vbiorum proxima terris,
Pene manus victas tendere iuſſa fuit.
Hic ego te dubiis metam poſuiſſe triumphis
Carole, & Heluetiis abſtinuiſſe velim:
Sic neq; fortunæ ſenſiſſes tela ſiniſtræ,
Granſonii clades quum tua nota fuit:
Nec ſub inhumanis Nanceæ mœnibus vrbis,
Vltima lux oculis eſſet adempta tuis.

XXIX. MARIA VALESIA: MARITVS MAXImilianus Auſtrius. 1476.

Legitimo pauide coniunctus amore puellæ
Maximus & tædis Æmilianus erat.
Quem prope in vmbroſis venantem ſaltibus apros,
Aucupio tempus dum terit illa ſuum:
Inter equi grauiter corpus depreſſa cadentis,
Pallidulum ſtygio lauit in amne pedem,
Viderat hanc quinquies moderantem Phœbus habenas,
Et quater eſt thalami pignora nixa ſui.
Sic flos in campo veris qui pandit honorem,
Vomere contactus prætereunte cadit.

XXX. PHILIPPVS AVSTRIVS PRIMVS.
Vxor Ioanna filia Ferdinandi Regis Aragoniæ.

Heſperiis notus populis & notus eois,
Maximus in vinclis Æmilianus erat:
Hic vbi Mercurio potius quam dedita Marti,
Europæ varias Bruga recepit opes.
Fertur at illius Plutus timuiſſe furores
Vrbis, & inſidas deſeruiſſe domos.
Auratumq; ſibi ſolium defixit in vrbe,
Diuitis ad Scaldem quæ maris addit aquas.
Quum ſua maturus cepiſſet ſceptra Philippus,
Flauentes oleæ cinxit honore comas:
Sed dotale breui poſſedit tempore regnum,
Qua iacet Heſperii Caſtilis ora ſoli.
Brugaq; vitales naſcenti præbuit auras,
Et iuueni tumulum Betica terra dedit.

XXXI. CAROLVS AVSTRIVS IMP. AVguſtus. Vxor Iſabella filia Emanuelis Regis Portugalliæ. 1506.

Carole, ſiue tuis præconia laudibus addam,
Propoſitum poterit fine carere meum:
Siue meo demam verſu tua facta, videbor
Sic ego virtutes prætериiſſe tuas.
Quas tamen eſſe meis maiores indico muſis,
Et reor ambobus nomen habere polis.
Non negat id Gallus, cupidis quem viderat vndis
In tua Ticinus vincula ferre manus.
Quiq; laceſſitum Tyberinus conſpicit orbem,
Victorem tinctis te metuebat aquis.
Floret in Hetruſcis vrbs Aruo peruia terris,
Cinctaq; Cæſareo captaq; Marte fuit.
Turca minabatur domito venturus ab Iſtro,
Threiciis Rhenus quod biberetur equis.
Auſtriacis tamen eſt depulſus fortiter oris,
Et timuit tecum conſeruiſſe manus.

Non

Non procul à Lybica Thunis diſcedit Elyſa,
Auxilio Turcas expulit illa tuo.
Geldria Iuliaca deuicto principe gentis,
Non leuis eſt terræ portio facta tuæ.
Et coniuratis tumuit Germania ſignis,
Sed radiis ſtupuit nominis illa tui:
Intrepide Saxo quum vincula geſſit, & Heſſus
Non expectati carceris hoſpes erat.
Vrbi antiqua fuit (Morini coluere parentes)
Mœnibus exciſis hæc tibi victa fuit.
Ante poli ſegetes, & habebit ſidera tellus,
Ante dabit flammas pontus, & ignis aquas:
Quam tibi Lethea noceant obliuia ripa,
Fluxaq; ſit meriti fama futura tui.
Sic (quæ prima tua recolit cunabula vitæ
Gandaui) incolumes Flandria ſeruet opes.

PHILIPPVS AVSTRIVS II. REX potentiſſimus.

Quæ tibi de cæſis fauit victoria Gallis,
Quintinus Somonæ qua pater aſtat aquis:
Siue Caletorum qua Flandria cingitur oris:
Non erit ex verſu nota Philippe meo:
Sed dicam iuſto quod pacem Marte petiſti,
Et bona quod populo pax fuit orta tuo.
Qua potes inuicti faſtos æquare parentis,
Qua reor vtilius nil potuiſſe dari.
Cana fides laceramq; trahens mœſtiſſima veſtem
Relligio, melius tempore pacis habent:
Relligio donum & ſupremi nominis aura:
Materiam curis præbeat illa tuis.
Nunc Aſtrea poteſt æqua rediiſſe bilance,
Et non viſuris munera luminibus.
Nunc iter atq; licet maturos carpere fructus,
Nunc dare ſecuris ſemina iugeribus.
Liberiusq; iuuat Muſas coluiſſe fluetq;
Amplior in laudes Caſtalis vnda tuas.

Sed (licet applicuit tibi Martia laurus honores)
Ex oleis ſemper mitia ſerta geras.
Et te præcipuis Heroibus inter ponet,
Quæ vultu pax eſt conſpicienda tuo.
Sic (ea longæuos tibi quum finiuerit annos)
Temperet exemplo filius arma tuo.

PRINCIPES FLANDRIAE VNA CVM VXORIBVS AC LOCIS SEPULTURÆ.

BAlduinus Ferreus obiit 879. Vxor Iuditha, Caroli Calui Imper. regis Galliæ filia. Sepultus in Bertini S. Audomari.

Balduinus Caluus obiit 918. Vxor Elſtrudis, Elfredi regis Angliæ filia, ſepultus in Petri Blandinii Gandaui.

Arnolfus Magnus obiit 961. Vxor Alida, Heribreti Comitis Viromandui filia. Sepultus in Petri Blandinii Gandaui.

Balduinus tertius obiit 964. Vxor Mathildis, Hermanni Ducis Saxoniæ filia. Sepultus in Bertini S. Audomari.

Arnolfus ſecundus obiit 988. Vxor Roſela, Berengari regis Itali filia. Sepultus in Petri Blandinii Gandaui.

Balduinus Barbatus obiit 1035. Vxor, Ogina, Gisberti Comitis Luxemburg. filia. Sepultus in Petri Blandinii Gandaui.

Balduinus Inſulanus obiit 1067. Vxor Adelis, Roberti regis Galliæ filia. Sepultus Inſulis.

Baldu

Balduinus Montanus obiit 1070. Vxor Richildis, Hannoniæ Comes, Raynerii filia. Sepultus Haſnonii.

Arnolfus tertius obiit 1072. Celebs. Sepultus in Bertini S. Audomari.

Robertus Friſius obiit 1093. Vxor Gertrudis, Bernardi Ducis Saxoniæ filia. Sepultus Casleti.

Robertus Solymus obiit 1111. Vxor Clementia, Gulielmi Comitis Burgundiæ filia. Sepultus Atrebati.

Balduinus Securis obiit 1119. Vxor Agnes, Alani Comitis Britanniæ filia. Sepultus in Bertini S. Audomari.

Carolus Danus obiit M. CXXVII. Vxor Margareta, Reginaldi Comitis Claromontii filia. Sepultus Brugis.

Gulielmus Normannus obiit 1028. Celebs. Sepultus in Bertini S. Audomari.

Theodoricus Alſatius obiit M. CLXVIII. Vxores, Suanildis ſiue Margareta ſupra dicta. Sibylla, Fulconis Andegaui regis Hieroſolymæ filia. Sepultura Watinis.

Philippus Alſatius obiit M. CXCI. Vxores, Iſabella, Rudolphi Comitis Viromandui filia. Mathildis, Alfonſi regis Portugalliæ filia. Sepultura Claraualle.

Margareta Alſatia obiit M. C. XCIV. Balduinus, Balduini tertii Comitis Hannoniæ filia. Sepultus Brugis.

Balduinus Byzantinus Auguſt. obiit M. CCV. Vxor Maria, Henrici Comitis Campaniæ filia. Sepultus in Walachia, Cernoæ.

Ioanna Byzantina obiit M. CCXLIV. Ferdinandus, Sanctii regis Portugalliæ. Thomas. Thomæ Comitis Sabaudiæ. Sepult. Marquettæ.

Margareta Byzantina obiit M. CC LXXIX. Bochardus Auenius. Iacobi Auenii. Gulielmus Dampetrus. Guid. Dampetri. Sepult. Flinis.

Digitized by Google

Guidus Dampetrus obiit 1304. Vxores Mathildis, Domina Bethunæ & Teneramundæ, Fougardi Iſabella. Comes Namurci, Blondellii Comitis Luxenburg. Sepult. Flinis.

Robertus Bethunius obiit 1322. Vxores Catharina Caroli Valeſii regis Siciliæ. Yolanta, Niuernii Comes, Roberti Burgundi. Sepult. Ypræ.

Ludouicus Creſſiacus obiit 1346. Vxor Margareta Philippi Longi regis Galliæ filia. Sepultus Brugis.

Ludouicus Malanus obiit 1383. Vxor Margareta Ioannis Ducis Brabantiæ filia. Sepultus Inſulis.

Margareta Malana obiit 1404. Philippus Valeſius Au dax. Ioannis regis Galliæ. Sepultus Inſulis.

Ioannes Diuionius obiit 1410. Vxor Margareta, Albe ti Bauari, Comitis Hanoniæ, Hollandi filia. Sepultus D uione.

Philippus Bonus obiit 1467. Vxores, Michaelis. Car Sexti Galliæ regis Bona. Roberti Atrebatis Iſabella. Ioa nis regis Portugalliæ. Sepult. Diuione.

Carolus Bellicoſus obiit 1476. Vxores Catharina. C roli Septimi regis Galliæ. Iſabella, Caroli Ducis Borbo Margareta, Richardi Ducis Eboraci. Sepult. Nancii.

Maria Valeſia obiit 1481. Maximus Æmilianus A ſtrius. Friderici 3. Imp. Sepultus Brugis.

Philippus Auſtrius I. obiit 1506. Vxor Ioanna Ferdina & Iſabellæ regum Hiſpaniæ filia. Sepultus Granatæ.

Carolus Auſtrius Aug. obiit 1558. Vxor Iſabella. E nuelis regis Portugalliæ filia. Sepult.

Philippus Auſtrius 2. Vxores Maria, Ioannis regis I tugalliæ. Maria, Angliæ regina, Henrici VIII. Iſabella, H rici II. regis Galliæ.

CO

Digitized by Google

COMITES FLVSSATES SEV FLVSSENSES, DV FOIX.

FLuſſates illos crediderim, qui olim Vaccei in Hiſpaniarum limitibus non longe à Vaſconibus, Nauarra, & Pompeipoli conſtituti erant, quorum Tyde, vt Volaterranus ait, à Diomede poſt bellum Troianum de nomine Tydei patris Regis Ætoliæ ædificata dicitur. Anno Domini 1062.

I.

Bernardus Rogerii Carcaſſoni Comitis filius Fluſſatium primus Comes extitit, Raimundi Toloſatium principis beneficio. Beatricem Vicecomitis à Beſiers duxit filiam, ex qua natus eſt

II.

Rogerius patris hæres in dominatu 1096. qui Gothofredo Buillonæo iunctus in Aſiam duxit. Ex Arcendia

III.

Rogerium II. ſuſcepit 1111. Stephanetæ primum, ac ſubinde Euximenidis puellæ forma ſpecioſiſſimæ thalamorum conſortem. Ex quo proceſſit

IV.

Rogerius 3. 1144. Cæciliæ Barcinonæ Comitis filiæ matrimonio ligatus. Ludouico Craſſo Francorum Regi tulit ſuppetias aduerſus Stephanum Comitem Bononienſem Normaniæ vſurpatorem. Genuit

V.

Raimundum Rogerium, qui Albeſios hæreticos ſectatus plura peperit monſtra 1188. Ex Philippa vxore.

Digitized by Google

VI.

Rogerium 4. Fluſſatium Comitem reliquit, ac Eſclermondā. 1223. Rogerius autē, qui & Bernardus, ex Brunice

VII.

Rogerium 5. principatus hæredem 1241. Eſclermondam, & Cæciliam miſit in lucem: qui & ex altera Brunice coniuge progenuit

VIII.

Rogerium Bernardum huius nominis 6. 1255. Maingardæ Narbonenſi maritali fide addictum. ex quibus orti ſunt

IX.

Rogerius Bernardus 7. Comes Fluſſatium 1262; Agnes, & Philippa. Ille ex Margareta Gaſtonis Moncadæ filia

X.

Gaſtonem Comitem ſuſcepit, factum 1306. Brunicen Heliæ Perigordi Comitis filii vxorem, Conſtantiam & Ianam. Gaſto vero ex Iana Ludouico Franco procreata ſuſcitauit

XI.

Gaſtonem 2. ſuccedentem anno 1315. Rogèrium Bernardum Caſtelli boni Vicecomitem, Robertum Epiſcopum Lauaurenſem, Blancam, ac Lupum nothum. Ex Leonora Gaſtor. 2.

XII.

Gaſtonem Phœbum 3. produxit magni nominis virum, Agnetis Philippi Regis Nauarræ filiæ maritum, quæ peperit Gaſtonem vnicum filium, qui miſere cruenta patris occubuit manu. Vnde

XIII.

Matthæus Caſtelbonus Rogerii Bernardi filius Fluſſenſem arripuit principatum. 1390. Ex Iana Ioannis Regis Aragoniæ filia nullam habuit prolem. Itaq;

XIV.

Iſabella Caſtelbona illius vxor Comitatum nacta eſt 1399. nupſitque Ercembaldo Capdauo, ex quo fluxere

Ioannes

X V.

Ioannes Comes ſucceſſor anno 1413. Gaſto, Ercembaldus, Petrus, & Matthæus. Porro Ioannes Mariam Nauarram & Ianam Albretenſem ſibi ſociauit, produxitq;

Gaſtonem regentem 1436. Leonoræ Ioannis Regis Nauarræ filiæ coniunctum; ex quibus deſcenderunt Gaſto Comes Viennenſis, Ioannes Narbonenſis dominus, Petrus Cardinalis, Iacobus, Maria Gulielmo Montisferrati Marchioni, Iana Comiti Arminiaco, Margareta Franciſco Britanniæ Duci nuptæ, Catharina & Leonora. Deceſſit 1472. Quo tépore Fluſſenſ. Comitatus vnitus eſt regno Nauarrę.

GVIENNAE COMITES.

EST Guienna pars Aquitaniæ Gallicæ, cuius Dux extitit circiter annum 1259

I.

Henricus Angliæ rex, huius nominis 4. qui produxit Aymonem &

I I.

Eduardum Angliæ regem, Guiennæq; Ducem 1271. Hic ex Pontiuenſi comitiſſa ſuſcepit

I I I.

Eduardum 2. Angliæ ſimiliter regem, ac Guiennæ Ducem 1304. Tum ex Margareta Franca Philippi Diui Ludouici filii filia Thomã Cornubiæ, Edmundũ Cadomi Comites, deinde filium, & Leonorã Henrico 3. Barri Comiti nuptam, Porro Eduardus 2. ex Iſabella Franca genuit

I V.

Eduardum 3. Angliæ regem, Guiennæq; Ducem factũ 1316. Ioannem, qui iunior deceſſit, Mariam Dauidis Scotiæ regis, ac Iſabellam Reginaldi Gelriæ Comitis coniuges. Quin Eduardus 3. ex Philippa Gulielmi Annoniæ Comitis filia progenuit

V.

Eduardum 4. Valliæ principem & Guiennæ Ducem, 1375. Leonellum Clarentiæ ſimiliter Ducem,

Ioannem primum Richemontis & Cantuariæ Comitem, ac poſtremo Cloceſtriæ Ducem, Edmundum, Thomam & Iſabellam. Eduardus vero 4. paulo ante patrem extinctus eſt.

V I.

Richardus Angliæ Rex, ac Guiennæ Comes 1377. duas duxit vxores, Annam Bohemiæ regis, ac Iſabellam Franciçam, Caroli 6. filias.

V I I.

Henricus I I. Angliæ Rex & Guiennæ Dux 1399. ex Ducis Erdfordienſis filia ſuſcitauit

V I I I.

Henricum III. Valliæ principem, Guiennæ Ducem, 1412. Thomã Clarentiæ, Ioannem Bethfordienſem, Humfredum Cloceſtriæ Duces, Blancam Bauariæ Ducis, ac Philippam Henrici Daniæ regis coniuges. Ex Iana Britanna vxore 2. nullam edidit prolem. Cæterum Henricus I I I. ex Catharina Franca protulit

I X.

Henricum I V. Angliæ regem & Guiennæ Ducem 1422. à quo & Margareta Renati Siciliæ regis filia profectus eſt Eduardus, qui Guiennæ rerum non geſſit ſummam. Itaq

X.

Carolus Francorum Rex Anglos è Guiennæ finibus v pepulit 1452. genuitq; ex Maria Ludouici Siciliæ regi filia

X I.

Ludouicum Franciæ regem & Guiennæ Ducem 156 qui matrimonio coniunxit ſibi Margaretam Scotiæ regi ac Carlottam Sabaudiæ Ducis filias, à quibus exierunt Io achimus, qui obiit in ephæbis, Iana Ludouico Aureli Anna Petro Borboniorum Ducibus nuptæ, ac Carol Francorum Rex.

Carol

XII.

Carolus vltimus Guiennę Dux 1468, Ludouici II. Francorum regis frater, nulla ſuperſtite relicta prole fecit, vt Guiennæ ditio regio fiſco vniretur. Quo temporis momento Ordo diui Michaelis conchiliatus in Francia inſtitutus eſt, anno Domini 1469.

GELRIÆ CHRONICON HENRICI AQVILII CVM PETRI SCRIVERII NOTIS.

Quomodo Sicambri, Gelrii dicti, & noua forma gubernationis introducta ſit.

QVIDAM narrant, tempore Caroli Calui Imperatoris, verſus eum locum vbi Gelra oppidum eſt, immane quoddam & venenoſum [a] animal, illiſque locis inuiſum, ſub eſculo arbore diliruiſſe, miræ magnitudinis, & inauditæ atrocitatis. Beſtia illa agros deuaſtauit, pecora & animalia minora deuorauit, & ne ab hominibus quidem abſtinuit. Vicini, rei nouitate & atrocitate perterriti, finibus ſuis exceſſerunt, & ſua omnia exportarunt, ſeſeque in ſolitudines ac ſyluas abdiderunt. [b] Dominus quidam de Pont. filios duos habuit, inſigni audaciâ & virtute iuuenes, Wichardum & Lupoldum. Hi partim rebus propriis conſulentes, partim vicinorum calamitatibus ſuccurrentes, ſummâ calliditate ac audaciâ animal aggreſſi, diuq; luctati, tandem interfecerunt. Accolæ igitur tantâ lætitiâ *Circa anno Domini DCCC. LXXVIII.*

inſperatam victoriam exceperunt, vt totius viciniæ acclamatione Domino de Pont ſe ſubiicerent. Ille vero haud procul à Moſa ad ripam Nerſæ, in rei memoriam Arcem exſtruxit, quam GELRE appellauit, eò quod interfecta beſtia crebro clamore & horrendo mugitu GELRE GELRE ingemuiſſet. Et vicini caſas erigere cœperunt, & GELRII ab arce GELRE ibi conditâ dicti ſunt. Incœpitque GELRIORVM nomen, non tantum in vicinâ Galliâ & Germaniâ, ſed etiam longè diſſitis locis celebrari. Quare cum Dominus illi Ponticus ſummâ æquitate & iuſtitiâ gentem illam regeret, popularium adiutus præſidiis, fines ſuos vehementer auxit. Quibus rebus factum eſt, vt poſterioribus temporibus, quum poſteri eius magis magiſque imperium propagarent, & paſſim bonam partem Sicambriæ regnis ſuis adiicerent, omnes Sicambri hinc inde vſque ad noſtra tempora vulgari nomine GELRENSES appellati ſunt. Quam originē nominis plurimi recipiunt: licet nonnulli etiam vel à *c* Gelduba, vel à *d* Gerlaco ſecundo eorum Præfecto, GELROS appellari exiſtimant. Aliorum etymologias non ſubiicimus, quia minus videntur probabiles. Et ſufficit Lectori illas ſcire quas poſuimus.

PETRI SCRIVERII OBSERVATIONES RERVM GELRICARVM.

Q*Væ* a *heic Aquilius de immani illo & venenoſo animali commemorat, etiam alii Gelrici Scriptores tradunt. Ex quorum fide iſta auctor noſter. Sed an fidem mereantur, etiam atque etiam prudens cordatuſque Lector conſideret. Sanè ego, ne quid contra animi mei mentem diſſimulem, mera deliramenta febricitantium, ac feriatorum hominum commenta reputo & fabulas. Viderint Annalium conditores, an ea certo probare poſſint. Ego merito dubito.*

b *Domino de Pont nomen Othoni fuiſſe, quidam tradunt. Et ſic VVolfgangus Lazius*: Otho à Ponte, *inquit*, ſub Carolo Caluo claruit. quo tempore beſtia quædam latitabat in pla-

in planicie, quæ plurima quotidie vicinis damna inferebat: hanc filii Othonis Comitis Wichardus & Lupoldus interfecerunt. quorum Lupoldus fertur conſtruxiſſe GelrenCaſtrum, vnde poſteri eius denominati fuêre. *Hæc ille. Pont autem pagus hodieque non incelebris in ſuperiore Gelriâ ad ſiniſtram Nerſæ fluuii ripam, in Satrapiâ, ſiue Tetrarchiâ (nam in quatuor Tetrarchias Ducatus Gelriæ diuiditur) Ruremundanâ, itinere ferè medio inter Stralenum & Gelram. Tractuſque ille omnis die Voochdye, vulgo appellatur. Quod indicandum duxi, Lector, neſcius ne eſſes; & decerneres, vtrum tractus ille ab Aduocatis Gelriæ, an vero à loco ipſi præfecti ſiue Aduocati, Voochden appellati ſint. Cæterum iocularis eſt illorum ſententia, quibus Voochdie, quaſi βοηθεία, a voce Græcâ videtur nomen ſortitum. Imo Voocht ex Latino deductum, verbo κατ' ἀφαίρεσιν corrupto, Voget, quaſi Vocat, Aduocatus, adminiſtrator, gubernator, curator. In Rythmis Teutonicis antiquis: Romſch Vogt, & Voget von Rome, Romanus Rex vel Imperator. Item, Himelſcher Voget, der VVerlte Voget, Deus Imperator cæli & terræ. Atque adeo quicumque imperium habet, eo nomine comprehenditur, velut Duces & Principes. Hiſtoria Theoderici Veronenſis: Der edil Vogt von Berne. Ita hodieque prouinciarum & ditionum Præſides, Lantvogt. Caſtellorum Præfecti, Burgvogt. Monaſteriorum Aduocati (quorum multa mentio in antiquis Chartis & Diplomatibus) Kaſtenvogt. In Inſtrumento quodam Bertholdi Ducis Zaringiæ:* Thuregini loci legitimus Aduocatus, quod *Kaſtvogt* dicitur. *Notauit Melchior Haiminsfeldus Goldaſtus in Animaduerſionibus ad Tyrolis Scotorum Regis Parœneſes VVinsbekio Equite Germano Poetâ, & Alamannicarum rerum Tomi primi parte primâ.*

c GELDVBAM *etiam Diuæus putat Gelre eſſe, caput regionis Gelriæ. Gelb ad Rhenum Simlero videtur. Non ad Rhenum, ſed à Noueſio (vulgo Nuys) Occidentem verſus, quatuor a flumine milliaribus Italicis, conſtituit Brunus. Ortelius ad Rhenũ, milliare infra Coloniam Traianã (Keyſersvvaerd eidẽ Ortelio & aliis, Dantẽ Pighio) & Geldub hactenus vocari*

exiſtimat. Geldub autem vicus ignobilis ſupra Ordingam oppidum ad Rhenum. Gelduba, Caſtelli Rheno impoſiti, meminit Plinius; qui ſiſerum latiſſimo prouentu locum nobilem facit, teſtaturque earum eſu tantopere delectatum Tiberium Principem, vt omnibus annis à Gelduba (vbi generoſitas præcipua) Romam ad ſe peruehi mandauerit. Meminit quoque Geldubæ Tacitus, caſtraque ibi Voculæ & Herennii Galli poſita ſcribit. Gelduba apud Vſuardum & in Martyrologiis aliis 13. Kal. Ianurii huc non pertinet, quādoquidem in Thracia ab iis eſſe dicatur. niſi ſit fortaſſe mendum. Apud † Rhabanum ſane Gildoba legitur.*

Lib. 19. c. 5.

*Hiſtor. li. 4.

† Eius Martyrologium edidit 6. tomo Antiq. Lect. Caniſius.

d *A Gerlaco Gelriæ Præfecto Gelros nomen habere, tam verum eſt quam Vahalim Buſcumducis Brabantiæ oppidum præterfluere, ait Gerardus Nouiomagus. Veriſimilis (vt idem cenſet) coniectura eſt Gelriam à Gelduba arce, paucis immutatis literis dictam. Neque opus eſt, vt ad Geldriacum monſtrum, fabuloſum videlicet illum & volatilem draconem, recurramus; illorum ineptam gloriationem imitantes, qui olorem Ledæ adulterum, & neſcio quem obſcuriorem incubum generis nominisque ſui auctorem agnoſcere malunt, quam notæ probitatis plebeium quempiam.*

Gelriam autem ante Othonem de Pont, & Lupoldum VVichardumque filios adminiſtrarunt (vt de Menapiis & Sicambris nihil dicamus) Satrapæ è domo Auſtraſiana. Siquidem Martino Auſtraſiæ Præfecto filius erat Lambertus, à quo ducunt originem primi Gelriæ Toparchæ eam enim ditionem adminiſtrabat Guidus, vel vt alii, Leopoldus, Lamberti filiorū natu minimus, an. 751. vt auctor eſt Richardus VVaſſeburgius. Carolus Magnus Imperator præſentia ſua variiſque ornamētis Nouiomagum decorauit Gelriæ Metropolim, eamque Ditionem cum reliquis Regnis ad poſteros tranſtulit per præſides adminiſtratam, donec Domini de Pont Præfecturam ceperunt, feceruntque hereditariam. Atque hi Præfectorum aut Aduocatorum vel Curatorum Tutorumve titulo claruerunt.

PRÆ

PRÆFECTI GELRIÆ.

WICHARDVS DE PONT, PRÆFECTVS I.

Præfectura hac cœpit anno Chriſti 878. Præfuit annos 32. Obiit anno 910.

MORTVO patre & fratre Lupoldo, Wichardus rerum potitus eſt, temporibus Caroli & Arnulphi Imperatorum, anno Chriſti 878. *a* vxor eius fuit filia Comitis Zutphanienſis, ex qua genuit Gerlacum, qui ipſi ſucceſſit, & à quo Gelriam dici (quorundam opinione) paulò ante notauimus. *b* Inſignia habuit tres flores eſculeos in aureo clypeo, ad memoriam beſtiæ ſub eſculo interfectæ.

a *Vxoris VVichardi huius nomen, vti nec Comitis Zutphanienſis, cuius filia fuiſſe perhibetur, chartis traditum non inueni. Quidam Annales tradunt heredem fuiſſe Comitatus. Quod falſum. Nam longo poſt tempore Comites Zutphanienſes leguntur: ſatisque conſtat, Comitatum hunc Gelriæ annexum fuiſſe & combinatum, matrimonio inter Othonem Naſſauium Sophiamque Zutphanienſem contracto.*

b *Inſigne vel clypei Symbolum, quo VVichardus vtebatur, non eſculi, ſed meſpili flores fuiſſe Annales vernaculi veteres teſtantur; quibus conſentit Chronicon Hollandiæ, Diuiſ. 4. cap. 3.*

Præfuiſſe annos 32. vulgo dicitur; Lazius 31. cuius hæc verba: Wichardus præfuit Comitatui 30. annis. Is ex filia poſtremi Comitis Zutphaniæ Gerlacum progenuit; qui Gerlacus circa annum 910. floruit. *Hæc ille.*

GERLACVS DE PONT, Præfectus II.

Præfuit annos 27. Obiit anno 937.

GErlacus ſucceſſit patri, regnante Ludouico tertio, eius nominis Imperatore, anno à nato Chriſto 910. *a* Coniugem tenuit filiam Comitis à Kuik, & habuit ex illa filium Godefridum. Multas res vtiles hic Gerlacus geſſit.

Digitized by Google

ſed nos illas hoc loco non adiicimus, tantum annorum ſeriem & ſucceſſiones regni breuiter lectori exhibemus. Integræ vero hiſtoriæ paſſim in Annalibus obuiæ ſunt.

[a] *Coniugis huius Gerlaci, vti nec ſoceri Comitis a Kuick, nomen non traditur. Quam habuerit coniugem, quidam diſerte ſcribunt ignorari.*

GODEFRIDVS DE PONT, Præfectus III.

Præfuit annos 21. Obiit anno 958.

GOdefridus filius Gerlaci regnare cœpit tempore Henrici primi. Tenuit imperium vnum & viginti annos, omnium ſuffragiis receptus, anno Chriſti 937. vxorem habuit filiam [a] Comitis Cleuenſis, quæ peperit ipſi filium VVichardum.

[a] *Comes Cliuiæ circa ea tempora fuiſſe perhibetur Arnoldus in ſerie duodecimus, aut ſecundum alios decimustertius. Hic ex filia Hermanni Comitis Zutphaniæ VVigmannum reliquit, teſte Lazio. Sed an huius Arnoldi, aut potius VVigmanni filia fuerit vxor Godefridi, inquirendum. Sunt qui dicant fuiſſe Arnoldi filiam, Adelam nomine, VVigmanni Comitis ſororem.*

WICHARDVS II. Præfectus IV.

Præfuit annos 15. Obiit anno 973.

WIchardus ſecundus, patre natus Godefrido, quartus Præfectus Gelriæ fuit, tempore Othonis primi eius nominis Imperatoris Germanici, anno Chriſti 958. [a] Coniugem habuit filiam Comitis Zutphanienſis, ex qua genuit filium Mengoſum, qui patri in Præfectura ſucceſſit. Mortuus eſt Wichardus anno imperii decimo quinto.

[a] *Coniugis nomen in veteribus chartis annotatum non inueni. Dicitur filia Comitis Zutphanienſis, forte Hermanni, de quo ſupra.*

MEN-

MENGOSVS,
Præfectus V.

Præfuit annos 28. Obiit anno M. I. Aliis annos 38. præfuit, obiitq; anno M. XI.

MOrtuo Wichardo, [a] Mengoſus eius filius publicis ſuffragiis Præfectus conſecratus eſt, anno Chriſti 973. Vxor fuit [b] Geborga, quæ peperit ipſi Vibingum filium. Pulcherrima huius Præfecti ſtrategemata Lector in Chronicis Gelriæ conſideret, vbi ſingula prolixe commonſtrantur. Fuiſſe autem illum inſigni pietate præditum accepimus. Condidit Monaſterium [c] Wilich, non procul à Bonna oppido, in Ducatu Bergenſi. vbi & ſepultus eſt anno imperii vigeſimo octauo.

Circa annum 984.

[a] *Ante Mengoſum Auctor Chronici Colonienſis vernaculi, vir diligentiſſimus, quo nomine tandem Archigrammateus Reipublicæ Colonienſis fuit, nullos agnoſcit vel Præfectos vel Comites Gelriæ. Huncq; ipſum Mengoſum Gelriæ ac Zutphaniæ Comitem appellat, circa tempora Othonis [illegible] Imperatoris: longiſſime abiens à vulgatis Faſtis, vulgique opinione. Comitis etiam titulo coboneſtatur Mengoſus, ſiue Megengoſus (ita enim hoc nomen alias ſcribitur) in S. Adelheidis, quæ Megengoſi filia dicitur, Hiſtoria; quæ extat apud Laurentiũ Surium SS. Tomo 7. Decembris die 19. per Bertradam ſiue Bertam ſororem S. VVolfelmi circa annum* M. XC. *ſcripta. Adi, quem dixi, Surium; & Haræum, ſi placet, adhibe de vitis Sanctorum 5. Februarii. Quo teſte, hic Comes etiam Megengor, & Megengaudus vocatur: obiitque, vt Caſper de Harteuelt Canonicus Grauienſis in Chronicis Gelriæ ſcribit, anno* M. I. *& Canoni Sanctorum inſertus eſt. De emortuali anno Caſpar ille de Harteuelt cum Aquilio noſtro conſpirat. Alii eius imperio decennium adiciunt, & obiiſſe ſcribunt anno* M. XI. *Comites Mengoſi quoque meminit Franciſcus Irenicus, vbi de Comitatu Gelriæ hæc prodit, Germaniæ Exegeſios lib. 3. cap. 80.* Gelrenſes olim Auſtraſiæ Regibus, vt quidam volunt, ſubiecti fuerunt. Id autẽ manifeſtum eſt, quod poſtquam ad Germanos Imperiũ deuenit, Hũgaris deuictis Hẽricus in Comitatũ Gelriam reduxit, anno Incarnat. Dominicæ

Digitized by Google

935. Primus Comes Begrinus nominabatur; cui temporibus Othonum† Mendoſus ſucceſſit, vt Monaſteriũ Gelriæ in eius memoriam exequitur.

† *Ita arbitror apud Irenicum legendum: nam mẽdoſe vulgo Mendoſus.*

Videtur VVichardo ſecundo eius nominis, quarto Gelriæ Præfecto, præter Mengoſum alter inſuper fuiſſe filius, nomine Begrinus (cuius tamen Annales non meminerunt, & forte vnus idemque eſt cum VVibingo) quem primum Gelriæ Comitẽ vocat Irenicus. Certe Comites fuiſſe Gelriæ eo tempore, conſtat ex Diplomate quodam (modo id non ſit ſuppoſititium) Adelboldi, 19. in ordine Epiſcopi Vltraiectini. Verum hæc alias, Deo volente, vberius curatiuſque à nobis diſputabuntur.

b *Collegium Villichium (tZo Vilich) anno 990 à Mengoſo conditum traditur, Ordinis Benedictini, Nobilibus tantum Virginibus dicatum; vicinum Cœnobio quod Rindorpium vulgo cognominatur. Egit ibi Veſtalem maximam, ſiue Abbatiſſam primam Adelheidis Mengoſi filia, quæ inibi cum parentibus funerata. Hæc etiam à pietate & vita ſanctimoniâ laudata, poſt obitum in SS. Faſtos relata eſt. Vide Hiſtoriam S. Adelheidis.*

Geborga, ſiue vt alibi legitur Geberga, vxor Mengoſi, mihi incerta eſt originis. Hæc in Hiſtoria S. Adelheidis dicitur filia Godefridi Brabantiæ Ducis. Sed præterquam quod id tẽporis ratio vix patitur, Tabulæ Brabantiæ Ducũ Genealogicæ, quæ circumferuntur, Hiſtoriæ iſti minime ſuffragantur. quæ tres tantum cum Godefrido II. filio nominant Godefridi I. cognomento Barbati (qui regnare cœpit anno 1096.) filias, nulla Gerbergæ huius mentione facta. Quare incertæ mihi originis Mẽgoſi vxor: niſi quis forte Godefridi ſpectatæ virtutis viri, quem Lotharingiæ titulo Gubernatoris impoſitum circa annũ 966. quidam tradunt, aut Godefridi Arduennatis, eius nominis in ordine Moſellanorum Ducum ſecundi, quem Imperator Henricus, poſthabito Lamberto Comite Louanienſi, Lotharingiæ Ducem creauit, anno 1003. aut, vt alii, 1005. fuiſſe filiam Gerbergam arbitretur. De priore Godefrido, eum liberos habuiſſe non conſtat. Poſteriorem improlem obiiſſe omnes teſtantur. Itaque hæc peritioribus excutienda relinquo.

WIBIN

VVIBINGVS, SIVE VVIKINGVS Præfectus VI.

Præfuit annos 24. Obiit anno 1025. Aliis, anno 1035.

VVIbingus [a] omnibus acclamationibus electus, præfuit temporibus Henrici ſecundi & Conradi ſecundi Cæſarum, anno Chriſti 1001. Regnauit annos viginti quatuor. [b] Vxorem habuit filiam Ducis Bauariæ, quæ peperit [c] VVichardũ & Gulielmum; quorũ VVichardus patri ſucceſſit, [d] Gulielmus Epiſcopus Traiectenſis fuit 21. Anno VVibingi 17. ipſis Cal. April. [e] Nouiomagi Synodus fuit Principum Germaniæ ſub Henrico ſecũdo Imperatore, in qua tractatum eſt de negotiis Religionis.

[a] *Huius Præfecti nomen diuerſimode in Annalibus ſcribitur: VVichingus, VVikingus, VVindekhinus: alibi quoque VVilringus. Nuſquam (quod memini) VVibingus ſiue Vibingus, quomodo Aquilius.*

[b] Vxorem habuit filiam Ducis Bauariç,) *Hanc Elizabetham nominant quidã. Sed nullus Bauariæ Dux circa ea tẽpora Elizabethã filiam habuit, ſi quid vulgatis Genealogiis creditur. Ducis etiam nomẽ non traditur. Domo tamen Bauarã fuiſſe VVikingi vxorem ex Chronicis Leodienſium, & Joanne Placentio colligas qui in Catalogo Epiſcoporũ Leodienſium 21. Antiſtitem Reginardum filium Ducis Bauariæ eſſe teſtatur ex filia Friſonum Tyranni. Et mox auunculo ſuo Reginardo ſucceßiſſe Richardum Gelrum ſcribit. de quo infra.*

[c] *Præter VVichardum (quem Auctor Chronici Colonienſis Gerlacum videtur appellare) & Gulielmum, duos alios adhuc filios habuiſſe dicitur hic VVikingus. Richardum videlicet Epiſcopum Leodienſem, in ordine 22. & Meynnuericum Antiſtitem Paderbornenſem in VVeſtfalia. qui ſedit circa annum 1009. Richardus ille a Ioanne Placentio in Catalogo Epiſcoporum Leodienſium dicitur filius Reineri Comitis Gelrorum ex ſorore Reginardi Bauari auunculi ſui & prædeceſſoris 21. in ordine. Recte ſiquidem in Reineri locum VVikingi nomẽ repoſueris. Meynnuerici autẽ præter alios, meminit Lazius Vienan & hæc facit Magnũ Chron. Belg. nuper a Piſtorio edi-*

tum: Anno (*inquit*) Imperii Conradi ſeptimo, Meynwertus Epiſcopus Paderbornenſis Eccleſiam Monaſterii SS. Petri & Pauli in Paderborna, quā tunc conſummauerat, dedicauit 2. die menſis Nouembr. & multa prædia de paterna hæreditate, tam in Dioceſi Traiectenſi, quā de Comitatu *Teyſterbāt*, & de Comitatu *Radichen*, quę ex diuiſione facta cum quadam ſorore ſua, fundatrice Monialiū in *Elten*, ad eum pertinebāt, in Dioceſi Paderbornenſi, ac aliis locis exiſtentia, ipſi Monaſterio liberaliter conferebat, &c.

d *Epiſcopi Gulielmi huius auſpiciis, quidquid erat Ditionis Hollādicæ iuris ſui fecit Godefridus Lotharingus, à dehoneſtamento corporis cognomine Gibber, an.* 1071. *De horum bellis cum Hollandis pugnatis, lege Annales Hollandiæ, & Traiectenſium Chronicon. Meminerunt quoq; Chronica Colonienſia, Meierus Annalium Flandricorum lib.* 3. *aliique.*

e Nouiomagi Synodus) *De hac Synodo Nouiomagenſi, anno* 1018. *conſulenda Chronica Colonienſia, & Coſmodromium Gobelini.*

WICHARDVS III. PRÆfectus VII.

Præfuit annos 36 *Aliis annos* 26. *Obiit anno* 1061.

WIchardus tertius patri ſucceſſit anno Chriſti 1025. Tenuit Præfecturam annos 36. Filiam habuit vnicam Adelheidam (quod aut eſt Ἀλήθεια, aut Germanicum nomen à Nobilitate ductum *Adelheyth*) quam ſuſcepit ex vxore ſua Margareta filia Comitis de Loen.

Hic VVichardus anno 1058. *à Florentio eius nominis primo, 6. Hollandiæ Comite, apud Dordrecht captus, duobus librarum argenti octonariarum millibus redimere ſe coactus eſt. Vide Chronicon Hollandiæ Diuiſ.* 9. *cap.* 4.

Progenuit (teſte Lazio) præter Adelheidam filiam vnicam, Rothardum Baronem à Buren. qui ſacris initiatus, Epiſcopus Padereborrenſis factus eſt. Fides ſit penes Auctorem. E[...] tate nihil in Gelriæ Hiſtoriis reperio.

De vxore Margareta & ſocero Comite Lonæo nihil [...] firmare poſſum.

COM

COMITES GELRIÆ.

OTHO NASSAVIVS I. Præfectus VIII. & Comes I.

Præfuit annos 46. Præfectus annos 18. & Comes annos 28. Obiit anno 1107. 15. Cal. April.

ADelheida filia Wichardi tertii à ſubditis poſt obitum patris recepta, nupſit Othoni Comiti de Naſſaw, temporibus Henrici tertii Romanorum Imperatoris; à quo, Hungaris & Bohemis ſuperatis, in Comitum numerum Otho redactus eſt, anno imperii decimo octauo,[a] anno Chriſti * 1061. Habuit ex Adelheida filium Gerardum, qui ipſi in Comitatu ſucceſſit. Mortua Adelheida, duxit alteram vxorem Sophiam, filiam Wichmanni Comitis Zutphanienſis; ex qua habuit [b] Gerlacum, qui auo ſucceſſit in Comitatu Zutphanienſi. Et idem quum maſculeam prolem non relinqueret, hinc inde vſque ad noſtra tempora Comitatus Zutphanienſis penes Gelros manſit. Regnauit Otho annos quadraginta ſex, multaque præclare geſſit. ſicut ex integris Chronicis apparebit. Sepultus eſt Zutphaniæ in Eccleſia Collegiata. [c] Sub hoc Othone Gelri Inſignia ſortiuntur Leonem flauum in ſcuto cœruleo, quæ etiamnum retinent.

** Imo 1079.*

[a] *Annus hic vitioſus eſt. Reſcribe*, anno Chriſti 1079. *Is enim annus eſt quo Francofurti ad Mœnum Præfectura Gelriæ in perſona Othonis Naſſavii ab Imperatore Henrico tertio (aliis quarto) ad Comitatus dignitatem evecta eſt, nõ milleſimus ſexageſimus primus quo regnare cœpit Otho. Vti conſenſu Annalium traditur. Nec aliter ſenſit Aquilius, dum anno imperii decimo octauo Othonẽ Comitiua ornatum dicit. Ceterum (ſi Auctoribus quibuſdã credimus) Adelheida Pontiſa, virgo adhuc & innupta, Gelriam rexit annos nouem. Ab anno ſcilicet 1061: quo pater VVichardus fato conceſſit, ad annum 1070. quo eam primũ Othoni nuptã volunt: exſtinctam-*

† Alibi, 1085. *que aiunt* † *1075. quinto poſt initum matrimonium anno. Quidam eam quoq; matrem faciunt Alberti Canonici Leodienſis. De Comitatus autem primordio, diſcrepant ea quæ ab Irenico memoriæ prodita ſunt. Dicit ille Imperatorem Henricum cognomento Aucupem anno 935. Gelriæ Comitatum inſtituiſſe, nominatque primum Comitem Begrinum, alterum Mendoſum (mendoſe forte pro Mengoſo, vt ſupra me monuiſſe memini.) Exinde pulſos à Danis ac Normannis Gelriæ Comites: Succeſſores eorum Curatorum reſumpſiſſe titulum, donec Otho Naſſauius ducta Adelheida Comitis titulum repetiiſſet, non attuliſſet, &c.*

b *Lazius præter Gerlacum Othonis ex Sophia VVichmanni Comitis Zutphanienſis filia liberos recenſet Gebhardum & Gerhardũ Gelriæ & Zutphaniæ Comites, circa annum 1100. Gerlacus improlis obiiſſe dicitur, & cælebs: quamquam Elias Reuſnerus & Pontus Heuterus coniugẽ ei N.... domo* † *Saxonam adſignent. Vt vt ſit, nullos reliquiſſe liberos certo creditur. De Gerlaci (non huius, de quo loquimur, ne erres. vide infra) obitu hæc ex Chronicis Gelriæ producit Collector Magni Chron. Belgici à Piſtorio editi:* Sub iſto (*inquit*) † Imperatore floruit Gerlacus Gelriæ & Zutphaniæ Comes, qui de parte † Conradi Epiſcopi Traiectenſis anno Domini † 1086. in bello contra Theodericũ Hollandię eiuſq; vitricum Robertum Flandriæ Comitẽ occiſus fuit. *Ad Arcem videlicet Iſelmundanã. Io. Beka quoq; in occiſorũ claſſe Comitẽ Gerlacũ nominatim recenſet. Alii* Gerlochũ *vocant, eumq; Gelriæ pariter ac Zutphaniæ Comitem concinnant nobis. quibus Florariũ Temporum in membrana veteri exaratũ aſſentitur. Sed* Gerlacum *hunc ſiue* Gerlochũ *fuiſſe Othonis Naſſauii ex Soph. Zutphanienſi filiũ (quod quidã ſcriptis mandarunt) non credi par eſt. vtiq; quum conſtet nondũ natum fuiſſe illum ea tempeſtate, qua prælium ad Iſelmundanã Arcem incidit. Quarẽ hic quod certo affirmare poſſimus, in mundo non habemus. Auunculum fuiſſe, veriſimilius eſt.*

† Ducis Saxoniæ fil.

† Henrico 3. al. 4.

† 22. in ordine.

† Imo, 1076.

c Sub hoc Othone Gelri Inſignia ſortiuntur Leonẽ flauum) Flauum *ex argento nimirum. Ab huius vſq; Principatu*

Gelriæ

Gelriæ Comites Duceſq́; , relictis tribus eſculi aut meſpili floribus, cœperūt gerere Inſignia Naſſauiana: puta, clypeū (campū vulgo vocant) cœruleū, inq́; eo ſuperbientem Leonē argenteum. A Francis quippe propagatæ gētes & familiæ origini ſuæ denotandæ Leones ferre ſtuduerūt. Francorū autē antiquis Regib. Leonē pro inſigni fuiſſe, opinio eſt, & Hunibaldus (ſi fidem meretur) tradit. De Leone Hollandicorū Comitum (qui Francos progenitores ſuos agnoſcūt) ſcribit Hadrianus Iunius† Batauiæ c.9. De Palatinis Leonibus (qui propemodū in Prouerbiū abierunt) Marquardus Freherus Originum Palatinarū c.13. Vbi inter alia ait, Rupertū ſeniorem Palatinū Adolpho & Io. Comitibus de Naſſauu Inſigne hoc; Leonē aureum inter duo cornua galeæ impoſitū; in feudū rectum dediſſe, vt ipſi & eorū primogeniti ad honorē & recognitionē prædicti Principis geſtarēt.

† *Pag. 97.*

GERARDVS NASSAVIVS I. Comes II.

Præfuit annos 24. Obiit anno 1031.

GErardus primus eius nominis Comes Gelriæ & filius Adelheidę, patri Othoni ſucceſſit anno Incarnationis Dominicæ 1107. a Vxor eius fuit filia Florentii Comitis Hollandiæ, ex qua ſuſcepit filium Henricum. Mortuo Gerlaco fratre ſuo † conſanguineo, ad inſtantiam patris Othonis Comitatum Zutphanienſem adeptus eſt; quo, tanquā per manus tradito, hodie etiam Principes Gelrię fruuntur. Saltum autem Zutphanienſem & huic vicinos tractus, veriſimile eſt Sicambros tempore Iulii Cæſaris occupaſſe. Nā Comitum illorum fines etiam Weſtvaliam attingebant. plurimiq; Scriptores Comitatum illum in Weſtvalia poſuerunt. Et credi poteſt, hinc errorē illum pullulaſſe, quod quidam Sicambros VVeſtvalos vocitent. forte ignorantes, quod illa pars Sicambrorum cum Cis-Rhenanis hodie coniuncta ſit. Mortuus eſt hic Gerardus anno imperii viceſimo quarto. Sepultus b Zutphaniæ.

† *Patruele.*

a Vxor eius filia Florentii Comitis Hollandiæ) Florētii, *puta, eius nominis ſecundi, cui cognomentū Pinguis ſiue Craſſi adhæſit, in ſerie Comitum octaui. Huius ex Petronella Saxona*

Floris de Vette.

Lotharii Imp. inuictiſſimi ſorore, filia Hadeuuigis ſiue Hedwigis appellata fuit. quam ab excellenti & exſuperanti forma commendant Annales noſtri. Vide Chronc. Hollandiæ Diuiſ. 11.c.3. Alii Ermgardã Gerardi huius coniugem vocãt. de qua ego in Gelriæ Hiſtoriis nihildũ hactenus inueni. Forte duæ illi fuerunt; coniuges Hadeuuigis Hollanda, & Ermgarda Namurcenſis: quarũ quæ prima, quæ ſecunda fuerit, haud promptum eſt mihi in præſentia dicere. De Ermgarda Namurcenſi & ſuſcepta ex illa prole, vide infra.

Inter Gerardi huius liberos nominatur à quibuſdã* Salome filia, nupta Henrico Elimari 2. filio, Comiti Altenburgenſi ſiue Oldenburgenſi, nobiliſſimæ proſapiæ. Additur ab aliis Adalbertus, ſiue Adelbero vel Albero, ſecundus eius nominis Leodienſis Cathedræ Epiſcopus, in ordine 30. Fuerat antea ibidẽ in Collegio D. Martini Adalbertus iſte Præpoſitus, vt teſtantur Chronica Leodienſiũ. Chronicon Gemblacẽſe in calce Sigeberti ex clero Mettenſi Dominum Adalberonẽ aſſumptũ dicit. Ad bella fuit propenſior, quã vitæ conditio ſuadebat. Caſtrum Bullonium, in Arduenna ſylua, Diœceſis Leodienſis, à Raynaldo Comite Barrenſi doloſe occupatum, armis repetere haud veritus vi expugnauit recepitq;. De nimis laxa Gregis ſui cuſtodia accuſatus, ideoq; Romam ad dicendam cauſam citatus, in itinere peſte correptus Ortinæ deceſſit an.* 1145. Ibidemq; eſt ſepultus. Fuſius hæc Iohannes Placentius in Catalogo Epiſcoporũ Leodienſiũ. vbi inter alia de eius genere ſic ait: Albero huius nominis ſecundus, filius Comitis Gelrorũ ex ſorore Comitis Namurcenſis, &c. Hæc ille, ex fide proculdubio veterũ Indigitamentorum. Et fidem facit Chron. Leodienſe MS. Quare non temere, tacentibus licet Gelriæ Scriptoribus, Adalberonẽ Gelris abiudicauerim. Atqui, aiunt quidã, Petrus Merſſæus Adalberonem 30. Leodienſium Antiſtitẽ tradit ortum ex proſapia Namurcenſi. Recte, ratione videlicet matris, quã Namurcenſem fuiſſe etiam veteres teſtantur, & placet Placentio, cuius verba ſupra vidimus. Atq; hæc fuerit fortaſſis Ermgarda, quam quidam vxorem Gerardo adſcribunt, Comitis Namurcenſis filia. Ita lubet ſuſpicari. Imo ita auſim pene credere.

* Apud Reuſnerum Genealogici Pag. 356.

* Alias 1151.

De

De Comitibus Namurcenſibus, qui volet, adeat Namurcum Ioannis Baptiſtæ Gramayi recens editum.

[b] Sepultus Zutphaniæ.) *Ita plerią, Scriptores. Haranus in templo VVaſſenbergico ſepultum dicit, quod condiderat.*

HENRICVS NASSAVIVS I.
Comes III.

Præfuit annos 31. Obiit anno 1162.

HEnricus primus huius nominis poſt obitum patris totius gentis cõſenſu ſalutatus eſt Comes Gelriç & Zutphaniç, anno Chriſti 1131. Imperauit triginta vnum annos. Duxit [a] Seynardã filiam Godefridi Ducis Brabãtiæ; ex qua duos ſuſcepit liberos Gerardũ & Othonem. Henrico huic dotis nomine ceſſit magna pars Veluç, ſeu potius Velauiæ, vt quidã volunt. Eſt autem Velauia, inſula quæ inter Rheni oſtium quod Arnhemiũ præterfluit, & Iſelã interiecta, ad mare etiã protẽditur, mediocris fertilitatis, nemorũ, montium & collium copia non infrequẽs: cuius magna pars ad Gelriam pertinet, reliquũ Epiſcopus Traiectenſis poſſidet. Plurimi huius inſulæ incolas Caninefates eſſe contendũt. Meminit vero Caninefatum & Batauorũ (quorum etiam magna portio penes Gelros eſt) Cornelius Tacitus. & dicit Caninefates eſſe populos Batauis finitimos, qui origine, virtute, & lingua pares ſint Batauis, numero ſuperentur. Quæ verba ſatis clare oſtendunt Caninefates fuiſſe quos hodie Veluanos dicimus. Condidit hic Henricus [b] Monaſterium Bethleem nõ procul ab oppido *Dotinchem*, in Comitatu Zutphanienſi. Quũ regnaſſet annos triginta vnum mortuus eſt, & ſepultus in Monaſterio *te Camp*.

[a] *Seynarda hæc ſiue Seinara, quemadmodum ab aliis indigitatur, filia fuit Godefridi III. Godefridi II. F. Godefridi Barbati N. Videantur Ponti Heuteri & Ioannis Baptiſta Gramæi Genealogiæ Ducum Brabantiæ. Lazio Seinara filia eſt Godefridi Comitis à Bullion, Regis poſtea Hieroſolymitani; reclamantibus omnibus, quotquot vidi, Chronologis.*

Præter Gerardum & Othonem Henrici filios (quorum tum Annales tum Chronica Colonienſia & alii meminerunt) recenſetur ab Heutero Otho electus Vltraiectinus Anti-

ſtes, qui obiit anno ætatis 23. Othonem hunc non agnoſ it Reuſnerus, & eius loco habet * Arnoldum Archiepiſcopum Colonienſem, qui obiit anno 1169. Non obiit, ſecundum alios, eo anno, ſed Simonia conuictus, dignitate exutus eſt. Sed de ſtirpe huius, Auctores inter ſe non conueniunt. * Chronica Colonienſia vernacula Gelrum appellant: ſed eadem monent, Arnoldum illum à quibuſdam cenſeri non ex Gelria ſed Comitum de VVede proſapia. Petro Merſſæo eſt filius Comitis Gelriæ, ſub Conrado III. Imperatore anno 1160. electus. ſed qui non ita vtiliter præfuit, eodem teſte. Aliis aliter videtur. Mihi non lubet, nec ſi liberet huius loci eſt, hæc pluribus excutere. Quare hoc quod inſtat agamus. Ab eodem Reuſnero Comiti Henrico filia vnica N... attribuitur, nupta Engelberto Comiti Montenſi, ſiue Bergenſi. Mater videlicet Adolphi Comitis de Monte & Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis. Hæc omnibus aliis indicta eſt, atque ignorata prorſus Annalibus Gelricis. Haranus (vnde habeat, neſcio) filiam Henrici Comitis Mariam nominat, deſponſam Gerardo Comiti Lonæ. Quæ an eadem ſit, an diuerſa, in tanta Hiſtoriarum obſcuritate vix liquet. Plures ſane filias, quam vnica illa cuius meminit Reuſnerus, item altera quam Mariam nominat Haranus, Henrico fuiſſe exiſtimo. Et huius filia videtur fuiſſe Agnes Gelrenſis, cuius mentio in Annalibus Namurcenſibus; quos ſequutus Grammæus ita infit: Mortua (anno 1170.) Laurentia Theoderici Elſatii Flandriæ Comitis filia prima vxore, Henricus Comes Namurcenſis ad ſecundas progreſſus nuptias, Agnetem Ottonis Gelriæ Comitis ſororem duxit; ſed ob demerita aut * ſuſpiciones ſiniſtras repudiauit: Et poſt quindecim demum annos conſilio Ducis Brabantiæ & Archipræſulis Colonienſis recepit in gratiam: nec multo poſt (anno 1186.) filiam Ermeſendem ex eo ſuſcepit, &c.

* Eius nominis 1. in ſerie 41.

* Fol. 170.

*.i. Bertels Agnet ẽ excuſat, aitq; eam à marito pellicem alente fugiſſe.

b Monaſterium Bethleem cõdidit quum rediiſſet ex Italia, vbi Friderico Ahenobarbo Imperatori militauerat contra Mediolanenſes, anno 1162.

GERAR-

GERARDVS NASSOVIVS II. Comes IV.

Præfuit annos 18. Obiit anno 1180.

POſt mortem patris Gerardus filius vnanimi omnium conſilio electus eſt Comes Gelriæ & Zutphaniæ, anno Incarnationis Dominicæ 1162. *a* Vxor eius fuit filia Comitis de Spainheim, quæ erat ſterilis. *b* Præcipuas expeditiones ſuſcepit contra Epiſcopum Traiectenſem Velauiæ gratia. quod bellum tandem frater eius Otho, qui ipſi in regno ſucceſſit, finiuit. *c* Non reliquit liberos, & *d* ſepultus eſt Zutphaniæ.

a *Margaretam appellant Gerardi ſecundi coniugem Annales veteres vernaculi. Nec aliter Reuſnerus, aut Lazius: cui tamẽ Margareta à Sponhaym, vel ſecundum alios Hasbaniæ Comitiſſa dicitur. Aliã inſuper eius coniugẽ obſeruo. Nã in Auctario Aquicinctino, quod cũ Sigeberti & Anſelmi Gemblacẽſis Chronico nuper edidit Albertus Miræus, ad annũ* 1181. *ita legitur:* Gerardus Comes de Gelra Idã filiã Matthæi & Mariæ Comitiſſæ Bolonienſis duxit vxorem, & breui poſtmodũ mortuus eſt. *Manuſcriptum quoddã Chronicon ſimiliter refert ad annum* 1181. Comes Gelrenſis filiam Comitis Boloniæ Matthæi fratris Philippi (*Comitis Flandriæ*) vxorem duxit, ſed eodem anno moritur. Vxor rebus, quas idem Comes Gerardus illi conceſſerat, violenter ablatis repatriat. *Quã poſtea, anno videlicet* 1083. *Bertoldus Dux de Saringes duxit vxorem, teſte prædicto Auctario Aquicinctino.*

b Præcipuas expeditiones ſuſcepit contra Epiſcopum Traiectenſem.) *Balduinum Hollandum ſcilicet, ſecundũ eius nominis,* 29. *in ordine. Vide Bekan, Hedam, & Hollandiæ Chronicon Diuiſ.* 13. *cap.* 9.

c *Nullos reliquiſſe liberos Henricum ſecundum, etiam alii Scriptores Gelrici teſtãtur. Diſſentit Lazius, qui de hoc Comite hæc memoriæ prodidit:* Gerardus, *inquit,* Othonis frater germanus, ex Margareta Comitiſſa à Sponhaym, vel ſecundũ alios Hasbaniæ, progenuit Othonem Pręſulẽ Traiectenſem, Gebhardum & Adelheidã filiam wilhelmo Hollan-

Digitized by Google

diæ Comiti nuptam. *Hac Lazius ſed errat, & Gerardo eā liberorum trigā adſcribit, quam alii omnium Annaliū conſenſu fratri Othoni eius nominis ſecundo meritiſſimo adſcribunt, quem & plurium liberorum parentem faciunt. Apud Lazium vero Otho ex Richarda Comitiſſa à Iuliaco nullam prolem tuliſſe dicitur. Quod falſiſſimum eſt. Vide infra.*

d Sepultus eſt Sutphaniæ.) *waſſenberga; ſecundum alios. vbi Collegium Canonicorum inſtituerat.*

OTHO NASSOVIVS II. Comes V.

Præfuit annos 22. Obiit anno 1202.

OTho ſecundus ſtatim poſt obitum fratris Comes factus, & publico omnium decreto ſuſceptus eſt, anno Natiuitatis Chriſti 1180. *a* Bellum à fratre Epiſcopo Traiectenſi illatum feliciter abſoluit. Habuit vxorem *b* Richardam Comitis Iuliacenſis filiam; & ſuſcepit ex illa Henricum, qui obiit cælebs, & ob inſignem pietatem in Diuorum numerum relatus eſt; Gerardum, qui patri ſucceſſit in imperio; Othonē, qui fuit Epiſcopus Traiectenſis; Adelheidam, quam tradidit Comiti Hollandiæ; & Margaretam, quæ nupſit Comiti Bergenſi. Sepultus eſt in Monaſterio *te Camp*, quum regnaſſet annos viginti duos.

a *Aliud egit Reuſnerus, quum hunc Othonem manus conſeruiſſe cum Godefrido Rhenano Traiectenſi Præſule ſcriberet. Nam deceſſerat iam biennio ante huius imperium laudatiſſimus Antiſtes ille, quum annis 22. Eccleſiæ feliciter præfuiſſet, an. 1178. 6. Kal. Iun. adhumatus Baldrico 15. Epiſcopo. qui quoque optime de Republica Traiectenſi meritus, & ob egregia facinora Pius cognominatus fuit. Vide Bekam, Hedam, & Chronicon Hollandiæ Diuiſ. 5. cap. 12. ſed inprimis Hedam vide. De bello illo Vltraiectino feliciter compoſito, Chronicon præcipue Hollandiæ conſule Diuiſ. 13. cap. 9. & Diuiſ. 14. capp. 4. 5. 6. 7. 9. Et adhibe diligentiſſimos Annales Godefridi S. Pantaleonis Coloniæ Agrippinæ circa ea tempora monachi, ad annum 1187. & 1188.*

Traiectum funditus à Danis euerſum reparauit. &c.

b *Gerardi Comitis Iuliacenſis, & poſt auunculi fa*

Be

Bergenſis quoque, filia fuit Richardis iſta, iuxta Renſnerum.

Otho iſte interfuit Expeditioni Hieroſolymitanæ, quã Cruciatam vocant, anno 1190. ſub Friderico Barbaroſſa I. eius nominis Imperatore, magnis Galliæ Britanniæq; Regibus ac Principib. aliis ex Germania Belgicaq; comitibus. Huius Expeditionis Hiſtoriam cũ alii tum Gallice Vhlarduinus, qui tunc vixit, literis conſignauit. exſtat MS. Lutetiæ Pariſiorum in Bibliotheca Regina. Vide & Annales Godefridi monachi S. Pãtaleonis. Hollandiæq; Chronicon Diuiſ. 13. cap. 12.

GERARDVS NASSOVIVS III. Comes VI.

Præfuit annos 27. Obiit anno 1229. 11. Cal. Nouemb.

GErardus tertius, Othonis ſecundi filius, anno Chriſti 1202. feliciſſime gubernauit. Ruremundæ extruxit tria Monaſteria; vnum Virginum Monialium, vbi & ſepultus eſt; alterum Carthuſianorum; tertium Minoritarum. Tenuit imperium viginti ſeptem annos. Duas habuit vxores: alteram *a* Machtildam filiam Ducis Brabantiæ: alteram *b* Richardam filiam Comitis à Naſſau; ex qua duos ſuſcepit liberos, Othonem & Henricum; quorum iunior factus eſt Epiſcopus Leodienſis.

a Mechtildam vxorem habuit filiam Ducis Brabantiæ.) *Sophiam potius. Nam Mechtildam Henrici* I. *cognomento Bellicoſi Brabantiæ Ducis filiam duxerat vxorem Hollandiæ Comes Florentius 4. Comitum 14. teſte Chronico Hollandiæ Diuiſ. 17. cap. 2. Conſentit Brabantiæ Chronicon vernaculum, quod diſerte Sophiam Gelro nuptam dicit. ſed errat in nomine Comitis, & perperam Reinardum vocat, quem Gerardum dictum fuiſſe, teſtatiſſimum eſt.*

b *Richardã Naſſouiã, Roberti Naſſouii Comitis, qui in Syria obiit, filiã vnicam fuiſſe quidã tradunt. Ex hac ſola (nã Lazius ſolet hallucinatur) duos filios ſuſcepit; Othonẽ 3. ſucceſſorẽ: & Henricum, 40. in ſerie Leodienſium Antiſtitẽ. De quo vide omnino Hiſtoriam Placentii. Eundem & de patre nõ vulga-*

ria narrantem audire eſt operæ pretium, in 36. Antiſtite Hugone de Petraponte.

Richarda autem, quæ poſtremo loco hic recenſetur, prima Gerardi coniux fuit. Mechtildis Gerardo ſuperſtes Ruremundæ in Monialium Virginum monaſterio primam Abbatiſſam egit, & maritum luxit. Obiit an 1230.

OTHO NASSOVIVS III. Comes VII.

Præfuit annos 42. Obiit anno 1271. 4. Idus Ian.

GErardo patri ſucceſſit Otho tertius, *a* Claudus dictus; qui regnum prudenter adminiſtrauit, & multas res vtiles geſſit. Venit ad imperium anno Chriſti 1229. Coniuges habuit *b* Margaretam Cliuenſem, quæ ſterilis fuit, & *c* Philippam de Sancto Paullo (vt vocant) ex qua habuit filium Reinaldum, & Irmgardam, quam tradidit Comiti Cliuenſi. Incrementa ſumpſit Comitatus Gelricus ſub hoc Othone tertio maxima. Ruremundam enim, Arnhemium, Herderuicum, Bommeliam, Goch & Wagening oppida, tunc temporis villas, primus muris cinxit, & ciuilibus Priuilegiis conſecrauit. *d* Anno 1248. Nouiomagum ciuitatem Imperialem, ductu Guilielmi Comitis Hollandiæ Imperatoris Romani, 21. millibus marcarum argenti Regii puriſſimi redemit, & Ditioni ſuæ adiunxit, cum magna parte Batauiæ: ea videlicet, quam antiquitus Superiorem Batauiam appellabant. Condidit Monialium locum Ordinis Ciſtercienſis, vulgo dictum *Grauendall*, id eſt Comitis vallis. vbi & ſepultus eſt, anno imperii quadrageſimo ſecundo.

a Claudus dictus.) *Vulgo Met de peerts voet.*

b *Margaretam hanc Othonis tertii coniugem Reuſneru Theoderici Iuliacenſis filiã vocat. Quod malim credere. qui hic Otho Irmgardam filiam ſuam Theoderico eius nominis ſeptimo Comiti Cliuenſi collocauit. quod alioquin honeſte fieri non poteſt: etſi factitatum quandoq; in Principum nuptiis non ignorem.*

c *Philippa* de Sancto Paulo, *ſiue* de Simpol, *vt vulgo v*

cant, altera Othonis tertii vxor, cuius cuius tandem illa filia, nobiliſſima & antiquiſſima Comitum familia fuit. Eſtq; hodie oppidum ſancti Pauli apud Arteſios titulo Comitatus inſigne, vna cum Ditione adiuncta.

d Anno 1248. Nouiomagum,) *Conſentit Chronicon Hollandiæ Diuiſ. 4. cap. 3. & Diuiſ. 18. cap. 9.*

REINALDVS NASSAVIVS I. Comes VIII.

Præfuit annos 54. Obiit anno 1326.

REinaldus primus ſucceſſit patri Gerardo, anno à Partu Virginis *1272. a* Duas habuit coniuges: Prior erat Irmgarda filia Ducis Limburgenſis, quæ fuit ſterilis: altera erat Margareta Guidonis Comitis Flandriæ filia, ex qua ſeptem ſuſcepit liberos; quorum primogenitus fuit Reinaldus, qui ipſi ſucceſſit. *b* Huic Reinoldo primo, hereditario iure obuenit Ducatus Limburgenſis quum Hermannus vltimus illorum Dux ſine maſculina ſobole fata ſoluiſſet. ſed à Duce Brabantiæ captus, Limburg, Waſſenburg & Supff deperdidit, ſicut Annales illorum teſtantur. Tielam oppidum expugnauit anno imperii decimo ſexto: quod tamen ſtatim rurſus muro inueſtiuit. Zutphaniæ condidit locum Prædicatorum. *c* Obtinuit à Rodolpho Imperatore monetam Arnhemii, Rureimundæ, & Harderuici. Tandem à filio ſuo Reinaldo captus, poſt paucos annos obiit: ſepultus in *Grauendall.*

a Duas habuit coniuges, I. Ermgarda filia Ducis Limburgenſis,) Walrami *puta.* II. Margareta Guidonis Comitis Flandriæ filia,) Guidonis *puta* à Dominico Petri, *ſiue vt vulgo vocant* Dampierri, *in ſerie Comitum 24. Atque hæc Margareta, altera Reinaldi coniux, vidua erat Alexandri filii Regis Scotorum.* Dominicum Petri *autem (vt hoc obiter in quorundam gratiam addam) vicus ac dominatus eſt in Ducatu Burgundiæ, haud ita procul Diuione.*

b Huic Reinaldo hæreditario iure obuenit Ducatus Limburgenſis, quum Hermannus vltimus Dux ⊖) *Hermā-*

Digitized by Google

num poſtremum Limburgenſium Ducem fuiſſe, paucos equidē qui dicerent præter Lazium vidi. Ei tamē, ecce, Aquilius aſtipulatur. Sed Laziū audiamus: Henricus (*inquit in Genealogia Ducum ſiue Comitum Moſellanorum, vnde Limburgenſes Principes deſcenderunt*) Hermanni filius ab Henrico III. fratruele Dux Brabantiæ creatur: reliquit Henricum & Hermannum ſuæ ſtirpis vltimos. Hos Principes antiquiores Gelriæ Comites vinculo contingebant, qui & Limburgēſem Ducatum ab Imperio compararunt: quem Reinhaldus Gelriæ Comes in bello Colonienſi captus, ab Henrico Brabantiæ Duce, pro liberatione Brabantinis relinquere cogebatur: à quibus Brabantiæ adiectus, agrum eius Ducatus fecit ampliorem. Limburgum ciuitas infra Aquiſgranum exſtat, ditionis & hodie Brabanticæ: à quo titulum adhuc Carolus V. vt Dux Brabātiæ, vſurpat. *Hæc Lazius. cui, vt vidimus, Aquilius adſtipulatur. Diſſentiunt Manuſcripti Annales Gelriæ, qui Henricum vltimum Ducem appellant, quēadmodum & Brabantiæ Chronica. Quæ audire & hic opera pretium eſt. Mortuo aiunt anno 1284. ſine liberis Henrico Duce Limburgenſi, oritur mox de Ducatu Limburgen contentio inter * Ioannem Brabantiæ Ducem & Reinaldun Gelriæ Comitem. Biennio ante Adolphum Comitem Montium ius omne ſuum ſibi vendidiſſe Brabantus aſſerebat. Gel rus autem contendebat ſibi deberi eius prouinciæ dominium aut ſaltem vſum-fructum toto vitæ ſuæ decurſu, (vt refe Dinterus) quod Ermgardem Walerami Ducis Limburge ſis filiam vxorem aliquando habuiſſet: ſiue etiam tum hab ret, ſecundum alios. Nam poſt biennium, aut triennium (refert Meyerus) è viuis exceſſit, anno 1290. vel 1291. Sep ta in 'ſGravendal. Verum enimvero, Henricus iſte vltim Dux filiusne Walrami fuerit, an nepos, incertum. Cr dam filium fuiſſe. Sane Meyerus diſerte vocat Ermgarden ſororem & hæredem Henrici. Quicumque tamen is fuer ſine maſcula progenie defunctum eſſe conſtat, filia vni Ermgarde relicta, Reinaldo Gelriæ Comiti nupta. Itaque in dotali atque hereditario Ducatum Limburgenſem ad ſe p tin*

** eius nominis I.*

tinere contendebat Gelrus, contra iure emptionis ſuum aſſerente Brabanto. Porro Gelrus, fauore incolarum, Limburgo ipſo atque vniuerſi penè Ducatus arcibus potitus, quum à Brabanto ſibi bellum parari ſciret, fœdere ſibi iunxit Sifridum VVeſterburgenſem * Archiepiſcopum Colonienſem, & Hēricum eius fratrem, Henricum quoque Comitem Lucemburgenſem (cui Reinaldus, vt quidam tradunt, priuſquam manus confererent, actionem ſuam quam habebat in Ducatu Limburgenſi certa pecuniæ ſumma vendid.., cum VValramo fratre; VValramum itidem Comitem Falcoburgenſem, & alios Proceres plurimos. Brabantus nihilominus, copioſo delectu ſuis imperato, Moſam traiecit, vaſtatoque agro Limburgenſi, Limalam arcem munitiſſimam expugnauit. Demum anno 1288. feriis D. Bonifacii, Nonis Iunii, Brabantus nobiliſſima potitus eſt victoria, apud arcem VVoringam, ſecundo ferè lapide à Colonia Agrippina ad Rhenum ſitam. Cecidere hac pugna VVoringana vtrinque multi. ſed à partibus Gelri maior ſtrages; qui * Henricum Comitem Lucemburgenſem, cum fratribus VValramo & Ioanne (Balduinum vocat tertium fratrem Meyerus) Henricum VVeſterburgenſem fratrem Sifridi Archiepiſcopi, & Equeſtris Ordinis amplius mille, præter gregarios milites innumerabiles deſiderauit. ipſe viuus in hoſtium poteſtatem venit cum Archiepiſcopo, Adolphoque Naſſonio Comite, qui * poſtea Rex Romanorum fuit, & VValramo Comite Falcoburgenſi, & N.... Comite Meurſano. Atque hinc paulo poſt dedita arx VVoringa, funditusq; exciſa. Reinaldus captiuus, non ante liberari potuit, quam Brabanto ius ſuum Limburgenſe ceſſiſſet: quare omne quod in Ducatum illum hactenus prætenderat, ſolenniter eiurat, & agente Philippo Pulchro Francorum Rege liber dimittitur. Pacis conditiones ac * tabulæ menſe Octobri ſignatæ. Ioannes domum reuerſus, Limburgenſis Ducatus titulum atque inſignia cum Lotharingico & Brabantico coniunxit. Hanc victoriam Scriptores Brabantici miris modis extollunt, atque etiam his Rhythmis vernaculis iactant:

* 56. in ordine.

* Is pater erat Henrici 7. Cæſ. Au.

* Anno 1292. 6. Ianuarii, Frācofurti.

* [illegible] apud [illegible]ternum

Int jaer twelf hundert ende tachtentich acht,
Heſt den ierſten Hertoghe Ian van Brabant
Het heyr van ſeven Heeren omghebracht,
Al quamen ſy thien teghen een ter handt,
Door Godts help ende zyne Brabanders vaillant
Heft hy om Limborch deſen ſtryt aenvert,
By Woeronck en dat meeſt by onderſtant
Der Lovenaers die hy creech lieff en weert,
VVant ſe hem ſetten op een ander peert. &c.

*Hæc vulgus, & Annales; qui negant ab vlla hominum me-moria talẽ in iſtis partib. pugnam pugnatã. Caſos amplius mi-le Ordinis Equeſtris viros, ex iis ſupra diximus: tamen qua-dringentos tantum lego apud * Lipſium. quo auctore caſoru-numero addendi walrami Comitis Falcoburgenſis duo fratre-quorum alii non niſi captorum meminerunt. Sed fortaſſe vi-doctiſſimi atq; alias occupatiſſimi* μνημονικὸν ἁμάρτημα *eſt, dicere voluit Henrici Lucembergenſis fratres, quemadm-dũ alii omnes. Memorabile ſatis eſt, ait idem Lipſius, de Ad-pho Naſſouio quod narrant. captus videlicet, quum Braba-tiæ Duci ſiſteretur, rogareturq; ab eo* Quis eſſet? Comes ſu-*inquit,* Naſſouius; *& addidit:* Tu autem quis es? Dux, *-fert ille,* Brabantiæ ſum, quem bello iniuſto petiiſti. *-Naſſouius:* Tune autem? miror & indignor gladium m-um euaſiſſe, quem in te vnum acuerã, & ſanguine iſto t-gere auebam. *Ferox & militare dictũ, alium irritaſſet: B-banti altum animum ad clementiam mouit: & virtute ac-bertate viri inductus, veniam ei, imo & amicitiam ſua-dedit. Hic Adolphus Naſſouius poſtea, anno 1292. 6. Ianua-Francofurti Rex Romanorum appellatus eſt, bellica laude, -tibuſque aliis multis inſignis, Gerardo Moguntino † Arc-piſcopo ac Electore ei in primis fauente. Imo ille eum ſ-pene ad Regiam dignitatem euexit, atque Imperii corona-accipiendam Aquiſgranum comitatus eſt. Poſt aliquot ta-annorum curricula Septemuiris aliis idem auctor fuit-Auſtriæ Dux Albertus, Rodolphi Habsburgii filius, Rex -nunciaretur. Hinc inter hũc & Adolphũ memorabilis in-*

* *Louanii lib. II. c. 9.*

† *Inſerius 78.*

Wor

VVormacienſi iuxta Dornberg pugna; cuius & annus & exitus hiſce verſibus, qui in ſepulchro Naſſoniano, quod in Monaſterio FrouWenfeldt erat, inſcripti fuerunt notantur:

Anno milleno trecenteno minus vno,
In Iulii menſe Rex Adolphus ruit enſe.

Narrat totam cladē Albertus Argentinēſis, qui eo tempore floruit, in Chronico ſuo. vbi inter alia ait, Moguntinum quum iacentem Adolphū videret ſaucium, exanimē, ipſiſq; adeo veſtibus omnib. a lixis & calonib. ſpoliatū, illachrymaſſe, ac dixiſſe: Cor validiſſimū periiſſe. Vide, quē dixi, Albertum Argentinenſem, & Sifridū alioſq;, ſi voles, adhibe. Cęterū, ne neſcias, atq; ego ne quid alieni in armum legiſſe videar, quæ ſuperius de controuerſia Limburgenſi & inſecuto bello captim annotaui, vberius narrantur ab Edmundo Dintero, Ioanne Caſtergatēſi Toparcha, & Petro Diuæo in Chron. Brabātiæ. Quos auctores hactenus ineditos quū mihi videre nondū cōtigerit, hæc ab Auberto Miræo, qui in cōcinnādo Chron. ſuo Rerū toto orbe geſtarū, ab anno Chriſti 1200. ad noſtra vſq; tēpora, iis auctorib. inter alios vſus eſt, mutuati ſumus. Ioannes Baptiſta Gramæus in Brabātica, quā recens dedit, Hiſtoria quoq; hoc bellū Limburgicæ dominationis ergo ſuſceptū obiter perſtringit, & fuſe deſcriptum a ſe in Limburgicis meminit. Sed quæ in Brabanticis dicit, hic viſum eſt apponere: Limburgi Ducatū emptionis iure ad ſe ſpectantē contra Gelrū eiuſq; auxiliatores armorum beneficio obtinuit, cęſo ad *Woringā hoſtili exercitu. Eoque vix bello defunctus * Pontificis hortatu ſacram cōtra Arragoniæ Regē Neapoli imminentē ſuſcipit militiā, anno 1286. relicto qui Gelrici & † Leodiēſis belli reliquias perſequeretur Bertholdo. Inde reuerſū lego Ducē* Heuſdanę vrbi captę, *Tielę receptę pręſidia impoſuiſſe, omnia à Gelris occupata recepiſſe, & deniq; * Limburgū Brabantię in perpetuū annexuiſſe. Cęterū iſto cōflictu ex parte Ducis pauci cecidiſſe tradūtur, quorū præcipui fuere Walterus Berthouts † Dominus Mechliniæ, Cancellarius, iſti bello à Duce præfectus, & Arnoldus de Zeelhem.

Reinaldi liberos ex Margareta Flādrica ſuſceptos, hos habet Meyerus, Reginaldū, (ita ille fere ſemper, quē alii Reinaldū

* C[illegible] Tr[illegible] p. [illegible]
* [illegible] vita Nicolai 3.
† Placentius conſentit.
* Annales cap. 36.
* Diuæus p. 2. l. 7.
* Diplomata hac de re, & Iuramētum à Duce præſtari ſolitum id doceat.
† 4. eius nominis

vocant,) Guidonem, Philippum, & Eliſam. Qui ſeptem Mar-
garetæ liberos agnoſceret, præter Aquilium vidi neminem. Sex
Har anus numerat, videlicet Reinaldum, Guidonem & Phi-
lippum tres filios, & totidem filias Margaretam, Iſabellam, &
Philippam. Quinq; Heuterus, qui Philippam omittit. Et quæ
Harano aliiſq; Margareta eſt, hæc apud illum Maria appella-
tur, vxor Theoderici decimi eius nominis Comitis Cliuiæ, qui
obiit an. 1315. maritum ſequuta vxor an. 1325. Guidonē Phi-
lippumq; pueros obiiſſe tradunt. Iſabella, quæ eadem Eliſa eſt &
Elizabeth vxor primo Adolphi Comitis Montium: & poſt, eo
è viuis ſublato, Friderici II. Auſtriaci cognomento Pulchri
Imperatoris; cui non peperit. Reinaldus ſecundus eius nominis
patri ſucceſſit primuſq; Dux Gelriæ factus fuit anno 1339. ab
Imperatore Ludouico IV. Bauaro. Quod quum euidentiſſime
conſtet, miror Heuterum in Tabula Genealogica Reinaldum
eius nominis primum Ducem Gelriæ primum vocare: qui iam
annos ante tredecim inter mortales eſſe deſierat. vtiq; quū an-
nus 1326. ei vltimus fuit. Tollatur hic ex eius libro error ma-
nifeſtiſſimus. Sed & diligenter excutiatur, an veteribus monu-
mentis certo probari poſſit id quod Reuſnerus ad hunc modum
ſcribit: Reinholdi ſiue Reginaldi cognomēto Bellicoſi, &c.
ex Irmgarde filia & hærede Harmanni * Comitis Limbur- *Imo Ducis.*
genſis, liberi: Reinaldus II. cognomēto Rufus, primus Dux
Gelriæ, &c. Philippa, vxor Walrafii Falcoburgi & Montiu[m]
Domini. Elizabeth, vidua Adolphi Comitis Bergenſis, de-
ſponſata Friderico Auſtriaco, ſed deſerta, Virginē egit Ve-
ſtalem Coloniæ ad S. Claram. Ex Margareta filia Guidoni[s]
Dampetræi Comitis Flandriæ, Guido Comes Gelriæ. Mar-
gareta ſiue Maria, coniux Theoderici 10. Comitis Cliuiæ.
Hæc Reuſnerus, immane quantū diſcrepans ab Hiſtoricis no-
ſtris: qui omnes vno ore affirmant, ſterilē fuiſſe vxorem Lim-
burgicam. Quod a vero tamen quibuſdā diſſentaneū videtu[r]
& certe aliquid cauſſæ fuiſſe neceſſe eſt, aiunt, cur bella prop[ter]
Ditionē Limburgicam geſſerit. niſi id forte viua coniuge mo[-]
tus ſit. Quod verū eſt, ſi Annalibus quos ſequutus eſt Meyer[us]
& antiquis chartis credimus: in quibus de Reinaldi huius c[on-]
iugib[us]

ingibus & liberis ſic diſerte perſcriptũ eſt: Huic duę coniuges fuere. Prima; Ermgardis, filia Walrauii, Comitis Limburgẽſis; ex qua nullos liberos ſuſcepit. Quę obiit *an. 1290. 4. Idus Iunias. Secunda, Margareta, filia Guidonis Comitis Flandriæ. Quæ obiit an. 1321. Eius liberi, Reinaldus, Guido, Philippus filii, & filia vnica Iſabella, Monialis in Cœnobio S. Claræ Colonienſis. *Credamus igitur Gelrũ cum Brabanto an. 1284. & quatuor ſequentibus, contendiſſe de Ducatu Limburgenſi, ſuperſtite vxore ſua Ermgarde, VValrami (pro quo nomine perperam apud Lazium VVilhemi legitur) filia. Alioquin à parte Gelri nõ ſatis iuſta & honeſta videatur bellicauſſa. Sed de his hoc loco plus ſatis.*

*Poſt triennium, ait Meyerus, è viuis exceſſit, Veroncana illa pugna pugnata an. 1288. Ergo obiit, iuxta Meyerum anno 1291.

[c] Tielam oppidũ expugnauit anno imperii decimo ſexto.) *Id eſt an. 1288. Circa eadem tempora Tielæ receptæ a Brabantiæ Duce, & Heuſdanæ vrbi capta præſidia impoſita bello Gelrico teſtantur Brabanticarũ rerum Scriptores. Vide quæ ſupra ex Gramaeo adduximus.*

[d] Obtinuit à Rodolpho Imperatore monetam Arnhemii, Ruremundæ, & Harderuici.) *Ius hoc cudendæ monetæ tribus illis locis impetrauit anno 1290.*

An. 1308. Aquiſgrani interfuit Reinaldus cum aliis multis coronationi Henrici eius nominis ſeptimi Imperatoris, qui Comes erat Lucemburgenſis. Auctor Meyerus ad hunc annũ.

Anno 1310. cum Henrico 7. Imperatore profectus eſt in Italiam Reinaldus. Nam res Italiæ à morte Friderici II. in hũc Cæſarem valde fuerãt turbatæ. Omnes pene vrbes Imperio parere ſolitæ, excuſſo iugo, tyrannis ſubeſſe cœperant. Gibellini & Guelfi totam Italiam diſcindebant. Eratque ea lege à Clemente Pontifice maximo confirmata Henrici electio, vt intra biennium ingrederetur Italiam ad ſanandas implacabiles vrbium in illa diſcordias. Vide Meyerum.

Anno 1320 infelix, quantumuis Bellicoſus, Princeps à proprio filio cognomine captus, & an. 1326. in carcere exſpirauit, feſto D. Dionyſii, quum præfuiſſet annos 54. menſes 8. dies 2. Vxor Margareta primo captiuitatis mariti anno naturæ

Digitized by Google

debitũ perſoluit, an. 1321. Sepulta hæc eſt in Cœnobio quod Vallis appellatur Comitis. Cui poſtea an. 1326. maritus cõſepultus. Sed de huius emortuali anno mire variant Scriptores, atque inter ſe diſſentiunt. Tabulæ Harderwicena, obiit, inquiunt, an. 1314. rexit annos 48. Haranus inquit an. 1323. Heuterus anno 1325. Reuſnerus an. 1326. Quis has pugnantes ſententias conciliabit? Quis expediet nos? Hui! quantum abeunt à communi traditione Tabulæ Harderwicenæ? Eæ tamen conſpirare videntur in annũ 1326. Rexit, inquiunt, 48. annos. His adde 6. annos, quos in carcere tranſegit infelix Princeps, & habebis verum annũ mortis 1326. Sepultum autẽ fuiſſe in 's Grauendal *ſeu Valle Comitis omnes, excepto Harano, annotarunt; qui in Nouo Monaſterio humatum dicit,*

Præfuit annos 17. Comes, 13. Dux 4. Obiit anno 1343.

DVCES GELRIÆ.

REINALDVS NASSOVIVS II. Comes IX. & Dux I.

REinaldus ſecũdus, [a] Rufus dictus, quũ viuente adhuc patre Comitatus Gelrię & Zutphanię [b] ſex annos adminiſtraſſet, poſt obitũ eius Comes factus eſt, an. Chriſti 1326. [c] Duxit Sophiã filiam Florentii Comitis Mechlinienſis; ex qua habuit [c] quatuor filias. Inter quas fuit Maria, quę nupſit Duci Iuliacenſi, eratq; mater Gulielmi & Reinaldi, Ducũ Iuliacenſiũ ac Gelriorũ, & Ioãnæ, cui poſtea in matrimoniũ ceſſit Ioannes Dominus ab Erkell, qui habuit ex illa Mariam matrẽ Arnoldi Egmondani, Principis Gelriæ. Vt erubeſcant, qui Comites illos Egmondanos à Gelrenſium proſapia amouent. [d] Mortua Sophia, duxit Eleonoram filiã Eduardi Regis Angliæ; ex qua filios Reinaldũ & Eduardũ qui poſt eum regnarunt, ſuſcepit. Sed quum iam Reina[ldi] non ſolũ virtus, ſed & potentia vicinis regionibus formidabilis eſſet, ac fama iuſtitiæ, pietatis & fidelitatis ipſius erga Romanũ Imperium increbreſceret, Frãcofurti in publicis Comitiis à Ludouico Imp. [e] Dux conſecratus eſt, præſentibus Rege Anglię, Rege Gallię, & Electorũ collegio, anno imperii decimo tertio; anno à Wichardi primi Præfecti initio 4061. anno Chriſti 1339. [f] Memorabili prælio Brabã-

Comitatus Gelriæ erigitur in Ducatum.

tino

tinos & Leodienſes, qui abſente eo Gelriæ fines prædabūdi inuaſerant, fudit, omneſq; pene ad internecionem cecidit. Reinaldū hunc fuiſſe ſingulari naturæ præſtantia, indicat magnitudo rerū geſtarū. Tantū enim 17. annos imperauit. quo ſpatio quantum præſtiterit, patebit ex Chron. Duo Monaſteria fundauit: alterum Carthuſianorum non procul ab oppido Arnhemienſe: alterum Carmelitarū in Gelra oppido. Arnhemium quoq; Collegium Canonicorum D. Walburgis traduxit ex oppido Tielenſe. Eleonora quoq; vxor eius condidit duo Monaſteria inſtituti Franciſcani, vnum Dauentriæ, alterū Harderuici. Mortuus eſt anno imperii 17. Sepultus iuxta parētes in Valle Comitis, ſiue 'ſ *Grauendal.* Hæc de temporibus Reinaldi annotaſſe ſufficiat; de quibus cogitantes præſentiā Dei in Imperiis agnoſcámus. Quum vicini Principes & populi in hoc regnum inſurgerent, mirabiliter defenſum eſt per hunc Principem, qui pacem ſuis reſtituit, & pulcherrimas politias in ciuitates regni ſui inuexit; quibus tamē exiguo tempore ſtetit. Et ipſe ruinam ſui imperii & bella ciuilia præcognouiſſe, filiiſque ſuis prædixiſſe dicitur.

[a] Rufus dictus,) *Vulgariter* De Swerte. *Vide Chronicon Hollandiæ Diuiſ. 22. c. 14.*

[b] *Toto illo ſexennio, quo patre in carcerem coniecto præfuit Reinaldus, non ſolum Comitis titulo abſtinuit, verū etiam filium ſe vocans Comitis Gelriæ, in omnibus fere Actis & Priuilegiis, quæ captiuitatis paternæ tempore conceſſit, ad maiorē fidem & confirmationē teſtes adhibuit matrem Margaretam, Sophiā coniugem, Philippā & Iſabellam ſorores. Quod ex Archiuis conſtat. Ex quibus etiam illorum error conuincitur, qui Margaretam Flandricā Reinaldi matrem mortuā aiunt an. 1321. Quod falſum eſt, quum adhuc nominetur vna cum nuru Sophia filiabuſq; Philippa & Iſabella in Diplomate anni 1327. die Veneris, poſt feſtum D. Nicolai. Itaq; rectiſſime & meritiſſimo longiorem vitam illi tribuimus. Sunt qui obiiſſe notant an. 1330. die Balbinæ & Sabinæ, qui calculus à Vero mihi diſſimilis non videtur. Cæterum quū in Archiuis Philippa & Iſabel-*

la Reinaldi II. ſorores nominentur: certum eſt, in Genealogia
antiqua, cuius ſupra memini, Philippã non Philippum legendũ
eſſe. Et Philippam agnoſcit Reuſnerus. Dicitur hæc nupſiſſe
** Mõtiouuæ. VValrauio Falcoburgi & * Montionæ Domino: cuius filia*
** Eius nominis V. Beatrix Falcoburgica ducta ab * Theoderico Brederodæ Do-*
*mino, peperit * Reinoldum Brederodæ & per vxorẽ * Iolam*
** I. eius nominis. Genneppe Toparchã, qui poſtea defunctis Reinaldo & Eduardo*
** Alii Ioannam vocant. fratribus, Gelriæ Ducibus, Machtildim iuuit contra Guiliel-*
mum Principem Iuliacenſem, an. 1376. De quo infra.

c Duxit Sophiam filiã Florentii Comitis Mechlinienſis.)
Hæc Maria quibuſdã dicitur, contra Publicorum Actorum
auctoritatẽ, in quibus diſerte Sophia non ſemel nominatur. De
Comitibus & Dominis Mechlinienſibus adeũda Hiſtoria Vr-
bis & Prouinciæ Mechlinienſis Ioannis Baptiſtæ Gramei. ex
quo opere locum qui huc proprie ſpectat viſum operæ pretium
fuit apponere. Ægidium (*inquit*) conſtat an. 1305. certis con-
ditionibus mediis (inter quas vna, eum ſuis impendiis Duci
Brabantiæ ſubſeruire iubebat) vicos ſuos & peculia, in Ter-
ritorio Ryenſi ſita, à Duce. Aduocatiam Vrbis & ſuburba-
ni ab Epiſcopo Leodienſi ſuſcepiſſe, vtriuſq; ſe clientẽ eſſe
profeſſum. Quod idem patris, an. 1310. 24. Octob. defun-
cti, exemplo Florentius filius fecit an. 1312. feriis Apoſtolo-
rum principum. A quo Guilielmus Hollandię Regulus an.
1316. portionẽ totam Dominii Mechlinienſis emerat, ſe
quum alteram, quam ab Antiſtite Leodino acceperat, re
cepto prælio reſtituere compelleretur, ſentiens parum ſib
emolumenti dimidiatam Vrbis in longinquo ſitæ parten
afferre, eam Florentio reuendidit. Auctores Literæ, t
Froſſardus lib. 3. Qui ob nundinationes has Florentiũ d
tem Mercatorem vocat. Cuius filiam Sophiam Reinold
Gelriæ Comes matrimonio ſibi iungens ſuſtulit Margar
** Imo Ducatum.* tam, infelicem illam, nec ad Geltrię * Comitatũ per contr
ctus ante nuptialis vim ipſi debitũ, nec ad Mechliniæ D
minium ex auita hęreditate ei competẽs admiſſam. Hoc
† Niuernenſi, in ſerie 26. nim Reinaldus Tutorio nomine eius bona adminiſtrã
Ludouico Flandriæ Comiti vendidit ſumma 60000. lib
rı

rum Turonenſiũ, teſte Meyero ad annũ 13 2. Flander autẽ alterius etiam cõpos factus, primus toti oppido imperauit, an. 1333. *Hactenus Gramaius. Meyeri loca etiã adſcribẽda duxi, Ad annũ 1332.* Eodem anno, *inquit,* poſtquã Ludouicus Comes emiſſet oppidum Mechliniam, ortum bellum Brabanticum. Emit autem de Adulpho Epiſcopo Leodienſi & Reginaldo Comite Gelriæ, qui tũ coniuncti id oppidi poſſidebant, vſus ea in re cõſilio intimi ſui aulici Guilielmi Auxonii. Centum millia nummum Turonenſiũ pretium erat, aliter centum & ſexaginta millia Regalium monetæ Francicæ. Sed Brabantiæ Dux Ioannes, quo minus Mechliniani in verba iurarent Ludouici interceſſit. Nempe ea pars quã Gelrus vendiderat, quando eius eſſet beneficiũ, abſq; eius aſſenſu vendi illam poſſe negabat. Alterã item partem ære Antiſtiti perſoluto retinere contendebat, propterea quod ad ſui Principatus corpus totam Mechliniã pertinere aſſeuerabat. Hęc agenti Brabanto bellũ Ludouicus indixit, occupauitq; omnia quę in Flandris Mechlinienſiũ erãt bona. Rex Boeuniæ Ioannes iure petẽs materno in Brabãtię Ducatu partẽ; Reginaldus item Gelrus, Wilhelmus Hannonius, Gerardus Iuliacẽſis, Ioannes Bellomantanus, Comes præterea Namurcenſis cũ Hormo, Falcomontano & Leodienſib. Ludouico auxiliares venerunt. Philippus autẽ Rex Nauarrę & Eduardus Dux Barrẽſis Brabãto aderãt. Quũ in agro Aloſtano Brabãti agerẽt prædas, Flandri viciſſim Aſcã & Cœnobiũ Affliginienſe cõbuſſerunt, Bruxellã fugientibus monachis. Gelrus * Tielã cepit, Boenius Rodam. Sed Barrenſis cũ Gallorũ ac Brabantorũ auxiliis turmã quandã Flandrorũ equitũ intercepit iuxta Bruxellã, via militari ad locũ cui *hellekin*, h. e. paruus infernus, nomẽ eſt. Hic acriter vtrinq; eſt pugnatũ, ſed Flãdri tandẽ victi atq; ad 100. & 50. (ſi verus eſt Scriptor Brabãtinus) ducti Bruxellã captiui. Poſt hęc Philippus Gallorũ Rex, per tria aut quatuor matrimonia bello impoſuit terminũ. Tres filię Brabãti, Margareta Ludouico Flãdro triũ annorũ puero Ioanna Guilielmo Hollãdo, Maria Reginaldo Gelro promiſſę ſunt. Diſcordia

* *Chronicon M.S. Anno 1333. Reinaldus Comes Gelriæ cepit oppidũ Tiel, in die Agnetis, & muros effregit.*

item de emptione Mechliniæ eiuſdẽ Philippi Regis arbitrio commiſſa. qui non ita diu poſt pronunciauit, vt ſi ratã Brabantus non teneret emptionẽ, numeraret Flandro octoginta ſeptẽ millia & quingentos Coronatos Regales. *Anno* 1336. *Mechlinia æqualiter à Brabanto & Flandro poßideri cœpta, teſte Meyero ad annum* 1336. Eodem, *inquit*, anno cõuenit inter Brabantum & Flandrum vt Mechliniam pariter poſſiderent indiuiſam, quo hactenus modo tenuerunt eã Epiſcopus Leodienſis & Margareta Gelrenſis, ita vt Dux ſuam medietatem in clientela teneret Comitis, alteramq; medietatem Comes in clientela Epiſcopi Duciſq; poſſideret: emolumenta æqualiter diuiderent. &c. Actum pridi Cal. Apr. *Poſt anno* 1345. Mechliniam Iohanni Duci Ludouicus Comes totam ceſſit, pro 86. millibus aureorum Regalium, iuramento à Clemente Pontifice ſolutus, quo tenebatur id oppidi nunquam alienare. ſed priuſquã Ioanne numeraret, Ludouicus in viuis eſſe deſiit. *Demũ an.* 1347 Ludouicus Maleanus Comes Flandriæ conſilio Regis Philippi ceſſit Ioanni Duci omni iure ſuo quod in Mechlini habuit, abſq; vlla petitione pactæ pecuniæ 86. millium aureorum Regalium, quorũ ſupra facta mentio eſt. Actu ad Auguſtam Veromanduorum, hoc eſt Fanum Quintin menſe Iunio. Eodem menſe (*ſubdit Meyerus*) nuptiæ cu Brabantina proceſſerunt. Rex hunc in modum ſtirpe Brabantiæ elocauit. Henrico neptem ſuam ex Ioanne fili quamuis nondũ maturã; Godofredo autẽ filiã Ducis Boionii nuptũ dedit. Sed & hi duo & Ioannes natu maxim abſq; vlla ſobole deceſſerunt. Margaretam vero inter fili natu ſecundã Flandro; Reginaldo Gelro Mariã, ac maxin natu Ioannã Guilielmi Hannonii, Comitis Hollandiæ, duã Venceslao Boemo collocauit, Caroli Imp. fratri. Ap Vilfordium tam Gelri quam Flandri * nuptiæ factæ ſun

* *Calendis Iunii.*

c Duxit Sophiã filiam Florentii Comitis Mechlinienſi *Hunc Florentium gentis Bertholdicæ vltimum Mechliniæ alterá parte Dominũ fuiſſe, Annales tradunt. Erat autẽ minorũ de Berthout ſiue Bertholdorũ Grimbergana fami*

nobili

nobiliſſima & potētiſſima tā clientelis quā affinitatibus. quæ Godefrido Barbato aliiſq; Brabantiæ Ducibus ſubiici dedignata, variis bellis eos exercuit. De queis legendus Gramæus, & † quæ apud eundem in Hiſtoria Mechlinienſi extant deſumpta ex Diuæo, Caſtergatenſi, & aliis.

† *Appendix ad Res Mechilienſes Hiſtoria Grimbergana.*

c Ex Sophia Mechlinienſi habuit quatuor filias) *Nimirū Margaretam, Machtildim, Mariam, & Iſabellam. Quamquam Iſabellam ex Ælionora coniuge ſuſceptam dicit. Atq; huius Sophiæ Florentii Bertholdi filiæ opibus, quæ immenſæ erant, à pignore liberauit Reinaldus ſua caſtella, vectigalia, & alia. Hinc in Sponſalibus ſiue contractu Nuptiali * conditio adiecta:* Ne Gelriæ hereditas ad alios deuolueretur, quam ad natos ex hac Sophia. *quod roboratum ſigillis & Comitis & Ordinum Gelriæ. Hæc mortua dicitur apud Froſſardum & Reuſnerum, quadriennio à nuptiis. Annus autem, qui vltimus illi fuit, notatur 1336.*

* *Meminit Froſſardus lib. 3. quem omnino vide.*

d Mortua Sophia, duxit Ælianoram filiam Eduardi Regis Angliæ,) *In ſerie videlicet 3.* Ex qua Reinaldum & Eduardum ſuſcepit.) *Ita cum Aquilio Annales, aliique: Heuterus & Reuſnerus contradicunt, & Reinaldum ex primo thoro Sophiæ Mechlinienſis ſuſceptum volunt.*

e A Ludouico Imperatore Dux conſecratus eſt.) *A Ludouico Boio ſiue Bauaro, 4. eius nominis Imperatore. Eodem tempore, (vt vult * Trithemius) videlicet in medio Quadrigeſimæ anni 1339. in iiſdem Comitiis Francofurtenſib. Gulielmus quartus eius nominis Comes Iuliacenſis de conſenſu omnium Principum Electorum in Marchionem ſublimatus eſt. Verum iuxta alios Guilielmus iſte Marchio factus à Ludouico Boio anno 1329. & inde ab Auguſto Carolo quarto, * anno 1356. Dux creatus in Comitiis Metenſibus Hallucinatur Abbas doctiſſimus, aut eius codex corruptus eſt. Scribit * idem ad annum 1361.* Hoc ipſo anno menſe Februario cælum quadam nocte ardere viſum eſt, & eadem nocte obiit Wilhelmus primus Dux Iuliacenſis: quem Imperator in Conuentu Metenſi ante viginti ferme annos in Ducem creauerat. *Hallucinatur denuo, niſi ſcripſerit ipſe,*

* *In Chronico Hirſaugienſi.*

* *An. 1388. Heuterus, Imp. VVenceslao Lutzenburgio.*

* *In Chronico Sponheimenſi.*

ante 6.ferme annos, & *poſt τὸ 6. ſciolus aliquis mutarit in viginti. Cæterum Dux hic Iuliacenſis in matrimonio habuit Mariam Reinaldi 2. primi Ducis Gelriæ filiam, Reinaldi 3. atque Eduardi fratrum Ducumq; diſcordium, in queis familia Naſſouia defecit, ſororem: qua cum dotalitio nomine Iuliacenſis Gelriam ad ſe traxit: & quamuis litem ipſi moueret Cliuenſis; nihilominus tamen & poſſeſſione & iure præceſſit.*

f Memorabili prælio Brabantinos & Leodienſes fudit.] *Vide inter alios Trithemium in Chronicis Sponheimenſi & Hirſaugienſi, ad annum* 1338.

g Ipſe ruinam ſui imperii & bella ciuilia prædixiſſe dicitur.) *Etiam Reinaldus pater (nam ad hunc Reinaldum referri vix poteſt) vates. De eo ſic Meyerus ad annum 1345:* Guilielmus Comes Hollandiæ profectus contra Friſios, victus eſt ab illis iuxta Staueram, & interfectus die 26. Septembris: quam quidem mortem prædictam illi tradunt ab Comite Gelriæ Reginaldo, dum à ſacris eum leuaret fontibus.

REINALDVS NASSOVIVS III. Pinguis dictus, Dux II.

Præfuit annos 28. Obiit an. 1371. 4. Nonas Decemb.

REinaldus Pinguis, Reinaldi ſecundi ex Eleonora filius *a* ſucceſſit patri anno Chriſti 1343. Regnauit annos viginti octo, quibus incluſi ſunt decem anni Eduardi fratris. Vxor fuit Maria *b* Ioannis Ducis Brabantiæ filia. Quum à Principibus Gelriæ aduerſus externos hoſtes res magnæ geſtæ eſſent vſq; ad tempora huius Reinaldi, imperio iam ad ſummos gradus euecto, orta ſunt bella inteſtina, quibus opes ampliſſimi Ducatus in vniuerſum exhauſtæ ſunt. Tanta fuit ciuium Nobilium & plebis laniena; quæ nunquam viſa erat. & origo fuit multorum malorum in regno Gelrico. Cauſſam cruenti iſtius belli peperit duorum fratrum diſcordia. Et reuera omnis poteſtas impatiens conſortis erit, vt canit Lucanus. Exempla habemus in maximis Monarchiis apud hiſtoriographos, quæ docent Regna & Monarchias non regi humana prudentia; ſed quamdiu ſtarent, tueri diuinitus. Ideo contemplemur manifeſtam

Dei contra noſtra peccata, quoties huiuſmodi accidunt. In Eduardo, qui minor erat natu, animi magnitudo, iuuenilis audacia, & libido dominandi ingens fuit. Quæ ambitio in iuuene, poſtea fuit origo crudeliſſimi prælii. Huic Eduardi factioni acceſſit & Nobilium quorundam diſſenſio, quæ rei atrocitatem augebat. Fuerunt qui BRONCHORSTII dicebantur & negotiis Eduardi præerant. Econtra *c* HEECKHERI appellati Reinaldo fauebant. Eduardus Nouiomagum ſe recipit. vbi exercitus quãtos poteſt ex vicinis locis contrahit. Reinaldus oppidum Tielenſe occupat. vbi tandem infelici ſuorum pugna *d* à fratre capitur, & ad *e* decennium carceri includitur. Poſtremo tamen poſt obitum Eduardi liberatus, exiguo tempore Gelriam rexit. Sepultus in Valle Comitis, anno à Partu Virgineo *1371*.

Gelria in duas factiones diuiditur BRONCHORSTIORVM & HEECKHIRORVM.

a Succeſſit patri anno Chriſti *1343.*) *Puer adhuc, & ætatis ſuæ anno* 10. *vt legiſſe me in Annalibus recordor.*

b Ioannis Ducis Brabantiæ filia) *Eius nominis 3. Hanc duxit annos natus duntaxat 12. anno Chriſti* 1347. *Mortuam condidit Bruxellis apud Carmelitas in Choro. Nuptiæ autem iſtæ celebratæ ſunt apud Viluordiam: vti indicatum iã ante à Meyero. Statim à nuptiis Adoleſcens magnanimus Socerum iuuit contra Leodienſes, tamq; fortiter ſe geſſit, vt Equeſtrem dignitatem acceperit anno, quem dixi 1347. Collegii auctor eſt Carthuſianorum prope Arnhemium, quod vulgo Monickhuſen appellatur.*

c HEECKHERI) *Vulgo Heeckers.* STERCKERLINGOS *vocari in Hiſtoria Brabantica notat Gramæus, cap.* 10.

d A fratre capitur.) *Anno 1361. die menſis* Maii 25. *Quare præfuit vſque ad captiuitatem annos 17. menſes 7. dies 12.*

e Decennium carceri includitur) *Non integrum decenniũ captus fuit ſed annos 9. menſes 3. Liberatus poſt cædem fratris Eduardi (quæ incidit in annum 1371. die menſis Auguſti 24.) iterum rebus Gelricis præfuit menſes 3. dies 8. Mortuus enim eſt anno, quem dixi 4. Nonas Decembris. Sepultus 'ſGravendal apud patrem.*

Digitized by Google

Mutationes quæ hoc tempore in Gelria acciderunt, vide in Chronico Carionis.

Præfuit, fratre in vinculis detento, annos 10. Obiit anno 1371. 9. Cal. Septemb.

EDVARDVS NASSOVIVS, Dux III.

EDuardus capto fratre, & pacatis bellis ciuilibus, ſolus regno potitus eſt, anno Reinaldi decimo quarto, anno Chriſti *1361.* *a* Ingenti victoria Brabantinorum exercitus deleuit, & wenceslaum Ducem illorum captiuum tenuit. Ecce, hic rurſus exemplum non tantum inconſtantis fortunæ, ſed etiam impietatis humanæ atque audaciæ. Quum hic Princeps adhuc iuuenis tantas res geſſiſſet, à quodam ſuorum Aulicorum globo tormenti bellici inſidioſe interfectus eſt decimo imperii ſui anno. *b* Nullos reliquit liberos. Quare Ducatus ad Guilielmum Principem Iuliacenſem, qui nepos erat Reinaldi primi Ducis Gelrici, deuolutum eſt.

a Ingenti victoria Brabantinorum, &c.) *Anno 1371. pugnata hæc apud Baeſwilder inter Rhenum & Moſam: qua occiſus Guido Comes Fani-Paulli, qui cum Roberto Namurcæo & Petro Barenſi ab Brabantino ſtetit. Occiſus & ipſe Eduardus Dux Gelriæ: quamuis ipſe Iuliacuſq; victores eſſent. Captus cum multis aliis Nobilibus Valeranus filius Comitis Fani-Paulli occiſi. Captus & ipſe Dux Brabantiæ Wēceslaus, Neomagiumq; Gelriæ perductus. ſed in gratiam * Caroli Imperatoris fratris ſui poſt dimiſſus. Incidit hoc cruentum prælium 11. Kalend. Septembr. hoc eſt 22. Auguſti, qui Veneri dictus, Marti vere ſacer erat. Vide Hiſtoriam Brabanticā Gramæi cap. 10.*

** Eius nominis 4.*

b Nullos reliquit liberos) *Catharina Alberti Bauari Ducis Comitis Hollandiæ filia illi erat deſponſa, quæ, ſperato coniuge anno 1371. in acie apud Baeſwilder cæſo, manſit aliquam diu (virgo vidua) cælebs, donec à Gulielmo Iuliaco duceretur.*

Eduardo exſtincto, Reinaldus 3. eius frater carcere extractus, iterum Gelriæ præponitur, vixq; quatuor præfuit menſes. Quod iam ſupra annotauimus.

Reina

Reinaldus 3.4. Nonas Decembr. anno 1371. ſine liberis defuncto, pro Ducibus ſe geſſerunt in ſchiſmate Maria & Mechtildis Reinaldi & Eduardi fratrum ſorores. Sed Guilielmus Mariæ ex Guilielmo 4. Comite Iuliacenſi primogenitus filius, Principatum obtinuit, eſtque ille paulo poſt ab Carolo 4. Imperatore confirmatus; Anno videlicet 1377. in vigilia S. Andreæ.

GVILIELMVS I. IVLIACVS, Dux IV.

OCciſo Eduardo, pax inter ſubditos retineri non potuit. Heeckheri ad deprimendum Guilielmum adiungunt ſibi Margaretam Eduardi ſororem natu maximam: Bronckhorſtii Guilielmum Ducem Iuliacenſem, Eduardi ex ſorore Maria nepotem recipiebant. Sed obitu Margaritę bellum ciuile deſiit, & Guilielmus Dux Gelriæ & Comes Zutphaniæ ſalutatus eſt, anno Chriſti *1371.* Natus eſt Guilielmus ex proſapia Ducum Geltriæ; cuius hæc ſeries traditur:

Præfuit tam in ſchiſmate, quam confirmatus annos 30. Obiit an. 1402.

Reinaldus II. *vltimus Comes, & primus Dux.*

Sophia Mechlinienſis, Florentii Bertholdi filia, prior coniunx Reinaldi

Elionora Eduardi III. *Regis Angliæ filia, poſterior cõiunx Reinaldi*

Maria Reinaldi & Sophiæ filia, Guilielmi IV. I. *Ducis Iuliacenſis vxor.*

Reinald⁹ III. *Dux* II. *prolem non habuit.*

Eduardus III. *Dux, prolẽ non habuit.*

Guilielmus II. *Dux Iuliacenſium, &* IV. *Gelrenſium, filius Mariæ Gelrenſis, & Guilielmi Iuliacenſis.*

Coniugem tenuit * Catharinam filiam * Comitis Hollandiæ, quæ * Eduardo ante deſponſa erat. Sæpiſſime * fuſus eſt exercitus Brabanticus pulcherrimis huius Guilielmi victoriis. Ad cuius memoriam exſtructum fuit Sacellũ eo loco vbi pugna committebatur. Reliqua huius & aliorum

** Virginem adhuc & intactam.*
** Alberti Bauari, in ſerie 23.*
** Auunculo ſuo.*
** Vide Meyerum ad annum 1386. & 1388. Heuterum lib. 2. Rer. Burgund. & Grameum Hiſtor. Brabant. cap. 10.*

Digitized by Google

Principum geſta Lector ex Chronicis latius cognoſcat. Sepultus eſt vna cum vxore in loco Carthuſianorum Arnhemienſium, ipſo die Iulianæ Martyris.

REINALDVS IV. IVLIACVS, Dux V.

Præfuit annos 21. Obiit anno 1423.

** Maria, quæ poſtmodo nupſit Ruperto Duci Bergenſi, Adolphi filio. Mariam hanc in Stemmate Comitum Arteſiæ non agnoſcit Reuſnerus. Vide tamen Genealogici pag. 319. & Comites Atrebateſios apud Meyerum anno 1236.*

FRatri ſuffectus eſt Reinaldus, cuius * vxor erat filia Comitis Arteſiæ. Venit ad Imperium anno Incarnationis 1402. Variis bellis * Comitem Hollandiæ affecit. Et memorabilis pugna accidit verſus Gorichem oppidum; in qua Guilielmus Dominus ab Erkell, auunculus Arnoldi Egmondani Ducis Gelriæ, occiſus eſt. Tenuit Ducatum viginti vnum annos, reſq; vtiles geſſit. Sepultus apud Carthuſianos Arnhemienſes iuxta fratrem in profeſto D. Ioannis prodromi & anteceſſoris Chriſti. Sed quum liberos non relinqueret, Arnoldus Comes Egmondanus, Reinaldi huius ex ſorore pronepos, in regno ſucceſſit.

** VVilhelmum Bauarum, in ſerie 24. Vide Chron. Holland. Diuiſ. 27. paſſim. De obitu Reinaldi Ducis, Diuiſ. 28. cap. 21.*

ARNOLDVS EGMONDANVS, Dux VI.

Præfuit annos 48. alias 50. Obiit anno 1474. alias 1473. 7. Calend. Martias.

ARnoldus, Reinaldi quarti ex ſorore nepos, in regno ſucceſſit, ductu Sigiſmundi Imperatoris ætatis ſuæ anno decimo tertio, ac Salutis 1423. Natus eſt Arnoldus ex ſtirpe Ducum Gelriæ, cuius hæc ſeries traditur:

Man

Maria filia Reinaldi II. primi Ducis. Guilielmus primus Dux Iuliæ. Horum liberi:

Guilielmus Dux Gelriæ & Iuliæ, hydropicus fuit, & ſobolem non reliquit.

*Ioanna coniunx Ioannis * Domini ab Erkell.*

Reinaldus Dux Gelriæ & Iuliæ, ſobolem non reliquit.

** Eius nominis 12. in ſerie 15. & vltimi.*

Guilielmus Dominus ab Erkell ad Gorichem cæſus.

*Maria coniunx * Ioannis, Dynaſtæ Egmondani.*

** Eius nominis 2. in ſerie 20. alias 21.*

Mariæ & Ioannis Dynaſtæ Egmondani filius Arnoldus Egmondinus Dux Gelriæ, &c. natus an. C.cccc.x.

Arnoldus hic Ducatum tenuit quadraginta octo annos, in quibus incluſi ſunt * quinque anni, quibus in vinculis à filio Adolpho detentus eſt, & duo anni, quib. regnauit poſt captum à Duce Burgundiæ filium Adolphum. Coniugi tenuit * Catharinã Cliuenſem, ex qua genuit, filios; Eduardum, qui obiit puer, & Adolphum. filias, Mariam, quã tradidit Regi Scotiæ, Margaretam, quæ nupſit Duci Bauariæ, & Catharinam, quæ manſit cælebs. Multas expeditiones contra Iuliacenſes, qui à Gelris poſt mortem Reinaldi deſciuerant, ſuſcepit: oppidum Buren expugnauit: ad triginta annos Friderico tertio reſtitit: multaq; præclare geſſit, quæ breuitatis ergo non ſubiicimus. Quum inchoaſſet annum imperii quadrageſimum ſecundum, ætatis quinquageſimũ quintum, in oppido Grauia ab Adolpho filio * captus eſt. Sed poſt * quinquennium priſtinæ dignitati reſtitutus, duos adhuc annos imperauit. Sepultus Grauiæ.

** Alias ſexennium imo ſeptennium vt quidam volunt.*

** Adolphi Marcani Ducis Cliuiaci filiam.*

** Anno* 1465.

** Alias ſexennium aut ſeptennium vt ſupra monui.*

Hic Arnoldus Egmondanus 7. Idus Septembris anno 1472. ius Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ Carolo Burgundiæ Duci vendidit. Eidem quoque ius ſuum Gerardus Dux Iuliacenſis poſtea vendidit. Vide Meyerum hoc anno.

Digitized by Google

ADOLPHVS EGMONDANVS. Dux VII.

Præfuit, Patre in carcerē coniecto annos 5. alias 7. Obiit anno 1473.

ADolphus, capto patre, regnum inuaſit anno Chriſti 1465. Duxit Cathatinam Borbonenſem, cuius ſoror Carolo Duci Burgundiæ tradita fuerat. Liberos ex illa habuit, Carolum, qui natus eſt Grauiæ anno Salutis 1467. & Philippam, quæ in matrimonium ceſſit Renato Duci Lotharingiæ. Diu varia fortuna contra Cliuenſes & Egmondanos pugnauit. Arnhemium Comes Egmondanus poſſidebat, Doisburgium ſubegerant Cliuenſes: Adolphus Nouiomagi ſe detinuit; Ruremundenſes & Venlonēſes in neutram partem cōſentiunt. Verum Adolphus anno imperii ſui * quinto in Carolo Duce Burgundiæ affine ſuo in Flandriam vocatus, nihil hoſtile metuens, ex improuiſo cum paucis Nobilibus, quibus per id tempus comitabatur, in oppido Cortraci captiuus tenetur. Id etiam hic diligenter annotandum eſt, poſt mortem Arnoldi & capto eius filio Adolpho, Carolum Burgundiæ Ducem aliquamdiu præfuiſſe Gelriæ, & (vt Soter annotat) à Friderico Romanorum Cæſare conſecratum: verum operam & oleum deperdidiſſe inexpugnabilib. tribus aut quatuor ciuitatib. Tandem tamen expugnato Nouiemago, Carolum, iam quinque annos natū, & Philippū Adolphi liberos * ad filiā ſuam cognatum eorum abduxit. vbi magnificētiſſime detēti, & liberaliter educati fuerunt. Verum enimvero, Carolo Burgundo ad Nanceium oppidum * interfecto, Galliſque Flandriæ fines & regnum puellæ Caroli filiæ populantibus, Adolphus ad eū diem pro captiuo habitus, bello Ductor deligitur. Ille vero (vt Soter ait) vir armorū peritiſſimus, ſed bello non ſatis fortunatus, nec lōgæuus ſuper terrā futurus, quod patrem in vinculis tenuiſſet, * ad Tornacum quod oppidum Galli tenebant, cum paucis Equitibus ibat ſpeculatum quid hoſtes molirentur, & ſi qua capienda vrbis via inueniretur. Frāci ſiue ſigno dato, q̄ nōnulli ſuſpicantur, ſiue ꝓpria induſtria circumſpicientes, incidunt in Ducem

* *Septimo, iuxta quoſdam anno videlicet 1472. Vide Chron. Holland. & Barlandum in Vita Caroli Burgundi.*

* *Alii*, ad Margaretā vxorem ſuam Gandaui agentem.

* *Anno 1476. pridie Epiphaniæ.*

* *Anno 1473.*

Ducem qui ſpeculaturus exibat. mox circumuẽtum multi paucos capere contendunt. Ille, quum ſe acrius defenderet, à multis facile ſuperatur, & pertinacius repugnans, cõfoditur miſere, & iumẽto impoſitum in vrbem deuehunt, tumulantq; in Eccleſia maiore, comperto quod Dux eſſet. Hæc de exitu Adolphi ex Hiſtoriographo libuit attexere. Conſideretur autem hic manifeſta Dei erga hoc regnum miſericordia, in his motibus & ſucceſſionibus ita clemẽter ſeruatũ. Mortuus erat Arnoldus; interfectus à Gallis Adolphus; Carolus puer ab imperio ſuo in externas regiones ſemotus; vicini Principes Ducatum rapinis & incurſionibus infeſtabant, & tamẽ à fœmina diuinitus regio adminiſtratur, vſq; dum Carolus liberatus ad ſuos rediret. * Catharina enim filia Arnoldi, poſt mortem Adolphi à ſubditis recepta, prudenter Ducatum rexit, & quorundam rebellionem heroica audacia refrenauit; Arnhemium bis obſedit, tertio vicit & ſubiecit.

** Præfuit annos 14. vel circiter. vide infra.*

De Adolphi huius in patrem Arnoldum impietate & violentia vide Hiſtoricos illorum temporum: ſed inprimis Hiſtoricorum principem Philippum Cominæum, hiſtoriamque inde eleganti ſtilo edecumatam apud Lipſium V. C. in Monitis & Exemplis Politicis c. 5. inter violentiæ Exempla num. 9.

CAROLVS I. EGMONDANVS, Dux VIII.

Præfuit annos 48. Obiit anno 1538. die vltima Iunii.

CArolus anno ætatis ſuę 23. anno Domini 1490. quum primis in armis (vt Soter refert) Regi Romanorũ Maximiliano militaret, inſidiis Philippi * Deſquordes cũ multis Proceribus Germaniæ captus eſt in oppido Betuneæ. ſed poſt biennium ab eodem Philippo, partim ſuorum & Comitis Mœſſenſis fidelitate, partim ad inſtantiam Renati Ducis Lotharingiæ, qui ſororem eius iam coniugem tenebat, per Lotharingiam in terram ſuam miſſus eſt, anno poſt mortẽ Arnoldi aui ſui decimo nono, anno poſt interfectum Adolphum patrem decimo quarto. Atq; hinc colligitur Catharinam Ducatum adminiſtraſſe annos quinde-

** Des Cordes.*

cim, vel circiter. Carolum ex Galliis redeuntem Gelrenſes vltro ſuſcipiunt, hoſte, qui paſſim minora oppida occupabat, pulſo, & mira calliditate Ducis profligato. Poſtea vero quam omnem Ducatū ſubieciſſet, animi magnitudine, ferocia, ſcientia bellica, cæteriſq; virtutibus nulli cedens, hoſtes ſuos, quos plurimos tunc habuit, multis & elegantiſſimis victoriis refrenauit, nullumque inferioris Germaniæ Principem à bellis reliquit immunem. Cęſari Maximiliano, Alberto Duci Saxoniæ, Duci Cliuenſi, Brabantinis, Hollandis, Friſiis, aliiſque nationibus & Principibus ad multos annos varia fortuna repugnauit. Quibus omnibus hic ſuperſedemus, & poteſt ſtudioſus illa in Annalibus copioſius cognoſcere. Anno poſt reditum ſuum ex Gallia vigeſimum ſeptimum, duxit vxorem ſuam Elizabetham ex nobiliſſima atque illuſtriſſima Luneburgenſium & Brunſwicenſium natam progenie. Anno Domini 1538. Arnheimii vna cum vita Ducatum expoſuit, & ibidem in Eccleſia antiqua, D. Euſebio ſacra, ſepultus eſt.

Hic Carolus Egmondanus Burgundicæ domui Ducatus ſuos Gorcomii anno 1527. & Grauiæ anno 1536. ſub conditione ſi ſobolem non ſuſciperet *promiſit. Antequam tamen moreretur, anno 1538. VVilhelmo Duci Iuliacenſi, Cliuenſi & Bergenſi Ditiones ſuas per tranſactionem, conſentientibus Ordinibus, ad euitanda bella dedit; qui & inauguratus eſt. Legenda hic Aſſertio iuris Imperatoris Caroli huius nominis quinti in Gelriæ Ducatu & Zutphaniæ Comitatu, exhibita in Comitiis Ratisbonenſibus, anno 1541. cum ſubiectis Scholiis, quibus Princeps VVilhelmus Iuliacenſis, &c. contra eiuſmodi Aſſertionem defenditur. Quæ partim * Antuerpiæ a. exemplar Noribergenſe edita ſunt anno 1541. partim * Salingiaci, in Ducatu Montenſi, año 1543. Vide & P. Heuterum.*

** In octaua, quæ vocatur libri forma.*
** in folio.*

GVILIEL:

GVILIELMVS II.
Cliuius, Iuliacus, &c.
Dux IX.

Præfuit annos 6. ab anno 1538. ad annum 1544.

GVilielmus Dux Cliuenſis, ſecundus eius nominis Dux Gelriæ, poſt mortem Caroli, qui liberos non reliquerat, omnium ſuffragiis electus eſt, anno Chriſti 1538. Rexit Gelriam annos ſex. quo ſpatio præclare * multa geſſit. In Brabantiam infuſo exercitu, Ductore Martino Roſſemio, feliciſſime pugnauit: Iuliacenſem & Durenſem ciuitates à Burgundis captas recuperat: capit Amersfortiam: Brabantinos verſus Sittart oppidum memorabili prælio ſuperat. Tandem, deficientibus Gelris ad Carolum quintum Imperatorem, & vtrinque æquis conditionibus inuentis, ab imperio deſtitit.

** Hæc omnia abſente Carolo Imperatore. qui mox vbi rediiſſet, Duram miſeranda ſtrage redemit. mox & Ruremundam & Venloam. Itaque Cæſari factus ſupplex Dux VVilhelmus, & Gelriæ poſſeſſione abſtinuit. dataque illi vxor Maria Ferdinandi Auſtriæ Ducis ac Bohemiæ Regis filia. Vide P. Heuterum.*

CAROLVS II. AVSTRIACVS,
Dux X.

Præfuit annos 14. Obiit in Hiſpania anno 1558.

CArolus * quintus eius nominis Imperator Romanus ad Venloam oppidum receptus eſt, anno Chriſti 1544. Regnauit annos circiter quatuordecim. In hac ſerie ac ſucceſſione Principum Gelriæ, animaduertamus mutationes Imperiorum in hoc mundo, & agamus Deo gratias, qui pro immenſa ſua bonitate hoc regnum, per multos annos variis caſibus iactatum, ac tandem Ducibus ſuis orbatum, non paſſus eſt incidere in alia pericula grauiora, ſed in tranquillum portum reduxerit, Principem dederit, qui bonis, ſapientibus ac vtilibus generi humano Imperatoribus & Monarchis annumeratur; qui in regionibus noſtris tranquillum præbuit hoſpitiū Eccleſiæ & miniſteriis Dei, pacem, leges, iudicia, ac gubernationis ordinem reſtituit, quibus ad hunc vſque diem clementer regitur & gubernatur Gelria.

** Secundus eius nominis Dux Gelriæ.*

Digitized by Google

PHILIPPVS CAROLI V. FIL. Dux X.

Inauguratur anno 1549. Obiit in Hiſpania anno 1598.

PHilippus Rex Hiſpaniæ, filius Caroli quinti, patri in regno Gelrico ſuffectus eſt, anno Chriſti 1558. ab initio mortis Caroli. Manſit penes eum Gelria vſq; ad hæc tempora in ſumma tranquillitate & quiete. Quam hactenus per alios Comites & Gubernatores, hodie per illuſtrem ac generoſiſſimum Comitẽ à Meghen Carolum, Dominum noſtrum clementiſſimum, feliciſſime ac prudentiſſime gubernat. Faxit Deus omnipotens, vt quam diutiſſime ſimili concordia & tranquillitate gubernetur ac conſeruetur noſtra Patria, leges bonæ in ea vigeant, & vera Eccleſia veruſque Dei cultus conſeruetur, per Filium ſuum Vnigenitum, ſummum ac inſuperabilem Regem, largitorem pacis & omnium bonorum, ſine quibus ſtare regio nulla poteſt.

HASSIÆ

HASSIÆ LANDGRAVII. EX Albizio.

COnradus Salicus Imperator Ludouico vxoris ſuæ Giſelæ conſanguineo, partem Thuringiæ conceſſit in feudum, Lotharius autem deinde eius nepotem Ludouicum tertium Landgrauium appellauit. Horum maſculina ſucceſſio peruenit vſque ad annum 1248. Certarunt poſtea de eorum hæreditate ac ditionibus, Henricus Marchio Miſniæ, ratione matris Iudithæ, & Henricus tertius Manſuetus Dux Brabantiæ, ratione Sophiæ, ex qua frater eius Henricus puer natus erat. Quamobrem partitæ ſunt demum ditiones; & Thuringia Marchioni Miſniæ, Haſſia autem Henrico puero ceſſit. At Comites ipſi Louanienſes à quibus Henricus iſte deducitur, à Lamberto Longicollo originem habuiſſe dicuntur, qui Othoni vltimo Carolingorum, Duci Lotharingiæ ſuccedens, occupata, Henrici ſecundi Imperatoris conſenſu, à Godofredo Arduennate Lotharingiæ, ab eo Floriuaſii occiſus eſt 1015. fertur enim, Lambertus hic, filiam Caroli Ducis Lotharingiæ, qui ab Hugone Capeto captus, Aureliæ in captiuitate obierat, & Othonis prædicti ſororem in vxorem duxiſſe; atque ex familia Comitum Hannoniæ fuiſſe.

II.

Godofredus primus, Barbatus dictus, eo quod, vt ferũt, patri iuraſſet, Barbam non inciſurum quo vſque Arduennates è Lotharingia expuliſſet. At ea ab Hẽrico quarto Imp. Comiti Limburgenſi tradita, ac poſtea ab Henrico V. filio ei adempta eſt, quod patris ſui Henrici quarti partes ſecutus eſſet. Brabantiã tanquam Lotharingię ſeu Ducatus Moſel-

Digitized by Google

lani partem, ab Henrico V. vxoris fratre dicunt adeptũ eſſe, cuius tamẽ titulum nõ geſſit ipſe mortuus 1120. verũ filius eius Godofredus ſecundus, poſt pulſos Limburgicos, conſentiente Conrado tertio Imp. primum Dux Brabantiæ dictus eſt. Filia eius Ida, vxor Theodorici quarti Comitis Cliuiæ, & Clara Monialis.

III.

Godofredus ſecũdus, de quo ſupra, qui Ducem Lotharingiæ ac Brabantiæ ſe ſcripſit, bellum contra Limburgicos & Grimbergenſes, à patre cæptum, proſecutus eſt; ſepultus Louanii 1143.

IV.

Godofredus tertius, ſecũdi F. Infans à patre relictus, multas paſſus eſt aduerſitates. tandẽ Henrici Limburgẽſis filia in vxorẽ ducta, ius omne quod in Brabantia Limburgenſes habuerunt, per eam eſt conſecutus. Sepultus eſt Louanii ad D. Petrum 1183. filiam habuit Seinaram vxorem Henrici Comitis Gelriæ; eius autẽ filius Henricus, Methildem habuit Florentii quarti Comitis Holandiæ & Eliſabetham Theodorici ſexti Comitis Cliuiæ vxores.

V.

Henricus ſextus (nã Lambertus Longicollus habuit filiũ Henricum I. occiſum 1038. is autẽ nepotẽ Henricum II. in lecto obtruncatum 1068. ille filium Henricũ III. mortuũ 1095. & nepotem Henricũ IV. quo defuncto ſine prole ſucceſſit ei Godefredus Barbatus, cuius è nepote natus Hẽricus V. cognomine Probus) ſeu Magnanimus, ex Sophia vxore ſecunda, quæ hæres fuit Henrici patrui ſui, vltimi e Landgrauiis Thuringiæ & Haſſiæ, & anno 1248. defu Henricũ habuit filiũ, qui de iure ſucceſſionis in Thuringi & Haſſia cum Henrico Marchione Miſniæ conſobrino ſu diu bello contendit. tranſactum eſt, prouti ſupra diximus vt Haſſiam ipſe obtineret, Thuringia autem Marchioni ce deret. Hunc bimum, & ideo Puerum ſeu Infantem dicti pater moriens 1247. reliquit, atque ex eo ſunt Landgrau Haſſiæ præſentes, ſicuti ex fratre Henrico maiore natu, fi

c

ere Duces Brabantiæ. Is Eccleſiam Parochialem Francoburgi conſtruxit, quem locum eius nepos Henricus ſecundus Ferreus anno 1336. oppidi noui acceſſione auxit. Filias habuit Henricus Magnanimus, ex primo matrimonio, Eliſabetham Alberti Magni Ducis Brunſuicenſis, Beatricem primum Hermanni II. Landgrauii Thuringiæ & Haſſiæ, poſt Gulielmi Dampetri Comitis Flandriæ, Methildem Roberti Arteſii coniugem, & Mariam à marito Ludouico Electore Palatino & Duce Bauariæ capite damnatam anno 1256. ¶ Henricus vero Puer eius filius ſortitus eſt filias; Eliſabetham, primum Ioanni Comiti Seneo, deinde Gerhardo Comiti ab Epſtain, Methildem Godefrido Comiti à Ziegenheim, Adelheidē Bernardo Comiti Hennenbergico, Sophiam Othoni Comiti Waldeck, & aliam Alberto Comiti Goricię nuptas. Obiit autem ipſe Henricus Puer 1245.

VI.

Henricus Manſuetus dictus Henrici Magnanimi filius alter, ſecundus huius nominis Dux Brabantiæ, filios habuit, Ioannem, Godofredum Comitem Louanienſem occiſum ad Cortracum 1302. Hericum Monachum factum Cluniacenſem in Burgundia, & Mariam vxorem ſecundam Philippi, tertii Franciæ Regis.

VII.

Ioannes primus, Dux Brabantię, Henrici prædicti filius, mortuo ſine liberis Henrico Duce Limburgi poſtremo, Ducatum illum cum cohærentibus in meridionali Moſæ ripa regionibus, ab eius hęrede Adolpho Comite Bergenſi ac Brabantię vniuit circa annum 1280. Ab Rheinoldo Gelrenſe proximiorem ſe eſſe hæredem dein affirmante, bellum exortum eſt, in quo Gelrenſis ipſe captus, antequam dimitteretur, omni ſuo iuri in ea prouincia ceſſit. Filia eius fuit Margareta vxor Henrici ſeptimi Imperatoris, & Maria vxor Amadei magni Comitis Sabaudiæ. Eius autem filius Ioannes ſecundus, partem vrbis Mechliniæ ab Hugone Epiſcopo Leodienſi emit, qui Bruxellæ ſepultus eſt. 1312.

Digitized by Google

VIII.

Ioannes tertius Dux Brabantiæ & Limburgi, filius Ioannis ſecundi, extinctis eius filiis maſculis legitimis, hæredem habuit primum, Ioannam filiam, tunc Wenceslao Lucelburgo, fratri Caroli quarti Imperatoris, nuptam; dein Margaretam Ludouici Malani coniugem; ex qua nata eſt Margareta Flandriæ & Brabantiæ hæres, Philippo Duci Burgundię Philippi F. vltimo ſuę ſtirpis, primo deſponſata; poſteaq; Philippo Audaci, Duci Burgundiæ poſt illum, & Ioannis Franciæ Regis ſecundo genito, coniugata. Cæterũ & tertiam habuit filiam Ioannes, Rheinoldo ſecundo Duci Gelriæ nuptam, Mariam nomine.

IX.

Ex Henrico puero ſeu Infante dicto, Landgrauio Haſſię, fuit Otho ſtemmatis propagator; cuius filii Henricus & Ludouicus prouinciam inter ſe diuiſere: quæ poſtea deficientibus Henrici maſculis, iterum in Ludouico coiuit. Othonis filia fuit Anna coniunx Alberti Ducis Saxoniæ inferioris; Ludouici autem, Anna Abbatiſſa Iſenaci. Otho obiit 1329.

X.

Ex Ludouico & Margareta Comitiſſa à Sponheim vxore eius, natus eſt Hermannus Landgrauius, qui vixit in annum 1414. & Balthaſari Thuringię Landgrauio contra Othonem Brunſuicium anno 1372. auxilio fuit. Ex eo prodiit 1402. Ludouicus Mitis vel Pacificus dictus, à placidis moribus, primus ſuæ familiæ Comes Zigenheimæ & Niddæ, qui anno 1440. in diſcordibus Electorum ſuffragiis Cæſar eſt nominatus; quam tamẽ dignitatem ipſe reſpuit, ſua ſorte contentus, in qua defunctus eſt 1458.

XI.

Henricus Landgrauius, filius natu maior Ludouici Pacifici in lucem editus 1440. mortuuſq; 1483. Marpurgi ſuã ſedem habuit, & ab vxore Anna filia Philippi vltimi Comitis Catzenellebogii, factus eſt hęres Comitatus Cattimelibogenſis: exque eis natus eſt, Vilhelmus iunior dictus, qui ex caſu equi, in venatione 1500. extinctus ſine liberis, hæredẽ reliquit ſuarum ditionum Vilhelmum Mediũ Landgrauiũ, patruelem,

patruelem, filium Ludouici III. nepotẽ Ludouici Pacifici.

XII.

Ludouicus frater Henrici natu minor, Caſſellis habitauit, qui dictus eſt Comes Ziegenheimius & Niddanus, ex quo duo fuerunt Vilhelmi, & duæ filiæ innuptæ. Hermannus autem tertius frater, Archiepiſcopus Colonienſis 1481. & Epiſcopus Padebornenſis, Princeps fuit multis egregiis virtutibus conſpicuus, qui Noueſium, à Carolo Burgundo obſeſſum, fortiter defendit & Gubernator Dioceſis Colonienſis à Collegio Canonicorum inſtitutus eſt anno 1475. aduerſus Archiepiſcopum Rupertum Palatinum. obiit 1508.

XIII.

Vilhelmus ſenior ſeu primus, Ludouici tertii, F. paternis ditionibus cum fratre diuiſis, graues cum eo contentiones habuit, & ab eo captus, regimine priuatus eſt. Filias tantum habuit Eliſabetham primo Ludouico Palatino Bipontino, deinde Georgio Palatino Simerenſi, Catharinam Adamo Comiti à Beichlingem, Mechthildim Cononi Comiti à Teclenburg nuptas: obiitque 1515. At Vilhelmus alter ſeu Medius, ditionum omnium potitus poſt Vilhelmi patruelis obitum. Caſſellis degit, Marburgi autem ſepultus eſt, 1509.

XIV.

Eius fuit filius Philippus Landgrauius Haſſię, Comes Cattimelibogæ, Zigenheimæ, & Niddæ natus 1504. Princeps rerum geſtarum magnitudine illuſtris; qui ruſticos per Germaniam tumultuantes repreſſit; contra Moguntinum, Herbipolenſem, & Bambergenſem Epiſcopos bellum geſſit; atque Vlricum Ducem Wirtembergicum cognatum ſuum, diu exulantem, per vim contra Sueuicum fœdus in Dominatum reſtituit; Ferdinandi Regis copias ad Lauffen profligauit, ac Philippum Rheni Palatinum in ea fuga cepit; Monaſterienſes anabaptiſtas, ſimul cum aliis imperii Principibus expugnauit, & fœderi Schmalkaldico accedens, Henricum iuniorem Ducem Brunſuicenſem ditione ſpoliauit, eamque armis repetentem,

cum Carolo filio cœpit. At anno 1547. a Carolo V. Imperatore, cui ſe in poteſtatem dederat, captiuus factus, ab eo, in frequenti magnatum conſeſſu, ſupplex ſalutem petere & delictorum veniam deprecari coactus eſt, & poſt quinquennalem captiuitatem, generi ſui Mauricii Electoris, & aliorum Principum, contra Carolum inſurgentium opera, liberatus in patriam rediit; vbi Marpurgenſem Academiam inſtituerat; quam ſtipendiis & immunitatibus ornauit ac donauit, & accerſitis eruditis viris celebrem effecit. obiit autem 1567. relictis filiis IV. Gulielmo, Ludouico, Philippo, Georgio; filiabus vero quinque, Agnete nupta Mauricio Electori Saxoniæ, deinde Ioanni Friderico Duce Vinarienſi, Anna Wolfgango Comiti Palat. Bipontino, Eliſabetha Ludouico Electori Palatino, Chriſtina Adolpho Duci Holſatiæ, Barbara primo Georgio Comiti Mompelgardico, deinde Danieli Comiti à Waldeck.

XV.

Vilhelmus eius filius natu maior, Caſſellis ſedem habuit, qui patrem, coniunctis cum Mauricio Electore cognato armis, è cuſtodia liberauit; ex eo natus eſt Mauricius Princeps pius ac literis ornatus, qui nunc feliciter adminiſtrat, genitis ex ſe Othone, Philippo, &c.

XVI.

Ludouicus Gulielmi frater Marpurgi habitans, prudenter rexit, ſobolem non genuit, vti nec Philippus III. frater, qui Reinfelſii in inferiori Cattimelibocæ Comitatu reſedit, ac Generę ſepultus eſt 1583. Georgius autem frater natu minimus Darmſtadiæ in ſuperiori Comitatu habitãs felici prole parens factus eſt: auctus nimirum Ludouico, Philippo, Friderico, Henrico filiis.

COMI-

COMITES HANNONIÆ. E ROSERIO.

I.

ALbericus Brunulphi filius Annoniæ reſtitutione a Sigilberto Auſtraſiæ rege ſibi facta inter alios liberos ex legitima coniuge Valterum ſucceſſorem ac Hugonē genuit, Cameracūq; nact⁹ eſt, an.dom.652. obiit 694.

II.

Valterus patri ſurrogatus, habuit Heruæum Meten. Comitem ſocerum Beatricis filiæ ex coniugio. Allidem vero huius ſororem Hugo memoratus accepit vxorem. Heruæus autem Guerini Lothar. pater erat. Cæterum Valterus expirat. 748.

III.

Valterus ſuperioris filius Annoniæ Comes ſub Pipino breuiori militauit, antequam Franciæ regnum adipiſceretur. Quinetiam Carolum magnum ſequutus egregia edidit facinora. Pipinus vero Valentianas illius detraxit dominio. Moritur 779. Valtero filio hærede relicto. Bertham Lamberti Moſellanorum Ducis coniugem habuiſſe fertur.

IV.

Valterus 3. ſub Carolo magno militans in Saxones miſſus interficitur, anno Chriſti 800. Ex Simahilde Taſſilonis Bauariæ Ducis filia vxore ſuſtulit Renatam Alboni nuptā, Hiltrudem, ac Malbertam.

V.

Albo Loheri Moſellani Ducis filiorum natu minimus ex Allide ſecunda coniuge, Pipini quondam Franciſc. regis filia, Malberta ſuperiori ducta, conſequitur Annoniæ Comitatum, potiſſimum Caroli Magni beneficio, qui & eiuſmodi connubii author erat,

Valētianaſq; reſtituerat. Ludouico Pio intimus poſtea fuit. Deceſſit anno Domini 834.

VI.

Albo 2. poſt patrem Annoniæ capeſſit Comitatum, Anno Domini 834. Caroli Calui partes acerrime tutatus eſt, filiumque ex coniuge protulit, nomine Manaſſerum.

VII.

Manaſſes, qui & Manaſſerus, Albonis 2. filius patri ſubſtituitur Anno Chriſti 880. Repentina morte conſumitur 915.

VIII.

Ragnerus Longicollus, Ludouico quarto & Lotario eius filio ſemper fauit aduerſus Germanorum Imperatores. A Cuntrado Othonis I. genero vincitur, ac poſtea prælium reſtaurans à Brunone Lotharingæ Archiduce omnino ſupprimitur, facultatibus fiſco applicatis. Lambertum, & Ragnerum iuniorem paternis bonis deſtitutos, tum Ricarium Leodienſem Epiſcopum reliquit.

IX.

Ragnerus iunior Annoniæ Comitatu locupletatus Allidem Hugonis Capeti filiam duxit, ex qua Ragnero producto è viuis abiit, Anno Domini milleſimoſecundo.

X.

Ragnerus tertius ſumpto patrio munere Allidi Alſaticæ iungitur, quæ Brunonem Epiſcopum Tullenſem ac poſtea Leonem 9. Pontificem Romanum conſanguinitate attingebat. Diem obiit 1029. relicta filia

XI.

Richilde Annoniæ Comitatu ditata, quæ Hermanno Thuringiæ principi primum nupſit (ex quo peperit Robertum Epiſcopum Catalaunenſem, ac Gertrudem

trudem monialem:) ſecundo Balduino Flandriæ Comiti, qui genuit Arnulphum à Roberto Flandriæ inuaſore cæſum, ac Balduinum Annoniæ Comitem. Tertium quoque Richildis adhibuit ſibi maritum nomine Gulielmum Osbernium Normanum, qui Robertum Phriſium bello appetens extinguitur, anno Chriſti 1071. Richildis autem diem functa eſt 1086.

XII.

Balduinus cognomine Montinenſis Annoniæ Comes matre adhuc viuente Idam Lamberti ſecundi Louanii Comitis, ſororem ſibi copulauit, multaque prælia cum Roberto Phriſio geſſit, qui Flandriæ Comitatum Arnulpho fratri abſtulerat. Tandem in expeditione ſacra cum Gothofredo Buillonæo ſuſcepta, dum legati fungeretur officio, à Turcis circumductus periit *1126.* cuius cadauer nuſquam poſtea repertum eſt.

XIII.

Balduinus ſecundus ſuperioris filius, Gelriæ Ducis filia ducta, Gulielmum Normanum ſæpius aggreſſus eſt, vt Flandriæ Comitatum recuperaret, adeo vt illum ad ſingulare certamen prouocarit. E viuis abiit *1133.* ſuſceptis duobus filiis ac duabus filiabus. Illorum natu maximus

XIV.

Balduinus tertius Annoniæ Comes factus Allidem Gothofredi Namurcenſis filiam vxorem habuit, Theodoricumque Alſaticum variis impetiit modis. Re vero tranſacta Balduinus ſuperioris filius Margaretæ Theodorici filiæ coniungitur, quæ ſtatim Flandriæ Comitatui Annoniam adiunxit, adeo vt duo principatus in vnum corpus coierint. Obiit *1171.*

XV.

Balduinus *4.* Margareta inſtituta Flandriæ hærede

à Philippo fratre, quod prole careret, Flandriæ & Annoniæ Comes effectus, tres procreauit filios, Balduinum 5. Philippum Namurci Comitem, tertium Henricum Imperatorem Byzantinum, ac Iſabellam Philippo Auguſto Franciæ Regi nuptam, cui Atrebatenſem diſtrictum contulit in dotem, cum eoque vario marte expertus eſt. Fato ceſſit 1195. Reliquos Flandriæ, Annoniæ & Namurci Comites lector conſequi poterit ex Flandrorum Hiſtoriis, aliiſque Flandricis Annalibus. Hoc vnum perfunctorie annotare ſufficiet Yſabellam præmiſſam ab Ermingarda Caroli Franci filia profectam eſſe, eiuſque contemplatione Caroli Magni ſanguinem in Francorum regibus, ac Lotharingiæ Ducibus adhuc vigere. Ermingarda enim Alberto Namurci Comiti deſponſata temporis longo interuallo ſucceſſiue Namurci Comitibus ortum dedit, inter quos Gothofredus Allidem prædictam progenuit, quæ enixa eſt Margaretam, hæcque Iſabellam, à qua Franciæ, qui nunc ſunt Reges, ſunt deriuati.

COMI-

Digitized by Google

COMITES HOLLANDIÆ PER GEORGIVM BENEDICTVM.

I. De Theodorico I. 863.

PRimus ego Batauæ gentis Comes, ortus ab alto
Sanguine Teucrorum, Santone patre, fui.
Pacis amans, belliq; potens: hoc victor, at illa
Deuictis Friſiis inuidioſus eram.
*Hinc pulſus * Caluo mea regna iuuante recepi,*
Reſtitui pacem, pace data perii.
Quæ mihi mors potuit melius contingere? nam qui
Bellâram iuuenis, pace quieſco ſenex.

* *qui tum Imperator Rom. eique principatum antea contulerat.*

II. De Theodorico II. filio.

VIrtutis patriæ, patrii quoque nominis hæres
Marte meo clarus, vt fuit ille ſui.
Idem hoſtis Friſiis, ſic & victoria vtriq;,
Hæc blanda imperiis, hoſtis vt ille meis.
Mox etiam flammis monumenta abſumpta paternis
Manibus æterno marmore reſtitui.
His geſtis morior: teſtis mihi fama, tueri
Me nec ſceptra magis, nec potuiſſe patrem.

III. De Arnulpho, Theodorici filio.

ARdua, dum vixi, generoſo pectore bella
Suſtinui, ad pacem tardus, ad arma celer.
Teſtes ſunt Friſii, Phrygii qui ſanguinis hoſtes
Senſerunt, hoſtem quid ſit habere Phrygem.
Hæc mea vita: necem memor ipſa Batauia narret,
Quæ patrio exanimem me poſuit tumulo.
Pace quieuit auus, genitorq́;, ego primus in armis:
Vtraq; mors laudi eſt. elige poſteritas.

A Friſiis cæſus.

Digitized by Google

IV. De Theodorico III. Arnulphi filio.

DEfendi patrium, manibus quem geſto, Leonem
Proq́ꝫ parente parens, proqꝫ Leone Leo.
Me duce [a] *Traiecti præſes, Friſiuſqꝫ ſubacti*
Inferiæ cæſo qui cecidêre patri.
Hoſtis vterqꝫ: ſed hic belli, fraudum ille miniſter,
Euentus vates [b] *ſtella comata fuit.*
Sic pius in patrem vixi, ſic fortis ad arma:
Alterutro quiuis vel Deus eſſe poteſt.

a Epiſcopus Adeboldus captus.

b qua multis diebus in Hollandia arſit.

V. De Theodorico IV. 1035.

QVid vitam carpis? quid prælia geſta viator?
Sit ſatis, hoſtili me periiſſe manu.
Nam, quod [c] *Eburonum maculaui ſanguine ludos,*
Tota reſiſtentis, non mea culpa fuit.
Bella ſequuta tamen: quæ nullis viribus hoſtis
Geſſit, at internæ proditionis ope.
His cecidi moriens, illis velut ante cecîdi:
Tolle necem hanc, & tunc iudicet ipſe Cato.

c viro nobili occiſo.

VI. De Florentio I.

PRæfectus Friſiis, Batauis Comes, vnus vtrumqꝫ
Caui, neu ferrent, neu mihi damna darent.
Inuidêre mihi [d] *Grudius, Leodinaq́ꝫ mitra,*
Agrippinenſi fœdere iuncta comes.
Nec mora: colligitur miles, nocitura parantur
Arma, ſed autori pernicioſa ſuo.
Scilicet vna omnes dedit, & pugna abſtulit hoſtes:
I nunc, virtutem victa fer inuidia.

d Lambertus Comes Louanienſis.

VII. De Gertrude Saxoniæ vidua Florentii Tutrice filii.

DVm nouus imperii ſucceſſor quæritur, anceps
Fœmineo dudum pectore pugna fuit.
Imperium ſpreuit ſexus, mens alta cupiuit,
Sexuqꝫ euaſit altior illa meo.

Capta

Cœpta ſecundauit bona pax, pulſuſq; repente,
Quod dederat paci, Mars tulit exſilium.
Sic ego regnaui: nunc tu cape regna Roberte,
*Quid numeras * annos? reſpice pacis opus.*

* Præfuit enim tantum biennium.

VIII. DE ROBERTO FRISIO Gertrudis marito Comite Flandriæ.

PAtre Pio genitus, Comitem quem Flandria vidit,
*Deuicta * Friſiæ nomina magna gero.*
Auxi, dum licuit, † pupilli regna Pataui,
Et bene, ni gemino pulſus ab hoſte forem.
*At tu Leucorum Dux improbe, tuque * Sacerdos*
Traiectine time. vim ſua vis ſequitur.
De me nil dico: pro me mea facta loquentur,
Vires, non animum ſuccubuiſſe meum.

* Citeriorē puta, in qua Kerlandi & Alkemarchi.
† Theodori V. qui poſtea Comes.
* Conradus dictus.

IX. DE GODEFRIDO DVCE BRABANTIÆ ac Lotharingiæ Gibbo, inuaſore Hollandiæ ac Friſiæ.

QVid male parta meis hoſpes regna obiicis armis?
Quid pœnam expoſcis? mors mihi pœna fuit.
Reſpice iuſtitiam, victrices reſpice palmas,
Qua rexi Batauos, queis Friſios domui.
Reſpice fundatas celebres, me principe, Delphos,
Mox tangent ipſis ſidera verticibus.
Hæc volui te ſcire, hoſpes: nunc i memor, & dic,
Quam bene firmauit, quæ male quæſierat.

X. DE THEODORICO V. FILIO Florentii I.

IAm ſublatus erat, qui me Tutore fugato
Expulerat patrii ſedibus imperii.
Quid facerem? amiſſos virtus ſpirabat honores,
Spirantem vires deſtituere pares.

Erupit virtus tamen, & te, perfide Præſes
Traiecti, ereptas reddere iuſſit opes,
Biſq; rebellantes Friſios parere Leoni:
Regna dedit Caluus, reddò ego. maior vter?

XI. DE FLORENTIO II. FIlio Theoderici.

D*Ardania virtute pater ſibi, regna parauit,*
Parta ego ſeruaui, qua dedit ille, fide.
Differimus tamen hoc: quod Mars gratiſſimus illi,
Pax fuit in cunctos officioſa mihi.
His fortunatus princeps ſucceſſibus omnes
Iuſtitia colui, relligione Deum.
Sic ego dum vixi, nulli grauis, omnibus vna
Morte fui: ſed nunc vtraque vita noua eſt.

XII. DE THEODORICO VI. filio Florentii.

Q*Vanta latent regnis diſcrimina! vix pater vrna*
Conderis, en, bellum qui ciet, hoſtis adeſt.
Hoſtis adeſt [a] *Friſius: dumque hic cadit, ecce repente*
Traiecti [b] *præſes ad noua bella venit.*
Teq; capit Lauir victum, & me deſtinat Orco,
Si eripiam O facinus! vim facit, & prohibet.
Cedo tamen, quid tum? me poſtera ſecula bellis
Inuictum, victum hac relligione ferent.

a *Duci Florentio Nigro fratre.*
b *Heribertus.*

XIII. DE FLORENTIO III.

Q*Vid peregrinum (hoſpes) miraris in vrbe Seleuci*
Funus? & ignoto marmora ſculpta ſolo?
Deſine: nam latet hoc Florentius aggere: virtus
Quem ſua Memnonias vexit ad vſque plagas.
Qui Sarraceno redijt bis victor ab hoſte,
Qui pacem extorſit ſupplicibus Friſiis.
Inuidit Batauos illi tamen ecce triumphos
Mors, ne victa foret, Mars, quia victus erat.

Sepultus enim eſt Antiochia.

XIV. DE

XIV. DE THEODORICO VII. Florentii filio.

QVantus amor regni! vix patria ſceptra capeſſo,
En contra fratrem [a] frater ad arma venit.
Mox Traiectinæ tueor dum ſedis honorem,
Impedit Otto meum, ne bene cedat, opus.
Perfeci tamen: hinc capta Sylua Ducis, vno
Inuictus, gemino neſcius hoſte premor.
Sic pace Antiſtes, ſic bello ſtrennuus Heros,
Si quis rite fuit, ſolus vtrumque fui.

a Gulielmum.

Ducibus Lotharingiæ & Brabantiæ.

XV. DE ADA THEODORICI VII. Filia.

NEc ſexus mihi, nec fuit ætas apta regendi,
Iura tamen Batauis, vt pater ante, dedi.
Quam bene, fœminei taceo memor ipſa pudoris:
Poſteritas vitæ conſcia teſtis erit.
Bellaque cum Ducibus vicinis geſta loquetur,
Dum noſtrum infeſtant, ô [b] Ludouice, thorum.
Fœmina quid poßit, cerne hoſpes. nupta Roberto
Pacis opus dederat, nunc tibi Martis habe.

b Comes Loſſenſis.

XVI. DE GVLIELMO I. THEOdorici VII. Fratre. Florentii II. filio 1203.

ET Friſiam, & Batauas rexi Comes æquus habenas,
Contentus gemino non tamen imperio.
Regna etiam Scotiæ petii trans æquora vectus,
Debita quæ patrii fœdere [c] coniugii.
Quin Traiectinis perſolui mille talenta,
Pacis vt hinc, palma certior inde forem.
Sed [d] Ludouicus obeſt: dumque hic mihi vincitur, atra
Mors ſubiit, victor ſic ego in aſtra feror.

c Ratione matris: Rex enim Molgcolinus eius auunculus.
d Comes Loſſenſis.

XVII. DE FLORENTIO IV. Gulielmi ii filio.

QVin pergis? ſatis eſt, nomen ſi videris hoſpes:
Nam mea, ſi quæras, quilibet acta canet.
Aut qui tercentum me nauibus æquor arantem (Hæreticos ...lius æui ſub ...apa Gre...rio 9.)
Oceani rector vidit, & ingemuit,
*Aut qui tum cæſos duce me meminere * Statingos*
Turbantes noſtræ relligionis opus.
Hæc mea facta: necem narrarem nunc quoque: ſed vel
Non perii, vel mox reddita vita mihi eſt.

XVIII. DE GVLIELMO ROMAnorum Rege, electo 1248.

QVis credat? Batauis prima florente iuuenta
Princeps, & tibi Rex, maxima Roma, fui.
Mox ciuile forum dirimendis litibus Hagam
Inſtitui, pacis non leue præſidium.
Inde rebellantes vno certamine Flandros
Aut ſtraui, aut miſi, ſed ſine veſte, domum.
Poſt Friſiis acie prima cado. quid gemis? hoſpes, (In primo enim cõflictu cecidit.)
Inſanis, ni optes ſic quoque poſſe mori.

XIX. DE FLORENTIO V. GVlielmi filio 1255.

QVid mihi bis mortem facinus moliris ob vnum
Poſteritas? ſemel ab ſit periiſſe ſatis.
Quin me, quin potius cum Flandris bella gerentem,
Aut mea cum Friſiis prælia geſta refers?
Mitto ego, quæ patriis vmbris monumenta dicaui,
Eximiæ teſtes quæ pietatis erunt. († à Gerardo Velſeno eſt confoſſus ob ſtuprum vxori illatũ.)
Huic, ſpero, laudem tribues, mutataque dices,
† Quod te deleuit, delet & illa ſcelus.

XX. DE

XX. DE IOANNE I. SINE HÆREDE DEFUNCTO.

Iam motu, iam plena metu ſimul omnia circum
Reddiderat caſi mors inopina patris,
Quum Batavi regni, multis renuentibus, hæres
Albionum Arctoo rector ab orbe vocor.
Veni, ſedaui motus, fidiſque meorum
Diſcordes iunxi conſiliis animos.
Mox victor redii à † Friſiis: nunc hac ſitus vrna,
Dic hoſpes, belli pacis an arte prior?

† *Qui tum bis rebellabant.*

XXI. DE IOANNE II. COMITE Hannoniæ, filio ſororis Regis Gulielmii.

Qvis non hoſte cadit gemino? tamen ecce † Brabantum
Teque mea vici, † Guido ſuperbe, manu,
Quos vt regnandi ſtimulauit ad arma libido,
Sic vtriſque eadem pernicioſa fuit.
Teſtis Delphenſi Flandrorum vicus in vrbe,
Teſtis congerie Semita facta virûm.
Nunc eat, ambitio iactet quæ regna ſubegit:
Seruata patria gloria maior erit.

† *Ioannem Ducem Brabantiæ.*
† *Comes Flandriæ.*
Die vlaemſche ſtraet.
T manpat.

XXII. DE GVLIELMO III. IOHANNIS II. filio 1304.

Iuſtitiæ cuſtos nullo diſcrimine leges
Iuraque ſubiectis omnibus æqua dedi.
Hoc Batavi Præſes regni me vindice ſenſit,
Dum luit ereptum morte, boniſque bovem.
Te quoque cum Flandris felicia bella gerentem
Auxiliis iuvi, magne † Philippe, meis.
Nunc cinis: hoc vno felix, quod, vt ante, ſuperſtes
Poſt mortem, toto ſic † Bonus orbe cluam.

† *Rex Galliæ.*
† *Cognomentum enim meruit Boni.*

XXIII. DE GVLIELMO IV. GVLIELmii prioris filio Comite Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ 13.7.

QVæ fuerit mea vita, mei quis terminus æui,
Vt taceam pro me fama loquetur anus.
Illic Heſperius mea prælia narrat Iberus,
Hic victum Turcam, me duce, vidit Eos.
Quid Traiectinos pacem veniamq; petentes,
Quid,[a] Normanne, tuas commemorem inducias?
Omnibus hic geſtis[b] Stauera cado: nunc mihi Mauors
Reſtituit vitam, qui dedit ante necem.

[a] *Ioannes dux Normaniæ.*
[b] *A Friſiis caſus.*

XXIV. DE MARGARETA AVGVSTA, GVlielmi filia, vxore Ludouici Ducis Bauariæ Comitis Palatini & Imperatoris 1345.

SVcceſſi cæſo fratri tunc[c] Cæſaris vxor,
Sed mox heu tanti coniugis orba toro.
O vicina nimis, nimis aſpera fata duorum!
O ſi traxiſſet me quoque mors comitem!
Non ego vidiſſem natum mihi bella mouentem,
Infelix, hoſtem quæ genui ipſa mihi.
Sceptra tamen tenui: nunc hac requieſco ſub vrna.
Exemplo ſpernat fœmina regna meo.

[c] *Ludouici.*

XXV. DE GVLIELMO V. LVDOVICI & Margarethæ filio.

NAtus ego Auguſto Bauarorum ſanguine, Princeps
Poſt matrem Batauis Hannoniiſq; fui.
Omnibus his videor felix potuiſſe videri,
Imperii niſi me præcipitaſſet amor.
Hinc mihi prima mali labes, hinc cætera nata,
Quæ taceo facti conſcius ipſe mei.
Tu pia poſteritas, quoniam mihi vita negata eſt,
Æterna hac mecum morte ſepulta ſinas.

XXVI. DE

XXVI. DE ADELBERTO GVLIELMII fratre 1388.

BElgica poſt mortem fratris moderamina geſſi,
Illorum imperio dignus, vt illa meo.
Mox etiam ſpoliis firmaui & Marte ſecundo,
Depopulatus agros, Geldria victa tuos.
Quid Friſiæ gentem me ter victore ſubactam?
Auſpiciis referam quid data iura meis?
Poſt tot bella necem ſi quæras, deſipis hoſpes,
Nam mea me virtus eripuit tumulo.

XXVII. DE GVLIELMO VI. ADELBERTI filio 1404.

SI quis ades longis hoſpes peregrinus ab oris,
Ni graue ſit, paucis te volo, ſiſte gradum.
Hic iacet heu Bauaræ Gulielmus gloria gentis,
Nec bello proauis, nec pietate minor.
Geldria quem timuit, Leodinaq; mœnia bello
*Aſpera, dum pulſo prælia * fratre mouent.*
*His geſtis moritur: nunc hac iacet * ade ſepultus:*
At tu facta memor reſpice, non tumulum.

* Ioanne Bauaro.
* Fratrum Franciſcanorum Valentinianis.

XXVIII. DE IACOBA BAVARIÆ, Gulielmii filia, quatuor maritorum ſterili vxore.

VIderat eximiam Mauors regnare Iacobam,
Quum ſecum, haccine, ait, fœmina ſceptra geret?
*Haud ita: mox * patrum furibunda capeſſere tela*
Iuſſit, & hoſtili regna parare manu.
Poſtquam reddita pax, noua concitat arma Philippus,
Belli autor factus, qui modo pacis erat.
Sic moritur: felix, ſi natus filius eſſet,
Crede mihi, hæc poterat gignere mater auum.

* Ioannes Coadiutor Leodienſis.

XXIX. DE PHILIPPO I. BVRgundio, filio Margarethæ, ſororis Gulielmii VI.

1435.

QVisquis ades, magni tumulum reuerere Philippi,
Aurato inſignem vellere nonne vides?
*Cui Traiectinam, quam rexit * Filius, vrbem:*
*Cui * regem debet Gallia tota ſuum.*
Quid referam eximios pulcra virtutis honores,
Qua meruit viuus nomen habere BONI?
I nunc, perge memor tam rari Principis hoſpes,
Felicemque vrnam hanc crede, tuoſque oculos.

* David.
* Ludouicū Delphicum.

XXX. DE CAROLO BVRGVNdiæ, Philippi filio 1461.

HAnnibal in caſtris, Romanus in agmine Caſar,
In pugnis Macedo, Carolus vnus erat.
Sic triplici geſtans inuictum pectore pectus
Vertit Eburonum mœnia capta ſolo.
Mox quoque Menapios, Leucorumque aſpera colla
Inuicto victor ſubdidit imperio.
Occubuit tandem Nanc I: nunc vt prius armis,
Nomine ſic Martis viuit, Olympe cares.

Carolus dictus Bellicoſus.

XXXI. DE MARIA CHARLESIA.

DVm iacet & fama Mauors ſpoliatus, & armis,
Idaliæ iuſſu bella Cupido mouet.
*Huius conſiliis * Caſar, * Galluſque Mariam*
Vxorem nato quærit vterque ſuo.
Patria ſtat index: hac victor iudice Caſar
Iungit eam thalamo, Maxmiliane, tuo.
Felices ambo, niſi, quæ diſrumpere Gallus
Fœdera non poterat, morte ſoluta forent.

* Fredericus Imperator.
* Ludouicus Gallorum Rex.

XXXII.

XXXII. De Maximiliano Auſtrio.

AVſtriacæ gentis ſoboles patre Cæſare Cæſar
Inuicta geſſi Belgica ſceptra manu.
Te quoq; ſanguineos enſes Ludouice minantem
Coniugio docui ſanctius eſſe nihil.
Hæc feci princeps: quæ Cæſar deinde peregi,
Indicium populi vox lacrymæq; dabunt.
Sunt hæc ſigna meæ mortis, ſed ſunt quoque vitæ:
Felix, qui ſola morte ſuis grauis eſt.

XXXIII. De Philippo II. Auſtrio.

O Fluxum decus imperii! vix Belgica nactus
Sceptra heu crudeli morte Philippus obit.
Nec licuit creſcentem animo proferre vigorem,
Æmulaq; heu patri facta patrare ſuo.
Belgica tu tanto ſuſpires orba parente,
Et dic, heu magnis mors inimica viris!
Nam ſi aut hic ſenior, aut ſerior illa fuiſſet,
Dixiſſes: iacet hic, qui patre maior erat.

XXXIV. De Carolo V. Auguſto.

CErtabant nuper Pietas & bellipotens Mars
De vita & factis, Carole Quinte, tuis.
Laude hic te dignum referebat, at illa negabat.
Hic capta Roma, ſed memor illa crucis.
Tandem multa minans, quid verbis obſtrepis? inquit,
Quum pietas, iudex iuſtitia, inquit, erit.
Tunc litem Dea Iuſta ſecans, verum, inquit, vtrumq; eſt:
Nunc ite, at quam vos prælia dira manent!

Digitized by Google

DVCES INGOLISMENSES.

INgoliſmenſes Aquitaniæ gentem eſſe nemo eſt, qui ambigat, cuius Comes

I.

Ioannes Ludouici Franci Aureliorum Ducis filius fuiſſe legitur, anno Chriſti 1408. Ex Margareta Rohania Britanna produxit

II.

Carolum Ingoliſmenſem Comitem, à quo exiere Aloiſia Sabauda,

III.

Franciſcus Ingoliſmenſium Dux I. & Margareta Caroli Alinconii Ducis, ac poſtremo regis Nauarræ coniunx. Ex Franciſco & Claudia Franca nati ſunt hi liberi: Franciſcus Delphinus, Henricus Francorum Rex, Carolus Aureliorum Dux, Magdalena Scotiæ regi copulata, Aloiſia, Carlotta, & Margareta Philiberti Emanuelis Sabaudiæ Ducis vxor. Poſt Franciſcum præfuerunt Ingoliſmenſibus

IV.

Carolus Francus,

V.

Carolus Maximilianus, &

VI.

Alexander Eduardus, Henrici Francorum regis filii 1550.

IONVIL-

IONVILLÆ BARONES E ROSERIO.

IOnuilla vrbs eſt ſuorum Principum fama memoratiſſima in Campaniæ Gallicæ, Barroducæiq; Ducatus limitib. ſita, Principatus titulo decorata, ceditq; illuſtriſſimis Ducib. Guyſianis. Arcem in faſtigio montis aſperi & elati ſuperiorem habet, cui vrbs inferior ſubiicitur, quam Matrona fluuius alluit. Ager vicinus & vitibus & ſoli feracitate diteſcit. Barones vero Ionuillares potiſſimum inclareſcere cœperunt anno Domini 1122. Videlicet cum

I.

Gothofredus Gulielmi Gothofredi Buillonæi fratris filius proprie omnium primus Ionuildaris Baro dictus eſt. Ex Iana Ioanne Harcuriæ Comite genita ſuſtulit Gothofredum Baronem, Theodoricum, Gulielmum, Mariã, ac Bertham. Deceſſit anno Chriſti 1128. Sepultus in Claræ vallis monaſterio.

II.

Gothofredus ſecundus Gertonam Gerardi Vadani Comitis filiam ſibi deuinxit, quæ peperit Gothofredum Baronem, Hugonem, Vidonem Catalaunenſem Epiſcopum, Robertum, Gulielmum, Agnetem, ac Mariam. Moritur 1160. iuxta patrem tumulatus.

III.

Gothofredus tertius ex Iana Gulielmi Rynelli, ac Valliſcoloris Baronis filia, protulit Simonem Baronem Ionuillarem, Gulielmum Lingonenſem antiſtitem, tum poſtea Rhemenſem Archiflaminem, GOTHOFREDVM Trulardum Rynelli, ac Val-

liſcoloris Baronem, Robertum Villæ Dominum, Agnetem, Ianam, Margaretam & Catharinam. Vita fungitur anno Domini 1201.

I V.

Simon primus rem Ionuillarem, vt patris hæres, adiit, anno Chriſti 1201. Ex Laura Ioannis Sarrepontis Comitis filia produxit Ioannem Comitem, Gothofredum, Robertum villæ Dominum, Simonem, Agnetem, Margaretam, Allidem, ac Mariam. Obiit 1249. magiſtratus 48. Situs eſt in monaſterio Claræ vallis.

V.

Ioannes primus ſuſcepit ex Gertrude, ſeu Beatrice Hugonis Burgundiæ Ducis filia, Anſelmum Ionuillæ Baronem, Ioanne Henrici Vadani montis Comitis filiæ maritum, Nicolaum Petronillæ ſancti Angeli Comitis, ſiue Comitiſſæ affidatum, Nicolaum Terræ nouæ Comitem qui duxit Ianam Rogerio à Ligeri procreatam, Gulielmum cognomento Rufum, cui Eleonora Alti montis Comitis gnata nupſit, Petrum Rynelli Baronem Allidi filiæ Petri à Gauſſy matrimonio coniunctum, Gothofredum Bonæ dominum, Berthæ Ioannis à Granſon filiæ maritum, Simonem Rhemenſem, Ludouicum Trecenſem, Archidiaconos, Philippum, Andream, Gertrudem Ludouici Comitis à Noyers, Allidem Ioannis Comitis à Tangny, Mariam Galteri Antonii Domini, Catharinam Petri à Caſtellione (qua ratione Caſtellio Barri Ducatui acceſſit) Margaretam Roberti Montinæi Domini, ac Vrſulam Thomæ Beuuigneti Vicecomitis vxores. Decubuit anno Domini 1319. Principatus 70. Sepelitur in Claræ vallis cœnobio.

V I.

Anſelmus I. munus Baronis obiuit annis 30. Excedit 1349.

V I I.

Henricus primus ſuperioris filius magiſtratu functus eſt annis 37. Diem fungitur 1386.

Federi-

VIII.

Federicus Lotharingiæ principibus ſatus, rem Ionuillarem capeſſit Margaretæ vxoris intuitu *1387*. Fato ceſſit, 1415. magiſtratus *29*. Ionuillæ quieſcit in Baſilica ſancti Laurentii.

IX.

Antonius Federici filius obiit 1447. muneris *32*.

X.

Federicus ſecundus poſtquam Antonius vitam cum morte commutauit, Ionuillaris Baro factus præfuit annis 23. Naturæ debitum ſoluit anno Chriſti 1470.

XI.

Renatus Lotharingiæ & Barri Dux patri ſuccedens cum Henrico à Lotharingia Epiſcopo Metenſi Ionuillarem ditionem capeſſit 1470. Præficitur annis *38*. Morte ſoluitur 1508.

XII.

Claudius Renati filius, Dux Guyſianus Ionuillæ Baro 12. ex Antonia Borbonia Franciſcum Baronem ſuſtulit, Carolum Cardinalem à Lotharingia Archiepiſcopum Rhemenſem, Ludouicum etiamnum purpuratum Epiſcopum Metenſem, Claudium Aumaliæ Ducem, Petrum, Philippum, Franciſcum maiorem Franciæ Priorem, Renatum Albeſii Marchionem, Mariam prioribus nuptiis Franciſci Aurelii Longæ villæ Ducis coniugem (quæ Franciſcum & Ludouicum enixa eſt) ac ſecundis Iacobo Scotiæ regi coniunctam, Mariam, Aloiſiam Renati Cimæi principis vxorem, Antoniam ſancti Petri Rhemenſis Cœnobii Abbatiſſam, ac Renatam apud Fronte-vallem monialem. Porrecto, vt creditur, veneno moritur *1551*. magiſtratus *43*. Iouillæ iacet in eccleſia Diui Laurentii.

XIII.

Franciſcus poſt patrem Iouillaris Baro Annam Herculis Eſtenſis Ferrariæ Ducis filiam duxit, ex qua hi libe-

Digitized by Google

ri prodiere, Henricus Dux Guyſianus & Ionuillaris Pri ceps palatii regii maior, Catharina Montispenſerii D ſeu Duciſſa, Carolus Cenomanorum Dux, Regis Pro cubicularius, Ludouicus Archiepiſcopus Rhemenſis, p mus Franciæ Par, Antonius qui puer obiit, Franciſcus a no ætatis 14. mortuus, ac Maximillianus. Poltrotii n nu proditoria extinguitur, anno Domini 1563. Ionui ſepultus.

XIV.

Henricus Dux Guyſiæ mortuo patre Ionuillarem pr cipatum iniit, maiorque factus, Catharinam Franc Cliuenſis Ducis Niuernenſis, ac Margaretæ Borbo filiam ſibi copulauit, à qua manarunt hi liberi, Carc Dux Capreolarum, Henricus Eudenſis Comes, Cath na. Cæterum circa Gulielmi tempora Riquinus è no Comitum Commarceii familia, cum antea Primicerius cleſiæ Tullenſis eſſet, ad Pontificiam conſcendit dign tem, à quo tempore Primiceriatus exoleuit, menſæque nonicorum acceſſit. Cuius rei mentio fit in c. Cum ac ſiſſent, de Reſcrip. ext. Hic præterea vxoris conſenſu t diam Commarceiani Dominii partem eccleſiæ Tull contulit. Cum autem grauiſſimæ contentiones hinc ſcerentur, ab Alberone Treuirenſi Archiflamine tand ſunt ſopitæ, ea lege, vt quotannis eidem Eccleſiæ cent ſolidi perſoluerentur, Riquinique hæredes deincep gnoſcerent ſe in beneficium Commarceii caſtrun ab Epiſcopo Tullenſi perpetuo retinere. Moritur 1124.

IVL

IVLIÆ AC CLIVIÆ DVCES. EX ALBICIO.

Comites Altenach, qui & Marckæ poſtea dicti ſunt, à Theodorico quodam, Comitũ Cliuiæ Beneficiario, originem trahere dicuntur, quorum Eberhardus circa annũ 1180. vixit, cuius filii fuerunt Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis poſt fratrem Brunonẽ, qui Philippo Sueuo Imperatori contra Othonem quartum adhærens, ab Innocentio III. Pontifice excommunicatus atque officio motus eſt anno 1205. & Fridericus Comes Altenahe ex quo cæteri Comites deſcenderunt.

II.

Adolphus V. filius Friderici, primus Comes Marckæ, condidit oppida Ham & Blanckenſtein anno 1226. Engelbertus autem eius filius, habuit filiam Adelam vxorem Ioannis Bertotii Domini Mecklinii.

III.

Ex Adolpho ſeptimo, natus eſt Adolphus octauus (qui ab Vrbano V. Papa ad Archiepiſcopatum Coloniẽſem promotus anno 1363. eum paulo poſt Engelberto fratris filio Epiſcopo Leodienſi reſignauit) & Engelbertus, cuius filia Adelheis, ex prima vxore de Wetzemala nata, Ioanni vltimo, ex ſua gente, Comiti Cliuiæ nupta eſt.

IV.

Adolphus nonus, Marckæ & Altenahæ Comes, per Mariam vxorem, filiam Theodorici Comitis Cliuiæ, ditionẽ illam familiæ ſuę adiunxit. Inde Adolphus eius filius ſecundogenitus, cum Archiepiſcopus eſſet Colonienſis, à Cliuẽſibus vocatus poſt mortem Ioannis vltimi Comitis, eius auunculi, ſacerdotio relicto à Carolo IV. Comes Cliuię inauguratus eſt. Filię eius fuere, Margareta vxor altera Alberti Bauari Comitis Hollandiæ; Beatrix N. Comiti à Meurs, & Catharina Domino de Mo[illegible]berg nuptæ.

V.

Adolphus, ſupradicti filius, & Adolphi noni, nepos, in concilio Conſtantienſi, primus à Sigiſmundo Imperatore, Ducis Cliuiæ titulum adeptus eſt 1417. Habuit vxorem Margaretham Gerardi IV. Comitis Iuliacenſis & Bergenſis filiam. Hic Vilhelmum Ducem Bergenſem auunculum ſuum, prælio victum cœpit anno 1397. & acceptis ab eo, Rauenſtein, Lewenburg, aliiſque ditionibus, liberum dimiſit; multas ditiones pecunia ſibi comparauit. Filiaſque habuit, Margaretam Vlrici Nieswurtz Comitis Wirtembergici, Eliſabetham Henrici Comitis Schwartzenburgii; Helenam Henrici Pacifici Ducis Brunſuicenſis; Catharinā Arnoldi Egmondani Ducis Gelriæ; & Mariam Caroli Valeſii Ducis Aurelianenſis vxores. Ipſe pater obiit 1443. Habuit vxores Agneten filiam Ruperti Imp. & Mariam Ioannis Ducis Burgundiæ.

VI.

Ioannes primus Adolphi Ducis I. filius Dux Cliuiæ ſecundus, Comes Marckæ, & Rauenſtenii Dominus, à Philippo Burgundo auunculo eſt educatus; Suſatum vrbem Weſtphaliæ, Colonienſi Epiſcopatui antea ſubditam, Cliuenſi Ducatui adiunxit anno 1444. In Ieruſalem peregrinatus eſt. Filiam habuit Mariam, quæ Amadeo nono Duci Sabaudiæ deſponſata, ante nuptias obiit. Ipſe vero fato functus 1481.

VII.

Ioannes ſecundus, Dux Cliuiæ tertius, Dauidem Præſulem Traiectenſem expulit, & Maximiliano Imperatori contra Carolum Gelriæ Ducem militauit. Engelbertus autem eius frater, Comes Niuerſii, Auxerræ Rhetelii & Eſtampii, per matrem earum ditionum hæredem, Dux Niuerſii creatur à Ludouico duodecimo Rege Franciæ, cuius progenies virilis in Henrico Duce Niuerſii eius pronepote circa annum 1570. deſiit; & ad Ludouicum Gonzagam Franciſci & Vilhelmi Ducum Mantuæ fratrē, Henrici ſororium, Ducatus Niuerſii peruenit. Ioannes autem II. obiit 1521.

Ioan-

VIII.

Joannes III. Dux Cliuenſis, Juliacenſis, & Bergenſis (patri namque in Cliuenſi, ſocero autem in Juliacenſi & Bergenſi ſucceſſit anno 1511.) cum Carolo Duce Gelriæ fœdus iniit; eius ditionum hæres futurus. Carolo V. Imperatori contra Turcas militauit, cum aliis Imperii Principibus. Monaſterium expugnauit. Filiæ eius fuere, Sibylla Joannis Friderici Electoris Saxoniç à Carolo V. exauthorati, vxor, Anna Henrico VIII. Regi Angliæ nupta, & ab eo poſt ſemeſtre repudiata, & Æmilia ſeu Magdalena quæ cœlibem vitam duxit. obiit pater 1539.

IX.

Wilhelmus Joannis tertii filius; natus 1516. mortuo Carolo Duce Gelriæ eius ditiones tanquam proximus heres occupauit: inde bellum cum Carolo V. Imperatore geſſit, qui ex pacto, atq; hæreditate Caroli Burgundi, eas ad ſe pertinere contendit; à quo debellatus & ditione ſua exutus, ſupplex Cæſari factus, veniam impetrauit, & amiſſa omnia, vna excepta Gelria, ſunt ei reſtituta. Deſponſata illi fuerat Joanna Albretana Regni Nauarræ hæres, quæ cum in itinere ad eum eſſet, nuncio accepto, ſponſum à Carolo debellatum, retrocedens Matrimonium illud irritum fecit; nupta poſtea eſt Antonio Principi Vendoſmiæ & huius Franciæ Regis qui in præſenti regnat, mater facta eſt. Carolus verò Princeps, Wilhelmi F. Romæ anno Jubilei 1575. mortuus eſt. Ideo mortuo Wilhelmo, ſucceſſit alter filius Joannes Wilhelmus, prius Monaſterienſis Adminiſtrator. Franciſci primi Ducis Niuerſii filiæ tres, Henrica, vti diximus, Ludouico Gonzagæ Ducatum Niuerſii attulit, Catharina vxor Henrici Ducis Guiſiæ occiſi à Rege Henrico III. anno 1588. ei Comitatum Euſii dedit, Maria autem Henrici Principis Condei coniunx, ei Marchionatum Illæ addixit.

X.

Wilhelmus Dux, moritur 1592. relicto Joanne Guliel-

Digitized by Google

mo vnico omnium hærede; item filiabus IV. Leonora Alberti Friderici Ducis Pruſſiæ, nata 1530. Anna Philippi Ludouici Comitis Palatini Neoburgici; Margareta Joannis Comitis Palatini Bipontini, Sibylla Caroli Marchionis Burgouiæ coniugibus.

XI.

Joannes Gulielmus obiit 1609. 25. Maii ætatis anno 47. Duſſeldorpii; relicta hæreditate ſua, tanquam Eridis pomo tribus ſororib. quæ etſi nullo inuento Joue, à quo eis adſignetur Judex aliquis Paris; ſic tamen Germanicum orbem ferro flammisq; inuoluturæ videntur; niſi Deus quaſi è machina ferales bellorum flammas exoptata Pacis ſecuræ pluuia ſopiat exſtinguatque.

LOTHARINGIÆ DVCES.

Ex Paradino, Trelæo & Albizio.

I.

THeodericus, filius Gulielmi Bononienſis, Comitis Ionuellæi, ab Henrico V. Imper. conſtitutus Marchio Lotharingiæ, anno Chriſti 1119. Vxor Bertha Simonis Mo... laniæ Ducis filia. Nati Simon, Henricus Tullenſis Epiſcop⁹, Carolus Leodii Chorepiſcopus, Theobaldus Tullenſis Comes, Adelina vxor Henrici Regis Angliæ, Anna vxor Auſtriæ Ducis Lupoldi, Mechtildis vxor Folmari Absburgi, & Metis Comiti; Bertha Veſtalium præfecta Romaricomonti. gubernauit 8. annis, & cilicium induit. obiit anno 1133. Mediolaci ſepultus.

Simo

II.

Simo Theoderici filius, fuit Hieroſolymis anno 1139. militauitq; pro Innocentio III. P. M. contra Rogerium Siculum. Vxor fuit Gertrudis Lotharii Imp. ſoror, filia Gerardi Marchionis Saxoniæ. Nati Matthæus, Baldouinus, Robertus Caſtrenſis Comes, Gualtherus, Simon, Henricus; Veronica vxor Wirichi Montiſpelgardi Comitis, Juditha, nupta Regnaldo Burgundiæ Comiti, Anna Hugoni Vaudemontano, Gertrudis Amedæo Sabaudiæ Comiti, Ida ſacrarum virginum cuſtos Treueris. Præfuit annis 12. obiit 1141. ſepultus Belloprati.

III.

Matthæus I. duxit Bertham Barbaroſſæ Rom. Imp. filiam. Nati Simon, Fridericus, Theodericus Epiſcopus Mediomatricum, Philippus, Matthæus, Regnaldus Caſtrenſis Comes, Juditha nupta Henrico VI. Salmæ Comiti, Alſa Odoni Duci Burgundiæ, Bertha Hermanno Badenſi, Haza Veſtalium prima Romarimontii ducauit annos 35. obiit 1176. Clari loci ſepultus.

IV.

Simon II. habuit in vxorem Agnetem Gothefredi Namurci Comitis filiam. Nati Bertholdus, Rudolphus Archiepiſcopus Moguntinus & Leodii Epiſcopus; Hugo, Agnes. ditionem adminiſtrauit 32. annis: obiit 1207. Stuttzebrunnæ ſepultus.

V.

Fridericus Simonis frater, captus à Treuiro. Vxor prima Agnes Theobaldi Briæ Comitis filia. nati Theobaldus, Matthæus, Regnaldus Caſtrenſis Comes, Jacobus, Fridericus, Matthæus Tullenſis Epiſcopus, Agnes nupta Henrico Barrenſi Comiti. II. vxor Agnes Theobaldi Barri Comitis filia. nati Jacobus Metenſis Epiſcopus, Anna nupta Alberto Habsburgi Comiti, Catherina Othoni Palatino Comiti præfuit annis 6. obiit 1213. Stuttzebrunnæ ſepultus.

Digitized by Google

VI.

Theobaldus Frederici filius, cognomine Pulcer. Vxor Catherina Alberti Metenſis Comitis filia. gubernationi adfuit 7. annis. Obiit 1220. Sturtzebrunnæ ſepultus.

VII.

Matthæus II. Theobaldi frater, Manſuetus, & de Solymis dictus. I. vxor Agnes, Othonis Bauariæ Ducis filia. nati Matthæus, Otho, qui in cunis obiere. II. vxor Catherina Conradi Lutzemburgi Comitis. nati; Fridericus, Regnaldus Amancæ Comes, Theobaldus, Catherina nupta Richardo Montisbelgardi Comiti, Adelina Ludouico Sabaudo. III. vxor Leodemilla Mietzlai Poloniæ Regis. nati Theodericus, Henricus, Philippus, Matthæus Tullenſis Epiſcopus, Agnes Longo campo ſacra virgo. Ducatum tenuit 30. annis. obiit 1250. Joppæ, & Sturtzebrunnæ ſepultus.

VIII.

Fridericus II. Caluus, Matthæi filius; ſequutus partes Philippi Belli contra Gulielmum Comitem Hollandiæ, & Anglos. Redux è Syria à ciuibus ſuis incarceratur Maxuillæ: euaditq; ope fabri domos tegentis. Vxor Margaretha Sanctii Nauarræ Regis filia, ex qua Theobaldus, Fridericus Aureliæ Epiſcopus, Joannes Tullenſis Comes, Matthæus, Philiberta nupta Roſſano Carinthiæ Comiti, Eliſabetha Henrico Vaudemontio, Catherina, Agnes, Margaretha, Magdalena, quæ vxor Eberhardo Comiti Wirtenbergico. Suis præfuit annis 54. obiit 1303. Nancei, ſepultus Belloprati.

IX.

Theobaldus II. Friderici filius Liberalis. interfuit coronationi Papæ Clementis V. Lugduni, fractumq; ibi ei brachium ruina muri. Capitur à Flandris in prælio: ſed mox redimitur. Vxor Catharina Guidonis Flandriæ Comitis filia. nati Fridericus, Philippus, Theobaldus Treuirenſis

renſis Archiepiſcopus, Eliſabetha nupta Henrico Richemontis Comiti, Mechthildis Roberto Erkelio Baroni, Catherina, Agnes. regnauit 8. annis. obiit 1311, ſepultus Belloprati.

X.

Fridericus III. Athleta; fuit Dux exercitus Imp. Henrici Lexemburgici in Italia. Captus ob factionem Frederici Auſtriaci contra Ludouicum Bauarum de Imperio, liberatur interceſſione Caroli Valeſii. Coniux Eliſabetha, Alberti Auſtriaci Rom. Imp. filia. nati Ratulphus, Fridericus, Theobaldus Treuiris Canonicus, Albertus Leodii Chorepiſcopus, Anna vxor Ludouici Comitis Palatini, Eliſabetha, Blanca & Agnes. Dominium tenuit annis 19. obiit 1329. Bellоprati ſepultus.

XI.

Ratulphus ſiue Rodulphus Friderici Athletæ filius. ſuccubuit in prælio contra Antemarum Epiſcopum Metenſem: occubuit verò pugna ad Creſſiacum contra Anglos. Vxores I. Eleonora Eduardi Barrenſis Comitis filia. II. Maria Guidonis Bleſenſis & Guiſienſis Comitis filia. Nati Joannes, Carolus Canonicus Treuirenſis, Fredericus mortuus adoleſcens, Maria nupta Carolo VI. Regi Galliarum, Veronica Wilperto Comiti Montiſpelgardi, Laurentia Veſtalis, Michelotta periit iunior. obiit 1346. iacet Bellоprati.

XII.

Joannes Ratulphi filius Adeodatus, ſucceſſit patri annorum octo. ſemper ei bella fuere contra vicinos cognatosque. I. vxor Sophia Eberhardi Wirtembergenſis Comitis filia. nati Carolus, Fridericus Guiſiæ Comes, Joannes Couciaci Comes, Maria, Helena virgines veſtales. dominatus eſt annis 37. obiit Pariſiis 1382. ſepultus Nancei.

XIII.

Carolus Joannis filius Audax; ſucceſſu felici pugnat in

Digitized by Google

Metenſem. Exercitum Ludouici Aurelianenſis fugat profligatq; ; capto Mareſcallo eiuſdem Ducis Comite Naſſouio. Uxorem duxit Margaretam Ruberti III. Palatini Comitis Bauariæ Ducis Romanorum Regis filiam : nati Carolus, Robertus, Fredericus, quorum nullus venit ad adoleſcentiam, Catharina, nupta Jacobo Badenſi Marchioni, Margaretha, aut vt aliis placet, Maria Enguerrano Conciaco Sueſſionum Comiti, Iſabella Renato Andegauo Siciliæ Regi. Regnauit annis 49. Obiit 1430. quieſcit Nancei in æde D. Georgii quam ſibi viuens fecerat.

XIV.

Iſabella ſuccedit in hæreditates paternas, nubitque Renato Regi Siciliæ Duci Andegauenſi: qui captus fuit in pugna per Antonium Lotharenum Comitem Vaudemontium, vixque tandem ſe redemit duriſſimis conditionibus. Nati Joannes, Ludouicus Muſipontis Marchio, Carolus, Renatus, quorum tres poſteriores annis obierunt puerilibus ; Margaretha Henrici ſexti Angliæ Regis nupta, Iolanda Friderici Lotharingiæ ac Vaudemontii Comiti. Renatus ſecundam duxit vxorem Joannam Comitis de la Val, & Iſabellæ Britanniæ filiam. Regnauit viginti quatuor annis. obiit 1480. Aquis Sextiis primò ſepultus, & Andegauum relatus in æde Sancti Mauricij.

XV.

Joannes II. Andegauus Renati filius, Ingenioſus, bella geſſit contra Arragonas pro recuperanda Sicilia atque Neapoli. Secutus etiam factiones Principum Reipublicæ bono contra Ludouicum XI. Uxor Maria Caroli Borbonii filia. Natus Nicolaus. adminiſtrationi ſuperfuit 18. obiit 1470. viuo adhuc patre, Barcinoni ſepultus.

XVI.

Nicolaus, Joannis filius, Venuſtus. pater eius conuenerat cũ Ludouico XII. Rege Galliarum, fore vti duceret

ret cum iuſtæ eſſet ætatis Annam filiam eius; quod vt intellexit Carolus Burgundio, ſummus Regis inimicus; vt id impediret obtulit ei vltro filiæ ſuæ vnicæ matrimonium. Nicolaus, neque Regem tantum auſus offendere, neque dimittere è manibus tot prouinciarum ſpes, ſex ſeptem annis vtrunque lactauit: donec tandem propendens in partes Burgundicas, deſponderet ſibi Mariam: quam non duxit præuentus morte anno ætatis nondum 20. regnauit tribus annis. Obiit 1473. Nancei in æde S. Georgii ſepultus.

XVII.

Renatus II. Friderici Lothareni & Iolandæ Renati Andegaui natæ filius, Nicolai cognatus, Victor Caroli illius Burgundi, regnare cœpit anno ætatis 18. Eius vxores, I. Joanna Tancaruillæ Comitis filia, ob ſterilitatem Apoſtolica auctoritate repudiata. II. Philippa Adolphi Geldriæ Ducis filia. Nati Antonius, Claudius Guiſiæ Dux, qui Antoniam Franciſci Borbonii Vindocini Comitis filiam duxit, ex eaque genuit Franciſcum qui defendit Metim contra Imp. Carolum V. & occupauit Caletum; Carolum Cardinalem, Parem Franciæ, Archiepiſcopum Remenſem, Claudium Ducem Aumaliæ, Ludouicum Cardinalem, Epiſcopum Albienſem, Franciſcum Magnum Priorem Franciæ, denique Mariam Reginam Scotiæ; Joannes Cardinalis & Narbonæ Epiſcopus, Ludouicus Vaudimontius Comes Neapoli ſepultus, & Ticini occiſus, capto rege Gallo, Eliſabetha, Claudia, Catherina cœlibes & innuptæ, Franciſcus Lambeſci Comes & Orgonis, Ticini cæſus, capto Rege. Regnauit 36. annis. obiit 1508. Nancei in Franciſcanorum templo iacet.

XVIII.

Antonius Renati filius, Bonus naſcitur 1489. Secutus eſt Regem Ludouicum XII. in bello contra Venetos, deinde & Franciſcum Marignani contra Heluetios

Digitized by Google

tios 1525. Vxor Renata, Gilberti Borbonii Mompenſerii Ducis filia. Nati Franciſcus, Anna nupta Renato Catalauno Auraniæ Principi & Comiti Naſſouio, poſt verò Philippo Croio Duci Arſchetano, Nicolaus Vaudemontii Comes, cuius tres vxores, I. Margaretha Egmondani Comitis filia. nati Maria, Catharina, Henricus in cunis mortui, Ludouica Galliæ & Poloniæ Regi nupta. II. Joanna Philippi Nemoroſii Ducis filia. nati, Philippus Emanuel Mercurii Dux, Carolus, Franciſcus Chauſinei Marchio, Margaretha. III. Catharina Claudii Aumalii Ducis filia. nati Henricus, Antonius, Ludouica & Henricus. Ducauit 36. annis. obiit 1544. ſepultus Nancei in fano Franciſcanorum.

XIX.

Franciſcus Antonii filius Sapiens vix annum vixit ab obitu patris. Vxor Chriſtierna Chriſtierni Daniæ Regis filia. nati Carolus, Renata, nupta Gulielmo Bauariæ Duci Comiti Palatino; Dorothea Erico Brunſuicenſi Duci. Obiit anno 1546. menſe Junio apoplecticus, Nancei in Franciſcanorum templo ſepultus.

XX.

Carolus II. Franciſci filius vnicus, ſucceſſit patri anno ætatis ſecundo; ſub tutela matris & Nicolai Mercurii Ducis, patrui ſui, vſque ad annum Chriſti 1552: quo venit in Galliam contubernio Franciſci Delphini. Vxor Claudia, ſecunda filia Regis Henrici II. & Catharinæ Medicis. Nati Henricus Marchio Pontemoſonis 1563, qui duxit Leonoram Vincentii Ducis Mantuæ filiam: Chriſtina 1565 nupta Ferdinandi Magni Ducis Etruriæ; Carolus 1567 Cardinalis; Franciſcus Comes Vaudemontii 1571. Eliſabetha 1574. vxor Maximiliani Ducis Bauariæ. Antoniæ 1573. vxor Joannis Ducis Juliæ, Cliuii &c. obiit 1575.

LOVA-

LOVANII COMITES.

POſtquam Carolus Francus Ludouici IV. Francorum regis filius perpetuis carceribus Aureliæ mancipatus eſſet, Othoniq; filio Lotharingiam inferiorem, Brabantiæq; partem tradidiſſet, diuerſi principatus in iiſdem, ac vicinis regionibus emerſêre. Othone namq; mortuo Henricus Noricorum Dux in ſolium Othonis III. Cæſaris ſurrogatus Lotharingiam, Brabantiæq; partem Gothofredo filio Gothofredi Arduennenſis conceſſit, quo tempore noui Comitatus ſunt inſtituti, Niuellarum, Louanii, Bruxellarum & Antuerpiæ nominatim. Louanii autem comitatus Niuellas, agrumq; vcinum continebat, isq; datus fuit Gerbirgæ Caroli Franci filiæ, quæ Lamberto cognomine Barbato Ragneri ſenioris Annoniæ Comitis filio nupſit, adeò vt ex quatuor dominiis antea ſeparatis, Louanii dominatui tres vrbes ſuperiores, Niuellæ, Bruxellæ & Antuerpia acceſſerint. Porro Louanium Brabantiæ vrbs eſt celebris ante Julii Cæſaris in Gallias aduentum Lupoſina nominata, cui Lupus Dux Scotus id nomen indiderat primùm, vt quidam ſentiunt. Alii à Louen voce Flandrica dictam ſcribunt, quæ laudare ſignificat, quod Marti ſummo in templo, quod ibi ſtructũ erat, à paganis laudis ſacrificium offerretur. Incolas loci nonnulli Leuaces & Grudes vocitarunt. Vrbis ambitus quatuor milliaribus Italicis intra mœnia conſtat, vbi Academia huc vſque floret à Joanne IV. Brabantiæ Duce quondam inſtituta, & à Martino V. variis priuilegiis aucta & firmata.

I.

Lambertus igitur Gerbirgæ coniugis intuitu Lotharingiæ, ſeu Louanii Comes extitit 981. Othoneque II. Cæſare defuncto aperto marte decernere ſtatuit, vt Lotharingiæ Ducatum recuperaret. At à Gothofredo & Gotheloņe Lotharingiæ Duce victus occubuit, anno Domini 1015.

II.

Henricus Lamberti primogenitus, Louanii Comes, bellum à patre cœptum inſtaurauit, vt Lotharingiæ Ducatu frueretur. Cui acerrimè obſtitêre Henricus Imperator, ac Gothelo, quamuis Francorum à militib. auxiliaribus iuuaretur. Ab Hermanno, quem cuſtodiebat in vinculis, in Louanii caſtro perimitur, anno Chriſti 1038.

III.

Otho ſuperioris filius eodem anno, quo pater, decedit. Hinc

IV.

Lambertus II. Othonis frater Comitatu ſuſcepto, Balduino Flandriæ Comiti adhæſit, aduerſus Henricum III. Imp. cuius ditiones flammis depauit, vaſtauitq;. Itaq; Cæſar adunato exercitu in Lambertum progreſſus, Tornacũ, vbi præſidia locauerat, ipſeq; vrbem Balduni nomine ſtrenuè defendebat, obſidet, & capit, Lambertumq; interficit. Ex Oda Gothelonis filia Henricum, Ragnerum, & Idam ſuſtulit. Henricus patri ſucceſſit, Ragnerus Hasburgi fuit occiſus, Idaq; Balduino Annoniæ Comiti connubii fidem dedit.

V.

Henricus II. Lamberti II. filius, Louanii Comes 1054. Richildis, ac Balduini partes contra Robertum Phriſium tutatus eſt. Obiit 1083.

VI.

Henricus III. Gothofredi Barbati filius, adepto Louanii Comitatu vxorem cepit Gertrudem Roberti Phriſii iunioris ſororem. Apud Neruios in ludis equeſtribus interiit, anno Chriſti 1096.

VII.

Gothofredus Barbatus Henrici III. frater, Louanii Comes

mes effectus, Henrici V. filiam priori toro duxit: Secundo Clementiam Burgundam Roberti Flandriæ Comitis quondam vxorem, Calixtiq; Papæ ſororem. Cæterum inferiorem Lotharingiam Louanii Comitatui adiecit, vnumq; vtriuſque ditionis fecit Ducatum.

LVCELBVRGI COMITES.

LVcelburgicus Ducatus ab vrbe metropoli Lucelburgo nomen ſumit. A Septemtrione Leodio & Namurco, à Meridie Lotharingia ſuperiori, ab Oriente Moſella & Archiepiſcopatu Treuirenſi, ab Occidente partim Moſella, partim Arduenna ſylua terminatur. Regio eſt benigna, fertilis, & locuples, ſed bellis hactenus exhauſta. Plureis continet vrbes, quas de induſtria omittimus.

I.

Albertus, Giſbertus, vel Sigifridus, Ricuini Moſellani Ducis filius, Giſilbertiq; Lotharingiæ Ducis nepos, primus Lucelburgi Comes extitit, anno Domini 946. Obiit 970. præfuit annis 25. Bertham filiam Alphonſi Comitis Bononienſis duxit, ex qua manauit

II.

Giſbertus II. qui adminiſtrauit rem Lucelburgicam annis 45. Diem fungitur 1015. Ex illius, ac Berthæ coniugio producti ſunt, Ogina, Gothofredus, Giſela, Mathildis, Adelbero ſancti Maximini Treuirenſis Præpoſitus, tum

III.

Federicus I. Gertrudis Gothofredi Gibberi Lotharingæ Ducis filiæ maritus.

Digitized by Google

IV.

Cunradus Guerenſis Comes ex Giſelâ Gerardi Comitis Caſtinenſis filia, hos produxit, Gulielmum, Henricum ac Mariam. Fato fungitur 1050.

V.

Cunradus II. etiam Guerenſis, ac Lucelburgicus Comes, ex Clarentia Henrici Cæſaris filia ſuſtulit Henricum, Bertham, ac

VI.

Gulielmum, qui ſuis præfuit, annis 45. mortuus 1086. Mechthildem Frederici cœci Sueuiæ Ducis filiam vxorem cepit, ex qua fluxerunt Henricus Epiſcopus Leodienſis, Sigifridus, Valricus, Federicus, Agnes, Mathildis, ac

VII.

Cunradus III. mortuus 1131. ex cuius ignota coniuge nati ſunt Gulielmus, Cunradus, Margaretha, Joanna, Valeranus Arlonius Comes, Mariæ Henrici Comitis Limburgenſis filiæ maritus, Joannes Falkenbergenſis Comes, Gertrudis, Ermingarda Theobaldo Barri Comiti nupta, ac deniq;

VIII.

Henricus I. Lucelburgicus Comes Margarethæ Henrici Barri Comitis filiæ matrimonio addictus, mortuus 1193. qui genuit Iſabellam Guidoni Flandriæ Comiti nuptam, Gulielmum, Gerardum, Valeranum Bonæ Roberti Barri Ducis filiæ copulatum, ac

IX.

Henricum II. qui congreſſus bello occiſus eſt 1272. Ex Jana Balduini Auennæ Comitis gnata Baldeuinum Archiepiſcopum Treuirenſem procreauit, Valeranum, Joannem, Catharinam, Beatricem, Elizabetham, ac

X.

Henricum huius nominis III. qui paternum munus 1289.

1289. obiens tandem euehitur ad Imperii faſtigium 1308. Veneno interiit 1313. Ex Margaretha Joannis Brabantiæ Ducis filia reliquit Mariam, Henrico IIII. Vadanimontis Comiti nuptam ac

XI.

Joannem I. Bohemiæ regem ſucceſſorem 1314. à quo manarunt Joannes Morauiæ Dux, Carolus IIII. Imperator, ac

XII.

Wenceslaus Lucelburgi Comes 1347. Janæ Brabantiæ Ducis Joannis III. filiæ maritus,

XIII.

Wenceslaus II. anno 1379. defunctus, &

XIV.

Sigiſmundus mortuus 1411. Sub cuius Principatu Elizabetha Joannis Morauiæ Ducis filia, (qui & à Joanne I. Lucelburgi Comite, ac Bohemiæ rege profectus erat, Antonii Burgundi filii Philippi Audacis Burgundiæ Ducis coniunx, hypothecæ iure Lucelburgicam ditionem obtinuit.

XV.

Yſabella Sigiſmundi filia, vera Lucelburgici Comitatus hæres, quamuis eo non frueretur. 1438.

XVI.

Anna Auſtriaca vxor Gulielmi Saxoniæ Ducis, ac poſtmodum Yſabella Auſtriaca beneficio Burgundiæ Ducis, Lucelburgum poſſederunt:

XVII.

Hæc autem poſtrema tranſtulit dominium ad Carolum Burgundiæ Ducem, cuius ſucceſſores repetere poteris ex nouiſſimis Flandriæ Comitibus.

Digitized by Google

MANTVÆ PRINCIPES.

Ex Roſerio.

I.

Sigefridus ex agro Lucenſi, vbi à Syrdo amne, vſque ad Fraſſenorium potentiſſimè imperabat, Longobardiam ſuorum primus ingreſſus eſt, Mutinamq;, ac Rhegium ſibi vindicauit. A quo deriuarunt Sigefridus, Azo & Gerardus, q genuit Adelhardum Comitē, & Rheginum antiſtitem

II.

Sigefridus II. Parmam cum fratrib. adeptus, Barratonem & Gibertum edidit, à quo Barratini & Gibertini duæ Italiæ familiæ nobiliſſimæ traxerunt originem.

III.

Azo ex Sigefrido I. ortus Rhegium comitatū ſortitus eſt Briſellieq; & Apollonii inſtituit cœnobia, protulitq; ex Hildegarde Othonis I. Imp. ex fratre nepte Gothofredum Pontificem Brixinenſem, Rudolphum & Theobaldum.

IV.

Theobaldus Azone genitus Guilam Comitem, ſeu Comitiſſam Rhenenſem duxit, ex quibus Theobaldus præſul Aretinus, Gunradus, & Bonifacius emanarunt.

V.

Cunradus rerum potitus cum fratre Bonifacio, de dominio mota contentione vulneratur, ex illatoq; vulnere mortem oppetit, vnde

Bon

VI.

Bonifacius ſuperſtes ab Henrico ſancto, & Cunrado Cæſaribus, tum à Benedicto Papa Parmenſis Comes confirmatur. Ex Beatrice Henrici III. ſorore ſuſtulit Federicum, Mathildem, primo Rutilorum Principi, deinde Gothofredo Gibbero Lotharingiæ Duci coniunctam, cuius Otho Friſingenſis, & Lambertus Schafnaburgenſis, cum Henrici IV. deſcribit in Italiam aduentum, meminêre. Hic impudenter in illuſtriſſimam fœminam inuehitur, cum ait illam à marito longius abſentem familiarius cum Romano Pontifice Gregorio verſatam, in eiusque furtiuis amplexibus volutatam, adeò vt ſuſpecti contubernii nota non caruerit. Ad cuius ſanctitatem ſi cenſor ille famoſus animaduertiſſet, proculdubio alienæ famę non feciſſet iacturam, cuius ratio vni Deo reddenda erit. Nam & celeberrima monaſteria Mathildem ſtruxiſſe, ac dotaſſe certum eſt, eandemque prole deſtitutam, totas ditiones ſuas Eccleſiæ Romanæ largitam eſſe, quæ hodie Petri Patrimonii retinent nomen. Bonifacio autem extincto,

VII.

Sordellus Comes commemoratur 1320. poſt quem

VIII.

Aloiſius ius dixit annum circiter 1328. Poſtea Ludouicus à Gonſaga antiquis Comitibus Mantuanis ſufficitur, isque ſibi copulauit filiam Marchionis Brandenburgenſis, quæ conſanguinitatę Sigiſmundum Cæſarem attingebat. Hic profectus in Italiam conſtituit Ludouicum Mantuæ Marchionem. Quo

IX.

Philippus natus reliquit

X.

Guidonem, cuius filii

XI.

Galeacius &

Digitized by Google

XII.

Franciſcus rerum ſunt potiti. Ab illo manarunt Ludouicus & Hugletus, qui occiſus eſt. Ex hoc verò & filia Cęſeni à Malateſta profectus eſt

XIII.

Joannes, qui genuit

XIV.

Ludouicum II. Mantuæ Marchionem, Alexandrum, Carolum, Luciam, Margaretham Leonelli Eſtenſis vxorem, & Cæciliam ſanctimonialem. Porrò ex Ludouico & Barbara Brandenburgenſi Marchioniſſa producti ſunt Federicus, Rodulphus, Joannes, Franciſcus purpuratorum numero adſcriptus, Ludouicus Pontifex Mantuanus, ac Barbara Eberhardo Comiti Wirtembergenſi collocata.

XV.

Fridericus ex Margaretha Bauariæ Ducıſſa, tulit Joannem, Sigiſmundum, Franciſcum, Magdalenam Domino à Piſauro, Paulam Malateſtæ nuptas: ad hæc Claram & Cæciliam virgines.

XVI.

Joannes Federici filius ex Iſabella Montisferrati Marchioniſſa ſui generis poſtrema, reliquit eos, qui nunc Mantuę præſunt, quorum patrem Carolus V. Imperator Ducali tiâra inſigniuit, ſed & illius filius Ferdinandi Cæſaris filiam coniugem habuerat, quæ poſtea Sigiſmundo Auguſto Poloniæ regi nupſit. Alteram Genealogiam Hetruriæ, Thuſcaniæ, Spoleti, & Marchionum Mantuanorum Auentinus Bauarorum hiſtoricus proponit, quam Lazius recitat in hunc modum:

Bonifacius cum filiis Alberto & Lamberto celebris fuit ſub Carlomanno Bauariæ Rege, cuius partes in Italia tuebatur aduerſus Ludouicum Balbum Caroli Calui filium, & Joannem VIII. Pontificem Romanum, qui Balbum in ſinu fouebat. Quibus præclarè confectis cum è viuis abiiſſet, Lambertus procreauit Vidonem, qui regnum affectans

ctans Italiæ Agarenos induxit, cum quo Berengarius Forojulienſis & Arnulphus Imperator diutius conflixerunt. Poſtremò victis Berengariis, Italia, cæteriſq; ceſſit. Ac tum primum Sabaudiæ & Veronenſis principatus ſunt exorti. Arnulphus enim Galliæ contigua commiſit Othoni Saxoni genero, alia Enetis proxima cum Verona metropoli Valdfrido in fidem dedit, à quo Othone Sabaudiæ Principes fluxêre. Guido autem ex Angeltrude, quæ veneno dato Lotarii corpus morbo pediculari ſubiicerat, reliquit Lambertum II. qui regnum Italiæ quod Conſtantini & Stephani ciuium Romanorum erat, peruaſit. Albertus Lamberti frater Eporediæ marchia non contentus, Arnulpho Cæſare demortuo Bononiam & Rauennam ſibi attribuit, poſt quem Otho creatur ab Othone I. Impetatore Marchio Mantuanus. Cui Dietboldus filius ſucceſſit, tum Bonifacius II. Dietboldo ſatus ex Beatrice Mathildem totius Italiæ ditiſſimam protulit. Sub cuius principatu, eiuſq; ſtipendiis Wernherus Iuriſconſultus floruit. Bonifacio autem à duobus militibus ſagitta traiecto Gothofredus barbatus II. Dux Lotharingiæ ab Henrico III. Ducatu priuatus, Mathilde ducta, Thuſcaniæ, Hetruriæ, Spoletiq; principatus eſt aſſequutus. Velpho frater Henrici ſuperbi Bauariæ Ducis ducta Mathilde iuniore Bonifacii nepte Gothofredo ſocero ſufficitur Henrici VI. auctoritate. Hic autem nonnulli Bonifacium pro Comite ſancti Bonifacii vſurpant, cuius quidem Comitatus tres potiſſimum Principes leguntur, Ezelinus, Richardus, qui cum Veronenſem ditionem Eſtenſium Marchionum nomine tueretur, aduerſus Federicum II. Cæſarem à Salinguerra, qui Ferrariam occuparat, captus eſt. A Richardo demum Richardus & Ezelinus profecti ſuo nudantur Comitatu ab Eczelino Veronenſi Marchione, quem plebs Italica Tyrannum nominauit. Cæterùm Mantuano Ducatui acceſſit M ontisferrati dominatus multo ſplendidior, cuius contemplatione Mantuani Principes multo potentiores ſunt effecti.

MECHELBVRGENSIVM DVCES.

Ex Albizio.

HEnricus Burevvinus ſenior (Bribislai filius, qui ab Henrico Leone Welpho victus, & ei ſubditus factus, Chriſtianā Religionem profeſſus eſt, cœnobiũ Sonnecampienſe circa Weſenbrugam fundauit, quod anno 1233. tranſlatum, & Nouum Monaſterium eſt nuncupatum. Eius filius Henricus Burevvinus Iunior, ſepultus eſt Guſtrouii in æde S. Ceciliæ 1228: cuius filii Burevvini, qui Monaſterium S. Ioannis Roſtochii fundauit, proſapia in Nicoloto, filio Waldemari deſiit, ſepulto Roſtochii ad S. Ioannem. A Nicoloto verò Burevvini fratre Principes fuêre Wandaliæ. Huius filia fuit Heduigis vxor Ioannis ſecundi Marchionis Brandeburgici.

II.

Ex Ioanne Pacifico, Nicoloti filio, Henrici Iunioris nepote, fuit Nicolotus Princeps Wandaliæ, q patrueles patricidas in exilium expulit eorumq; terras occupauit: Eius filiæ fuêre, Margareta vxor Othonis vltimi Comitis Suerinenſis, & Eliſabeth Abbatiſſa Dobbertinenſis; cuius deſcẽdentes in Balthaſſare 1421. & Vilhelmo 1430. finiere; trãſlato Wandaliæ Principatu per Catharinam Vilhelmi filiam, in Vlricum vltimum Ducem Stargardienſem, eius virum.

III.

Ioannes autem Henrici Iunioris filius, Henrici Senioris nepos, qui Theologus dictus eſt, eo ꝙ Doctoris titulos in Pariſienſi Sorbona meruerat, ſtemma propagauit; ſepultus Gudebuſchi 1260. & filiam reliquit Gerardo Comiti Holſatiæ nuptam.

Hen-

IV.

Henricus Ioannis F. cum S. Ludouico Franciæ rege, & aliis Principibus viris in Paleſtinam profectus eſt; & capt⁹ à Sarracenis, per 26. ann. dura ſeruitute eſt detentus, tandem à Sulthano libere dimiſſus, in patriam rediens, breui poſt tēpore obiit 1302. ſepultus in cœnobio Doberanenſi. Huius filia fuit Luidgardis Premislao Poloniæ Principi nupta, quæ Gneſnæ ab ancillis, mariti iuſſu, ſuffocata eſt, anno 1282. & Anna vxor Joannis Comitis Hollatiæ.

V.

Henricus à fortitudine, Leo appellatus, Roſtochium, à Chriſtophoro Daniæ Rege, perpetuo iure poſſidendum recepit, oppidum Levven muniuit ac Ribnicii cœnobium virginum nobilium fundauit, anno 1319. filias habuit Mechildem Othonis Ducis Luneburgii, & Annam Henrici Ferrei Comitis Hollatiæ coniuges. Filii eius à Carolo IV. Imp. Principes imperii ſunt facti; quorum, Joannis, qui Stargardiæ habitauit, ex Vlrico filio progenies, vſq; ad Vlricum vltimū Ducem Stargardenſem, huius nepotē peruenit mortuum 1471. qui filias tantum habuit, nempe Engelburgem Eberuini Comitis Benthemii vxorem, & Eliſabeth Abbatiſſam Dobbertinenſem. Joannis autem filia fuit, Anna coniunx Wartislai V. Ducis Pomeraniæ.

VI.

Albertus frater Joannis, filius Henrici Leonis, nat⁹ 1348. cum Ludouico Romano Marchione Brandeburgenſi, pro Comitatu Stargardienſi graue geſſit bellū, quod tandem nuptiis filiæ ſopitum fuit. Bellauit & cum Ducibus Pomeraniæ Bugslauo & Wartislao, quos ſimul cum Magno Torquato Duce Luneburgo acie victos captiuos fecit an. 1371. Filias habuit Annam Adolpho VII. Comiti Hollatiæ & Wagriæ, atq; Ingelburgam Ludouico Romano Marchioni nuptā. obiit 1380.

VII.

Albertus II. eius filius, poſt Magni, auunculi obitum, quod incidit 1384. à Prouincialibus in Regē Suecorum electus, contra Haquinum eius filium Regem Norduegiæ Regni

poſſeſſionem conſequi non potuit; imo à Margareta Regina Daniæ captus ſimul cum Erico filio anno 1388. poſt ſeptennium vix redemptus eſt, pretium conferentibus etiam mulieribus primariis, ex quo in ditione Megapolenſi feuda ſunt fœminis quoq; conceſſa. Sepultus eſt Witemburgi in Comitatu Suerinenſi 1394. Eius filia fuit Richardis, vxor Joannis Gorlicienſis Marchionis Morauiæ.

Magnus qui ſtemma propagauit, filium habuit Joannem; hic ſimul cum Alberto patruele, Academiam Roſtochii inſtituit anno 1419. Dum ad regnum Sueciæ vocaretur, interiit 1423. Magni filiæ, Euphemia Balthaſaris Principis Wendæ, & Hedvigis Othonis Ducis Stetinenſis vxores, fuêre.

VIII.

Henricus Pinguis Joannis F. poſt Wilhelmi vltimi Principis Wandaliæ deceſſum, ditionem illam ex hæreditate poſſedit; cuius filius Magnus tertius, poſt mortem Vlrici 1471. Stargardiam etiam adiecit. Is Roſtochii Cathedralem Eccleſiam S. Jacobi fundauit, literarum ſtudia coluit, filias habuit, Sophiam Joanni Electori Saxoniæ, Annam Wilhelmo medio Landgrauio Haſſiæ primùm, poſt Othoni Comiti Solmenſi, Catharinam Henrico pio Duci Saxoniæ, Marchioni Miſniæ nuptas, ac Dorotheam Abbatiſſam cœnobii Ribnicenſis. Obiit autem Magnus III. 1503. 22. Nouembris.

IX.

Henricus dictus Pacificus, Dux Megapolenſis, Princeps Wandaliæ, & Dominus Stargardiæ, Princeps pius & prudens, diu vixit, ſtudia literarum fouit atq; promouit. Filiæ eius fuêre Sophia Erneſti Ducis Brunſuicii, Margarita Henrici Ducis Munſterbergici, & Catharina Friderici Ducis Lignicenſis & Bregenſis vxores; nec non Vrſula Abbatiſſa Ribnicenſis. Filios habuit Magnum Epiſcopum Suerinenſem, defunctum 1550: & Philippum mortuum 1557.

Alber-

X.

Albertus Henrici frater natus 1486. Chriſtiernum regem Daniæ è captiuitate redimere conatus, cum Chriſtophoro Comite Altemburgico Hafniã occupauit an. 1537. & pro Lubecenſibus contra Chriſtianum Regem Daniæ militans captus eſt; ſepultus eſt Dobrani 1547. Filia eius Anna, Gothardo Duci Churlandiæ nupta fuit. Filios genuit ex Anna Joachimi I. Electoris Brandenburgici filia Joannem Albertum 1525. Ulricum 1527. Chriſtophorum 1537. Georgium 1529. Carolum Commendatorem Mirouienſem, & Epiſcopum Ratzburgenſem.

XI.

Joannes Albertus, prædicti Alberti F. maior natu, qui Dux Megapolenſis, Princeps Wandaliæ, Comes Suerinenſis, Dominus Roſtochii & Stargardiæ fuit, Princeps literis excultus, Academiam Roſtochienſem auxit & dotauit anno 1558. ſimul vnà cum Ulrico fratre Epiſcopo Suerinenſi; ex quo Ulrico, filia tantum fuit Sophia Friderico ſecundo Regi Daniæ nupta. Ulricus ipſe obiit 1603.

XII.

Georgius eorum frater, cum Mauritio Electore Saxoniæ & confœderatis Principibus, Magdeburgum obſidione cingens, à ciuibus inopinato erumpentibus captus eſt anno 1550. at obſidione ſoluta liberatus, pòſt in obſidione Francofurti ad Mœnum ſclopeto ictus interiit.

Chriſtophorus autem, coadiutor Rigenſis ſub Wilhelmo Marchione Brandeburgico Epiſcopo, captus ſimul cũ eo, à Friderico Magiſtro Ordinis Theutonici, & Smiltam adductus, poſt aliquot menſes dimiſſus eſt. at poſt mortem Wilhelmi, cum arces & ditiones Epiſcopatus occupaſſet, ſeque in clientelam Regis Poloniæ tradere nollet, in arce Dalenſi à Polonis obſeſſus, captiuus in Poloniam eſt deductus, & inde dimiſſus, vxorem duxit, ac paternam hæreditatem adminiſtrauit.

Digitized by Google

XIII.

Carolus ſuperuixit, qui Principatum regit in præſenti: pupillis extantib. Ioannis Alberti mortui 1576. ex Ioanne filio exſtincto 1592. nepotibus, Adolpho Friderico nato 1589. & Ioanne Alberto 1591.

COMITES ET DVCES MEDIOLANENSES.

MEdiolanum quondam à Belloueſo Gallo conditum, qui Ambigati Celtarum, regis filius erat, authores non vulgares tradunt. Plerique id accidiſſe tempore Brenni. Alii ante Gallorum in Italiam aduentum Mediolanum ſeu Olanum fuiſſe à Gallis dirutum, rurſusq; ſub Brenno reſtauratum volunt. Tempore Strabonis eximia ciuitas erat, vtpote Inſubrium capût & Metropolis. Regio contigua dicebatur olim Gallia togata & Inſubria, ac poſtea Langobardia.

I.

Albuinus autem non ille Langobardorum Rex, ſed Mediolani Comes à Paulo Diacono recenſetur. Dehinc Arnulpho imperante

II.

Megintridus etiam Mediolani Comes fuiſſe legitur, vt ait Luitprandus in ſuis Annalibus, cuius filius

III.

Hugo Lamberto Italiæ Rege occiſo Italiæ ſceptra ſibi attribuit, eiusq; contemplatione atrociora cum Rudolpho Burgundionum Duce bella geſſit, quem & ex Italia pepulit. Ex Alda Germana progenuit Hubertum Tuſcanum Marchionem: ex Vandelmoda,

Lota-

Digitized by Google

IV.

Lotarium, qui ex Adelhaide Rudolphi Burgundiæ regis gnata Berchtæ intuitu (quam eius pater ſecundis nuptiis duxerat) ex principe Mediolani Rex Italiæ confirmatur, regnumque aduerſus Berengarium ſummoperè tueri conatus eſt.

V.

Hubertus Lotario in Mediolani principatu,

VI.

Adelbertus Berengarii Regis Italiæ, ac

VII

Atto Adelberti filii ſubinde ſucceſſêre. Hic autem Othone I. Cæſare viuens

VIII.

Facium genuit, qui ſub Othone II. Imperatore ſuis iuſdixit, à quo

IX.

Hildebrandus & Otho fratres ducti tempore Cunradi II. Cæſaris Mediolano præfuerunt; ille ſcilicet vt Comes, hic vt Archiepiſcopus.

X.

Othus Hildebrandi filius Alexandrum Pontificem aduerſus Cunradum defendit. Volucem Agarenorum principem ſacræ adſcriptus militiæ ſingulari certamine vicit, indeque inſignia hæc conſequutus eſt, infantem à ſerpente ad coſtas vſque voratum, tenus capite prominentem ex rictu, cum antea ſerta numero ſeptem Mediolani Comites geſtarent pro inſignibus. Sepelitur ibidem anno magiſtratus 55. in æde beatæ Mariæ virginis.

XI.

Andreas ex Otho & Lucretia Franca procreatus deſponſata ſibi Adelai Sabaudiæ principis filia,

XII.

Gualuagnum tulit, Ille obiit Comitatus anno 44. Henrico IV. imperante, ſepultus in Ambroſii baſilica. Hic 27, anno Chriſtianæ ſalutis 1182, ſub Federico I. à quo captus & liber dimiſſus Mediolanenſes inuitauit ad defectionem,

XIII.

Ubertinus cognomento Demorio, Imperii Vicecomes apud Mediolanum conſtituitur, Ex hoc fluxêre Otho Archiepiſcopus Mediolanenſis, Theobaldus, ac

XIV.

Petrus, qui reliquit Rodericum & Gaſparem, quos ſequuti ſunt in eadem ſtirpe Albertus, Gaſpar & Petrus II. poſtquam

XV.

Theobaldus Mediolani Vicecomitatum geſſit, vt Imperii Vicarius. Ex Anaſtaſia ſuſcepit Matthæum, Joannem & Vbertum. Ob Turrianorum factionem capite luit.

XVI.

Ubertus protulit Vicellinum, Joannem, Antonium & Franciſcum.

XVII.

Matthæus Theobaldi filius diu extorris, poſtremo Othonis Archiepiſcopi Mediolanenſis auctoritate auitam nanciſcitur dignitatem. Ex Boiocoſa Spartini patricii Mediolanenſis filia circa annum Domini 1312, edidit Marcum, Joannem Archiepiſcopum, Leuchinum, Stephanum, Zacharinum, & Catharinam Gulielmo Principi Veronenſi locatam. Vixit ſub Henrico VII. Imperatore.

XVIII.

Leuchinus vnà cum

XIX.

Stephano Mediolano præfuit, quo defuncto,

Actium

Digitized by Google

XX.

Actium Galeacium Principatus conſortem fecit, qui ex Iſabella Fliſci Genuenſis patricii filia nullam reliquit ſobolem. Galeacius autem à Gallo dicitur, qui in eius natiuitate inſolitus auditus eſt, vel, vt alii rectius ſentiunt, à Galea, ex qua, dum in caſtris Ludouici IV. Cæſaris mereret, ſerpentem latitantem illæſus & intrepidus excuſſit, quem ſuis addidit inſignibus. Ab illo & Beatrice Marchioniſſa Eſtenſi deriuarunt

XXI.

Accius, Marcus & Catharina Ludouico Sabaudiæ principi collocata. Accius verò à Leuchino patruo pulſus apud Ludouicum IV. diu exul tandem reſtituitur. Ex Iſabella Joannis Fliſci Genuenſis patricii filia geminos emiſit in lucem, qui pueri è viuis abierunt. Præfuit annis 8. cum Leuchino. Moritur 1349.

XXII.

Stephanus II. Galeacii frater, priuatis bonis contentus, ex Valentina Barnabonis de Spinula patricii Genuenſis filia ſuſcitauit Matthæum, Maſtinum, Rudolphum, Galeacium, Barnabonem, & Catharinam Mantuano Marchioni votis ſponſalibus addictam.

XXIII.

Barnabo cum Joanne Galeacio fratris filio rem Mediolanenſem ſibi attribuit, Placentiam, Parmam, Brixiam, Cremonam, Cremam, Bergomum, Laudam, Comum, ipſumque Mediolanum. Victus eſt à Romano Pontifice. Ex illius, ac Beatricis Maſtini Veronenſis principis filia profluxerunt Rudolphus Bergomi dominus, Ludouicus Cremonæ princeps, Carolus Parmæ, Maſtinus Laudæ Pompeiæ, Valentia Petro Cypri regi affidata, Virida Lupoldo Auſtriæ Duci, Thadea Stephano, Elizabetha Erneſto, Madalena Federico Bauariæ Ducibus, Antonia Comiti Wirtembergenſi, Angleria Federico Siciliæ principi, Yolanda Marchioni Montisferrati, Agnes Franciſco Man-

tuano, Lucio Ludouico Andegauenſi,tum poſtea duobus aliis maritis Marchioni Miſnenſi & Eduardo Canciæ in Anglia Comiti nupta. Alias habuit nothas, Bernardam, Ricciardam, Elizabetham & Margaretham.

XXIV.

Galeacius II. Stephani II. filius primum à Leuchino Mediolano pulſus, ac poſtliminio reuerſus Bononiam, Florentiam, Genuam, & Sauonam ſuo adiecit principatui. Ex Blanca Sabaudiæ principis filia tulit Yolandam primum Marchionis Montisferrati, ac ſecundo Angliæ regis filii (à quo centena millia Florenorum pro dote conſequuta) coniugem, inſuper

XXV.

Joannem Galeacium, qui cum Barnabone patruo Mediolanenſem agrum partitus retinuit Papiam, Tortonam, Alexandriam, Bobium & Vercellas, quibus addidit Bononiam, Lucam, Peruſium, aliaq; oppida & caſtra. Vnde à Venceslao Romanorum Rege Caroli IV. Cæſaris filio primus Mediolani Dux creatus eſt. Ab illo & Catharina Barnabonis filia conſobrina manarunt liberi,

XXVI.

Ioannes Maria Dux Mediolani, Philippus Maria, Anna Dux, ſeu Duciſſa Bauariæ, ac Valentina Ludouici Franciæ regis vxor, Caroli Andegauenſis mater, qui Mediolanum aduerſus Sforciadas contendebat. Obiit Joannes anno Domini 1404. Porro ex Antonia de Malateſtis nulla prole ſuſcepta, matreq; capta, multis etiam proceribus trucidatis in templo à cubiculariis conficitur, in cuius locum

XXVII.

Philippus Maria frater ſurrogatur, qui Bononiam, Forum Liuii, ac Forum Cornelii Pontifici Romano coactus reſtituit. Beatricem Scaligeram Facini Veronenſis, ac Mariam Amedæi Sabaudiæ Ducis filias duxit, ex quibus produxit Hippolitam Alphonſo Calabriæ Duci, Elizabetam Guli-

Gulielmo Montisferrati Marchioni, ac tertiam Sigiſmundo de Malateſtis deſponſatas. Alias excepit nothas ex concubinis. Præfuit annis 32. in ſenectute obcœcatus. Alphonſum Siciliæ Regem Mediolani Ducem teſtamento nuncupauit, quo à Mediolanenſibus irrito facto, cum 12. viros è ſuis delegiſſent, qui rerum ſummam gererent, artiusq; à Venetis bello impeterentur,

XXVIII.

Franciſcus Sfortia Dux Mediolani efficitur. Is patre Sfortia natus, & auo Attendulo gregario milite, Michaëleq; Attendulo fratre nobilitatus, regum Neapolis militari duce, Venetis deuictis, ingratus arma in patriam vertit, obſeſſumque Mediolanum fame compulit ad deditionem, principatumque arripuit. Hinc Vicecomitum familia priuatim huc vſque vixit. Cæterum Franciſcus Sfortia opibus Coſmi Medicei Mediolanenſem Ducatum retinuit. Ex Blanca Philippi Mariæ notha progenuit

XXIX.

Galeacium Mariam natu maiorem ſucceſſorem, Philippum Sfortiam, Octauianum Sfortiam, Aſcanium Cardinalem, Hippolitam, Mariam Alphonſo Duci Calabriæ, Elizabetam Gulielmo Montisferrati Marchioni, Polixenam Sigiſmundo Malateſtæ Ariminenſi Duci, ac quartam Joanni Toletinatum domino coniugatas. Obiit autem Franciſcus Sfortia 1464. principatus 21. vitæ 66. Circa quod tempus

XXX.

Galeacius Maria Ludouico VIII. Galliarum rege mortuo rem Mediolanenſem conſequitur. At cum luxu diffluerct, libidinemq; tyrannicam exerceret, à Joanne Andrea Lampognagno interficitur 1476. Ex Bona Ludouici II. Sabaudiæ Principis filia ſuſtulit Galeacium Mariam in pueritia defunctum, Hermetem, Ioannem Mariam, ac Blancam Maximiliano Auſtriaco Imperatori connubiali fide obſtrictam.

Digitized by Google

XXXI.

Ludouicus Franciſci Sfortiæ I. filius Joannis Mariæ tutor, inuaſit Ducatum. In quo etſi à Maximiliano Cæſare fuiſſet confirmatus, nihiloſecius à Galliarum rege captiuus abductus eſt. Verùm poſtmodum liberatus Turcam adſciuit in Italiam, vt Gallicam factionem in ſinu foueret.

XXXII.

Joannes Galeacius II. ex Iſabella Alphonſi regis Neapolitani filia rem Mediolanenſem capeſſere non potuit. Poſtremò proditus in Galliam captiuus ducitur. Suſceperat duos filios, Franciſcum ſecum captiuum abductum in Gallias, vbi Abbatem egit, ac Bonam Sigiſmundo Poloniæ regi coniunctam.

XXXIII.

Maximilianus Ludouici ſuperioris filius à Maximiliano Cæſare reſtituitur annitentibus Pontifice Romano, Heluetiis & Epiſcopo Vallenſi, circiter annum 1512. cuius tempore orta ſunt grauiſſima bella in Italia, in quibus Franciſcus Rex Francorum captiuus in Hiſpanias ad Carolum V. Cæſarem deducitur, quo tempore Italia Gallis expurgata eſt, anno Domini 1524. Quæ ab Hiſtoricis noſtri temporis fuſius enarrantur.

XXXIV.

Franciſcus Sfortia II. Maximilianum in Ducatu ſequutus eſt, qui ambo ſine hærede ſunt mortui. Ille verò Chriſtiernam Chriſtierni Daniæ regis filiam duxit, quæ ſecundis nuptiis Franciſco Lotharingiæ Duci deuincta, Carolum, Renatam & Dorotheam adhuc viuos habet, vt in eorum hiſtoriis fuſius videre eſt. Franciſco deniq; defuncto 1535. die Octobris 24.

Carolus V. Imperator, &

Philippus Hiſpaniarum Rex Mediolanenſem agrum vi retinuerunt.

MON-

MONTISPENSERII COMITES.

I.

MOntiſpenſerii Principes à ſanguine regio proficiſci apud Gallos, eandemq; cum illis Borboniorum & Vindocinorum Ducum familiam eſſe, certum eſt.

II.

Ludouicus igitur Borbonius Montiſpenſerii Comitibus nomen dedit & auctoritatem, anno Domini 1415. Ex Gabriele Domini à Turre filia ſuſcitauit

III.

Gilbertum Borbonium Aruerniæ Delphinum Comitem, ac Montiſpenſerii hæredem 1453. tum Gabrielem Borboniam Ludouici Trimollii coniugem. Ex Gilberto & Clara de Gonſaga prodière

IV.

Ludouicus Borbonius Montiſpenſerii Comes, 1496.

V.

Carolus Borbonius fratris ſucceſſor 1497, Franciſcus Borbonius & Aloiſia Ludouici Borbonii principis Rupis Yoniæ coniunx. Ex Carolo & Suſanna Petri Borbonii filia nullis liberis procreatis,

VI.

Ludouicus Borbonius Montiſpenſerii magiſtratum geſſit, exque Jaqueta Longica produxit Franciſcam Duci Bullonæo nuptam, Annam, Janam fontis Euraldi Monialem, Franciſcum, Carlottam Abbatiſſam Jorienſem, & Aloiſiam. Alios Comites & Duces Montiſpenſerii Lector ex Annalibus Gallicis repetere poterit, item ex Genealogia Ducum Borbonii ac Vindiconi.

Digitized by Google

DVCES MVNSTERBERGENSES.

I.

GEorgius Poiebradus, Bohemiæ Rex natus 1420. die 23. Aprilis moritur 1471. 22. Martii. Uxor prima Kunigunda, filia Smilonis de Sternberg: è qua Borzko natus 1442. Victorinus natus 1443: &

II.

Henricus natus 1448. Dux Munſterbergenſis in Sileſia creatus à Friderico III. Imperatore anno Chriſti 1462. cum Fridericum Viennæ à ciuibus obſeſſum, adducto in aduerſam Danubii ripam exercitu pater liberaſſet. Sorores Henrici, Catharina Matthiæ regi Ungariæ; Zedena Alberto Duci Saxoniæ, Barbara Henrico de Lippa regni Bohemiæ Marſchalco, nuptæ. atque hi liberi Regis Georgii, omnes ex prima coniuge fuêre. ex altera, Joanna de Roſenthal, genuit Fridericum & Georgium; & Ludimillam Friderico Lignicenſi nuptam.

III.

Henrico Munſterbergenſi ex Vrſula, Alberti Marchionis Brandeburgici, Germaniæ Achillis filia, nati Carolus, Albertus, 1468. Georgius 1470. Margareta vxor Erneſti Anhaldini nata 1473. ex qua prodiit Georgius Anhaldinus.

IV.

Carolus Sileſiæ & Bohemiæ Præſes natus 1476. obiit 1536. relictis filiis, Joachimo, Henrico, Joanne, Georgio. Joachi-

Joachimus Epiſcopus Brandebürgenſis natus 1503. Joannes nat⁹ 1509: vxor eius Chriſtiani Chriſtophori de Schidlovvitz Baronis & Cancellarii regni Poloniæ filia, cui Eraſmus Linguam ſuam dedicauit. ex qua natus Carolus Chriſtophorus 1545. 22. Maii. At Georgius Caroli filius natus 1512: vnaq; ſeptem filiæ; ex quibus Hedvviges Georgii Marchionis Brandeburgenſis coniux, Anna Maria Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis, Sabina Joannis Georgii Electoris Brandeburgii.

V.

Henticus Caroli filius natus 1507. gener Henrici Megapolitani, genuit ex Margaretha

VI.

Carolum Ducem Munſterbergenſem natum 1545. & Henricum natum 1542.

VII.

Carolus duxit in vxorem Eliſabetham Magdalenam Georgii Ducis Sileſiæ Lignicenſis & Bregenſis filiam 1585. ex qua natus Henricus Wenceslaus 7. Octobris 1592. item Carolus Fridericus 18. Octobris 1593.

NAVARRÆ REGES QVA SPECTANT GALLIAM.

Ex Paradino & Roſcrio.

REgnum Nauarræ partim inter Vaſcones, partim inter Cantabros conſiſtit, ſuumq; ſumpſit exordium circiter annum Domini 961. à quodam Eneco Bigorræ Comite. Hic ex montibus Pirenæis in vicinã lapſus perniciem Agarenos ibi conſidentes fugauit: obq; id primus Rex Nauarræ nuncupatus eſt. Cis verò Pyrenæum ſaltum verſus Franciam, regnum Nauarræ aliud in Annalibus Gallicis conſtitutum legitur: quod hoc loco debes intelligere; vt iam regnum Nauarræ diuiſum videatur; cuius præcipuam vrbem, maioremque partem Hiſpaniarum Reges detinent; alteram Principes qui ſequuntur, occuparunt.

I.

Theobaldus Campaniæ Comes III. Theobaldi II. ac Margarethæ Nauarrenſis filius; matris exſtincto fratre, regno Nauarræ inauguratur anno Domini 1234. Mortuus eſt in ſecunda profectione S. Ludouici 1269.

II.

Theobaldus Campaniæ Comes IV. Rex Nauarræ II. minimum vixit, quippe altero Magiſtratus anno defunctus, abſq; vxore abſq; liberis 1271.

III.

Henricus Theobaldi tertii filius ſucceſſit fratri: ſed non aue fauſta: vixit enim exinde tantum tres ad ſummum annos:

annos: relicta filia Iana, procreata ex Roberti Atrebatis filia, fratris S. Ludouici. Sepelitur Pampelonia 1274.

IV.

Iana Henrici filia nubit Philippo Franco Philippi III. Francorum Regis filio. Is triplici prælio Flandros attriuit, victoriaque celeberrima parta, obiit 1313. editis Ludouico Hutino, Philippo Longo, Carolo Pulcro, atque Iſabella Eduardo Angliæ Regi nupta.

V.

Ludouicus Huttinus Rex Franciæ, maternam adiit hereditatem à morte eius. Duas habuit vxores, Margaretam Burgundam, & Clementiam Vngaram, ex qua fluxerunt Iana Regina, & Ioannes poſtumus, qui vixit dies octo. Obiit repente 1315.

VI.

Philippus Longus Ludouici frater, regnum occupat 1316. Deceſſitque anno deinde quinto. Ex Iana Othonis Burgundiæ Comitis filia ſuſtulit Ianam Ludouico Niuernenſium Comiti, Mariam Imberto Delphinati copulatas: ac Blancam apud Longum campum Monialem.

VII.

Carolus Pulcer Ianæ filius, Ludouici ac Philippi frater, præfuit annos ſeptem. Duxit Blancam Othonis Burgundiæ Comitis, Mariam Henrici Lucelburgici Imperatoris, ac Ianam Ludouici Comitis Eburouicenſis filias. Ex ſecunda natus eſt infans, ſed non vitalis: item Blanca poſthuma, Philippo Aureliorum Duci coniuncta. Cæterum obiit Pulcer 1327.

VIII.

Iana Ludouici Huttini filia, Philippi ac Caroli ſoror, nupſit Philippo Probo, Ludouici Franci Eburouicenſis Comitis filio. Ab Agarenis apud Arſegillam in Granatæ regno interimitur 1342. Ex Iana tulit Carolum, Philippam Longæ villæ Comitiſſam, Ludouicum, Blancam Phi-

lippi Valeſii, & Agnetam Vaſtonis Phœbi Fluſſenſis Comitis coniuges.

IX.

Carolus cognomento Malus; quod immenſis tributis ac concuſſionibus ciues opprimeret; Eneruatus ſcortationibus, anno 1387. inſuitur à Medicis linteis tinctis vino adufto: dumque vnus candela admota ſecare feſtinat filum, ecce ignis inuaſit linteamina, neque vllo modo extingui potuit priuſquam extinxiſſet Regem. Alii aliter narrant. diuinitus tamen immiſſo incendio periiſſe conſtat. Ex Iana Franca Regis Ioannis Francorum filia tulit Carolum Regem Nauarræ, item Petrum ac Ianam Ioanni Britanniæ Duci affidatam.

X.

Carolus tertius, Ianam Henrico Caſtiliæ Rege genitam ſibi copulauit, 1387: quæ peperit Ioannem & Blancam. Primus Dux Nemoricenſis conſtitutus traditur, Ioannique Burgundiæ Duci adhæſiſſe, cum Franciæ Regem bello appeteret.

XI.

Ioannes Aragoniæ & Caſtiliæ Rex, ex Blancæ vxoris dominio regnum Nauarræ adipiſcitur. Genuit Carolum, Leonoram, & aliam Henrico Caſtiliæ Regi iunctam.

XII.

Vaſto Fluſſenſis Comes Leonoræ prædictæ maritus, Regni Nauarræ geſſit ſummam eius cõtemplatione. Moritur 1488. Produxit Vaſtonem Nauarræ infantem, Vianæ Comitem, Ioannem, Narboniæ Vicecomitem, Petrum Cardinalem, Iacobum, Mariam Gulielmo Montisferrati Marchioni, Ianam Arminiaci Comiti. Margaretam Franciſco Britanniæ Duci nuptas, Catharinam, ac Leonoram virginem.

XIII.

Franciſcus Phœbus Vaſtonis Viennæ Comitis filius, Pompe-

Pompeiopoli Rex Nauarræ coronatur 1481. Regnauit annum vnum.

XIV.

Ioannes Albretenſis Alani filius, ducta Catharina Fluſſenſi Vaſtonis etiam Fluſſenſis filia, progenuit Henricum, Franciſcum, Annam, Iſabellam, & Quitheram ſanctimonialem. Sub huius temporibus Ferdinandus Aragoniæ Rex Pompeiopolim Nauarræ iuri detraxit, ſibique propriam fecit.

XV.

Henricus Albretenſis Margaretæ Caroli Valeſii filiæ matrimonio deuinctus, Ianam edidit Reginam Nauarræ; quo regno erat inauguratus antea, anno Domini 1516. E viuis abiit Margareta 1549.

XVI.

Antonius Barbonius Ianæ Albretenſis maritus Regio Nauarræ titulo inſignitur initis matrimonii votis 1548. Poſt quorum obitum

XVII.

Henricus hodie rerum potitur.

Digitized by Google

NORMANIÆ DVCES. EX ROSERIO.

NORMANIAM antea Neuſtriam dictam nemini fere ignotum eſt, Picardiæ & Anglico mari vicinam; quæ etiam Tubalena nominatur. Normanos aduenas plerique tradiderunt, quos alii cenſuerunt indigenas, à Ptolomæo Veromanduos appellatos. Hi poſterioribus ſæculis, anno 912.

I.

Rhollone Duce Carolo 3. Imperatori bella intulerunt, cum quo paulo poſt pacis fœdera pepigere. Præterea Tancredi arte, ac induſtria, cum migraſſent in Italiam, Siciliæ regnum conſtituerunt. Quin imo Gulielmo authore Britanniam armis occuparunt. Rhollo igitur Danorum Dux Neuſtria ſubacta ſacro lauacro tingitur, Roberti nomen aſſequutus. Ex Popa Berengarii Beſſinatis, ac Bellouaci Comitis filia ſuſcepit

II.

Gulielmum, Normaniæ Ducem factum 917. ac Gerlotam Gulielmo Pictorum Comiti nuptam. Ille cognomento Longa ſpatha dictus eſt, Hugonemque Pariſienſem ſequutus aduerſus Ludouicum Vltramarinum occiditur anno Domini 942. Sphortam Heberti Syluanecti Comitis filiam habuit vxorem, ex qua prodiit

III.

Richardus I. cognomine Imperterritus, qui Theobaldum Carnutenſ. & Bleſenſem Comitem variis domuit prẹliis. Auinam, ſeu Agnetem Hugone magno Pariſiorum Comite ſatam priori matrimonii vinculo ſibi colligauit, ac de-

Digitized by Google

ac deinde Gonnoram ab equite Dano profectam. Ex quibus ſunt editi

IV.

Richardus, Normanniæ Dux factus 980. Robertus Richardi Eboracenſis Comitis pater, ac poſtremo Rothomagenſis Archiepiſcopus, Gulielmus, Auina Angliæ regi primum coniuncta, Eduardi ſancti mater, tum ſecundo Cunniti ſeu Kenneti Danorum regis vxor, Heno Gothofredi Britanniæ Comitis, ac Mathildis Odonis Carnatum Comitis coniuges. Richardus I. in monaſterio Fiſcanenſi quieſcit. obiit 980. Richardus vero 2. 1026. prope patrem tumulatus. Duxerat antea Iuditham Gothofredi Britanniæ Comitis, tum Pauiam Suenonis Daniæ regis filias. Ex quibus profecti ſunt Richardus, Robertus Normanniæ Duces, Gulielmus Fiſcanenſis monachus, Allidis Reginaldo Burgundiæ, Leonora Balduino Flandriæ Comitib. Anna Edelfredo Angliæ regi, coniunctæ, Gulielmus Arquenſis dominus, ac Maugerius Archiepiſcopus Rothomagenſis.

V.

Richardus 3. qui Roberto Francorum regi aduerſus Landricum Comitem Niuernenſem auxilio fuit, obiitque 1028. ſine prole.

VI.

Robertus cognomento Liberalis Hieroſolimam profectus à ſuis veneno tollitur: Niceæ Bithyniæ ſepultus 1035. à quo

VII.

Gulielmus nothus Normanniæ Dux ſumpſit ortum, qui poſtea Britanniæ regnum fortitudine ſibi comparauit. Mathildem Balduini Flandriæ Comitis filiam ſibi addixit, ex qua proceſſerunt Robertus Normanniæ Dux, Richardus, Gulielmus, & Henricus Angliæ Reges, Cæcilia Abbatiſſa Cadomenſis, Gertrudis Balduini Bononienſis, Conſtantia Alani Britanniæ Comitis, Eleſqua Haraldi Angli, Allidis Stephani Bleſenſis Comitis ſponſæ, vel coniuges.

Digitized by Google

VIII.

Robertus II. adhuc viuo patre Normaniam ſibi vendicauit, 1093. qua ratione Anglicis excidit ſceptris. Gothofredum Buillonæum ſequutus eſt in Syriam, Normaniamque ea de re oppigneravit. Tandem ab Henrico fratre captus, & in Vallia carceribus mancipatus obiit, anno Domini 1102. poſtquam admota pelui radiis ſolaribus coruſcantibus illum orbarat luminibus. Superſtitem reliquit Gulielmum, qui ab Henrico Normaniæ Ducatu nudatus, vel minimo temporis interuallo Flandriæ præfuit. Cum enim inſulæ domandæ operam daret, ſagitta traiicitur.

IX.

Henricus Angliæ Rex vi Normaniam ſubiecit. Primum Mathildem Malconis Scotiæ Regis, ac demum Alidem Gothofredi Plantegeneſti filias habuit vxores. Ex iis genuit Gulielmum, & Richardum, qui nauigantes in Angliam ſubmerguntur, tum Mathildem Gothofredi Comitis Andegauenſis coniugem. Moritur 1135.

X.

Stephanus Bononiæ Comes, excluſa Mathilde Henrici filia Normaniam & Angliam peruadit. At inita pace illam Henrico filio ſponte ceſſit. Mathildem duxit Euſtachio Bononienſi, Gothofredi Buillonæi fratre, procreatam.

XI.

Henricus II. Princeps clariſſimus & prudentiſſimus, Normaniæ Principatu nobilitatus & Angliæ Rex 1154. Leonoram Gulielmi Guiennæ Ducis filiam ſibi coniunxit. Ex qua prodiêre Henricus, Richardus, Gothofredus, Ioannes. Iana Raimundi Toloſatium Comitis vxor, ac tres filiæ, vna Caſtiliæ Regi, à quo Blanca Diui Ludouici mater, ſecunda Saxonum Duci, à quo Henricus & Otho I. tertia Siciliæ regi, quæ ſterilis erat. Deceſſit 1160.

XII.

Henricus III. Normaniæ Ducatu (Margaretha Franca ducta)

ca ducta) donatus à patre, 1161. ſine liberis fato fungitur 1188.

XIII.

Richardus Angliæ Rex ac Dux Normaniæ, in Saladinum cruce ſignatus mouit 1189. qui nuper Hieroſolymam Chriſtianis detraxerat. Dum reuerteretur, à Leopoldo Auſtriæ Archiduce captus, & ab Imperatore aſſeruatus, vim auri pro captiuitate redimenda perſoluit ingentem. Apud Lemouices iaculo conficitur. Gulielmi Siciliæ regis filiam aſciuit pri orem cõiugem, alteram Gengariam Raimundo Barcinonæ & Aragoniæ rege progenitam. E viuis abiit 1199.

XIV.

Ioannes Angliæ rex Normaniæ Ducatu locupletatur, Princeps auarus, ambitioſus & crudelis, qui Arturum propinquum, & Leonoram cognatam ſæue trucidari curarit, vt Angliæ regno frueretur. Cuius flagitii apud Philippum Auguſtum Françorum regem inſimulatus, cum contumax eſſet, Parium Curiæ ſententia omnibus priuatur ditionibus, à regis beneficio dependentibus, anno Domini 1202. Ex Comitis Ingoliſmenſis filia nullam ſuſtulit prolem. Fato functus eſt ſubito 1215.

XV.

Ioannes Franciæ rex à Philippo Valeſio patre Normaniæ Dux declaratur, anno Chriſti 1332. Bonam Iohannis Bohemiæ regis, ac Ianam Gulielmi Bononiæ Comitis filias vxores habuit. Ex nouiſſima

XVI.

Carolus profectus, antequam ad Francorum regnum proueheretur, à patre Normaniæ Ducatu ditatur 1355. Ex Iana Petri Borbonii Ducis filia excepit Carolum Francorum regem, Ludouicum Turonum Comitem, Aureliæque Ducem, Valentinæ Mediolanenſis maritum, Catharinam & Mariam. Obiit 1365.

XVII.

Carolus II. Caroli VII. Francorum regis filius, Lu-

Digitized by Google

douici XI. frater, bello boni publici à Carolo Burgundiæ Duce moto, Normaniæ arripit dominatum, quo nec diu potitus eſt. Diem claudit 1472. hincque Normaniæ Ducatus Francorum ceſſit regibus.

DVCES POMERANIAE.

EX CHYTRAEO ET ALBIZIO.

SWANTIBORVS primus, qui Danos vicit, dicitur propagaſſe Stemma Ducum Pomeraniæ: & circa annum 1124. Otho Epiſcopus Bambergenſis, Pomeranos ad fidem conuertit, Principesque eorum Wartislaum & Caſimirum baptizauit. Caſimirus autem ex conſilio prædicti Othonis ſedem Epiſcopalem Iulini conſtituit, 1136. quæ à Danis Iulino deſtructo, Caminum translata eſt.

I.

Wartislai filii Bogislaus & Caſimirus in bello Saxonico à Friderico Barbaroſſa Imperat. Duces creantur, data eis ſeſſione in Imperio. Hinc relicta Polonia, Imperio ſunt adnexi in obſidione Lubecæ, anno 1182. Bogislaus autem iſte fundauerat Epiſcopatum Caminenſem 1175. mortuus 1188.

II.

Bogislaus II. primi filius, ab Othone I. Marchione Brandenburgenſi captus, anno 1188. certis conditionibus dimittitur, quo tempore Saxones in Pomeraniam introducti ſunt, obiit 1222. ſepultus Crantzemiæ prope Adderbergam. Caſimirus eius frater conditor fuit cœnobii Stargardienſis 1194. obiit Hieroſolymæ 1217. At tertius frater Wartislaus Greiffenbergam in ciuitatem erexit.

Barnimus

Digitized by Google

III.

Barnimus I. heres omnium familiæ ditionum, Stetini ædem D. Mariæ exſtruxit 1261. cum Ioanne primo & Othone eius fratre Marchionibus Brandeburgenſibus grauia geſſit bella, quæ deinde nuptiis filiæ Heduigis quam Ioanni vxorẽ dedit, ſimul cum Preuzlenia &: Vckermarchia nomine dotis, ſopita ſunt. Frater eius Bogislaus III. obiit 1224. at ipſe moritur 1278.

IV.

Bogeslaus IV. Barnimi filius obiit Wolgaſti 1309. Vxor I. Agnes filia Ioannis I. Marchionis Brandeburgici. II. Margaretha Bislai filia Rugiæ principis. Frater eius Barnimus occiditur 1295. Alter frater Otto I. Dux Stetinenſis obiit demum 1345. à quo producti ſunt Duces Stetinenſes vſq; ad Othonem III. hac ſerie: Otto primus genuit ex Eliſabetha Nicolai Comitis Suerini filia, Barnimum Magnum mortuum 1368. Barnimus Magnus genuit ex Agnete Ottonis Liberi Ducis Brunſuicenſis filia Svvantiborum mortuum 1413. Svvantiborus genuit ex Anna filia Poponis Comitis de Henneberg Caſimirum mortuum 1433. Caſimirus genuit ex Catharina Bernardi Ducis Brunſuicenſis filia Ioachimum, mortuum 1451. Ioachimus ex Eliſabetha Ioannis I. Brandeburgici Marchionis filia Othonem III. quo mortuo ſine prole 1464. graue bellum inter Duces Pomeraniæ Wolgaſtenſes & Marchiones Brandeburgenſes exortum eſt: qui feudum illud, veluti apertum, à Friderico III. Imperatore impetrarant. quod tandem ita compoſitum eſt, vt Brandeburgici titulum inde vſurparent; atq; heredibus maſculis ex Pomeranis deficientibus, in feudum ſuccederent.

V.

Wartislaus IV. Bugislai IV. filius vlteriorem Pomeraniam à Conrado Brandeburgico antea occupatam recuperauit; in Rugiæ principatu auunculis ſine maſcula prole exſtinctis ſucceſſit 1325. obiit 1326. Sundæ, ſepultus Ca-

mini. Vxor Eliſabetha Henrici, Ducis Vratislauienſis filia: è qua nati Bugislaus Barnimus, Wartislaus.

V I.

Bugislaus V. & Barnimus IV. partiti ſunt Pomeraniam; Wartislaus enim poſtumus partem ſuam pro annua penſione eis ceſſit. Bogislaus tenuit orientalem Pomeraniam. Barnimus IV. Wolgaſtanus anno 1357. Comitatum Gutzko ditioni adiunxit; moriturque 1365. Vxor eius Sophia filia Nicoloti Henetorum principis; ex qua natus Wartislaus VI.

V I I.

Bugislaus V. filium habuit Caſimirum IV. ex Eliſabetha Caſimiri II. Regis Poloniæ filia, qui educatus in aula aui materni, feuda habuit in Polonia, & à Ludouico rege Vngariæ ac Poloniæ miſſus ad obſidendam arcem Schlotter, in oppugnatione lapide ictus interiit 1377. Ipſe vero Bugislaus Ludouicum Romanum Electorem Brandeburgicum acie ſuperauit: Torgelouiam bello acquiſiuit. Stetinum nouum ampliauit. obiit 1374. Balbuci ſepultus. Filias habuit Eliſabetham Carolo IV. Imp. & Margaretham Erneſto Ferreo Duci Auſtriæ nuptas.

V I I I.

Wartislaus VII. Bugislai V. filius mortuus 1392. vxorem habuit Mariam Henrici Ducis Megapolitani, item Ingelburgim Waldemari IV. Daniæ regis filiam, ex qua natus Ericus I. Rex Sueciæ, Daniæ & Noruegiæ, qui regnare cœpit 1396. deſiit 1439. obiit vero 1459. quippe Palæſtinam adiens captus & multo pretio redemptus, vt inde domum rediit, Holſatos denuo rebellantes inuenit: ideo laborum pertæſus, regnum ceſſit Chriſtophoro Rheni Palatino ſuo ex ſorore nepoti. Sorores eius fuere, præter Sophiam Ioannis Palatini vxorem, ex qua natus prædictus Chriſtophorus, Agnes, vxor Othonis Principis ab Anhalt. Bugislaus VIII. Bugislai V. filius mortuus 1417. habuit ex Sophia Procopii Morani filia Bugislaum IX. qui obiit ſine maſcula prole 1448. ſepultus Rugenvvaldæ in Carthuſia. adeo vt hereditas Pomeraniæ deuoluta fuerit ad Barnimi quarti liberos, Wartislaum VI.

VVara-

IX.

Waratiſlaus VI. Barnimi IV. filius Wolgaſtanus maritus Annæ Ioannis II. Ducis Megapolitani filiæ, obiit 1394. filiamq; habuit Sophiam nuptam Henrico Duci Brunſuicenſi, item filios Barnimum VI. & Wartiſlaum VIII. qui Wartiſlaus obiit 1416. relicto filio ex Agnete Erici III. Ducis Saxoniæ inferioris filia, Barnimo VIII. mortuo 1451. cui ex vxore Anna Henrici Comitis Winsdorfii nata filia Agnes vxor Friderici Pinguis Marchionis Brandeburgici.

X.

Barnimus VI. Wolgaſtanus obiit 1405. Vxor eius Veronica Friderici III. Burgrauii Noribergenſis filia, ex qua genitus Barnimus VII. mortuus ſine prole 1449. &

X.

Wartiſlaus IX. mortuus 1457. hic literarum promotor, Scholam Grypſualdenſem inſtituit anno 1456. Vxor ei Sophia Georgii Ducis Saxoniæ inferioris filia. ex qua nati Wartiſlaus X. mortuus 1479. qui grauia bella geſſit cum Brandeburgicis pro ducatu Stetinenſi, cui ex Margaretha Henrici poſtremi Comitis Stargardiæ filia Hartmannus, maritato Vrſulæ Ioannis I. Electoris Brandeburgici filiæ, & Adelheis Bernardo Duci Saxoniæ inferioris nupta.

XI.

Ericus II. Wartiſlai IX. filius Wartiſlai X. frater moritur, 1474. Vxor eius Sophia, Bugislai IX. Ducis Pomeraniæ filia vnica, ex qua nati Wartiſlaus XI. & Caſimirus VI. ſtatim poſt matrem mortui. item Sophia nupta Magno Duci Megapolitano, & Catharina Henrici Senioris Ducis Brunſuicenſis vxor; item & Margaretha nupta Balthaſari Duci Megapolitano. Fuit autem Ericus heres ſoceri ſui, habuitq; pro ea hereditate controuerſiam cum Erico Rege Daniæ tene. Etiam Othoni III. mortuo ſucceſſit in ducatu Stetinenſi. Ellenopii ſepultus eſt. Eius filius

XII.

Bugislaus X. à reb. geſtis Magnus dictus, Dux Pomeraniæ ac Stetini, Princeps Rugiæ, Caſſubiæ & Vvendæ, cõtrouerſias cum Marchionibus Brandeburgicis cõpoſuit, ducta

Margareta Electoris Brandeburgici filia. Exinde habuit vxores Annam Caſimiri Regis Poloniæ, & Agnetem Ioannis Alchim. Marchionis Brandeburgici filias. natus 1454. obiit 1523. filiæq; eius Anna nupſit Georgio Duci Lignicenſi, Sophia vero Friderico I. regi Daniæ. Georgius eius filius non diu vixit, mortuus ſcilicet 1531. ſedauit motus Gedanenſes. Ex Æmilia Philippi Palatini Electoris filia obtinuit filiam Margaretham, Erneſto Duci Brunſuicenſi nuptam: item filium Philippum. Barnimus IX. eius frater, Bugislai filius, obiit 1573. diuiſione facta cum Philippo Georgii filio Stetinum obtinuit cum inferiori Pomerania. literis humanioribus addictus fuit filiaſque habuit ex Anna Henrici I. Luneburgenſis Ducis filia, Mariam Othoni Holſatiæ Comiti, Annam primo Carolo principi Anhaldino, dein Henrico Burgrauio Miſnenſi, deniq; Iodoco Comiti Barbienſi, & Dorotheam Ioanni Comiti Mansfeldio nuptas.

XIII.

Philippus Georgii filius, cui in diuiſione cum patruo VVolgaſtum ceſſit cum ſuperiore Pomerania & Rugia obiit 1560. natus 1515. Vxor eius Maria Ioannis Electoris Saxoniæ filia: è qua I. Ioannes Fridericus natus 1542. Vxor eius Ertmudis Ioannis Georgii Electoris Brandeburgici filia. II. Bugislaus XI. natus 1544. Vxor eius Clara Franciſci Ducis Luneburgenſis filia: è qua nati I. Philippus 1573. II. Franciſcus 1577. III. Bugislaus 158.. IV. Georgius 1582. V. Ioannes Erneſtus VI. Vlricus. III. Erneſtus Ludouicus natus 1545. Vxor Sophia Hedvviges Iulii Ducis Brunſuicenſis filia. è qua natus

XIV.

Philippus Iulius 1584. cuius vxor Agnes Ioannis Georgii Electoris Brandeburgici filia. IV. Barnimus X. 1549. Vxor Anna Maria Electoris Brandeburgici filia. V. Caſimirus VII. Epiſcopus Caminenſis. VIII. Anna vxor Vlrici Ducis Megapolitani.

SABAV-

SABAVDIAE DVCES.

EX PARADINO ET ROSERIO.

SAbaudia Galliæ Narbonenſis pars eſt ſicuti Prouincia, Delphinatus, & prouincia Toloſana. Sabaudos autem à Sabatiis vadis appellatos autumat Volaterranus, tum à populis inter Alpes conſtitutis, in ea ferme parte, quæ Vocontiorum, Veragrorum, Caturigum, Centronum, & Lepontiorum erat. Illorum vrbes, vt idem Volaterranus ait, fuiſſe cenſentur, Tarentaſienſes, quos olim nonnulli Nantuates exiſtimabant, deinde Lauſanenſes, qui priſcis temporibus Latobrigi Præſuli ſubiiciebantur, Gebenna Cæſari Genua apud lacum Lemanum, Dinia, nunc vrbs Dignenſis. Vocontiis, ac monti Cineſio proximum eſt oppidum Ciuario, quo Cæſar initio belli Gallici legiones traduxit, hodie Viuarienſis ciuitas. Veragri in montibus ſancti Bernardi collocantur (quorum Sedunum eſt ciuitas præcipua, ipſaq; Sedunenſis ciuitas illis ſubiacet) per quos & Cæſar in Galliam penetrauit. Sabaudiæ vero Principes nunc partem Galliæ Ciſalpinæ habent in dominio, cuius Taurinum eſt metropolis, ſeu Ducalis ſedes. Illi à Saxonibus originem trahunt. Quippe

I.

Beroluſ, ſeu Beraldus, natione Saxo, Hugonis Saxoniæ Ducis filius, Othonis 3. Imperatoris frater, an. Dom. 999. occiſa Maria Aragonica, Othonis auunculi ſui impudica coniuge, Germania excedere coactus, conceſſit in Gallias, vbi Sabauda nobilis & illuſtris familia ortum cœpit & incrementum. Ex Catharina Germana Hubertum genuit. Morte ſoluitur 1027.

I I.

Hubertus Cæſaris beneficio Maurianæ Comes creatur; à quo & Adeliza Suzæ Marchioniſſa, deſcenderunt, Amedeus Maurianæ comes, & Suzæ Marchio, item Elizabetha Othoni Comiti Matiſconenſi nupta: Deceſſit 1048.

I I I.

Amedeus I. cognomento Cauda, Burgundiæ ambiit Comitatum: cuius Comitis filiam nomine Ianam duxit. Moritur 1076. relicto

I V.

Huberto 2. Maurianæ Comite, qui Brianconii dominum vicit, fidemque dare compulit. Tarenteſiam quoque ſubiecit & in Aſiam cũ Gothofredo Buillonæo profectus eſt. Laurentiam Venetiarũ Comitis ſibi coniunxit filiam, ex qua ſuſtulit Amedeum primum Sabaudiæ Ducem, & Adelam Ludouico Craſſo Francorum regi copulatam. Obiit 1109.

V.

Amedeus 2. Maurianæ Comes, Suzæ Marchio, Tarenteſiæ dominus, ac primus Sabaudiæ Comes Henrici V. Cæſaris beneficio; commiſſa pugna Gebennenſem interfecit Comitem, dehinc duxit in Aſiam mortuus in reditu apud Cyprum 1154. Treis habuit vxores Gertrudem Simonis filiam Lotharingiæ Ducis, ex qua nullam ſuſcepit prolem; Guigonam Alboniam, ac Sibyllam

V I.

Vlrici Comitis Matiſconenſis filiam, cuius poſtremę dotis intuitu Balgeum Comitatum conſequutus eſt. Ex iis proceſſerunt Hubertus Sabaudiæ Comes, Adeliza Andreæ Anglerię Comiti, & Auxilia Huberto Belloiocẽſi deſpõſata.

V I I.

Hubertus Sabaudiæ Comes, princeps pius, aliquot Abbatias & eccleſias erexit, dotauitq; Primum adſciuit Mathildẽ Theodorici Alſatici Flandriæ Comitis, deinde Annam Salingiæ Ducis, ac poſtremo Pernellam Burgundiæ Ducis filias. Exiit à ſecundo toro Agnes, quæ anno ætatis 7. migrauit, & ex 3. Thomas. expirauit Hubertus 1201.

Tho-

Digitized by Google

VIII.

Thomas admodum puer conſcendit ad Sabaudiæ Ducatus apicem 1210. multaq; interim à nobilibus tyrannidem affectantibus damna pertulit. Ex Beatrice Gebennæ Comitis filia protulit Amedeum Sabaudiæ Comitem, Hubertum, qui fato functus eſt in Pruſſia dimicans aduerſus infideles, Thomam Ioannæ Ferrandi Flandriæ Comitis filiæ maritum, Gulielmum Epiſcopum Valentinum, Amedeum, qui priuatam egit vitam, Petrũ vocitatum Paruum Carolum Magnum, Bonifacium Cantuarienſis Archiflamen, Philippum, qui primum Lugdunenſis Archiepiſcopus & Epiſcopus Valentinus, dehinc depoſito magiſtratu eccleſiaſtico, initoq; matrimonio, Burgundiæ Comitatum aſſequutus eſt, Beatricem Raimundi Prouinciæ Comitis, ac Margaretam Hothmanni Comitis à Kiburg vxores. Eximitur è viuis Thomas in Germania 1233.

IX.

Amedeus 3. Sabaudiæ Comes, ex Sicila Raimundi Prouinciæ Comitum filia, Bonifacium, & Conſtantiam ſuſtulit, quæ primo Boneto Cabilonenſium Comiti, tum poſtea Manueli Hiſpaniarum regis filio nupſit. Hæc autem poſt fratrem Sabaudiæ Comitatu non eſt locupletata. Illius enim patrui, feminas ad tantum magiſtratum admitti non debere, lege Voconia prohibente, decreuerunt. obiit 1246.

X.

Bonifacius I. à Montisferrati accolis captus & carceribus occluſus animam exhalat 1256. nulla ſobole procreata.

XI.

Petrus, Thomæ Sabaudiæ Comitis filius cognomento Paruus Carolus Magnus, armis ſtrenuus, Annulum ſancti Mauritii primus geſtauit, quem Sabaudiæ Comitibus exinde tradi iuſſit velut characterem principatus. Paternum adeptus honorem Leonoram Foucignii domini filiam ſibi copulauit, ex qua Conſtantiam emiſit in lucem, Spiritum effudit 1268.

XII.

Philippus Thomę filius numero octauus, antea Lugdunenſis & Valentinus antiſtes, ab incunabulis diſciplinæ eccleſiaſticæ dicatus, tandem ad ſæcularem vitam conuerſus, illectuſq; Sabaudiæ dominatus ambitione, Ælizã Burgundiæ Comitiſſam tori habuit conſortem, ex qua nulla proceſſit ſoboles. Animam efflat 1285.

XIII.

Amedeus 4. cognomento Magnus; Vxor I. Sibylla domina Breſſæ, & Baſgæi Comitiſſa, Vlrici filia, II. Maria Brabantina. Prioris connubio progenuit Eduardum, & Amedeum Sabaudiæ Comites, Leonorã Antiſiodorenſi, Margaretam Ioanni Montisferrati Marchioni, & Agnetẽ Gulielmo Comiti Gebennenſi: Secundo è matrimonio tulit Mariam Foucignii domino, Catharinã Leopoldo Auſtriæ Duci, Ianam Græcorum Imperatori, deniq; Beatricem Clarentiæ Duci coniunctas. In expugnatione Rhodi viriliter ſe geſſit, cumq; maiora in Turcas pararet, Aueniòneq; colligeret exercitum, decumbit 1323.

XIV.

Eduardus ex Blanca Roberti Burgundiæ Ducis filia Margaretam Britanniæ Ducis vxorem produxit. Victus eſt apud Vareium prælio à Foucignii domino, à Delphino; à Guiguio, & Gulielmo Gebennæ Comite, indeq; mœrore confectus, cum à rege ſuppetias poſtularet, vitam cum morte commutauit Pariſiis 1329. Delectabatur ſuſcitandis ædificiis ſumptuoſis, & Eccleſiaſticis & rei bellicæ vtilibus.

XV.

Amedeus 5. cognom. Eduardi frater ab ordinibus Sabaudiæ deſignatur Comes. Ex Yolanda Theodori Marchionis Montisferrati filia edidit Amedeum, Ioannẽ qui puer ceſſit in fata, & Blancam Galeacio Virtuenſi Comiti, Mediolani primo Duci affidatam. Morte conſumitur 1342.

XVI.

Amedeus 6. cognomine Viridis ex Bona Borbonia Amedeum

medeum ſucceſſorem ſuſcitauit. Annonciadæ inſtituit ordinem, creatis 14. Equitibus, quorum ille erat decimusquintus; pacemq; cum Franciæ rege pepigit. Alexium Græcorum Imperatorem à Bulgaris liberauit, Petræq; Caſtellæ Cartuſianos dotauit. Vicecomites etiam Mediolani ac Belioiocenſem dominum ſuperauit. Moritur 1383.

XVII.

Amedeus 7. vir & princeps ſatis pius Nicæá Inſubrium propriam fecit ex ciuium deditione, quod Ladislaus Rex Neapolis illos deſeruiſſet. A quo tempore Nicæa Sabaudiæ arx præcipua Comitibus eiuſce regionis ceſſit. Venando præceps ruit moriturq; eo caſu 1397. Ex Bona Bituricenſi excitauit Amedeum ſucceſſorem, Bonam Ludouici Sabaudi Epiri principis, ac Ianam filii Marchionis Montisferrati ſponſas.

XVIII.

Amedeus 8. primus Sabaudiæ Dux effectus, Sigiſmundi Cæſaris opera, prudentiæ ac paci diligentiſſime ſtuduit. Vt ſeceſſerat in ſolitudinem cum aliquot nobilibus ſenibus; eiurata pompa mundana; ecce inopinato in Pontificem Romanum eligitur 1438. in conſeſſu Patrum Baſileæ habito, qua in dignitate permáſit annis 9. aut circiter. Poſtremo magiſtratu abdicato, cum Sabaudiæ Ducatum Ludouico filio ceſſiſſet, cellam Ripalienſem repetens in Domino quieſcit. Antea duxerat Mariam Burgundam Philippi Audacis filiam. Obiit 1459. Hos reliquit liberos, Ludouicum præmiſſum, alterumq; nomine ignotum, Gebennæ Comitem; Mariam Mediolanenſem Duciſſam, & Margaretam Siciliæ reginam, Comitiſſam Palatinam Rheni & Virtembergenſem, tribus ſub maritis.

XIX.

Ludouicus patri ſucceſſit 1459. Annam Iani Luſigniani Cypri regis filiam vxorem habuit, à quibus exiere Ame-

deus ſucceſſor, Ludouicus Carlottæ Luſignanæ maritus; ex cuius connubio Cypri regnum Sabaudis obtigit, Ianus Gebennæ Comes; & quidam alter, Epiſcopus Auguſtenſis; Ioannes Ludouicus Epiſcopus Gebennenſis; Philippus tandem Dux Sabaudiæ, deficiente fratris linea maſculina; Carlotta Ludouici II. Francorum regis coniux, Margareta Montisferrati Marchioniſſa, Bona Galeacii Mediolani Ducis, & aliæ duę Magiſtri equitum à Pauli fano & Comitis Diuenſis vxores, tum etiam Iacobus Rhomonii dominus. Deceſſit 1461. cum excurriſſet Lugdunum viſitaturus Ludouicum regem generum ſuum.

XX.

Amedeus 9. pauperum amantiſſimus, quos magno numero vbique & circa ſe alebat; dictitans ipſos ſibi eſſe pro militibus, pro caſtris, munimentiſque principatus fortiſſimis. Rogatus aliquando à Legato Ducis Peregrini, nunquid haberet canes venaticos, oſtendit digito grandem numerum egenorum circumfuſum, quibus, inquit, gloriam æternam venari adſequique me poſſe ſpero. Yolandam Francam Caroli 7. filiam duxit, ex qua prodierunt Philibertus, Carolus, & alii tres, primus Marchio Gienſis, ſecunda domini Caſtelli Guionii, tertia Marchionis Rothelini coniuges. obiit 1475. Aureliis; tota vita ſua obnoxius morbo epileptico.

XXI.

Philibertus priuatus patre anno quarto, Blancam Mariam Galeacii Mediolani Ducis ſibi habuit deſponſam ægreque Ducatum retinuit contra Ludouicum XI. Regem Galliæ, & Carolum Audacem. Cadauer terræ reddid 1481. anno ętatis 14.

XXII.

Carolus Philiberti frater adoleſcens Saluciarum Marchionis filiam duxit, tum Blancam Gulielmo Montisferrati

tari Marchione productam. Abiit in fata 1489. ex poſtrema vxore profectus eſt

XXIII.

Carolus II. qui ſeptem menſium infans ſucceſſit patri, Duciſq; titulo decoratus per annos 7. quo tempore Blanca mater rerum geſſit ſummam. Extinguitur 1496. Montiſcallerii.

XXIV.

Philippus VII. Ludouici II. filius, nullo maſculo ſuperſtite relicto, occupat Sabaudiã, matrimonio iunctus Margaretæ Borboniæ & Claudiæ de Pontieure matrimonio coniungitur. Ex priori coniugio proceſſere Philibertus Dux, Aloiſia Caroli Ingoliſmenſis Comitis vxor, Franciſci I Francorum regis mater, & Philiberta Laurentio Mediceo nupta. Ex ſecundo, Carolus, Philippus Dux Nemoricenſis, ac Gebennæ Comes; denique Renatus nothus. Cinerem cineri reddit 1498.

XXV.

Philibertus cognomine Pulcher, ex Margareta Auſtriaca Maximiliani Imp. filia vnica, nullis liberis donatus eſt. Pleureſi deceſſit 1504. in venatione, ex potu aquæ frigidæ.

XXVI.

Carolus 3. Philippi 7. filius Beatricem Luſitanam Emanuelis regis filiam duxit, ex quibus deriuarunt Carolum, qui iunior obiit in Hiſpania, & Emanuelem Philibertum ſucceſſorem. Moritur 1555.

XXVII.

Emanuel Philibertus natus 1528. adoleſcens Carolum V. Imperatorem ſequutus eſt in bellis Europæ Africæque cum quiete domi ſe continere non poſſet, quod Franciſcus Francorum rex maiori bonorũ parte patrem defrau-

daſſet. Tandem rebus præclare geſtis Margaretam Francicam Henrici II. Galliarum Regis ſororem ſibi copulauit; cuius coniugii contemplatione, pax inter Francum & Hiſpanum icta orbi Chriſtiano reſtituta eſt, 1558. obiit 1580. relicto ex Margaretha filio hærede vnico,

XXVIII.

Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, Pedemontis Principe Marchione Suzæ, Comite Moriennæ, Tarentelæ, Briſgoiæ, Breſſæ, Geneuæ. Anni 1584. fine in Hiſpaniam contendit accepturus Catharinam Regis Hiſpaniarum coniugem: vbi à Rege comiter ac ſplendide exceptus, ſecundum poſt annum rediit; natuſque ei 2. Aprilis 1586. filius nomine Philippi Emanuelis. Varie exhauritur bellis Hiſpanicis: ſed nec feliciter rem gerit contra Gallum: adeo vt probet exemplo ſuo veritatem dicti illius — *medio tutiſſimus ibis.*

COMITES SALMENSES.

VRbis Salmæ maieſtas, vel bellorum clade, vel temporis longinquiori lapſu ſenſim euanuit, hodie tantum arce quadam nobilitata, pagiq; ſubiacentis ambitu anguſtiori contenta, in quo certa adhuc extant quondam vrbis veſtigia, quæ loci indigenæ, *veterem Salmam* nominare conſueuerunt. Primum autem Romanis, deinde Francis, ac poſtremo principibus Moſellanis, eorumq; liberis paruit, à cuius nomine nonnulli Comites Salmenſes, qui nunc in Lotharingia ſuperiori primario funguntur munere, ſuam etiamnum appellationem mutuatos eſſe autumant,

tumant, quamuis ſuum habeant Comitatum in eiuſdem regionis finibus diſtinctum & ſeparatum, cuius inueſtituram hactenus ſupremo iure abhinc plus quadringẽtis annis inconcuſſe à retro pientiſſimis Cæſaribus accepere. Quinetiam vtriuſq; loci principes diuerſa videntur præ ſe ferre inſignia gentilitia. Hi nempe Salmones argenteos in clypeo rubeo, illi vero Salmones rubeos in campo argenteo, quamuis origine eamdem ſtirpem fuiſſe crediderim. Quod ſatis perſpectum erit ex ſtemmate, quod ſubiicitur.

I.

Salmo enim Lothilſdi Ariouiſti Saxoniæ regis filiæ coniugatus, primus Salmenſi Comitatui indidit nomen & dignitatem, Annum mundi circiter 3878. quem adminiſtrauit annis 20. Poſt quem

II.

Martialis I. illius filius præfuit annis 34. Ex Argotta Theutonio Duce Tongrorum genita excitauit

III.

Manſuetum, qui Iuliam Clotari Regis & Lotrechii Ducis adſciuit thalami genialis conſociam. Imperauit annis 22. Quo defuncto

IV.

Iulianus filius Salmenſem rexit principatum. Moritur anno Chriſti 30. regni 27. Ex Bleſinde Adelgeri Bauariæ ducis filia protulit

V.

Iulianum 2. Excedit ex humanis anno Domini 56. Comitatus 50. Ex illo & Harſia Epirogi Tongrorum Ducis filia fluxit

VI.

Symetrius noſtra fide primus omnium imbutus, Idoniæque Octauiano Brabantiæ Duce genitæ matrimonio addictus deceſſit 106. magiſtratus 27. Patrem vero

VII.

Symetrius 2. in Salmenſi Comitatu ſequutus eſt. Het-

Digitized by Google

vvigem Teudone Bauariæ Duce ſatam coniugem habuit. Obiit 132. muneris 26. Poſt cuius fatum

VIII.

Symetrius 3. rem Salmenſis gerit. Animam efflat 158. poſtquam regnarat annos 40. Ex Vrſula Marii Britanniæ regis filia

IX.

Symetrium 4. genuit, qui ſpiritum emiſit. 198. officii 22. Ex Verica Clodii Regis & Lotrechii Ducis filia ſuſcepit

X.

Symetrium 5. Corneliæ Teudonis Bauariæ ducis filiæ toro deuinctum. Præfuit anno 1. Expirauit 220. Patri

XI.

Symetrius 6. ſurrogatur, Hildeguineræque Traheri Britanniæ regis filiæ coniungitur. Vita defungitur 280. regni 60.

XII.

Martialis 2. Salmenſis Comes cum Helena Metropoli Regis & Lotrechii Ducis filia præeſt annis 29. decumbit 309.

XIII.

Martialis 3. Salmenſi Comitatu gaudet vna cum Almaberga Gundegi Burgundiæ regis filia annis 40. Ab hac luce ſubſtrahitur 349.

XIV.

Martialis 4. Eduinam Grallonis Armoricæ regis filiam adſciuit coniugem, Comitatumq; Salmenſem gubernauit annis 50. Naturæ concedit 399.

XV.

Martialis 5. ducta Phara Lucii Cambriæ, ſeu Valliæ Principis filia, Salmenſi Comitatu fruitur annis 30. E viuis eximitur 429.

XVI.

Martialis 6. patri ſubſtituitur per ann. 28. Sepelitur 457. Ex

Ex Ethuige Caroli Pulchri Brabantiæ & Tongrorum Ducis filia ſuſceptum

XVII.

Carolum I. Comitem Salmenſem deſignauit per annos 33. Funeratur 490. Ex Bleſinde filia Flandeberti Flandriæ Comitis, ſeu principis

XVIII.

Carolum 2. protulit Hiltrudis Conani Scotiæ regis filiæ maritum. Re paterna fruitur annis 20. Abiit ex humanis 510.

XIX.

Carolus 3. Matrinam Othuele Bononiæ Comite ſatam habuit coniugem, Salmenſemq; Comitatum rexit annis 40. Loculis tegitur 550.

XX.

Carolus 4. ſuperioris filius, cum Dorothea filia Othberti Hasburgi Comitis magiſtratu fungitur annis 38. Moritur 588.

XXI.

Rambaldus de mortuo patre ſuos in officio continuit annis 29. è viuis translatus, & in Arnulphi æde iuxta Metim ſitus 617. Ex Itta Caroli Hasbani Brabantiæ & Tongrorum Ducis filia produxit

XXII.

Rambaldum 2. Principem ſanctum, & ex Troianis, vti noſtri Principes, oriundum, qui præfuit annis 31. mortuus 648. ac prope patrem ſepultus. Cuius ex complexu Mechtildis Arnoaldi Auſtriæ Moſellanicæ Ducis filia enixa eſt

XXIII.

Rambaldum 3. qui ſuis legem impoſuit annis 33. Effertur 681. Ex Ethuuige Alberici Annoniæ Comitis filia

XXIV.

Henricum I. Principem ſtrenuiſſimum excitauit, qui

Comitatus Salmenſis dignitate inſignitur anno Chriſti 681.conceſſit in fata 731.regni 50. Ex Hariſia Danielis Armoricæ regis filia ſuſtulit

XXV.

Henricum 2. cognomento ſeniorem, qui Comitatus init munia 731.Deceſſit magiſtratus anno 40.Chriſti 771. Ab illo & Itta Adelrico Arduennæ Duce progenita profluxit

XXVI.

Henricus 3. Ermingardæ Loheri Moſellani Ducis filiæ maritus, qui Comes Salmenſis hæreditario iure effectus eſt anno Chriſti 771.Supremum diem obiit 800.regni 29. hic protulit

XXVII.

Felicitatem Federico Moſellano Duce procreatam, cuius contemplatione hic Salmenſem Comitatum nanciſcitur anno Chriſti 804.Deceſſit 824.muneris 24.Cui

XXVIII.

Sadigerus Moſellanorum Dux ſub idem temporis ſtadium ſucceſſit.Extinguitur 853.regni 29. Ex Mechtilde Ethiconis Alſatiæ Comitis filia tulit

XXIX.

Henricum 4. Comitem Salmenſem, qui ſuis præfuit, annis 32.diem functus eſt 885. Hethuingem Gerlaci Gelriæ Comitis filiam duxit, à quibus exiit

XXX.

Henricus V. qui paterno honore locupletatur 885. Moritur magiſtratus 35.Chriſti 920.Ex Bertha Rambaldi Comitis à Mortiſna filia produxit

XXXI.

Rambaldum 4. Comitem Salmenſem, qui ius dicere cæpit 920. E viuis abſceſſit 964. ſuſcepti oneris 44. Bertham ab Hasburgenſi Comite profectam habuit tori conſortem,quæ peperit

Siga-

XXXII.

Sigaricum Salmenſi Comitatu honeſtatum, anno Domini 964. E viuis translatus 1004. publicæ functionis 40. Ex Bertha Federici Virdunenſis Comitis filia

XXXIII.

Deodericum excepit, qui patrias opes proprias fecit 104. Ceſſit in fata dignitatis 36. hominẽ exuit 1040. Margaretam Federici Comitis Blancimontis filiam ſibi ſociauit, quæ edidit

XXXIV.

Henricum ſextum, Principem militaris diſciplinæ gnarum, paternis auctum facultatibus, 1040. quas morte deſeruit 1079. cum præfuiſſet annis 39. Ex Clementia Comitis à Roiſin filia procreauit

XXXV.

Vilhelmum Comitem Salmenſem, quod munus gerere occæpit 1079. eoque defunctus eſt 1112. cum imperaſſet annos 33. Allidem habuit coniugem, quæ peperit

XXXVI.

Richardum ſagaciſſimum Principem, patris in eodem Comitatu ſucceſſorem. Ducta Mechtilde Hugonis Vadanimontis Comitis filia, deceſſit 1140. cum adminiſtraſſet annos 28. In æde Pauli Virduni quieſcit. Superſtitem reliquit

XXXVII.

Henricum ſeptimum, Principem liberalem, Salmenſem & Blancimontis Comitem. Iniit magiſtratum 1146. obiit 1170. principatus 30. Ex Maria, quæ patrem habuerat Henricum à Lutzelburgo, ſuſcitauit

XXXVIII.

Henricum octauum, Principem iuſtum, clementem & religioſum, patris hæredem, ac Blanci montis Comitem. Ius dicit 1170. naturæ debitum ſoluit 1225. cum munus obiiſſet annis 55. Iuditham habuit conſortem quondam Matthæi Lotharingiæ Ducis filiam, ex quibus ambobus deriuauit

XXXIX.

Henricus 9. Adeles Henrici Barri Comitis filiæ maritus, anno Domini 1228. Ob imminens fatum Salmenſem reliquit ſummam

X L.

Henrico 10. Principi ſtrenuiſſimo, qui & ducta Loretta Henrico Caſtrenſi Comite nata, magiſtratus 60. antequam in Saliuallenſi cœnobio ſepeliretur, Chriſti 1288. ſucceſſorem deſignauit

X L I.

Ioannem 1, qui Margaretæ Iacobi Vadani montis Comitis filiæ coniunctus, anno præfecturæ 36. incarnati Verbi 1324. in Froardi oppidi Lotharingiæ expugnatione mortem oppetiit. In præfato cœnobio funeratus eſt. Ille denique

X L I I.

Nicolaum in lucem miſit, qui Æliam Lichtenbergenſis & Claromontani Baronis filiam vxorem ſibi adhibuit. Hominem deponit 1344. inſtituto hærede filio

X L I I I.

Ioanne ſecundo, Margaretæ Balduini Chinæi Comitis filiæ affidato. E viuis abiit anno Chriſti 1351. à quibus profectus eſt

X L I V.

Simon Comes Salmenſis, qui munia exercuit annis nouem. defunctus 1360. Coniugem habuit Mathildem ex Comite Sarrebricenſi productam. Porro à Simone prodiit

X L V.

Ioannes 3. Margaretæ Blanci montis Comitis filiæ lege connubiali deuinctus. Soluitur 1368. principatus 8. quem ſubſequutus eſt,

X L V I.

Ioannes 4. illius filius Philippæ, Raynaldi Comitis à Falckemburg filiæ maritali fide obligatus. Ad cœleſtes auras

auras transfertur 1411. cum regnaſſet annos quadraginta tres. poſt quem

XLVII.

Ioannes 5. Salmenſem Comitatum conſequutus eſt. Ianam Andreæ Iouillæ Baronis filiam coniugii fide ſibi obligauit. Morte tollitur 1421. regni 10. relicto

XLVIII.

Ioanne 6. Margaretæ Iacobo Sircenſi Barone procreatæ marito. Puluerem reddit pulueri magiſtratus 30. Chriſti 1451. cui ſuffectus eſt in Salmenſi Comitatu

XLIX.

Ioannes 7. Annæ, Gerardi ab Haracuria Vinſtingæ & Brandebergenſis Baronis filiæ conſociatus. Moritur anno Domini 1497. cum ius dixiſſet annis quadraginta ſex. Quo extincto

L.

Ioannes 8. rem patris capeſſit. Temporis vero curſu Aloyſiam Ludouici Stanuillæ Domini filiam duxit, diemque obiit 1548. ex quibus

LI.

Ioannes 9. ſuis maioribus Principibus non inferior impræſentiarum viuit.

Digitized by Google

SAXONIÆ MISNENSES DVCES.

EX ALBIZIO.

I.

THIMO ſeu Thiemo, filius Dedi ſeu Conradi Marchionis Landsbergenſis, caſtra Henrici quarti Imperatoris ſecutus eſt, & in prælio Lotharii Saxonis cum Henrico V. Imperatore in Comitatu Mansfeldenſi cōmiſſo, occiſus dicitur anno 1115. atque in cœnobio Niemeci ab eo fundato, ſepultus.

II.

Conradus qui Magnus cognominatur, Marchio Landsbergæ & Luſatiæ; primus ſuæ ſtirpis à Lothario Cæſare, Marchio Miſniæ inueſtitur, an. 1126. Viduus factus, Lauterbergi Monachum induit; ibi ſepultus 1156.

III.

Theodoricus eius filius, fundator cœnobii Dobralucæ, Fridericum primum Imperatorem vbique comitatus eſt, Henricum Leonem ad monomachiam prouocauit, ſepultus eſt Lauterburgi 1184. Frater autem eius Dedo, Cillenenſe cœnobium ad Muldam, quod nunc Wechſelburgum dicitur, inſtituit, vbi ſepultus eſt 1190. Fridericus vero frater inſtituit cœnobium Butham; ex hoc natus eſt Fridericus II. qui in iuuentute Ptolemaide obiit anno 1220.

IV.

Otho Conradi F. propter inuentas fodinas Diues dictus, Fribergam condidit, Lipſiam & Iſenacum muro cinxit, Veterocellenſe monaſterium ad Muldam fundauit, vbi cum vxore ſepultus eſt 1189. Filias habuit Adelam vxorem Primislai Regis Bohemiæ, ab eo repudiatam; & Sophiam

phiam prius Vlrico Duci Bohemiæ, dein N. Burggrauio Norimbergico nuptam.

V.

Albertus eius filius, Superbus dictus, patrem captiuum diu tenuit, quod Theodoricum natu minorem, matris inſtinctu, Marchionem Miſniæ pronuntiaſſet, poſtque patris mortem eum ditione eiecit. mortuus eſt ſimul cum vxore Sophia Ducis Bohemiæ filia, non ſine ſuſpicione veneni; & in Veterocellenſi cœnobio ſepultus, nulla relicta prole.

VI.

Theodoricus, à fratre expulſus, eo mortuo prouinciam recuperauit, veneno dicitur necatus 1220. à proprio medico, quem Lipſenſes cum quibus bellum gerebat, corruperant. cum vxore in Veterocellenſi cœnobio tumulatus eſt.

VII.

Henricus Marchio Miſniæ & Luſatiæ, Theodorici F. deficiente an. 1248. Landgrauiorum Aurelianenſium ſtirpe, de iure ſucceſſionis in Thuringia & Haſſia cum Henrico Duce Brabantiæ contendens; ita conuenit, vt ei Haſſia, ſibi Thuringia cederet. Hic Monaſterium Nouecellæ in Luſatia condidit, Dreſdæ mortuus 1278. & Veterocellæ ſepultus cum vxorib. Filias habuit duas, moniales in cœnobio Weiſſenfeld.

VIII.

Albertus Landgrauius Thuringiæ Henrici F. amore perditus cuiuſdam Kunegundis ab Eiſemberg, vxorē ſuam Margaretham, Friderici ſecundi Imperatoris filiam, occidere decreuit: quapropter id ipſa præſentiens, conſilio & ope fidelium quorundam Aulæ miniſtrorum, noctu è caſtro Eiſenach, per funem demiſſa aufugit, & cum prius, ad ſe vocatis filiis paruulis, eis valedixiſſet, eosque Deo, multis cum lachrimis, commendaſſet, quos non in minori periculo verſari ſciret, quam ipſam ſe, factum eſt, vt materno amore ducta, Fridericum natu maiorē in gena morderet, quo ex morſu, macula ei poſtea in facie permanēte, appel-

Digitized by Google

latus eſt Fridericus Admorſus. inde illa Francofurtum fugiens, monaſterium ingreſſa eſt, ibique paucis poſt annis vitam finiuit. Pueri à Theodorico patruo Marchione Miſniæ educati fuêre, qui ſine liberis decedens, eos ſuæ ditionis in Miſnia hęredes reliquit. quamobrem orta eſt diſſenſio inter Albertum patrem & filios, de hæreditate Theodorici, & inde diuturnum bellum, in quo Fridericus à principio captus; cũ per annum carcere fuiſſet detentus, amicorum ope inde euaſit. Rudolphus autem Imperator deinceps, vtriſque armorum depoſitionem mandauit, & in Comitiis Erphordianis cauſam dicere iuſſit. hinc lis illa dirempta, dum vixit Rudolphus; at poſt mortem ipſius, redintegrauit bellum Albertus, & vt gratum faceret Adolpho, qui in imperio ſucceſſerat, filiis autem ſpem ſuccedendi in Thuringia penitus adimeret, prouinciam illam ipſi Adolpho vendidit; quam tamen Adolphus poſſidere nequiuit, morte præuentus; ſicuti neque etiam Albertus Imperator, qui ei ſucceſſit; ita vt denique Fridericus, adhuc viuente patre (occiſo prius 1309. Dietzmanno fratre in Eccleſia D. Thomæ Lipſiæ, opera Philippi Naſſouii Adolphi Imperatoris fratris, ac ipſo Philippo in acie poſtea occiſo à Friderico) non modo Miſniam ipſam, verum & Thuringiam adeptus ſit; amiſſa tamen ex toto patrimonio Luſatia tantum inferiori, quam Bohemi ab Alberto Imperatore ad bellum vocati, ipſi retinuêre. Albertus autem ſenex in egeſtate & contemptu, Erphordiæ diem obiuit 1315. ibidem in æde Diuæ Virginis funeratus. Eius filia fuit, Agnes vxor Henrici Mirabilis Ducis Brunſuicenſis.

IX.

Theodoricus Alberti frater cœnobium Weiſſenfeldenſe conſtruxit, filiasque habuit Brigidam Conradino vltimo Duci Sueuiæ promiſſam, dein Conrado Electori Brandenburgenſi nuptam, & Helenam Ioannis ſecundi Marchionis Brandenburgici vxorem; eius filius Fridericus Theut dictus, veneno in ceraſis dato, iuuenis moritur 1281. vterque Veterocellis ſepultus; Fridericus vero tertius

tius frater, ex Milticia natus, mortuus eſt ſine prole, Anno Chriſti 1316.

X.

Fridericus Fortis dictus, Alberti F. poſt bella cum Adolpho & Alberto Imperatoribus, vt diximus, feliciter confecta, omnia maiorum ſuorum bona recuperauit, Iſenaci ſepultus eſt 1326. filiam habuit Eliſabetham vxorem Henrici Ferrei Landgrauii Haſſiæ.

XI.

Fridericus Seuerus vel Grauis, Marchio Miſniæ, Landgrauius Thuringiæ, dicitur deſignatus Imperator contra Carolum quartum, accepta pecunia ei ceſſiſſe. Veterocellis cum vxore iacet defunctus 1349. Eius filiæ, Eliſabetha Friderico Burggrauio Norimbergenſi nupta eſt; Beatrix poſt obitum mariti Bernhardi quarti Comitis Aſcaniæ, Abbatiſſa Suſelicenſis facta eſt.

XII.

Fridericus Strenuus, Seueri filius, Carolo quarto Imperatori militauit. ab vxore Coburgum cum adiacentibus oppidis in dotē accepit. Veterocellę cum vxore tumulatus eſt 1380. Ludouicus autē eius frater, Archiepiſcopus Moguntinus, Magdeburgicus & Halberſtadenſis, dum Calbæ ad Salam, in Bacchanalibus choream ducit, exortum ex improuiſo incendium fugiens, cum multis præcipitatus eſt 1381. & Magdeburgi ſepultus in ſacello S. Gangolphi. Balthaſar vero frater Landgrauius Thuringiæ, vir bellicoſus fuit, filiumque habuit Fridericūm ſine liberis mortuum (ambo Rheinartborni ſepulti ſunt) & filiam Annam vxorem Rudolphi tertii Electoris Saxoniæ: Similiter & Vilhelmus Cocles ſeu Monoculus, Friderici Seueri filius, Carolo quarto Imperatori militauit, obiitque 1407.

XIII.

Fridericus Bellicoſus, Strenui filius, Marchio Miſniæ, Landgrauius Thuringiæ, in iuuentute variis in locis militiam exercuit, ac præcipue cum Vilhelmo patruo in Bohe-

Digitized by Google

mia, & poſt eum, pro Sigiſmundo Imperatore, à quo, primus ſuæ familiæ, Saxoniæ Dux ac Septemvir eſt factus, 1423. Is Academiam Pragenſem exulantem, Lipſiæ ſuſcepit anno 1409. Aldeburgi ſepultus eſt 1428. Vilhelmus autem eius frater, fundator collegii Georgiani Aldeburgici fuit, vbi & ſepultus eſt 1425; & Georgius, Portæ inhumatus 1411. Habuit & filias Annam Ludouico Pacifico Landgrauio Haſſiæ, & Catharinam Friderico Marchioni Brandenburgico nuptam.

XIV.

Fridericus ſecundus, der Sittiger / dictus, filius Friderici Bellicoſi, natus 1411. pro fratre Sigiſmundo Præſule Wirceburgico bellum geſſit cum Francis. Alberto ſecundo Imperatori militauit in Bohemia, Lipſiæ mortuus 1464. Miſnæ ſepultus eſt. Filias habuit Ameliam Ludouici Diuitis Ducis Bauariæ, & Annam Alberti Achillis Electoris Brādenburgici vxores; Hedwigem Abbatiſſam Quedlinburgenſem; & Margaretam Monacham Suſelicenſem.

XV.

Vilhelmus Landgrauius Thuringiæ eius frater, natus 1425. Alberto etiā Imperatori militauit contra Bohemos, à quo Ducatum Lucelburgēſem in feudum accepit; quem tamen non diu poſt, Philippus Dux Burgundiæ occupauit, & pecunia ab Eliſabetha Lucelburgica redemit. In Paleſtinam profectus eſt anno 1461. Vinariæ ſepultus 1482. duas tantū habuit filias, Margaritam Ioanni Electori Brandeburgico; & Annam Henrico Duci Munſterbergico nuptas.

XVI.

Erneſtus Elector Friderici F. natus 1469. qui puer adhuc, ſimul cum Alberto fratre, anno 1455. noctu ex arce Aldenburgia raptus fuerat, poſt triduum autem mirabiliter reſtituti ſunt, arcem Choldiciam extruxit, Princeps prudens ac pacis amator fuit, Miſnæ ſepultus eſt 1486. Filiæ ei fuēre, Chriſtina Ioanni Regi Daniæ, & Margareta Henrico Iuniori Duci Brunſuicenſi nupta.

Albertus

XVII.

Albertus eius frater, natus 1443. Gubernator Friſiæ, Gallos Belgio expulit, Matthiam Pannonum Regem in Auſtria repreſſit. In altera cõtra Friſios expeditione, Embdæ deceſſit 1500. cadauer Miſnam translatum eſt. Filios habuit Fridericum Magnum Magiſtrum Ordinis Teutonici, natum 1474. mortuum 1510. & Catharinam vxorem primo Sigiſmundi Archiducis Auſtriæ, ſecundo Erici Ducis Brunſuicenſis: præter Georgium & Henricum filios, de quibus infra.

XVIII.

Fridericus Sapiens Elector natus 1462. primogenitus Erneſti, Academiam Wittembergenſem erexit an. 1503. Bello Bauarico Philippum Palatinum Cæſari conciliauit. Poſt Maximilianum in Cæſarem deſignatus, eam dignitatem in Carolum Auſtriacum tranſtulit, Wittembergæ in arcis ſacello conditus 1525. mortuus abſque prole.

XIX.

Ioannes Elector natus 1469. Friderici prædicti frater, & eius in Electoratu ſucceſſor, quique cum eo in perpetua vixit cõcordia, Confeſſionem Auguſtanam in Comitiis anno 1530. Carolo V. Imperatori conſtanter exhibuit. penes fratrem ſepultus eſt, 1532. Filia eius fuit, Maria vxor Philippi Ducis Pomeraniæ.

XX.

Georgius Dux Alberti F. Friderici Placidi nepos, natus 1471. à Maximiliano primo Imperatore Friſiæ Præfectus, Comitatum Groningenſem, quem Comes Embdenſis ei eripuerat, & Carolo Duci Gelriæ tradiderat, recuperauit, & Carolo Regi Hiſpaniarum, poſtea Imperatori, anno 1515. ceſſit. Is mutatæ Religionis cauſa, Henricum fratrem, paterna hęreditate ac iure ſucceſſionis priuare ſtatuerat; verum poſt mortem filiorum, Ioannis 1537. & Friderici 1539. qui ſine prole defuncti ſunt, cum & ipſe morte præuentus eſſet, quod in animo habuerat, exequi non potuit. vltimus Ducum Saxoniæ Miſnæ eſt ſepultus 1539.

Digitized by Google

apud vxorem Barbaram Caſimiri Regis Poloniæ filiam. Filiam habuit præter Chriſtinam Philippo Haſſico nuptam, Magdalenam vxorem Ioachimi ſecundi Electoris Brandeburgici.

XXI.

Henricus eius frater, natus 1473. Georgio ſucceſſit, qui Wolckenſteinæ & Friburgi ſedem habuit, Marieburgum vrbem condidit, Fribergi ſepultus 1541. Seuerinum filium habuit, qui 11. annorum natus, mortuus eſt, & ſepultus Stampſii Tirolis. Filias autem ſortitus eſt, Ameliam Georgii Marchionis Brandeburgici; Sibillam Franciſci Ducis Saxoniæ inferioris; & Sidoniã Erici Iunioris Ducis Brunſuicenſis conſortes: præter Mauritium & Auguſtum F.F.

XXII.

Ioannes Fridericus Elector, Ioannis F. Erneſti nepos, natus 1503. Carolo V. Imperatori bello Smalkaldico, in Bauaria reſtitit, & Albertum Brandeburgicum, ac Chriſtophorum Leuchtenbergium, ipſum intercludere volentes, Rochlitii cœpit; verum ad Mulbergam anno 1547. fortiter dimicans, ſaucius captus eſt, & victori Cæſari traditus, Septemvirali dignitate, ac maxima ditionum parte ſpoliatus; poſtque quintum demum annum dimiſſus, in patriam rediit, mortuus Vinariæ, vndecimo poſt coniugem Sibyllam Cliuenſem die, 1554.

XXIII.

Mauritius Henrici F. Carolo Imperatori contra Franciſcum Galliæ Regem militauit, & bello Germanico partes eius ſecutus, Saxoniæ Septemuir ad Wittembergam in caſtris eſt renunciatus 1521. publicæ inde militiæ Dux factus, Magdeburgum in poteſtatem redegit, deinceps pro ſoceri Landtgrauii Haſſiæ libertate bellum Imperatori mouens, Rheticarum Alpium fauces occupauit, Cæſarem Oeniponti morantem expulit, paciſque conditiones Pátauiæ pepigit: Alberto tandem Brandenburgico occurrens, prope arcem Peinam, in conflictu, globo bombardæ ictus, victor triduo poſt obiit 1553. ſepultus Fribergi iuxta

patrem

patrem. Filia eius fuit Anna, Vilhelmo Naſſouio Principi Vraniæ nupta; ex qua hic eſt ille Mauritius Naſſouius, qui nunc in Belgio contra Hiſpanos militat.

XXIV.

Auguſtus Mauritii frater; natus 1526. ſucceſſit ei ſine maſculis mortuo: qui bellum Gothanum aduerſus patrueles feliciter confecit; diuque Rempublicam bene adminiſtrans, deceſſit 1586. ac Fribergi ſepultus eſt. Filias habuit Dorotheam Henrici Iulii Ducis Brunſuicenſis, Eliſabetham Ioannis Caſimiri Comitis Palatini, & Annam Ioannis Caſimiri Ducis Saxoniæ, ex Vinariis, vxores.

XXV.

Chriſtianus Elector Auguſti F. cum non diu poſt patrem adminiſtraſſet, iuuenis, ex difficili morbo deceſſit Dreſdæ, relictis filiis impuberibus, qui ſub tutela fuêre, adminiſtrante interim Electoratum Friderico Vilhelmo agnato; erantque Chriſtianus, Ioannes Georgius, & Auguſtus: quorum primus Chriſtianus patri ſucceſſit, mortuoque abſque prole locum modo ſupplet Ioannes Georgius.

XXVI.

Ioannes Fridericus priuatus Electoratu, reliquit ex Sibilla, Ioannem Fridericum natum 1529. Gothæ captum 1567. Neoſtadii defunctum 1595. Is ex Agnete vidua Mauritii Electoris Sax. vidua & Eliſabetha Friderici Palatini Electore generauit Ioannem Caſimirum Coburgenſem 1564. cui nupta deinde Anna Auguſti Electoris filia, & Ioannem Erneſtum 1566, cui nupta Eliſabetha Ioannis Comitis Mansfeldii filia. Reliquit idem Ioannes Fridericus Ioannem Guilielmum Vinarienſem 1530. mortuum vero 1573: cui ex Suſanna Friderici Palatini Electoris filia nati ſunt

XXVII.

Fridericus Guilielmus Vinarienſis 1562. Tutor filiorum Chriſtiani I. mortui 1602: item Ioannes 1570.

XXVIII.

Fridericus Guiliel. procreauit ex Sophia Chriſtophi. Du-

Digitized by Google

cis Wirtembergici filia, & Anna Maria Philippi Ludouici Comitis Palatini Neoburgici Ioannem Philippum 1597. Fridericum 1590. Ioannem Guilielmium 1600. At ei nim Ioannes Vinarienſis ſortitus eſt ex Dorothea Maria Ioachimi Erneſti Anhaldini filia gregem liberorum, nempe Ioannem Erneſtum 1594. Fridericum 1596. Guilielmum 1598. Albertum 1599. Ioannem Fridericum 1600. Erneſtum 1601. Fridericum Gulielmum 1603. Bernardum 1604.

SVEVICORVM DVCVM STEMMA.

EX ALBISIO.

I.

RVDOLPHVS Rheinfeldenſis, cum à factione Romani Pontificis, & quorundam Germaniꝫ Principum, Imperator aduerſus Hẽricum quartum crearetur, Sueuiæ Ducatum, Berchtoldo Barbato, Duci Zaringio, qui eius filiam in matrimonium duxerat, reſignauit: at Henricus poſtea Rudolpho cæſo, anno 1078. eum armis occupauit, & Friderico ab Hohen[illegible]fen, cui filiam Agnetem in vxorem dederat, conceſſit: inde lis magna inter Berchtoldum & Fridericum exorta, quę ita compoſita eſt; vt Friderico quidem Sueuia omnis; Berchtoldo autem Briſgouia, cum his quæ in Alſatia ac Nuichtlandia erant, ſimul cum Præfectura Tigurinenſi, maneret: Is enim Fridericus Henrico militauerat contra Rudolphum, Vir fortis, & manu ſtrenuus, qui Welphonem, Bauariæ Ducem, Henrico aduerſantem, ad Danubium ſuperauerat, anno 1083. obiit autem 1105.

II.

Conradus eius filius, Imperator electus poſt Lotharium 1139.

1139. Welphorum partes, à tempore Henrici quarti iam cœptas, aduerſas habuit; expeditionem Hieroſolymitanam, hortatu Bernhardi Clareuallēſis parauit, in qua ipſemet Francofurdiæ, cum multis Germaniæ Principibus ac ipſo Welphone Duce, aduerſario ſuo, cruce ſignatus eſt. At exercitu eorum partim inedia & aeris intemperie, partim Saracenorum armis, ac Græcorum dolis & fraude, pene deleto, infelicem, vt ſæpe, habuit exitum expeditio illa aduerſo Numine incepta; cū negotio infecto, & ob ingentem ſuorū cladē, animo conſternato, redire coactus ſit Imperator. Bello autē poſt reditum, inter ipſum & Welphonem redintegrato, tunc primum auditū eſſe dicitur nomen Guelphorum ac Ghibellinorum; A duabus n. hiſce familiis, de Weiblingen & Welphis, ex quarum prima Imperatores, ex altera vero præpotētes Duces ſunt exorti, quæq; per multos annos de primatu inter ſe cōcertarunt, multi autumant factiones Welphorum & Ghibellinorum poſtea in Italia exortas, quæ primum ſub Friderico II. Imperatore audiri cœptæ, diu propter Romanorum Pōtificum ac Cęſarum diſcordiā, Chriſtianam Rempublicam afflixerunt. Hunc dicunt Cunradum, Genuenſibus & Lucenſibus priuilegium ſignandi pecuniam auream & argēteam cum ſui nominis inſcriptione cōceſſiſſe, quo etiam nunc vtuntur; ſed & ciuitatem Norimbergam inſtauraſſe, ab Henrico V. dirutam, & Monaſterium S. Ægidii ibi fundaſſe dicitur, ſicuti & S. Crucis. Sororem habuit Luitgardim Conradi March. M ſniæ vxorem. Coniux ei erat Gertrudis Gebhardi Comitis à Sultzbach filia. Obiit ipſe 1152.

III.

Fridericus I. Ænobarbus, Conradi ex fratre Friderico nepos; clariſſimus Imperator, poſt multa præclare geſta, Orientalem expeditionem aggrediens, Iconio & aliis ciuitatibus Aſię expugnatis, dū in Armenia flumen, ob æſtum, intraſſet, Selephia dictum, vorticibus aquæ, in ſuorum cōſpectu, eſt abſorptus; cuius corpus Fridericus eius filius in Tyro honorifice ſepeliuit. Eoque tempore Ordo militiæ

Teutonicæ Ptolemaide eſt inceptus, cuius primum Magiſtrum fuiſſe ferunt, Henricum à Walpod. Caſtrum Radicoſani Tuſciæ in via Romana ab eo fabricatum dicitur. Sorores habuit Iuditham Ludouici Ferrei Lãdgrauii Thuringiæ, & Bertam Matthei Ducis Lotharingiæ coniuges; filias autem Sophiam Vilhelmo quarto Marchioni Montisferrati nuptam, & Beatricem Abbatiſſam Quedlinburgenſem. nonnulli tertiam addunt Leopoldi Egregii Ducis Auſtriæ cõiugem. Habuit autem ipſe vxores Adelheidem Theobaldi Marchionis Vogburgenſis filiam, ea repudiata Beatricem Reinoldi Comitis Burgundiæ filiam. Obiit 1190.

IV.

Henricus ſextus eius filius, & poſt ipſum Imperator, Conſtantiam Siculam Monialem quinquagenariam, hortatu Celeſtini tertii Papæ in vxorem duxit, quæ præter omnium ſpem grauida facta, cum pariendi tempus aduentaret, amouendæ ſuſpicionis cauſa, palam in tentorio, Palermi in foro, multis vtriuſque ſexus adſtantibus, enixa eſt infantem maſculum, qui poſtea Fridericus ſecundus Imperator eſt dictus; Otho autem eius frater, ditionum Beatricis matris in Burgundia factus eſt hæres.

V.

Philippus, poſt obitum Henrici fratris 1198. à plериſque Germaniæ Principibus Imperator electus, at ab Innocentio tertio Pontifice execratus, cum Othone Brunſuicenſi æmulo ſuo diu bellum geſſit, & denique reconciliatus vtriſque, ita vt filiarum alteram Othoni ipſi, alteram vero filio Richardi Comitis Tuſculani Innocentii Papæ fratri, vxores dederit; paulo poſt ab Othone Palatino de Witelſpach Bambergæ in proprio cubiculo occiſus eſt 1218. relictis filiabus Beatrice, Kunegunda, Maria. prior nupſit Othoni IV. Imperat. altera VVenceslao Regi Bohemiæ, poſtrema Henrico Duci Brabantiæ.

VI.

Fridericus ſecundus Henrici ſexti filius, poſt tres annos

à morte

Digitized by Google

à morte Philippi patrui, adhuc adoleſcens, Francofurti in Regem Romanorum eligitur contra Othonem, & mortuo Othone Romæ coronatur 1220. Ab eo dicunt Bononienſe Gymnaſium Patauio anno 1241. translatum, tunc primum ibi cepiſſe: prouti & Neapolitanum ab eo inſtitutum fuiſſe. *Hoc nullus*, inquit Æneas Syluius, *à Carolo Magno, Imperium magnificentius tenuit; à quo multa præclare geſta potuiſſe expectari, niſi ei cum Pontifice Romano continua fuiſſet diſcordia, cuius cum Conradus eius filius hæres etiam fuiſſet, ac immatura morte 1254. opera Manfredi fratris, vti dicitur, eſſet præuentus, poſthæc facile decidit familiæ gloria.* Manfredus namque Regnum vtriusque Siciliæ nomine tutoris pueri Chonradini primum adeptus, id ſibi adiudicauit; poſteaque à Carolo Andegauenſi Francico, à Pontifice ad Regnũ vocato, bello victus atque occiſus eſt, 1265. qui paulo poſt ipſum etiam Conradinum, paternas ditiones repetentem, captum, ac diu carcere detentum, miſere decapitari iuſſit. hinc, vt eſt rerum mortalium conditio, breui à ſummo faſtigio, ad imum locum, & ad ipſum interitum vſque peruenit familia iſta, anno 1269. Tunc, vt fertur, Henricus Truchſeſſius à Walpurg, morti ipſius Conradini Domini ſui adſtãs, cum Annulum ſignatorium ei Conradinus digito extractum porrigeret, inſignia Sueuica ab eo cõſecutus eſt, quæ poſteris ſuis tranſmiſit: Cæterũ ditiones in Sueuia partiti ſunt inter ſe Principes Teccenſes, Wirtembergenſes, atque Badenſes. quin & Rudolphus ipſe Imperator poſtmodum filio ſuo Rudolpho partem earum poſſidendam dedit. Filia Friderici ſecundi fuit Margareta, Alberto Marchioni Miſniæ & Landgrauio Thuringiæ nupta.

DVCES TESCHINENSES.

I.

BOLESLAVS Victorioſus, Rex Poloniæ, XXXVI annis, obiit 1139. relictis Vladislao, Boleslao Criſpo Maſouiæ Duce, mortuo 1273: Miezislao maioris Poloniæ Duce, defuncto 1202: Henrico Duce Lublini, & Caſimiro Sendomiriæ & tandem Maſouiæ Duce, mortuo 1194.

II.

Vladislaus Boleslaus maior natu filius, Henrici V. Imperatoris gener, Monarchiam adfectans, à fratribus pellitur 1145: Sileſiamque tranſactione recipit, mortuus 1159: relicto Boleslao Procero ſtirpe Ducum Sileſiæ, Vratislauienſium Lignicenſium & Sagani; item Conrado Duce Glogouiæ & Sagæ; præter

III.

Mieceslaum Ducem Sileſiæ Superioris, in Teſchen, Oppeln, Ratibor. obiit 1211. cui filius

IV.

Caſimirus mortuo 1234. relicto filio Mieceslao mortuo ſine prole 1246. &

V.

Vladislao, qui obiit diem ſuum 1272. relicto Vladislao, & Iacobo in Ratibor.

VI.

Vladislaus Vladislai filius, Dux Oppolio & Teſchæ, habuit filium

VII.

Caſimirum, qui & genuit ſibi cognominis

Caſimirum

VIII.

Caſimirum ducem Teſchæ, à quo nati Caſimirus, & Ioannes in Auſchuuitz, cuius linea ad adnepotes peruenit.

IX.

Caſimirus Caſimiri filius, Caſimiri nepos, ſubiecit ſe cum ceteris Sileſiæ Principibus Regi Bohemiæ 1327. relictis Primislao & Semouito.

X.

Primislaus patri ſucceſſit, relicto item Boleslao & Primislao. obiitq; 1407.

XI.

Boleslaus obiit 1433. herede ſui nominis Primislao, qui mortuus 1477. habuit ſolummodo filiam Hedvvigam, nuptam Stephano Comiti Cepuſienſi, cui liberi fuerunt, Barbara nupta Sigiſmundo I. Regi Poloniæ 1512. & Ioannes Rex Vngariæ mortuus 1540. At Boleslaus filius, mortuus 1460. genuit

XII.

Caſimirum Ducem Teſchæ, præfectumq; totius Sileſię; qui defunctus eſt ſenex 1524. relicto

XIII.

Wenceslao Adamo poſtumo, mortuo 1579. Vxor ei Sidonia, Franciſci Saxoniæ Lauburgenſis Ducis & Sidoniæ ſororis Auguſti Electoris Saxoniæ filia: ex qua genitus

XIV.

Adamus Wenceslaus 1574. 13. Decembris: Sponſus Eliſabethę filiæ Gothardi Principis in Liuonia, Curlandiæ & Semigalliæ Ducis I. & Annæ ſororis Vlrici Ducis Megapolitani: apud quem auunculum eo tempore Eliſabetha viuebat.

TIROLENSES COMITES. EX ALBIZIO.

Comites primi Tirolenſes ex his putantur fuiſſe, qui præfecti ſunt ex Bauaria inſtituti, ad tuendos fines prouinciæ erga Italiam.

I.

Albertus Comes Tirolis, vltimus ſuæ gentis ex maſculis, qui Comitiis Auguſtanis cum auunculo ſuo Friderico Epiſcopo Tridentino 1214. adfuiſſe dicitur, Andechſia gente in Othone ſecundo Duce Meraniæ anno 1248. extincta, Vallem Oeni ſuperiorem ac inferiorem, cum Meinhardo Comite Goriciæ ac Gebhardo Comite Hirſchpergenſi, quibus filias ſuas Adelheidam & Eliſabetham collocarat, occupauit. Sepultus eſt primum in arce Tirolis 1254. deinde Stamps in Monaſterio translatus.

II.

Meinhardus Comes Goriciæ & Gebhardus Hirſchbergenſis prædicti, poſt Alberti ſoceri obitum, ditiones eius partiti ſunt: Gebhardo Vallis Oeni, Meinhardo vero reliqua pars obtigit, quæ vltra Prennerum montem ſita eſt. Hic Meinhardus iuxta ſocerum in veteri caſtro Tirolis poſt mortem depoſitus 1258. deinde à filio, Stampſium in ſuperiori Valle Oeni translatus eſt. At vxor eius in monaſterio monialium S. Claræ prope Meranum, ſimul cũ ſorore ſepulta eſt, à quibus monaſterium illud fundatum fuerat.

III.

Cæterum Andechſii Comites, qui & ipſi, limitibus Illyricis & Carnicis ab Imperatoribus præfecti, Marchiones Hiſtriæ, Comites Goriciæ, ac Duces Meraniæ, à ciuitate Maritima in finibus Italiæ poſita, dicti ſunt, late in ſuperiori Bauaria

Bauaria cuius pars Oeni vallis cenſebatur, domina[illegible] ſunt, quo vſq; in Othone ſecundo, Duce Meraniæ vltimo, ſtirps illa defecit, & ad Goriciæ Comites eius conſanguineos, pars ea quæ Tirolenſi Comitatui nunc aggregata eſt peruenit.

IV.

Meinhardus namq; iunior ſeu ſecundus, à Gebhardo ipſo Comite Hirſchpergenſi Vallẽ Oeni emit anno 1284. Bolſanum Epiſcopo Tridentino ademit; Oenipontem, ciuitatem quam Otho primus Dux Meraniæ à Monaſterio Wilthinenſi pignoris loco pro certa pecuniæ ſumma habuerat, eamq; mœnibus cinxerat atq; ornarat anno 1234. ex tranſactione propriam fecit: Monaſterium Stambs extruxit, ac redditibus dotauit amplis, vbi prædeceſſores ſuos ſepeliri curauit. A Rudolpho primo Imperatore Ducatum Carinthiæ obtinuit mortuus 1295. Filiam habuit, præter Eliſabetham, maiorem natu nuptam Alberto I. Imperatori, Adelheidem Friderico forti Marchioni Miſniæ iunctam.

V.

Ab Alberto, prædicti Meinhardi fratre, Comites Goricienſes deſcenderunt, in Leonhardo vltimo extincti anno Chriſti 1501. quorum (ex conuentione inter ipſum Albertum & Meinhardum fratres, quod ipſi & eorum poſteri inuicem ſibi ſuccederent) hæres fuit Maximilianus primus Imperator.

VI.

Henricus filiorum Meinhardi natu minimus, fratribus ſine maſculis defunctis ſucceſſit in Ducatu Carinthiæ & Comitatu Tirolis; qui mortuo Wenceslao iuniore Rege Bohemiæ, ad capeſſendum regnum euocatus, contrarium habuit Albertum Imperatorem cognatum ſuum; vtpote qui Rudolphum filium promouebat. At mortuo Rudolpho, iterum in ſpem Regni adipiſcendi adductus, aduerſarium ſecundo habuit HENRICVM ſeptimum Impera-

tor[illegible], qui Ioannem filium ſuum eligendum curauerat, à quo [illegible]iectus eſt Henricus. Is Monaſterium Schnal, Carthuſie[illegible]s ordinis, ædificauit, & hoſpitium pro pauperibus Oeni[illegible]nti inſtituit. Margareta, à prominēti ore, *Maultaſchin* di[illegible]; hæres Henrici patris, & Ioanni Henrico Marchioni Morauiæ Ioannis Regis Bohemiæ filio primum nupta, dirempto eo matrimonio, iterum Ludouico Marchioni Brandeburgico, Ludouici Bauari Imperatoris filio nupſit anno 1242. ex quo filium habuit Meinhardum, in adoleſcentia extinctum 136;. poſt cuius obitum, digladiantibus tā Bauaris, quam Goricienſibus de ſucceſſione, Margareta cum Rudolpho Alberto ac Leopoldo affinibus conuenit; eoſq; viuens in poſſeſſionem Comitatus Tirolenſis immiſit, anno 1364. annua ſibi penſione reſeruata; & Viennæ degens non diu poſt è vita migrauit, Viennæ ad S. Martham ſepulta, 1366.

VII.

Rudolphus Dux Auſtriæ, Comes Tirolis, anno vertente poſt reſignationem Margaretæ, ætatis annorū 26. mortuus eſt. Albertus autem eius, frater anno 1369. tranſegit cum Bauaris & Goricienſibus, qui iuri ſuo in Comitatu Tirolenſi renunciarunt: eamq; prouinciam duo fratres Albertus ac Leopoldus indiuiſam poſſederunt: quorum hic occiſus Sempachii 1386. ille obiit 1389.

VIII.

Poſt Albertum & Leopoldum, Vilhelmus (cui Heduigis Polona promiſſa fuerat) Leopoldi maior natus, ſimul cum fratribus, Comitatū poſſedit: poſt cuius mortem 1406. regimini præfuit Leopoldus frater ſecundogenitus; à quo prouinciæ ſtatuta condita eſſe dicuntur. obiit 1411. At poſt ipſum,

IX.

Friderico fratri natu minimo, in diuiſione cum Erneſto, Comitatus obtigit; dein, Friderico anno 1415. à Sigiſmundo Imperatore proſcripto, Erneſtus frater adfuit, qui prouinciam ne ab aliis occuparetur, tutatus eſt, ac ſibi iuramen-

tum

Digitized by Google

tum fidelitatis à prouincialibus præſtari curauit. At Fridericus à Cæſare poſthæc reſtitutus, in Tirolim rediens, Erneſto ſuccẽſuit, quod ab eo cum prouincialibus actum fuerat; indeq; contentio exorta eſt, fouentibus præſertim Nobilibus & Clero partes Erneſti. Habito tamen conuentu Ordinum prouinciæ tam Oeniponti, quam Merani, conuenerunt fratres & reconciliati ſunt, ceſſitq; Erneſtus fratri prouinciam Tirolenſem omnem, Stiria, Carinthia, Carniolaq; retenta; Fridericus Stampſii ſepultus eſt 1439. Erneſtus obiit 1424. ſucceſſore Friderico III. Imp. Romano.

X.

Sigiſmundus Friderici F. ſub tutela primum Friderici tertii Imperatoris fratruelis ſui, deinceps per ſe ipſum diu prouinciam adminiſtrauit, ſub eo inuentæ ſunt Argenti fodinæ Schwazii, anno 1448. ex quibus ingens argenti copia iam diu effoſſa eſt. Diſſenſiones cum Rom. Pontifice habuit pro Epiſcopatu Brixinenſi, tanquam ipſius aduocatus & protector, ne ibi Epiſcopi admitterentur peregrini, ad libitum ipſius Pontificis. deniq; bellum geſſit cum Venetis, in quo Veneti ad Roboretum primo, deinde ad Callianum fuſi atq; fugati, eorumq; Dux Robertus Sanſeuerinas Atheſi ſubmerſus eſt. Cum ſenex iam eſſet & ſine liberis, regimen prouinciæ Maximiliano tunc Romanorum Regi Friderici III. Imp. filio anno 1490. tradidit, Stambſii juxta patrem ſepultus, 1496.

XI.

Maximilianus primus, Imperator, Comes Tirolis atque Goriciæ; multa cum finitimis prouinciæ Tirolenſi populis, bella geſſit, Curienſibus, Venetis, ac Bauaris; in quibus, Venetis, viuente adhuc Sigiſmundo, Roboretum cum adiacente ditione ademit; Bauaris autem Kupfſtenium anno 1504 Poſt eius obitum prouincia per Magiſtratum ſupremum Oeniponti reſidentem nomine Principum eius nepotum Caroli & Ferdinandi, adminiſtrata eſt; donec Ferdinandus Imp. Gabrielis Salamancæ ductu, in Germaniam

veniens, Auſtriacarum ditionum poſſeſſionem atq; regimen ſuſcepit; quarum poſtea ex donatione Caroli V. Imp. fratris, factus eſt integer Dominus; eaſq; adhuc viuens, inter tres filios ſuos diuiſit, Maximilianum II. Imp. Ferdinãdum Auſtriacum & Carolum Archiducem. Ferdinando autem filio ſecundogenito, pars illa quæ Comitatũ Tirolenſem, Alſaticas ac Sueuicas ditiones continebat, obtigit.

TOLOSAE COMITES.

TOLOSÆ Comites claruerunt anno Domini 988. qui tamen multo antea ſuæ claritatis originem ſumpſerant, anno videlicet Domini 779. Fuit autem Toloſa quondam vrbs florentiſſima, in qua templum erat nobiliſſimum, vbi gaza refertiſſima videbatur; quam ſi quis contrectaſſet, mox vltione numinis corripiebatur. Hinc abiit in prouerbium Aurum Toloſanum. Hæc vrbs diu ſedes Gothorum fuit, qui à Francorum regibus illinc ſunt pulſi. Theodoricus enim & Thoriſmundus illius filius ibi conſederunt. Tectoſages illam incoluiſſe feruntur. Cæterum Poſidonius ait Toloſæ pecunias fuiſſe 15000. talentorum, illaſq; tum in locis Deo dicatis, tum in templi penetralibus fuiſſe recõditas, quod olim eximiæ ſanctitatis erat, quodue finitimi ſumma in veneratione habebant, adeo vt ex collocata pecunia muneribus annuis, quæ tangere nephas erat, abundaret.

I.

Thurſinus igitur, qui & Thorſinus, Toloſam, Burdegalam, Narbonam & Prouinciam obtinuit Caroli Magni temporibus, cuius conſilio ſacris fontibus lotus eſt. Qua ratione Toloſam in Comitatus titulum aliquamdiu retinuit. Cum enim incidiſſet in crimen læſæ maieſtatis, tanta dignitate nudatur, ſufficiturq;

Guliel-

I I.

Gulielmus Burgundiæ regibus ſatus, qui & Franciæ Par inſtituitur: quo defuncto 803.

I I I.

Iſauretus Thurſinus prioris Thurſini filius Ludouici Pii Cæſaris beneficio reſtituitur ad paternum Comitatũ 828. Ab illo exierunt

I V.

Bertrandus Toloſatium, ac Heraldus, ſeu Gerardus Pictorum Comites. 841.

V.

Gulielmus princeps ſummæ pietatis Bertrando ſucceſſit, tum viciſſim 894.

V I.

Pontius, 919. & V I I.

Almericus, 963. & V I I I.

Raimundus 1003. qui ducta Iana Conſtantiæ, ac Perticenſis Comitis filia ſuperſtitem reliquit vnicam filiam nomine Ignotam, cuius maritus

IX. X.

Gulielmus vxoris intuitu Toloſæ Comitatum adipiſcitur 1052. Hic Aquitaniæ, Pictonumq; Comes erat; Vidonis I. Aquitaniæ Ducis filius, produxitq; Gulielmum Aquitaniæ etiamnum Ducem, ac

X I.

Hugonem Aymonem Toloſæ Comitem 1086. qui Gothofredum Buillonæum in Syriam proficiſcentem ſequutus eſt. Cuius rei gratia, cum pecuniarum expers eſſet, Toloſæ Comitatum

X I I.

Raimundo Fani Ægidii Comiti væhundedit 1090. qui ſimili pietate motus multa egregie geſſit in obſidione Tripolitana, Orientiſq; ſubiugatione. Ex vxore, cuius nomen reticetur ab hiſtoricis,

X I I I.

Bertrandum genuit ſucceſſorem 1149. tum

Digitized by Google

XIV.

Gulielmum 1187. &

X V.

Alphonſum ſucceſſiue Toloſatium Comites. Hic in Syria natus cum Agarenis ſtrenue dimicauit, Toloſamq; perueniens Gulielmum à Fano Maurelli, qui vrbem Gulielmi Aquitaniæ Ducis nomine peruaſerat, expulit armis, moxq; in Syriam reuerſus veneno extinguitur 1202. relicto

X V I.

Raimundo Toloſæ Comite, aliisq; liberis, qui ab Agarenis capti vita luerunt. Priori matrimonio Beatricē Viennæ Delphinam, dehinc ſecundo Conſtantiam Ludouici Craſſi Francorum regis duxit filiam, ex qua natus eſt

X V I I.

Raimundus Toloſæ Comes 1285. ac Balduinus apud Montem albanum in crucem actus, quod Albeſiorum hæreſim abiuraſſet. Ille tres coniuges ſibi ſociauit, primā Beatricem à Beſiers, Cypri regis 3. Ianam Henrici Ducis Normaniæ filias, ex quarum poſtrema progenuit

X V I I I.

Raimundum Toloſatium Comitem 1322. Richardum, qui puer obiit, ac vnicam filiam, quæ pariter diſceſſit in ephębis. Cæterum Raimundus Albeſiorum inſania, vt genitor, dementatus erat. Verum paulo poſt reſipuit, ſeque ſubmiſit eccleſiæ Orthodoxæ. Ex Petri Aragonenſis filia produxit

X I X.

Ianā Toloſæ Comitiſſam, 1349. quæ Alphonſo Diui Ludouici fratri nupſit. Vterq; vero in reditu expeditionis Tunetanæ fato incubuit, ceſſitq; Toloſæ Comitatus Francorum regibus ex Ianæ obitu, quæ hæredibus deſtituebatur.

DEL-

DELPHINI VIENNENSES.

SVB Alpibus Delphinatus, pars Galliæ Narbonenſis, conſiſtit, cuius vrbs eſt præcipua Vienna Lugduno finitima, Diui Antonii templo celeberrima, Mamoreique, ac Mauri Præſulum, necnon Adiuti & Deſyderii martyris reliquiis ſanctiſſimis inſignis & conſpicua. Delphinates ii ſunt, qui olim Allobroges, Imperio Romano, ſicuti Sabaudi, ſubditi: ſed Imberti donatione, aut venditione hodie regi Galliarum patent, adeo vt *Franciæ Delphinus* dicatur; qui ad regni apicem poſt patrem ſtatim cõſcendere debeat. Delphinorum igitur Viennenſium primus fuiſſe fertur

I.

Guigus cognomento Craſſus, qui ſuis ius dixit, anno Chriſti 1100. temporibus Rodulphi Burgundiæ regis & Cunradi Cæſaris. Ex quo profectus eſt

II.

Guigus 2. Albonenſis & Viennenſis Comes 1135. qui primus Delphini nomen ſibi attribuit: à quo exiit

III.

Guigus 3. 1146. & Guigonia Amedei Maurianæ Comitis vxor. Guigus genuit

IV.

Beatricem Viennæ Delphinam 1151. primum Raimundo Toloſæ Comiti, deinde Hugoni Burgundiæ Duci 1183. ac tertio Guigo Albonenſi nuptam 1194. ex quo peperit

V.

Andream Viennæ Delphinum 1208. & Ioannem Aruerniæ Delphinum Comitem. Ex Andrea proceſſit Guigus 4. factus Delphinus 1242. qui & produxit

VI.

Annam Viennæ Delphinam,& alteram filiam Amedeo Sabaudiæ Comiti copulatam. 1283. Anna Huberto iuncta enixa eſt

VII.

Ioannem,Delphinum factum 1305. & Henricum Metenſ. Antiſtitem.Ille

VIII.

Guigum 5.ſuſcitauit Delphinum 1322.rei venereæ, alienoq; toro violando fœde intentum: quem ſequutus eſt in Delphinatu 1342

IX.

Hubertus frater, habuitque duos alios fratres, Ioannem,& Henricum Epiſcopum Metenſem. Cæterum Hubertus ex Maria Philippi Longi filia nullam ſuſtulit progeniem.Itaque 1349.

X.

Carolus Francus Ianæ Petri Borbonii filiæ maritus Delphinatus arripuit magiſtratum,ex quo fluxerunt

XI.

Carolus 2. Delphinus 1368. Ludouicus Dux Aurelianenſis,&Maria. Hiſce fato functis

XII.

Carolus 3. Francicus Caroli 6. Francorum regis filius Delphinatum ſibi attribuit 1391. poſt quem

XIII.

Ludouicus Francicus Margaretæ Ioannis Burgundi Comitis Niuernenſis filię maritus Delphinatibus imperauit 1400.ac ſubinde

XIV.

Ioannes Francicus 1415.Iacquelinæ Bauaræ,&

XV.

Carolus Francicus 1416. Mariæ Ludouici 2. Siciliæ regis filiæ coniuncti:ex quibus fluxerunt

Ludo-

Digitized by Google

XVI.

Ludouicus 2. Delphinus 1424. Carolus Dux Biturigum, Catharina Caroli Burgundi ſponſa, Yolanda Amedei filii Ludouici Sabaudiæ Ducis, Iana Ioannis Borboniorum Ducis, & Magdalena Gaſtonis Fluſſatium Comitis coniuges. Ludouicus vero duplici matrimonii vinculo ſibi ſociauit Margaretam Scotam, & Carlottam Ludouici Sabaudiæ Ducis filiam, ex qua natus eſt

XVII.

Carolus Delphinus 1470. Ioachimus, Anna, & Iana. Ex Carolo & Margareta Auſtriaca nulla ſuſcepta prole,

XVIII.

Franciſcus Francicus Delphinatum ſuſcepit 1517. cui ſucceſſit

XIX.

Henricus Francus Catharinæ Mediceæ ſponſus 1535. à quibus manarunt

XX.

Franciſcus Delphinus 1546. Ianæ Stuartiæ Scotæ maritus, Ludouicus Aurelianenſis, Carolus Maximilianus Alinconii & Ingoliſmenſis, Alexander Eduardus etiam Ingoliſmenſis; Hercules Andium & Cenomanorum Duces. Elizabetha Philippo regi Catholico, Claudia Carolo Lotharingiæ Duci, Margareta, & Victoria.

Digitized by Google

DVCES VINDOCINATES.

Vindocinum Galliarum vrbem ſatis celebrem eſſe conſtat, non longe ab Aureliis ſitam, quo diuerſi populi quondam certatim ſe contulerunt, vt ibi Chriſti lachrymam, quæ à viris piis ſeruabatur, magna excolerent pietate. Anno autem domini 1356. Vindocinates Comites clari nominis eſſe cœperunt.

I.

Ioannes enim Borbonius Catharina Vindocina ducta protulit Iacobum Marchiæ,

II.

Ludouicum Vindocini Comites 1432. & Ioannem. Porro Ludouicus genuit

III.

Ioannem, quem ſucceſſorem delegit 1446. Hicque rurſus

IV.

Franciſcum Vindocini Comitem 1472. Ludouicum Rupis Yoniæ principem, Ianam Ioanni Borbonio, & Carlottam Angilberto Cliuenſi Ducibus coniugatas. Ex Franciſco & Maria Lucelburgica prodiere

V.

Carolus Comes Vindocinus 1495. Franciſcus etiam Fani Pauli Comes, Ludouicus Cardinalis, Antonia Claudii Lotharingi Guyſiæ Ducis vxor, & altera filia Fontis Euranii Abbatiſſa. Ex Carolo & Aloiſia Renati Alinconii Comitis filia proceſſerunt

Anto-

V I.

Antonius Rex Nauarræ, Dux Vindocinenſis 1537. Franciſcus Comes Anguianus, Carolus Cardinalis, Rothomagenſis Archiepiſcopus, Ioannes, Ludouicus, Margareta Duciſſa Niuernenſis, & altera filia Sanctæ Crucis apud Pictones Abbatiſſa. Ex Antonio & Iana Albretenſi fluxerunt.

VII.

Henricus Vindocini hæres, & Margareta.

VVIRTEMBERGICI COMITES DVCESQVE. EX ALBIZIO.

WIrtembergam caſtrum, cum ditione anguſtis limitibus definita, poſſedere diu hi Comites à principio, quouſq; veterib. proſapiis extinctis, partim belli iure, partim ex matrimoniis, eam adauxerunt.

I.

Ioannem autem Vlrici filium, Cunradi nepotem, Wirtembergenſem Comitem, in aula Friderici Coclitis Ducis Sueuiæ fuiſſe dicitur, & ab eo adiutũ in contrahendo matrimonio cum filia Rudolphi Badenſis; prouti & filii eius Ludouicus, Emicho, & Vlricus aulici Miniſtri Friderici Principis Imperatoris, eiq; chari fuere, circiter 1179.

I I.

Henricus Ludouici F. cœnobium Vrſi nõ procul à Kaufburno fundaſſe dicitur, vbi & cum vxore Irmengardia, Marchionis Burgouiæ filia, ſepultus 1230.

I I I.

Ex Eberhardo primo, filio Henrici, in lucem edito 1202.

Digitized by Google

viro militari, natus Vlricus cum pollice dictus, quem in dextra manu maiorem habuit, fundator Collegii Beutlſpachenſis; cuius filiæ fuere: Agnes Ludouici Comitis Oetingenſis, & Irmengardis, primo Rudolphi Comitis Hohenburgici, dein Rudolphi Marchionis Badenſis, vxores. obiit Erhardus I. 1253. Vlricus filius 1265.

IV.

Eberhardus ſecundus Illuſtris dictus, qui Sueuiæ Ducibus extinctis, opibus & potentia creuit, vir bellicoſus, ab Henrico ſeptimo Imperatore Spiram vocatus, vt ciuitatibus Sueuiæ imperialibus ſatisfaceret, quas dicebatur opprimere. Cum de iure ſuo nihil remittere vellet, bello grauatus ab Imperatore per Conradum Baronem Winsbergenſem & alios, omnem pene ditionem amiſit: quam tamen deinceps ſub Ludouico Bauaro recuperauit. Is Collegium Beutlſpachenſe, vbi Comitum Wirtembergenſium ſepulchra erant, in proximo bello multa damna paſſum, in præpoſituram Studgardianam tranſtulit anno 1321. vbi ſepultus eſt 1325. Eius filiam dicunt, Agnetem vxorem Vlrici Comitis Helfenſteinij.

V.

Ex Vlrico eius fratre mortuo 1315. natus eſt Vlricus, qui Rector Eccleſiæ Hefingenſis, ac præpoſitus S. Guidonis Spirenſis fuit; de quo dubitatur vtrum legitimus fuerit. Inſtaurauit tamen Arcem Wirtembergicam & Studgardianam, ſuperiore bello dirutas, & Chorum Eccleſiæ Studgardianæ ædificauit.

Ex Vlrico autem iuniore dicto, Eberhardi illuſtris F. qui Tubingā emit, 1342. obiitq; 1344. fuit Eberhardus 3. Greiner dictus, hoc eſt Contentioſus. Hic ciuitatum imperialium finitimarum à Carolo 4. Imperatore, conſtitutus Aduocatus, bellum cum ipſis geſſit, in quo deniq; ad Wilam prope Tefingam magna ſuorum clade accepta, & graui vulnere ſaucius, filium amiſit, 1388. ſocioſq; comites perdidit. Sepultus eſt Studgardiæ cum filio, 1392.

Eber-

V I.

Eberhardus Mitis, Vlrici F. in prælio occiſi procreatus ex Eliſabetha Ludouici Bauari Imp. filia, Maſtini Scaligeri vidua, Eberhardo auo ſucceſſit, qui afflictam ex præcedentibus bellis prouinciam, pacifice adminiſtrans reſtaurauit. Filiam habuit Eliſabetham Ioanni Comiti Werdembergico nuptam. obiit 1417.

V I I.

Eberhardus Iunior prædicti filius, iuuenis deceſſit, ſepultus Studgardiæ 1419. ab vxore Henrica, ditionem habuit Montisbelgardi, Henrici per eam Comitis Montpelgardi hæres factus, qui vltimus maſculus ſuæ familiæ in pugna contra Turcas ad Nicopolim occiſus eſt anno 1396. Ea Montpelgardi ſepulta eſt, 1442. relictis filiis duobus Ludouico, & Vlrico; itẽ filia Anna, vxore Philippi Comitis Cattimelibocæ, vltimi ex ſua familia, qui mortuus eſt an. 1454

V I I I.

Ludouicus Comes Wirtembergicus ac Monbelgardi, eorum filius maior natu, in partitione cum Vlrico fratre, Vracam cum tractu vicino ſortitus eſt, ſimul cum Balinga, Dutlinga & Blabirio, emptis à Comitibus Helfenſtein; cum Methilde vxore, Ludouici Barbati Electoris Palatini filia, quæ poſtea Alberto Auſtriaco nupſit, cœnobiũ Carthuſianorum Gutlsſteinii fundauit, vbi & corpora eorum ſepulta ſunt 1450. filiæ eis fuere Eliſabetha vxor primo Ioannis Naſſouii Comitis Sarepontani, poſtea Henrici Comitis Stolbergii, & Methildes Ludouici iunioris Landgrauii Haſſiæ.

I X.

Vlricus autem eius frater, à voce qua ſæpe vtebatur cognominatus Nieszvvurtz cui in diuiſione cum fratre, Studgardia cum proxima ditione obuenerat, ob vltimæ vxoris ſuæ dotem (prima erat Margaretha Cliuenſis, altera Eliſabetha Bauara, tertia Margaretha Sabauda) bellum geſſit cum Friderico Victorioſo Comite Palatino Rheni, eius priuigno; in quo captiuus eſt factus an. 1462. Studgardiæ

Digitized by Google

ſepultus eſt 1480. Filias habuit: Philippam Iacobo Comiti Hornio in Gelria, Margaritam Philippo Domino in Konigſtein, Helenam Cratoni Comiti Hohenlohæ, & Eliſabetham Friderico Comiti Hennenbergico nuptas, præter duas Moniales in Liebnavv & Laufa.

X.

Eberhardus ſextus Barbatus Ludouici F. natus 1445. in reditu è Hieruſalem, quo erat profectus, Romæ à Sixto quarto Pontifice Aurea roſa donatus eſt, anno 1482. à Maximiliano autem primo Imperatore in ſocietatem Aurei Velleris adſcitus anno 1492. triennio vero poſt in Comitiis VVormacienſibus, primus Dux VVirtembergicus eſt pronunciatus. Is viros eruditos in pretio habuit; Capnionem & Nauclerum benigne fouit, quorum conſilio Academiam Tubingenſem anno 1477. erexit & redditibus annuis dotauit. Cœnobia Symdelphingæ & Tubingæ inſtituit, & nouum ordinem D. Petri in Silua Schænbuchiana; exſtructo ibi magnifico Templo, in quo ſepultus iacet 1496. Barbara Ludouici Marchionis Mantuæ filia vxor eius, Kircheimii inhumata eſt, nulla relicta poſt ſe prole.

XI.

Eberhardus ſeptimus Vlrici F. patrueli Eberhardo ſucceſſit, abſq; liberis defuncto. Verũ cum male regeret 1498. expulſus in exilium, obiit 1504. & in eius locũ ſubrogatus eſt frater eius Henricus, qui & ipſe poſtea 1505. cuſtodiæ traditus, in caſtro Hohenaurach vitam finiuit 1519. Heidelbergæ ſepultus; eius filia fuit Maria vxor Henrici Ducis Brunſuicii.

XII.

Vlricus Henrici F. natus 1487. qui à pueritia in tutela Imperatoris Maximiliani fuit, regimen viuente adhuc patre adeptus, à Sueuici fœderis ſociis, ob Reuthlingã expugnatam, omni ſua Prouincia exactus 1522. Mompelgardum conceſſit; armisq; deinde Philippi Landgrauii eſt reſtitutus 1534. ſed iterum ejicitur 1546. moriturq; 1550. filiam habuit Annam innuptam defunctam.

Chriſto-

XIII.

Chriſtophorus Vlrici F. Dux Wirtembergicus & Teccius, natus 1515. patre exacto, in Bauaria apud auunculos educatus eſt. Inde à Rege Ferdinando Viennam translatus; at clam poſtea è Caroli Cæſaris aula, qui eum in Hiſpaniam ſecum ducere ſtatuerat, elapſus, in Galliam ad Franciſcum Regem ſe contulit, cui in expeditionibus bellicis aliquoties adfuit. A patris autem obitu, à ſubditis è Mompelgardo euocatus, regimen prouinciæ ſuſcepit, in qua multa reſtaurauit ac reformauit in melius: etiam cœnobia Monachorum in publicas ſcholas conuertit. Studgardiæ ſepelitur 1568. Ex Anna Maria Georgii Pii Brandẽburgici filia, natus ei Eberhardus 1545. mortuusque idẽ 1568: itẽ Ludouicus 1554. defunctus ſine liberis 1593. Filię eius fuere Hedvigis Ludouico, ac Sabina Vilhelmo, Landgrauiis Haſſiæ, nec non Eliſabeth primũ Georgio Erneſto Comiti Hennenbergico, deinde Georgio Guſtauo Comiti Palatino, Æmilia Richardo itidem Palatino, Leonora Ioachimo Erneſto Principi Anhaldino, Dorothea Maria Othoni Henrico Comiti Palatino, Anna Maria Georgio Duci Lignicio & Bregano, & Sophia Vilhelmo Duci Saxoniæ Vinarienſi nuptæ.

XIV.

Georgius Vlrici frater, natus 1498. Comes Wirtembergicus & Mompelgardicus, dominus Hericuriæ, grandæuus vxorem duxit anno 1555. ex qua nati ſunt ei Fridericus 1556. (qui ĩ mortuo anno 1593. Ludouico Duci Wirtembergico, patruelis filio, absque prole, in Ducatu Wirtembergico ſucceſſit) nec non Eua Chriſtina poſthuma, quæ ſexdecim annorum nata innupta extincta eſt.

XV.

Ludouicus enim, Chriſtophori F. qui patri ſucceſſit, & ſub tutela Georgii Friderici Marchionis Bradenburgici auunculi & Caroli Marchionis Badenſis à principio fuit, cum diu pacifice ac iuſte Ducatum adminiſtraſſet, ex duabus vxoribus nullos reliquit filios, ita vt hæreditas eius o-

mnis ad Fridericum Montbelgardicum deuolueretur, defunctum repentinâ morte Stutgardiæ 29. Ianuarii 1608.

XVI.

Fridericus Dux Wirtembergicus, habuit cum vxore Sibylla Ioachimi Erneſti Principis Anhaldini filia, Ioannem Fridericum, natum 1582. Ludouicum Fridericum 1586. Iulium Fridericum 1588. Philippum Fridericum 1589. Achillem Fridericum 1591. Magnum 1594.

XVII.

Ioannes Fridericus ex vxore ſua...

COMITES ZARINGENSES.

ZARINGEN medio miliario infra Friburgum, in excelſo quodam monte videtur, à quo Zaringenſes Comites appellationem ſunt mutuati. Illius dignitas potiſſimum innotuit circa Henrici 3. tempora. fuitque potens regio caſtellis, vrbibus, oppidis & cœnobiis nobilitata, quam, qui ſequuntur Comites, gubernaſſe dicuntur.

I.

Lutfridus Sabaudiæ Comite, ſeu Comitiſſa ducta, genuit

II.

Lutfridum 2. Hugonem, &

III.

Hunifridum, ex quo & Anaſtaſia Marchioniſſa à Kanſberg ſunt orti

IV.

Ruothardus & Guntrannus, qui ex Comitiſſa Brecantiæ

gantiæ tres progenuit liberos, Gebiczonem Epiſcopum Conſtantienſem, Beczonem, &

V.

Berthilonem. Hic tres filios procreauit, Hermannum monachum Cluniacenſem, Gebhardum Conſtantienſem Antiſtitem, & Bertholdum, qui vixit circa annum 1077.

VI.

Beczo, qui & Beczelinus, rei paternæ cum Berthilone fratre facta diuiſione, ex Comitiſſa de Sonnenberg ſuſcepit Rapotonem, Rudolphum I. Bertholdum II. ac Margaretam Comiti à Kiburg copulatam.

VII.

Rapoto Beczonis filius ex Itta Lotharinga Vernherum Comitem Habsburgenſem excepit (à quo Briſgouiæ Comites emanarunt) & Richinczam,

VIII.

Berchtoldus Beczonis filius Rapotonis frater, cognomine Barbatus, qui primus à caſtro Zaringenſi nomen duxit, Mechtildem Comitiſſam de Rinfelden, ac Richardam Ducem, ſeu Carinthiæ Duciſſam habuit vxores, ex quibus tulit tres filios, Hermannum, Berchtoldum 3. &

IX.

Conradum, cui erant filii, Hugo Comes, Rudolphus Epiſcopus Leodienſis, & Albertus.

X.

Bertchtoldus 3. cognomento Diues, duas ſibi coniunxit coniuges, priorem Annam Rudolphi à Rinfelden filiam, ac Sophiam, ex quibus reliquit tres filios, totidemque filias, nempe Berchtoldum quartum, qui iuuenis decubuit, Rudolphum ſecundum, & Conradum ſecundum, Luitgardam ſecundam, Comiti Burgundiæ Vilhelmo, ſeu Gulielmo, tertium Eginoni Comiti ab Aurach nuptas.

XI.

Conradus II. Clementiam Burgundam ſibi deuin-

Digitized by Google

xit, cuius ratione à Lothario Cæſare Burgundiæ inferioris dominium à monte Iura vſque ad Heluetios conſequutus eſt. Edidit Othonem Epiſcopum Conſtantienſem, & Berchtholdum.

XII.

Berchtholdus 4. tertii filius, Barnam Heluetiorum præcipuam condidit ciuitatem, caſtrumque Breſacenſe à fundamentis erexit, annum Domini circiter 1191. Hunc Innocentius Papa 3. ad Imperii apicem voluit prouehere. Suſtulit Rudolphum Archipræſulem Moguntinū, Berchtoldum Ducem, Iuditham, quæ nupſit Eginoni Comiti ab Vrach, Annam Comitis Kiburgenſis, & Agnetem Comitis à Furſtenberg vxores.

XIII.

Berchtoldus 5. excitata ſeditione propter potentiam, Federico 2. donata Berna, lares tranſtulit in Burgundiam, cuius gubernator effectus eſt. Obiit Friburgi Vchtlandiæ, 1218. Ex vxore Marchioniſſa Vogburgenſi Berchtoldum & Federicum ſuſceperat, qui pueri veneno ſunt ſublati. Itaque Berchtoldi ſucceſſio deuoluitur ad ſororios, videlicet Eginonem Comitem Furſtenbergenſem, Henricum & Conradum Comites Kiburgenſes.

CATA-

CATALOGVS OMNIVM AETHIOPIAE REGVM, QVI AB INVNDATO terrarum orbe vſque ad noſtra tempora imperârunt.

Libellus, hactenus tam Græcis, quam Latinis ignoratus, nuper ex Æthiopica translatus lingua.

ÆThiopes, Regem ſuum, quem nos vulgo Prete Gianni corrupte dicimus, quatuor appellant nominibus, quorum primum eſt Belul gian, hoc eſt lapis precioſus, atq; perfectus. Ductum eſt autem hoc nomen ab annulo Salomonis, quem ille filio ex Regina Saba, vt putant, genito, dono dediſſe, & quo omnes poſtea Reges, veluti Dauidicæ familię hęreditario inſigni, vſos fuiſſe, deſcribitur: Deinde cum in ſede Dauid, quam à Salomone identidem habuiſſe aiunt, electum collocant Regem, Haſe nominant, hoc eſt, electum, ſeu ſponſum: cum vero eum coronant, appellant Neghuz. Poſtremo cum, vertice capitis in coronæ modum abraſo, vngitur à Patriarcha, vocant Maſih, hoc eſt vnctum. Hęc autem Regiæ dignitatis nomina, omnibus cõmunia ſunt: proprium vero cuiuſque nomen cum aliqua rerum aut perſonarum ſignificatione ſemper impoſitum, duplex eſt: vnum, quod ei à parentibus natiuitatis, alterum, quod baptiſmi tempore imponitur.

Primus autem Æthiopum Rex, noſtrorum etiam ſcriptorum conſenſu, Cus fuiſſe aſſeueratur, quapropter ab eo veluti ab autore gentis regio nominata eſt: Cus enim Æthiopiam ſacra apud Hebræos vocat hiſtoria. Fuit au-

Digitized by Google

tem Cus,vt ex x. Geneſis capite conſtat, Noe Patriarchæ nepos, ex Cham ſecundo filio procreatus.

Cus mortuo, alios numero ſex regnaſſe in Æthiopia deſcribitur, quorum nec nomina, nec annos,quib. rerum potiti ſint,ex codicibus,quos Æthiopes in Italia habẽt,inuenire potuimus: legimus tamen hos omnes,cum certam regni ſedem haud habuerint, ſed vagi, palanteſq; Arabico conſuerint more,inter alios Reges ab Æthiopib.minime connumerari. Poſt horum tẽpora,regni ſedes in Axuma poſita fuit, ibique vſque ad Chriſtum permanſit: inde in Sceua tranſlata eſt, vbi vſque ad noſtra tẽpora manet. Reges aũt qui exinde tã in Axuma,quã in Sceua(prouinciarũ nomina hæc ſunt) imperarunt, fuêre numero CLVIII: quorum primus fuit, Arue,qui regnauit annis CCCC.tam longa erat antiquorum hominum ætas. poſtea regnauit,

Agabo eius frater annis ducentum, & hoc, ex quo Arue obiit,quem ab eo occiſum aiunt.

Ggedur,qui & Sabanut, Agabi frater,CL. hoc eſt L.vna cum fratre,idque in vna tantũ prouincia, fratre vero mortuo, centum in tota Æthiopia.

Ggedur eius frater, quem fortem ac inſignem bellatorem fuiſſe ſcribunt,regnauit annis quinquaginta.

Makaada,quę & Nicaula,quæ à nobis Regina Saba appellatur,huius filia regnare cœpit poſt XXVII:annũ Saul: acceſſit autem in Hieruſalem poſt quartum regni Salomonis annum, ſui vero quinquageſimum: reuerſa vero in Æthiopiam regnauit annis viginti ſeptem.

Menilech Reginæ Sabæ ex Salomone,vt plus iuſto perſuaſi Æthiopes aſſerunt, filius, regnauit annis XXIX. eius nomen interpretantur, quomodo mihi ſimilem DEVS creauit: ita enim à Salomone vocatum dicunt, cum primum eum vidiſſet: miſit namque eum mater in Hieruſalem ad patrem iam puberem ac quartum decimum agentem annum:vulgo apud Æthiopes Sapientis filius cognominatur,ſequũtur ex ordine ſuccedẽtes liberi,& primum:

Andedo,qui regnauit anno vno.

Auda

Auda	annis vndecim.
Guaaſio	annis tribus.
Zaugua	annis quadraginta quatuor.
Gaaſio	dimidio tantum die.
Autet	vno & ſexaginta.
Bahaza	nouem.
Chauada	duobus.
Chanze	decem.
Endur	nouem.
Guazha	vno.
Endrah	vno.
Chaales	ſex.
Setiia	decem & ſeptem.
Sapheeliia	ſeptem & viginti.
Aglubu	tribus.
Auſena	vno.
Breguas	decem & nouem.
Guaaſe	vno.
Beſeeleugua	decem & ſeptem.
Baazena	viginti ſeptem: huius tempore Chriſtus Dei Filius, ac Seruator mundi natus eſt.

Lacaſa fœmina, quæ Candax Regina à noſtratibus dicitur, annis x. Huius tempore per Eunuchum à Philippo baptizatum, vt in Actis Apoſtol. Lucas commemorat, Chriſti religio in Æthiopia cœpit, quæ poſtea Matth. Euangeliſtæ aduentu mirum in modum aucta eſt.

Meſne filius regnauit annis ſex. Sequuntur ex ordine ſuccedentes liberi.

Sectua, qui regnauit annis nouem.

Adgala	annis decem, & menſ. ſeptem.
Agba	menſibus ſex.
Mali	annis quatuor.
Akle	annis terdecim.
Didima	annis decem.
Autete	annis duobus.
Alda	annis triginta.
Zeghin ex Rama	annis octo.

Gafele: quot annis imperârit, nobis incertum.
Beſeſerch, quem ex Oriente veniſſe aiunt, regnauit ann. 4.

Azguag,	annis ſeptem & ſeptuaginta.
Hherc	annis vno & viginti.

Beſeſaue, regnauit vno tantum menſe, qui apud eos Lunaris eſt, non ſecus quam apud Hebræos.

Guachena, imperauit duobus tantum diebus.

Hadas	imperauit quatuor menſibus.
Saghel	imperauit annis tribus.
Asfe	annis quatuordecim.
Azgheba	annis tribus & viginti.
Samra	annis tribus.
Aiba	annis ſexdecim.
Sthenden	annis triginta ſeptem.
Zacham	annis nouem.
San	annis terdecim.
Igga	annis decem & octo.
Alamida.	annis triginta, menſibus octo.
Achiuua	annis tribus.

Abraham, & Azba fratres, qui religionis Chriſtianæ aſſertores, ac fidei illuſtratores vocati ſunt, regnârunt ſimul annis 27. & menſibus ſex: deinde mortuo Azba, regnauit Abraham ſolus annis 14. Horum tempore Chriſtiana religio per omnem Æthiopiam diſſeminata eſt, poſt decimum ſeptimum ſcilicet regni eorum annum.

Asfa regnauit	annis ſeptem.
Sahal	annis quatuordecim.
Adahana	annis quatuordecim.
Reth	anno vno.
Asfa	annis quinque.
Azba	annis ſexdecim.
Alhamedan	annis ſeptem.
Abra	duobus tantum menſibus.
Sahel	menſibus duobus.
Ghebez	annis quatuordecim.

Sekul

Sekul	anno vno.
Azba	annis tribus.
Abra & Adakana	annis ſexdecim.
Zaham	annis viginti octo.
Amida	annis duodecim.
ahan	annis duobus.
zba	annis duobus.
ahan	annis quindecim.
abez	annis vno & viginti.
cob, & Dauid fratres ſimul,	annis tribus.
rma	ann. 14. menſ. 7. & dieb. 7.
rtahana	annis duodecim.
cob	annis nouem.
onſtantinus	annis octo & viginti.
teſrael	cuius nominis interpretatio eſt domus Iſrael, menſibus octo.
bramaſchel	annis quatuordecim.

Naleck annis vndecim: huius tempore templa, ſacellaq; riſtianæ Religionis, quæ rara antea in regione erant, omnem Æthiopiam conſtructa, erectaque ſunt. Re-deinde qui ſequuntur, omnes non ſolum Chriſtiani, etiam pii, moribuſque probati fuiſſe dicuntur, verum tnam imperauerint annis, non inuenimus.

en, mox	Senſaghed.
arſaghed	Ghermaasfer.
aiuba	Callulaſion.
uc	Zarai.
hamai	Gianaſcheda.
neghiz	Malghene.
arad	Agdai.
ha	Azbaha.
	Afrad.
a	Ahau.
eda	Aladoua.
	Tabena.

Digitized by Google

Chaleb
Conſtantinus
Asfa
Gianasfa
Freſennai
Aizar
Gsbramaſchel.
Bezaagher.
Arma.
Gianaſcheda.
Adarahaz.
Delnahad. Madai.

Sahada meretrix, cuius nomen ignis exponitur, regnauit annis 40. Fuitque mulier, iniqua, atque ſacrilega: quando templa omnia, ſacellaque deprædata fuiſſe deſcribitur, aurum argentumque omne inde auferendo: quod poſtea auaritiæ cauſa ſub terra occultaſſe commemoratur.

Anbaſaudim
Ghemaasfare
Degna Michael
Arma
Cullaudim.
Girgaz.
Bedegaz.
Sbinahanni.

Tredda Gabez filia, traditur hæc regulo prouinciæ Bugna nupſiſſe, ſuſcepiſſeque ex eo filium, in quem totius Æthiopiæ, quod nunquam antea factum fuerat, regnum tranſtulerit. Creabantur enim prius Reges ex tribu ſolummodo Dauid: hoc autem vt facilius facere poſſet, omnem Regiam ſtirpem, quæ ex cognatione Dauid erat, vt quæ per Menilech Salomonis, & Reginæ Sabę filium cœperat, perdere conata eſt. Quod facinus maiori ex parte compleuit. nam vnus tantum neci ſuperaſſe proditur. Confugerat hic in prouinciā Sceua ad optimates, qui tum eam gubernabant, à quibus perbenigne receptus, adiutuſque eſt: Erant autem hi, qui tum prouinciam regebant, numero ſeptem: imperaſſe nihilominus dicūtur ex familia huius Reginæ Reges quinque, idque annis tercentum triginta tribus. Tres ex iis ob vitæ ſanctitatem, & in agendis rebus prudentiam, ſolertiamque minime vulgarem celebrantur, Lalibala, Imra, & Naakutolab eius nepos: Lalibala ita pius, Chriſtianæque religionis amator fuiſſe ſcribitur, vt perfracta, exciſaque rupe Nouena templa ſub terra excauauerit. Imra vero etiam Sacerdos fuit tantæ abſtinentiæ, ac

tiæ, ac ſanctitatis, vt cum rem ſacram agere vellet, miniſterio Angelorum panem ac vinum, ex quibus ſacrum Chriſti corpus, ſanguinemque conficeret, multoties ſuſcepiſſe ſcribatur. Addunt Æthiopes Nili curſum eius precibus ſemel ſtetiſſe. Ad hunc cum Rex Ægypti tributum ex vetuſto regionis more miſiſſet, oneratis ex eo hominibus tercentum quinquaginta tribus, recuſaſſe proditur, imperaſſeque vt eius loco tigna ex Hieruſalem ad conſtruendum mitteret templum: quod fecit: templumque ex ea materia conſtructum vſque ad noſtra tempora magna cum veneratione frequentatum extare dicitur. Regnauit autem Imra annis 40. exactis vero tercentum triginta tribus annis, quibus à 5. regibus, qui erant ex cognatione Treddagakez, imperatum fuit: regnum eis qui erant ex ſtirpe Dauid reſtitutum eſt, idque ope, auxilioque optimatum, qui res prouinciæ Sceua gubernabant. Primus autem qui ex familia Dauid poſt hos rerum Æthiopiæ potitus eſt, fuit

Icunnuamlach, qui regnauit annis 15.

Iacbahazeon filius, annis nouem, deinde ex ordine ſuccedentes liberi.

Baharſarda	Esbraad.
Cademſagghed	Zanſagghed.
Vdimraad	annis quindecim.
Amdezeon	annis triginta.
Se faarad	annis viginti octo.
Vdmaasfan	annis decem.
Dauid	annis triginta tribus.
Theodorus	duobus tantum menſibus.
Iſaac	annis decem & ſeptem.
Andreas	

Hesbinaani vna cum Amde Ieſu Filio annis V. poſthæc duobus Regiæ curiæ principibus, ſimul cum populo aduerſus Dauidicam ſobolem rebellantibus, puer quidam in Regia ſede poſitus fuit: verum diuino aliter ordinante conſilio, auctores rebellionis capti fuere, regnumque accepit.

Zaralacob rectæ fidei homo ab Æthiopibus cognominatus, imperauitque annis 34.

Bete Mariam annis decem, menſibus duobus, & diebus quatuordecim.

Schender	annis 15. menſibus 6.
Amdezeon	menſibus ſex.
Nahod	annis 13. menſibus 9.

Lebnadenghel, Dauid cogn. annis 36.

Claudius, quod eſt baptiſmi nomẽ, ætate noſtra regnat: vocatur autem altero nomine à parentibus ei natiuitatis tempore impoſito, Aznaphſaghet, cuius expoſitio eſt, adoratur à finibus terræ. Sunt autem numero omnes Reges, qui vſque ad noſtra tempora rerum Æthiopiæ potiti ſunt, 165. Quibuſdam qui ſocii in regno fuere, minime hac in ſupputatione connumeratis.

DE SAR-

Digitized by Google

1125

DE SARRACENIS ET TVRCIS, CHRONICON WOLFGANGI DRECHSLERI.

Emendatum & auctum

à

GEORGIO FABRICIO CHEMNICENSI.

Cum appendice,

Qua hiſtoria illa ad hec vſque tempora continuatur, addita

à

IOANNE ROSINO ISENNACENSI THVRINGO.

Digitized by Google

DE SARRACENIS ET TVRCIS CHRONICON

VVolfgangi Drechsleri.

SARRACENORVM REGNVM.

ANno à nato Chriſto 596. naſcitur Machometus in Arabia 10. Calend. Maii, patre Abdata, matre Emma, ex gente Iſmaelitarũ, temporibus Mauritii Imperatoris, & Gregorii, Pontificis Romani. Anno 623. Machometus inſtinctu & inſidiis Ioannis Antiocheni, & Sergii Italici Monachi Alcoranum ſcripſit, & ſuo pernicioſo dogmate ſeducens Arabas, alioſque Aſiaticos populos, eos Sarracenos nuncupauit.

637. Moritur Mahometus, ætatis agens annum vnum & quadrageſimum, ſepultus in Mecha Perſidis vrbe.

638. Hieroſolyma poſt biennalem obſidionem à Sarracenis deuaſtata.

639. Tota Syria à Sarracenis clade affecta eſt.

640. Sarraceni ab Imperatore Romano defecerunt.

641. Antiochia à Sarracenis euerſa, Damaſcus capta, Phœnicia oppugnata, ſubacta Ægyptus.

648. Maximam partem Africæ Sarraceni ſuo imperio ſubiugarunt.

655. Rhodus nobiliſſima inſula à Sarracenis oppugnata eſt, quam capientes, plurimùm ex ea auri auexerunt: & Coloſſum Solis nobilem altum 110. pedes: ex cuius ære Iudæis vendito, noningentos Camelos oneraſſe dicuntur.

656. Æ-

656. Ægæum mare piratica infeſtarunt, & Cycladibus inſulis multa intulerunt damna.

663. Sarraceni Olympium Italiæ exarchum in Sicilia cum toto exercitu fuderunt.

668. Conſtantinus IV. cum Muchamodo rege Sarracenorum hac conditione pacem fecit, vt Sarraceni magnã vim auri Romanis exoluerent, cum inſigni equo, & cum nobili puero.

672. Irrupere Sarraceni in Siciliam, & Syracuſis captis, omnique terra deuaſtata, Alexandriam rediere.

675. Obſeſſa eſt Cõſtantinopolis à Sarracenis, qua fruſtra ſæpius oppugnata, cum nauibus conſcenſis domũ redire ſtatuiſſent, maior eorum pars naufragiis periit.

676. Romani Sarracenos vicerunt, occiſis triginta eorum millibus.

679. Pax ſecundo inter Romanos ac Sarracenos ad triginta annos hac lege facta eſt, vt Sarraceni Romanis tria millia librarum auri, quinquaginta captiuos nobiles, cum totidem equis annuatim ſoluerent.

686. Sarraceni rege Ammirrhato Africam, & Libyam inuaſerunt, multis ſpoliis ditati.

687. Mortuo Conſtantino, Iuſtinianus eiuſmodi conditionibus cum Sarracenis pacem iniit, vt Africa & Libya imperio reſtituta, per decem annos ſingulis diebus mille aureos, & equum cum nobili puero loco tributi penderent.

688. Hoc fœdere rupto, Iuſtinianus pugnam cum Sarracenis iniens, plurimum damni ab iis retulit.

692. Fuſis per Sarracenos Romanis, nomen Sarracenum creuit, dignitas Romanorum valde imminuta eſt.

698. Abimelech Sarracenorũ rex Africam inuadens, non diu victoriam gauiſus eſt.

700. Romani Syriã deprædantes, ducenta millia Sarracenorum fuderunt.

706. Contentione de imperio inter Iuſtinianum, & Leontium orta, Sarraceni Africam rurſus occupauerunt.

Digitized by Google

710. Sarraceni ex Libya nauigantes, primū intulerunt pedem Hiſpaniæ, vaſtantes Tarraconenſem, Bethicam, & Luſitaniam.

718 Cum trecentis nauibus Sarraceni Aſiatici Conſtantinopolim appulere, & eam mari, terraque acriter oppugnarunt. Eodem anno in Bulgaris duo & viginti millia Sarracenorum cæſa.

719. Zulemon Sarracenorum Rex, in caſtris ante Conſtantinopolim moritur, ſublato in eius locum Ammiratho.

720. In obſidione Conſtantinopolitanæ vrbis multi ex Sarracenis, fame, peſte, & frigore interierunt. Superſtites cum domum reuerti ſtatuiſſent, exorta tempeſtate maris, & igne de cœlo cadente, partim igni, partim aquis conſumti ſunt, adeo vt ex claſſe trium millium nauium, quinq; tantum naues euaſerint. Durauit hæc obſidio totum biennium. Eodem anno Sarraceni reſarturi perpeſſa mala, cum ingenti exercitu in Hiſpaniam irruunt, omnem terram excepta Gallicia depopulantes.

721. Abidimatus Sarracenorum Africanorū Dux Burdegalam Galliæ vrbem, vi captam diripuit, & in Pictauos mouens à Carolo Martello repreſſus eſt. Abidimato autem Principe occiſo, Sarraceni aliquantulum ab armis quieuere.

730. Sarraceni deductis ſecum vxoribus, liberis, ac omni familia, in Hiſpaniam incurrunt, quaſi perpetuo ibi habitaturi. Cum iis pugnam iniit Carolus Martellus, Gallis in auxiliū vocatis, & trecentis octuaginta millibus Sarracenorū interfectis, ipſe tantum mille & quingentorum militum ex ſuis iacturam fecit.

735. Carolus Francorum rex Auinionem, claram Galliæ vrbem, à Sarracenis dolo captam ſua virtute liberauit.

737. Carolus multas alias ciuitates, expulſis Sarracenis, paci ac libertati reſtituit. Amortheo altero eorum duce occiſo, Athino altero fugato.

738. Idem adiutus Luitprandi Longobardiç regis auxiliis, ex tota Gallia Sarracenos eiecit atque expulit.

744. Con-

Digitized by Google

744. Conſtantinus Copronymos Imperator Conſtantinopolitanus claſſem aduerſus Sarracenos Ægyptios duxit.

759. Sarraceni in Oriente ſuo imperio ſemper aliquid, quod Romanorum erat, ſubiecerunt, Romanis inteſtinis odiis diſſidentibus, & in ſolos Galliarum reges intentis.

778. Carolus Magnus contra Sarracenos pugnauit feliciter in Hiſpania. Rolandus Sarracenum Chriſtianos ſæpe prouocantem duello vicit, eoque ſtrato ſuis faciliorem victoriam præbuit.

779. Rolandus fortiſſimus vir, Berthæ Caroli Magni ſororis filius, à Sarracenis cum quadraginta millibus Chriſtianorum deletur.

780. Leo Quartus Imperator in Sarracenos Syriam inhabitantes, incurſionem fecit.

803. Aaron Sarracenorum Princeps, cum trecentis millibus expeditis equitibus, Nicephorum regem Conſtantinopolitanum oppugnauit, eumq; tributarium reddidit, impoſitis legibus iniquiſſimis.

807. Sardinia & Corſica inſulæ à Sarracenis vaſtatæ.

826. Sarraceni Cretam inſulam ſuæ ditioni ſubiiciunt, Græcis duplici prælio ſuperatis.

828. Sarraceni Aſiatici in Palæſtinam: Africani in Siciliam irrumpunt.

830. Bonifacius Corſicæ Comes, Chriſtianorum auxilio deſtitutus, exceptis Hetruſcorum populis, traiecit in Africam, & inter Carthaginem & Vticam, quatuor præliis victor exſtitit, & terrore nominis ſui ex Sicilia Sarracenos domum ire ad propria defendenda compulit.

835. Aſiam inuadentes Sarraceni, Amoriam capiunt, Theophilum Imperatorem Conſtantinopolitanum in fugam bis vertunt, & caſtris ipſius potiuntur.

836. Multis terris Sarraceni maxima intulere damna, & metu ciuitates plurimæ hinc inde ad eos defecerunt.

843. Saba Rex Maurorum, Sarracenorum Dux, Siciliã, & ſinum Crotonienſem vaſtat, Tarentum capit, cui Theo-

Digitized by Google

philus Imperator,& Venetorum claſſes fruſtra reſtiterũt.

844. In Dalmatia latrocinia exercentes Sarraceni, Raguſiam vrbem claram, magnis incommodis afficiunt.

845. Sarraceni inuadentes Hetruriam & Latium, Romam deprædati ſunt; ſed antequam domum redirent, plurimi naufragiis perierunt.

846. Illyrico & Dalmatia vexata, Adriaticum mare tráſeuntes, Anconam Piceni vrbem direptam incenderunt.

847. Leo Quartus Pontifex reliquias Sarracenorum è portu Oſtienſi eiecit, & Tranſtiberinam regionem contra eos muniuit.

867. Sarraceni prædę cauſa iterũ irrupere in Italiã, & Beneuentanum agrum in Samnitibus igne, ferroq; vaſtarunt; ſed à Ludouico, & Lothario regib. in fugam ſunt conuerſi.

870. Cum Perſis Sarraceni iterarunt bella. Terſæ Turcico milite vſi (montẽ Caucaſum tum Turcę habitabant, & vocabantur Tartari) illorum auxiliis vicerunt. Ab eo vſque tempore Turcę nunquam poſtea reliquerunt Aſiam, & in Sarracenicum tam regnum, quam nomen tranſierunt.

878. Ex Sicilia Sarraceni, quam ſeptimum & quadrageſimum annum tenebant, penitus expelluntur.

881. Carolus Craſſus irrũpentes Sarracenos Italia arcuit.

891. Nicetes dux Conſtantinopolitani Imperatoris, egregiam victoriam de Sarracenis reportauit.

910. Sarraceni Africani Apuliam, & Calabriam inuadunt.

913. Ad Lyrim Campaniæ fluuium, Sarraceni Romanorum ciuitates vaſtantes vincuntur.

934. Sarraceni Fraxineto irrumpentes ad aquas vſque peruenerunt, vbi Sagitus dux eorum cum toto exercitu deletus eſt.

935. Genuam Liguriæ vrbem Sarraceni depopulati ſunt, collectaq; ingenti præda in Africam redierunt.

941. Hugo Italiæ rex Fraxineto capto Sarracenam claſſem exuſſit.

944. Radamirus rex Gallicię maximum exercitum Sarracenorum fudit in Hiſpania.

951.

951. Sarraceni Calabriam, Apuliam, Lucaniam cædib. & incendiis replentes, virtute Alberici Hetruſci Marchionis repreſſi ſunt, & in agro Minturnenſi in Campania ad Lyrim fluuium ſuperati, cum acceſſionem ad vrbem Romam inſtituiſſent.

952. Sarraceni ex Gargano monte, in quem ſe contulerant, incurſiones frequentes in finitimos faciunt, Beneuentum captum incendunt.

953. Veromanduus rex Hiſpaniæ cum Sarracenis varia fortuna pugnat.

969. Otho I. Germanorum Imperator, Sarracenos Italia expulit, & Garganum montem recepit.

970. Sarraceni Conſentiam recuperarunt, ex qua paulo ante ab Vngaris eiecti erant.

977. Creta inſula Sarracenis erepta, duces ipſorum capti ſunt.

982. Otho II. cum Sarracenis, quibus cum ſocia arma ex fœdere Græci coniunxerant, in Calabria, magna ſua clade conflixit, Idib. Iulii; fortiſſimis autem ſuorum interfectis, ipſe fuga vix ſaluus euaſit, peritus linguæ Græcæ à Piratis ſe redemit. Delatus ad Siciliæ littora, quadraginta ex iis, qui illum ceperant, interfecit.

1000. Alphonſus Hiſpaniæ rex, Sarracenorum præſidium quoddam, nomine Viſeum, obſidens, ſagitta percuſſus, vitam cum morte commutauit.

1007. Sarraceni duplici exercitu Italiam ingreſſi, Capuam ceperunt, Barum obſidione preſſerunt.

1009. Sarraceni Aſiatici Hieroſolymam occuparunt.

1013. Henricus ſecundus Germanorum Imperator Sarracenos Capua expulit, & duces quoſdam eorum partibus fauentes, graui bello perſequutus eſt.

1018. Calyphas Ægypti præſes Sarracenico exercitu, & Turcico (qui tum Perſidem occupauerant) adiutus, templum Domini Hieroſolymis diripuit & ſpoliauit.

1048. Calypha mortuo, Imperator Conſtantinopolitanus cum Dobire filio & ſucceſſore eius fœdus iniit, & eius permiſſu Dominicum templum inſtauratum eſt.

Digitized by Google

1056. Robertus Nortmannus Capuam à Sarracenis obſeſſam liberat, & Græcos cum eis confœderatos Calabria eiicit, Sacerdotibus tantum relictis.

1060. Antiochiam & Cæſaream vexantes Sarraceni repreſſi ſunt.

1094. Rainaldus, vnus è Chriſtianorum ducibus in oppido Syriæ obſeſſus, deditione facta fidem abnegat.

1095. Ad Cynitum oppidum vltra Boſphorum Thracium multi Chriſtiani à Sarracenis occiſi ſunt.

1096. Ex Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Lotharingia, Alemania, Burgundia, Lombardia, Italia, multi exercitus, contra Sarracenos in vnum confluxere, animo exturbandi illos ex Hieroſolymis, & tota terra ſancta.

1097. Prædicti exercitus apud Nicæam vrbem duabus ſtragibus Sarracenos fuderunt. Receptæ quoque ſunt Eraclea, & Tarſus.

1098. Chriſtiani ex Antiochia expulere Sarracenos, quã obſederunt menſibus vndecim. Hoſtium centena millia occiſa, quod prælium commiſſum eſt 4. Calend. Iulii.

1099. In agro Hieroſolymitano bellum à Chriſtianis contra Sarracenos commiſſum eſt, & Dei beneuolentia Sarraceni victi, Hieroſolyma à Chriſtianis recuperata, Idibus Iulii menſis.

Gotfridus Bolionius Remenſis, Lotharingiæ dux, qui primus muros aſcenderat, Rex Hieroſolymorum à Chriſtianis victoribus creatur.

Eodem anno Sarraceni duce Calypha Babylonio, cum centenis millib. equitum, & quadringentis millibus peditũ, contra Chriſtianos parauerunt exercitum. Chriſtiani autem quinque millibus equitum, & quindecim millibus peditum victores extitere centum millibus virorum occiſis, & Hieroſolymis conſeruatis.

1100. Gotfridus Aſcalonem cepit, magnoq; auri pondere ibi potitus eſt. Eodem anno Gotfridus moritur, cui ſucceſſit Balduinus frater.

1102. Balduinus magna ſtrage vincitur, & vix fuga incolumis

columis euadit. Ramæ mœnia, in quam reliquiæ eius confugerant, ab hoſtibus diruuntur.

1103. Boemundus Apuliæ rex cum cæteris in expeditionem Hieroſolymitanam profectus, à Sarracenis capitur, & poſtea à Tancredo nepote ſuo liberatur.

1104. Chriſtiani Accaron ciuitatem Palęſtinæ, quam alii Ptolemaida appellant, poſt vigeſimum diem obſeſſionis capiunt.

1105. Magna pars Sarracenorum à Chriſti fidelibus deleta eſt.

Eodem anno Alexius Imperator Conſtantinopolitanus conditiones pacis à Balduino oblatas, accipere cogitur.

1106. Balduinus Berythum & Sidonem, vrbes maritimas ſubigit. Apud Carrhas ſeditio inter Chriſtianos Principes orta, maximo illis damno fuit. Irruētibus enim in illos ex improuiſo hoſtibus, quidam capti, quidam duces fugati ſunt, exercitu miſere deſtituto. Hanc notam paulo poſt recenti de Sarracenis victoria emendauit Balduinus.

1113. Sarraceni in regnum Hieroſolymitanum ex Perſide incurrentes, regis copias forte oblatas fugant, & cædunt.

1115. Tancredus, qui patruum ſuum à Sarracenis liberauerat, ad montem regalē ab hoſtibus vincitur, & occiditur.

1117. Piſani inter Hetruſcos nobiles populi, Sarracenos ex Balearibus inſulis armis eiecerunt.

1118. Balduino II. Hieroſolymorum rege mortuo, alter eiuſdem nominis ſuccedit, qui regem Perſarum deuicit, atque occidit: Damaſci regem fugauit. Sed Parthorum rege ſibi reſiſtente, & illos vlciſci volente, Balduinus capitur & vinctus vltra Euphratem cuſtodiæ demandatur.

1119. Balduinus poſt 18. Menſ. inſidiis è carcere liberatus, ad ſuos reuertitur.

1122. Venetorum claſſis in Syria Sarracenis moleſta fuit, Dominico Michaele duce, qui Tyrū & Ioppen cepit. Fuerūt Venetis propter merita & virtutē cōceſſa magna priuilegia.

1125. Pugnatum contra Chriſtianos eſt quadringentis millibus militum, quibus occurrerunt tribus millibus viro-

Zaralacob rectæ fidei homo ab Æthiopibus cognominatus, imperauitque annis 34.

Bete Mariam annis decem, menſibus duobus, & diebus quatuordecim.

Schender	annis 15. menſibus 6.
Amdezeon	menſibus ſex.
Nahod	annis 13. menſibus 9.

Lebnadenghel, Dauid cogn. annis 36.

Claudius, quod eſt baptiſmi nomẽ, ætate noſtra regnat: vocatur autem altero nomine à parentibus ei natiuitatis tempore impoſito, Aznaphſaghet, cuius expoſitio eſt, adoratur à finibus terræ. Sunt autem numero omnes Reges, qui vſque ad noſtra tempora rerum Æthiopiæ potiti ſunt, 165. Quibuſdam qui ſocii in regno fuere, minime hac in ſupputatione connumeratis.

DE SAR-

1125

DE SARRACE-NIS ET TVRCIS, CHRO-NICON WOLFGANGI DRECHSLERI.

Emendatum & auctum

à

GEORGIO FABRICIO CHEMNICENSI.

Cum appendice,

Qua hiſtoria illa ad hac vſque tempora conti-nuatur, addita

à

IOANNE ROSINO ISENNA-CENSI THVRINGO.

Digitized by Google

DE SARRACENIS ET TVRCIS CHRONICON

VVolfgangi Drechsleri.

SARRACENORVM REGNVM.

ANno à nato Chriſto 596. naſcitur Machometus in Arabia 10. Calend. Maii, patre Abdara, matre Emma, ex gente Iſmaelitarũ, temporibus Mauritii Imperatoris, & Gregorii, Pontificis Romani. Anno 623. Machometus inſtinctu & inſidiis Ioannis Antiocheni, & Sergii Italici Monachi Alcoranum ſcripſit, & ſuo pernicioſo dogmate ſeducens Arabas, alioſque Aſiaticos populos, eos Sarracenos nuncupauit.

637. Moritur Mahometus, ætatis agens annum vnum & quadrageſimum, ſepultus in Mecha Perſidis vrbe.

638. Hieroſolyma poſt biennalem obſidionem à Sarracenis deuaſtata.

639. Tota Syria à Sarracenis clade affecta eſt.

640. Sarraceni ab Imperatore Romano defecerunt.

641. Antiochia à Sarracenis euerſa, Damaſcus capta, Phœnicia oppugnata, ſubacta Ægyptus.

648. Maximam partem Africæ Sarraceni ſuo imperio ſubiugarunt.

655. Rhodus nobiliſſima inſula à Sarracenis oppugnata eſt, quam capientes, plurimum ex ea auri auexerunt: & Coloſſum Solis nobilem altum 110. pedes: ex cuius ære Iudæis vendito, noningentos Camelos oneraſſe dicuntur.

656. Æ-

656. Ægæum mare piratica infeſtarunt,& Cycladibus inſulis multa intulerunt damna.

663. Sarraceni Olympium Italiæ exarchum in Sicilia cum toto exercitu fuderunt.

668. Conſtantinus IV. cum Muchamodo rege Sarracenorum hac conditione pacem fecit, vt Sarraceni magnā vim auri Romanis exoluerent, cum inſigni equo, & cum nobili puero.

672. Irrupere Sarraceni in Siciliam, & Syracuſis captis,omnique terra deuaſtata, Alexandriam rediere.

675. Obſeſſa eſt Cōſtantinopolis à Sarracenis,qua fruſtra ſæpius oppugnata, cum nauibus conſcenſis domū redire ſtatuiſſent,maior eorum pars naufragiis periit.

676. Romani Sarracenos vicerunt,occiſis triginta eorum millibus.

679. Pax ſecundo inter Romanos ac Sarracenos ad triginta annos hac lege facta eſt, vt Sarraceni Romanis tria millia librarum auri, quinquaginta captiuos nobiles, cum totidem equis annuatim ſoluerent.

686. Sarraceni rege Ammirrhato Africam, & Libyam inuaſerunt,multis ſpoliis ditati.

687. Mortuo Conſtantino,Iuſtinianus eiuſmodi conditionibus cum Sarracenis pacem iniit, vt Africa & Libya imperio reſtituta, per decem annos ſingulis diebus mille aureos, & equum cum nobili puero loco tributi penderent.

688. Hoc fœdere rupto,Iuſtinianus pugnam cum Sarracenis iniens,plurimum damni ab iis retulit.

692. Fuſis per Sarracenos Romanis, nomen Sarracenum creuit,dignitas Romanorum valde imminuta eſt.

698. Abimelech Sarracenorū rex Africam inuadens, non diu victoriam gauiſus eſt.

700. Romani Syriā deprædantes, ducenta millia Sarracenorum fuderunt.

706. Contentione de imperio inter Iuſtinianum, & Leontium orta, Sarraceni Africam rurſus occupauerunt.

Digitized by Google

710\. Sarraceni ex Libya nauigantes, primũ intulerunt pedem Hiſpaniæ, vaſtantes Tarraconenſem, Bethicam, & Luſitaniam.

718 Cum trecentis nauibus Sarraceni Aſiatici Conſtantinopolim appulere, & eam mari, terraque acriter oppugnarunt. Eodem anno in Bulgaris duo & viginti millia Sarracenorum cæſa.

719\. Zulemon Sarracenorum Rex, in caſtris ante Conſtantinopolim moritur, ſublato in eius locum Ammiratho.

720\. In obſidione Conſtantinopolitanæ vrbis multi ex Sarracenis, fame, peſte, & frigore interierunt. Superſtites cum domum reuerti ſtatuiſſent, exorta tempeſtate maris, & igne de cœlo cadente, partim igni, partim aquis conſumti ſunt, adeo vt ex claſſe trium millium nauium, quinq; tantum naues euaſerint. Durauit hæc obſidio totum biennium. Eodem anno Sarraceni reſarturi perpeſſa mala, cum ingenti exercitu in Hiſpaniam irruunt, omnem terram excepta Gallicia depopulantes.

721\. Abidimarus Sarracenorum Africanorũ Dux Burdegalam Galliæ vrbem, vi captam diripuit, & in Pictauos mouens à Carolo Martello repreſſus eſt. Abidimaro autem Principe occiſo, Sarraceni aliquantulum ab armis quieuere.

730\. Sarraceni deductis ſecum vxoribus, liberis, ac omni familia, in Hiſpaniam incurrunt, quaſi perpetuo ibi habitaturi. Cum iis pugnam iniit Carolus Martellus, Gallis in auxiliũ vocatis, & trecentis octuaginta millibus Sarracenorũ interfectis, ipſe tantum mille & quingentorum militum ex ſuis iacturam fecit.

735\. Carolus Francorum rex Auinionem, claram Galliæ vrbem, à Sarracenis dolo captam ſua virtute liberauit.

737\. Carolus multas alias ciuitates, expulſis Sarracenis, paci ac libertati reſtituit. Amortheo altero eorum duce occiſo, Athino altero fugato.

738\. Idem adiutus Luitprandi Longobardię regis auxiliis, ex tota Gallia Sarracenos eiecit atque expulit.

744\. Con-

744. Conſtantinus Copronymos Imperator Conſtantinopolitanus claſſem aduerſus Sarracenos Ægyptios duxit.

759. Sarraceni in Oriente ſuo imperio ſemper aliquid, quod Romanorum erat, ſubiecerunt, Romanis inteſtinis odiis diſſidentibus, & in ſolos Galliarum reges intentis.

778. Carolus Magnus contra Sarracenos pugnauit feliciter in Hiſpania. Rolandus Sarracenum Chriſtianos ſæpe prouocantem duello vicit, eoque ſtrato ſuis faciliorem victoriam præbuit.

779. Rolandus fortiſſimus vir, Berthæ Caroli Magni ſororis filius, à Sarracenis cum quadraginta millibus Chriſtianorum deletur.

780. Leo Quartus Imperator in Sarracenos Syriam inhabitantes, incurſionem fecit.

803. Aaron Sarracenorum Princeps, cum trecentis millibus expeditis equitibus, Nicephorum regem Conſtantinopolitanum oppugnauit, eumq; tributarium reddidit, impoſitis legibus iniquiſſimis.

807. Sardinia & Corſica inſulæ à Sarracenis vaſtatæ.

826. Sarraceni Cretam inſulam ſuæ ditioni ſubiiciunt, Græcis duplici prælio ſuperatis.

828. Sarraceni Aſiatici in Palæſtinam: Africani in Siciliam irrumpunt.

830. Bonifacius Corſicæ Comes, Chriſtianorum auxilio deſtitutus, exceptis Hetruſcorum populis, traiecit in Africam, & inter Carthaginem & Vticam, quatuor præliis victor exſtitit, & terrore nominis ſui ex Sicilia Sarracenos domum ire ad propria defendenda compulit.

835. Aſiam inuadentes Sarraceni, Amoriam capiunt, Theophilum Imperatorem Conſtantinopolitanum in fugam bis vertunt, & caſtris ipſius potiuntur.

836. Multis terris Sarraceni maxima intulere damna, & metu ciuitates plurimæ hinc inde ad eos defecerunt.

843. Saba Rex Maurorum, Sarracenorum Dux, Siciliã, & ſinum Crotonienſem vaſtat, Tarentum capit, cui Theo-

Digitized by Google

philus Imperator, & Venetorum claſſes fruſtra reſtiterũt.

844. In Dalmatia latrocinia exercentes Sarraceni, Raguſiam vrbem claram, magnis incommodis afficiunt.

845. Sarraceni inuadentes Hetruriam & Latium, Romam deprædati ſunt; ſed antequam domum redirent, plurimi naufragiis perierunt.

846. Illyrico & Dalmatia vexata, Adriaticum mare trãſeuntes, Anconam Piceni vrbem direptam incenderunt.

847. Leo Quartus Pontifex reliquias Sarracenorum è portu Oſtienſi eiecit, & Tranſtiberinam regionem contra eos muniuit.

867. Sarraceni prædę cauſa iterũ irrupere in Italiã, & Beneuentanum agrum in Samnitibus igne, ferroq; vaſtarunt; ſed à Ludouico, & Lothario regib. in fugam ſunt conuerſi.

870. Cum Perſis Sarraceni iterarunt bella. Terſæ Turcico milite vſi (montẽ Caucaſum tum Turcę habitabant, & vocabantur Tartari) illorum auxiliis vicerunt. Ab eo vſque tempore Turcę nunquam poſtea reliquerunt Aſiam, & in Sarracenicum tam regnum, quam nomen tranſierunt.

878. Ex Sicilia Sarraceni, quam ſeptimum & quadrageſimum annum tenebant, penitus expelluntur.

881. Carolus Craſſus irrũpentes Sarracenos Italia arcuit.

891. Nicetes dux Conſtantinopolitani Imperatoris, egregiam victoriam de Sarracenis reportauit.

910. Sarraceni Africani Apuliam, & Calabriam inuadunt.

913. Ad Lyrim Campaniæ fluuium, Sarraceni Romanorum ciuitates vaſtantes vincuntur.

934. Sarraceni Fraxineto irrumpentes ad aquas vſque peruenerunt, vbi Sagitus dux eorum cum toto exercitu deletus eſt.

935. Genuam Liguriæ vrbem Sarraceni depopulati ſunt, collectaq; ingenti præda in Africam redierunt.

941. Hugo Italiæ rex Fraxineto capto Sarracenam claſſem exuſſit.

944. Radamirus rex Gallicię maximum exercitum Sarracenorum fudit in Hiſpania.

Digitized by Google

951. Sarraceni Calabriam, Apuliam, Lucaniam cædib. & incendiis replentes, virtute Alberici Hetruſci Marchionis repreſſi ſunt, & in agro Minturnenſi in Campania ad Lyrim fluuium ſuperati, cum acceſſionem ad vrbem Romam inſtituiſſent.

952. Sarraceni ex Gargano monte, in quem ſe contulerant, incurſiones frequentes in finitimos faciunt, Beneuentum captum incendunt.

953. Veromanduus rex Hiſpaniæ cum Sarracenis varia fortuna pugnat.

969. Otho I. Germanorum Imperator, Sarracenos Italia expulit, & Garganum montem recepit.

970. Sarraceni Conſentiam recuperarunt, ex qua paulo ante ab Vngaris eiecti erant.

977. Creta inſula Sarracenis erepta, duces ipſorum capti ſunt.

982. Otho II. cum Sarracenis, quibus cum ſocia arma ex fœdere Græci coniunxerant, in Calabria, magna ſua clade conflixit, Idib. Iulii; fortiſſimis autem ſuorum interfectis, ipſe fuga vix ſaluus euaſit, peritus linguæ Græcæ à Piratis ſe redemit. Delatus ad Siciliæ littora, quadraginta ex iis, qui illum ceperant, interfecit.

1000. Alphonſus Hiſpaniæ rex, Sarracenorum præſidium quoddam, nomine Viſeum, obſidens, ſagitta percuſſus, vitam cum morte commutauit.

1007. Sarraceni duplici exercitu Italiam ingreſſi, Capuam ceperunt, Barum obſidione preſſerunt.

1009. Sarraceni Aſiatici Hieroſolymam occuparunt.

1013. Henricus ſecundus Germanorum Imperator Sarracenos Capua expulit, & duces quoſdam eorum partibus fauentes, graui bello perſequutus eſt.

1018. Calyphas Ægypti præſes Sarracenico exercitu, & Turcico (qui tum Perſidem occupauerant) adiutus, templum Domini Hieroſolymis diripuit & ſpoliauit.

1048. Calypha mortuo, Imperator Conſtantinopolitanus cum Dobire filio & ſucceſſore eius fœdus iniit, & eius permiſſu Dominicum templum inſtauratum eſt.

Digitized by Google

1056. Robertus Nortmannus Capuam à Sarracenis obſeſſam liberat, & Græcos cum eis confœderatos Calabria eiicit, Sacerdotibus tantum relictis.

1060. Antiochiam & Cæſaream vexantes Sarraceni repreſſi ſunt.

1094. Rainaldus, vnus è Chriſtianorum ducibus in oppido Syriæ obſeſſus, deditione facta fidem abnegat.

1095. Ad Cynitum oppidum vltra Boſphorum Thracium multi Chriſtiani à Sarracenis occiſi ſunt.

1096. Ex Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Lotharingia, Alemania, Burgundia, Lombardia, Italia, multi exercitus, contra Sarracenos in vnum confluxere, animo exturbandi illos ex Hieroſolymis, & tota terra ſancta.

1097. Prædicti exercitus apud Nicæam vrbem duabus ſtragibus Sarracenos fuderunt. Receptæ quoque ſunt Eraclea, & Tarſus.

1098. Chriſtiani ex Antiochia expulere Sarracenos, quã obſederunt menſibus vndecim. Hoſtium centena millia occiſa, quod prælium commiſſum eſt 4. Calend. Iulii.

1099. In agro Hieroſolymitano bellum à Chriſtianis contra Sarracenos commiſſum eſt, & Dei beneuolentia Sarraceni victi, Hieroſolyma à Chriſtianis recuperata, Idibus Iulii menſis.

Gotfridus Bolionius Remenſis, Lotharingiæ dux, qui primus muros aſcenderat, Rex Hieroſolymorum à Chriſtianis victoribus creatur.

Eodem anno Sarraceni duce Calypha Babylonio, cum centenis millib. equitum, & quadringentis millibus peditũ, contra Chriſtianos parauerunt exercitum. Chriſtiani autem quinque millibus equitum, & quindecim millibus peditum victores extitere centum millibus virorum occiſis, & Hieroſolymis conſeruatis.

1100. Gotfridus Aſcalonem cepit, magnoq; auri pondere ibi potitus eſt. Eodem anno Gotfridus moritur, cui ſucceſſit Balduinus frater.

1102. Balduinus magna ſtrage vincitur, & vix fuga incolumis

columis euadit. Ramæ mœnia, in quam reliquiæ eius confugerant, ab hoſtibus diruuntur.

1103. Boemundus Apuliæ rex cum cæteris in expeditionem Hieroſolymitanam profectus, à Sarracenis capitur, & poſtea à Tancredo nepote ſuo liberatur.

1104. Chriſtiani Accaron ciuitatem Palęſtinæ, quam alii Ptolemaida appellant, poſt vigeſimum diem obſeſſionis capiunt.

1105. Magna pars Sarracenorum à Chriſti fidelibus deleta eſt.

Eodem anno Alexius Imperator Conſtantinopolitanus conditiones pacis à Balduino oblatas, accipere cogitur.

1106. Balduinus Berythum & Sidonem, vrbes maritimas ſubigit. Apud Carrhas ſeditio inter Chriſtianos Principes orta, maximo illis damno fuit. Irruētibus enim in illos ex improuiſo hoſtibus, quidam capti, quidam duces fugati ſunt, exercitu miſere deſtituto. Hanc notam paulo poſt recenti de Sarracenis victoria emendauit Balduinus.

1113. Sarraceni in regnum Hieroſolymitanum ex Perſide incurrentes, regis copias forte oblatas fugant, & cædunt.

1115. Tancredus, qui patruum ſuum à Sarracenis liberauerat, ad montem regalē ab hoſtibus vincitur, & occiditur.

1117. Piſani inter Hetruſcos nobiles populi, Sarracenos ex Balearibus inſulis armis eiecerunt.

1118. Balduino II. Hieroſolymorum rege mortuo, alter eiuſdem nominis ſuccedit, qui regem Perſarum deuicit, atque occidit. Damaſci regem fugauit. Sed Parthorum rege ſibi reſiſtente, & illos vlciſci volente, Balduinus capitur & vinctus vltra Euphratem cuſtodiæ demandatur.

1119. Balduinus poſt 18. Menſ. inſidiis è carcere liberatus, ad ſuos reuertitur.

1122. Venetorum claſſis in Syria Sarracenis moleſta fuit, Dominico Michaele duce, qui Tyrū & Ioppen cepit. Fuerūt Venetis propter merita & virtutē cōceſſa magna priuilegia.

1125. Pugnatum contra Chriſtianos eſt quadringentis millibus militum, quibus occurrerunt tribus millibus viro-

Digitized by Google

rum Chriſtiani,& Dei benignitate, ſeptem millibus hoſtiũ gladio cæſis,& quinq; millibus aquis ſuffocatis, Chriſtiani victoriam conſecuti ſunt.

1127. In Syria Chriſtiani duabus ſtragibus fudere Sarracenos, vbi in prima pugna duo millia Sarracenorũ,& quingenti deſiderati. In altera, quamuis vterque exercitus afflictus eſt, Chriſtiani tamen victores extitere.

1129. Rex Aſcalonitarum à Balduino repreſſus, Rex Damaſci tribus præliis victus.

1130. Balduino III. Rege Hieroſolymitano è viuis ſublato, Fulco quartus Rex conſtituitur.

1131. Tripolitanus comes proditus occiditur. Fulco Rex ab hoſtibus fugatur,& iniquas conditiones, vt ex obſidione liberaretur, accepit.

1133. Chriſtiani Ægyptiis felici Marte reſtiterunt.

1139. Aſcalon à Chriſtianis recuperatur.

1142. Fulco quartus Rex in Hieroſolymis, inſequens leporem,& ex equo decidens, efflauit animam: cui ſucceſſit Balduinus filius, qui quintus Rex fuit.

1143. Vrbs Ediſſa,& tota fere Meſopotamia à Sarracenis, & Alapho duce Turcarum, qui iam in Oriente magni nominis erant, deuicta eſt, multa & miſerabili Chriſtianorũ ſtrage edita, matronis in æde Diui Ioannis Baptiſtæ ſupra altare ſtupratis.

1144. Balduinus III. quintus Rex Hieroſolymorum, Gaza & Aſcalone Sarracenos eiecit, & apud Hierichunta Noradinum Damaſcenæ militiæ Principem, quinq; millibus hoſtium interfectis, vicit & fugauit.

1145. Emanuel Conſtantinopolitanus Imperator exercitus Chriſtianorum cõtra Sarracenos euntes, multis inſidiis fatigauit, ne quid vtile Chriſtianę Reipubl. efficerent.

1146. Rogerius Siciliæ, & Nortmannorum Rex Sarracenos Africanos Rege ipſorum capto, ad triginta annos ſibi tributarios reddidit.

Eodem anno Conradus ſecundus Imperator ingentes copias pugnatorum contra Sarracenos parat, ſed pugnat infeliciter.

Ludo-

Ludouicus Rex Galliæ contra infideles maximam vim militum cogit.

1147. Ex Flandria, Anglia, Lotharingia, Germania magna, inſtructis ducentis nauibus bellum contra Sarracenos inſtitutum eſt.

Hoc anno Conradus Imp. tranſmiſſo feliciter Boſphoro, prope hoſtes acceſſit, & expugnauit Iconium; verum deficiente commeatu, & (vt nonnulli aſſerunt) frumento à Græcis gypſo corrupto, coactus eſt continere curſum, & copias reducere. Quo cognito Sarraceni à tergo inſequentes, aliquot hominum millia trucidauerunt.

Eodem anno confluit ad Imperatorem Rex Franciæ, adiuuandi illum ſtudio, ſed exercitu fame confecto nihil præclari actum eſt.

Eodē tempore Veneti inſtructa claſſe profecti ſunt in Aſiā, opē laturi Imperatori, qui Sarracenis bellū faciebat.

1148. Hiſpani expulſis Sarracenis, Almariam, & Tortoſam, turrigeras vrbes recuperarunt.

Eodem anno Damaſcus à Syris, Gallis, Alemanis, Hieroſolymitanis oppugnata eſt, ac extremi muri diruti, cumque iam ſpes eſſet potiundæ vrbis, & expugnandi Sarracenos, exorta diſſenſione inter Principes, quiſque conuocato ſuo exercitu, ab oppugnatione deſtiterunt.

1149. Rex Antiochiæ Raimundus cum toto exercitu deletus à Sarracenis eſt, omniq; terra eius deuaſtata, ſola Antiochia à Rege Hieroſolymorum ægre ſeruata eſt.

1151. Rex Hieroſolymorum Balduinus, Aegyptios ac Babylonios fudit.

1158. Sarraceni ex Almaria armis profligarunt Hiſpanos.

1159. Balduinus multas ciuitates, eiectis Sarracenis, in pacem, & libertatem reſtituit.

1164. Moritur Balduinus Hieroſolymitanus Rex ſubrogatusq; eſt frater eius Almericus, Sextus Rex.

1170. Almericus in Aegypto clara contra Sarracenos potitur victoria.

1171. Idem Rex Damiatam obſidet, ſed malis conditionibus init pacem.

Digitized by Google

1172. Sarraceni Africani plurimas fecerunt excurſiones in Hiſpaniam.

1175. Almericus Hieroſolymorum Rex febri extinctus, Balduinus filius eius in Regem vngitur, ſeptimus Rex.

1177. Balduinus Saladini Ægyptiorum Regis copiis bis victis & deletis, multum auri Hieroſolymis intulit.

1180. Filia Regis Sarracenorum, quæ Pagano Principi nupſerat à Rege Siciliæ in mari, cum ſponſo domum deduceretur, capitur.

Eo anno Chriſtianæ religionis Profeſſores, qui Hieroſolyma inhabitabant vincuntur.

1181. Maximis impenſis ac ſumptibus Carthago à Rege Sarracenorum Mauſamuntho inſtaurata eſt.

1184. Balduinus ſeptimus Rex in Hieroſolymis, quē lepra infecerat, abſq; herede vita excedit. Nepos eius ex ſorore Balduinus nomine, Rex quidem declaratur, ſed fatorū inuidia ex illo honorum gradu eripitur, cui ſucceſſit octauus Rex Guido Luſignanus.

Inter Guidonem Hieroſolymitanum Regem, & Raimundum Tripolitanum Comitem orta diſſenſio, cauſa extitit, vt Chriſtiani in extremum diſcrimen inciderent.

1186. Congreſſi Chriſtiani cum exercitu Saladini Regis, viginti millibus, ac quingentis ſuorum interfectis, miſere occumbunt. Guido Rex capitur, Tripolitanus Comes ſubitanea morte extinguitur.

1187. Octoginta & octo annis, cū Hieroſolyma a Chriſtianis habitata eſſent, hoc anno Regi Sarracenorum, occiſo Patriarcha, & expulſis Chriſtianis, deditione traduntur, die 2. Octobr.

Eo anno vniuerſam Iudææ regionem hoſtis Sarracenus Chriſtianis eripuit, Tyro, Tripoli & Antiochia vix conſeruatis, ductu & auſpiciis Marchionis Montferratenſis.

1188. Fridericus Romanorum Imperator cū Friderico filio, Philippus Galliæ, Richardus Angliæ Reges, cum plurimis aliis Principibus, in comitiis decernunt, relictis in Iudæa Chriſtianis ſubueniendum eſſe. Inſtruitur bellum: Fride-

Digitized by Google

Fridericus Imperator deductis in Syriam copiis, Armeniaque minore recepta, æſtatis tempore lauandi cauſſa Selephium amnem ingreſſus, periit. Factum hoc in die Barnabæ Apoſtoli, qui eſt duodecimus Iunii: Inteſtina Antiochiæ, corpus Tyro eſt conditum. Exercitus Imperatoris male diſſipatur.

Eodem anno Danica & Flandrica claſſis Africana littora infeſtant, Sylua vrbe capta & incenſa.

1189. Guido collectis copiis Aconem, olim Ptolemaidem dictam grauiter obſidet: ſed Saladini aſtutia ſemper vincitur, magna clades Chriſtianis illata, morbo, fame, armis. Sibylla Guidonis vxor cũ quatuor filiis in caſtris moritur dyſenteria.

1190. Angliæ & Galliæ Rex coniunctis ſuis nauibus cũ Guidonis exercitu, Aconem oppugnant.

1191. Acon poſt biennalem obſidionem conditionibus ſeſe dedidit.

1192. Inter Philippum & Richardum Reges ſimultate orta, copiæ diſiunguntur, & Rex Galliȩ domum rediit. Angliæ autem Rex diutius aliquantulũ experiebatur belli fortunam, ſed fruſtra.

Eodem anno Venetæ quoque, & Piſanæ claſſis diſiunctio, Chriſtianæ reipublicæ pernicioſa fuit, quia & ipſæ diſceſſum parantes, odiorum cauſſas domum ſecum attulerunt.

1193. Sultanus Saladinus Imperator Sarracenicæ gẽtis, rebus geſtis, moderatione, & fortitudine inſignis, efflauit animam, filiis eius regnum inter ſe diſpertientibus.

1195. Sarraceni Africani in Hiſpaniam irruentes, binis, vt nunc ſunt, regnis potiuntur, Caſtellæ & Granatæ.

1198. Henricus Imperator Moguntino, Archiepiſcopo, & Othone Duce Saxoniæ, belli præfectis, ac pleriſq; aliis, magni nominis viris, nouas inſtruxit copias contra Sarracenos, & receptis ad certum numerum ciuitatibus, conſtituunt Chriſtiani regem, Hamericum nominatum. Fuit in eadem expeditione Hermannus Landgrauius Turingiæ.

Digitized by Google

1199. Henrico Imperatore mortuo, duces modo dicti, victoriam deſperantes, in Germaniam reuertuntur.

1200. Sarraceni poſt captam crudeliter Ioppem, ſæuierunt in omnes Chriſtianos.

1202. Africani Sarraceni vtramq; Hiſpaniā igne & cęde vaſtarunt, excurſionibus in Galliam quoq; factis.

1216. Friderico ſecundo Imperatore noua expeditio in Syriam decreta, multis Principibus conſpirantibus contra Sarracenos.

Eodem anno in ſuburbio Aconis ciuitatis exercitus Chriſtianorum confluunt, & Damiatam Ægypti vrbem ab impiis munitam obſident.

1217. Quatuor Hiſpaniæ Reges collecto in vnum exercitu Sarracenos repreſſerūt, ex Betica tamen eiicere non valuerunt.

1221. Damiata Sultano reddita, Chriſtiani Aconem, & Tyrum redierunt.

1228. Fridericus Imperator in Syriam profectus inducias cum Sarracenis pepigit, & Hieroſolyma Chriſtianis reſtituta, cum ſuis copiis Regio Diademate ornandus ingreſſus eſt.

1237. Chriſtianorum exercitus, cui Theobaldus Nauarræ Rex præfuit, inter Gazam & Ptolemaida occubuit.

1238. Immiſſi à Sarracenis Tartari, multa hominū millia trucidarunt in Vngaria, & Polonia.

1244. Sarraceni à Ferdinando Rege forti & celebri, & Hiſpaniis expulſi.

1247. Sarraceni Aſiatici auxiliis Tartaricis Chriſtianos in Syria vexarunt & ſepulchrum Chriſti ignominioſe defœdarunt.

1248. Ludouicus Rex Galliæ, animo expugnandi Sarracenos, & cupiditate liberādi Chriſtianos, exercitum traiecit in Syriam.

1249. Congreſſus Ludouicus Galliç Rex cū Sarracenis Damiatam ciuitatem populoſam, ac turrigeram cepit.

1250. Cum inter procellas pugnæ ad Faramiam à Sarracenis

Digitized by Google

racenis comprehenderetur Ludouicus Rex cum Carolo, & Alfonſo fratribus, reddidit Damiatã, quo facto ſuæ, ſuorumque ſaluti conſuluit, & ex vinculis liberatus eſt. Captus Rex eſt die 5. April.

1252. Sarraceni Baleares amiſerunt inſulas, quas occupauit dux Tarraconenſium.

1255. Bela Rex Vngarorum auxiliis ſuis adiuuat Chriſtianos in Syria, à quibus diu vario euentu pugnatum.

1261. Hiſpaniæ Reges inter ſe diſcordes, alius Gallos ſocios ad ſe allexit, alter Sarracenum militem aduerſus fratrem conduxit, ſuo ſuorumq; maximo incommodo.

1262. Factiones Veneta, & Genuẽſis, Chriſtianos Ptolemaidẽ & Tyrum incolentes, inteſtinis odiis exercuerũt.

1265. Expulere è Syria Sarraceni Chriſtianos, & Bodegarus Sultanus Azotum, Cæſaream & Calipham cepit.

1266. Sultanus cepit totam Galilęam & Hieroſolyma, Ordinis Teutonici milites ad duo millia primum vinxit, poſtea immaniter obtruncauit.

1267. Reges quidam Chriſtiani, audita ſuorum calamitate in Syria cruce ſignati ad reſiſtendũ Sarracenis proficiſcuntur.

1268. Antiochiam captam Sultanus ſpoliat.

1270. Iterum Rex Galliæ Ludouicus cum filiis tribus ingentes copias contra Sarracenos in Africam duxit, vbi cum contra illos feliciter pugnatum eſſet, Carthaginẽ obſedit: ſed peſtis exercitum inficiens, Regem, ſimulq; filium eius Ioannem vita priuauit, & ſic ſoluta eſt obſidio.

1271. Carolus Rex Siciliæ de Sarracenis aliquot victorias reportat.

1281. Armenii & Scythæ ad Gamalam Iudææ vrbem cum ipſa pene vrbe à Sarracenis delentur.

1289. Sultanus Tripolim incendit, Chriſtianos inter ſe diſſentientes vincit, & in ſeruitutem abigit.

1290. Tyrus, Sidon, Tripolis, Berythus, ab eodem incenſæ, & cõplanatæ. Ptolemais, fuga diſperſis Chriſtianis, ſine vi capta atq; diruta, fundamentis quoq; effoſſis. Chri-

Digitized by Google

ſtiani qui orbem reliquerant, Cretam fugientes, perierunt naufragio.

1291. Poſt tot clades vniuerſæ Chriſtianorum reliquię paſſim è Syria eiectæ, omnibus, qui fuga non euaſerant, aut vinctis miſerrime, aut occiſis crudeliſſime.

1299. Tartari Sarracenos Hieroſolymis expellunt.

TVRCARVM REGNVM.

1300. Othomanus rapinis & prædationibus ditatus, intra decennale ſpacium bonam Bithyniæ partem, & adiacentia Ponto Euxino loca, ſuo imperio adiecit, & primi Regis Turcarum nomen meruit.

1307. Rhodus inſula Sarracenis erepta.

1310. Alphonſus rex Caſtellæ cum Sarracenis ſigna feliciter contulit, duabus potentiſſimis vrbibus captis, Alcala, & Bencaia.

1311. Sultanus à rege Tartarorum, qui auxiliis pugnabat Armenicis, ingenti pręlio victus eſt.

1328. Othomanus Turcarum rex moritur, cui ſucceſſit Orchanes filius, Turcarum rex ſecundus.

1338. Græcis de Imperio inter ſe diſceptantibus, Pruſiá ampliſſimam vrbem Orchanes vi ademit.

1350. Orchanes contra Tartaros (ita Scythæ appellantur) infauſte pugnans cum multis ſuorum interficitur. Regni habenas accepit Amurathes Turcarum rex III.

1363. Amurathes auaritia & perfidia Genuenſium Helleſponti anguſtias ad Abydum, conductis eorum nauibus, ſuperat, & Philippopolim, & Hadrianopolim vrbęs in poteſtatem redigit.

1372. Seruia, ſeu Myſia ſuperior Chriſtianis eſt adempta, Lazaro Deſpota capto, in Campis Caſſouiis.

1373. Seruiam ingreſſus Amurathes, à fideli ſeruo Lazari, qui mortem Domini vlciſci cupiit, pugione in inguine percuſſus interiit. Amurathis interfecti regnum conſecutus eſt filius eius Baiazethes, fratre interfecto, Turcarum Rex III.

1374.

Digitized by Google

1374. Marcus Craieuicus Bulgarorum Rex, cum vniuerſa ſua nobilitate à Baiazethe in prælio deletur.

1377. Sigiſmundus Imperator Walachis opem ferens, Turcarum præſidia eiicit, & eorum latrocinantium reprimit impetum.

1383. Boſna, Croatia, Illyria, Albania, Walachia vaſtatæ, multis millibus Chriſtianorum partim occiſis, partim in ſeruitutem abſtractis.

1389. Conſtãtinopolis ab immaniſſimo Turcarum Rege totos octo annos vexatur, & obſidetur.

1390. Franci & Angli ſociis Genuenſibus obſederunt Tunetum, & Sarracenos Africanos compulerunt, vt captiuos Chriſtianos redderent, & decem millia aureorũ penderent.

1392. Walachi auxiliis Turcicis vtentes contra Vngaros, profligati ſunt. Nicodia oppidum ab Vngaris captum.

1395. Prælio inter Chriſtianos & Turcas ad Nicopolim commiſſo, die profeſto D. Michaelis victoria penes Baiazethem fuit, qui in armis pluſquam trecenta hominum millia habuit; in quibus ſexaginta millia equitum fuerunt. Chriſtianorum exercitus, qui ex Gallis & Vngaris conſtabat, non exceſſit numerum octoginta millium, inter quos circiter viginti millia equitum fuere. Gallorũ duces maxima ex parte capti, Sigiſmundus Vngariæ Rex fuga ſibi vix conſuluit. Ex Chriſtianis viginti millia, ex Turcis ſexaginta ſunt occiſa. Hæc quoque clades Chriſtiani exercitus diſcordia contigit, modo Gallis, modo Vngaris primas præliandi partes depoſcentibus. Poſt prælium ad Conſtantinopolitanam obſidionem recurſum fuit.

1397. Tamburlanus Scytharum Rex, obſcuro loco natus, tantopere creuit; vt mille ducentos equites in aula ſua aleret. Hic cum infinita armatorum multitudine in Aſiam deſcendens, prope Stellam montem in Galliciæ, Bithynięque confinio, ad ducenta Turcarum millia cæcidit. Regem Bajezethem cepit, & caueæ incluſit, aureis cathenis ligauit. Conſcenſurus equum eo pro ſcabello vtebatur, & in ludi-

brium per totam Aſiam ſecum circumducebat. Perſas fugauit, Medos vicit, Armenios ſtrauit, totam Ægyptum deuaſtauit. Damaſcum euertit: Marchantum vrbem condidit, quã omnis generis captiuis impleuit, & vrbium captiuarum ſpoliis ornauit. In eius exercitu pene ſupra fidem duodecies centena millia hominũ militaſſe traduntur. Triplici tentorio vſus eſt, cum in conſpectum hoſtium veniret albo, quo ſpem gratiæ ſeſe dedentibus ſignificabat. Tum rubro, quo ſanguinem & flammam. Poſtremo atro, quo extremam rerum omnium.

Eodem anno Walachia, Tranſyluania, Moldauia, & omnis tranſdanubiana regio Duce Stephano Vaiuoda tumultuatur contra Sigiſmundum: vnde intellectum eſt, prioris cladis auctorem Vaiuodam fuiſſe, qui Turcas allexerit.

1398. Cyriſcelebes, quem Calepinum alii appellant, poſt deletum à Scytharum Rege exercitum, & captum patrem, fuga liberatus, ad regnum aſpirauit, quod etiam obtinuit V. Turcarum Rex.

1399. Turcæ Rege ſuo capto, & cæſo exercitu, ſub Cyriſcelebe nihil memoria dignum egerunt.

1403. Tamburlanus totius Orientis terror, tyrannorum nobiliſſimus, è vita migrat.

1404 Cyriſcelebes Turcarum Rex moritur, relictis Orcanne, & Mahometo.

Orcannes Thraciæ Regulis fauentibus admodum adoleſcens imperio deſtinatur, ſed in pugna ad Gazarũ, non lõge ab Hebro fluuio. Moſis patrui ſui ſcelere opprimitur.

1405. Mahometes *6.* Turcarum Rex, ſublato fratre, regno ſolus potitur.

1408. Mahometes Seruiam, Walachiam, & non exiguam Sclauoniæ partem ſubegit.

1411. Sigiſmundus Vngarorum Rex in Salumbezinis campis, qui Philadelphiæ olim appellati ſunt, contra Turcas pugnans, viribus inferior, victus atq; fugatus eſt. Calabotia munitiſſimum præſidium amiſſum.

1412.

Digitized by Google

1412. Walachis grauia tributa Mahometes impoſuit. Ex Bithynia in Thraciam, ſedem regiam tranſtulit, & Pruſiæ vrbi prætulit Adrianopolim. Primus Danubium traiecit, Macedoniam perdomuit, ad Ionium vſque pelagus peruenit.

1419. Amurthates 7. Turcarum Rex, Muſtapha Baiazetis filio hoſtiliter deuicto, regnum paternum arripuit.

1420. Turca in Georgium Deſpotam Seruiæ expeditionem facit, Nouemontum, & Scopiam, quadriennium obſidet, Synderouiam infeſtat, Deſpotę filios duos captos, oculis & pudendis priuans, tetro carceri includit. Filiá eius in vxorem ducit propter pulchritudinem.

1438. Theſſalonica inſignis vrbs Venetæ ditionis in Turcarum poteſtatem venit, qui nullum genus iniuriæ, aut contumeliæ in Chriſtianos omiſerunt.

Amurthates Belgradum obſidens, circa decem millibus hominum in foſſis amiſſis, cum dedecore ſeptem menſium obſidionem ſoluit, & inducias expetit.

1439. Ioannes Hunniades Turcis ſe oppoſuit, inter Sauum & Drauum regiones Vngariæ vaſtantibus, eoſque in fugam vertit. Vno die quinquies collatis ſignis eſt ſuperior.

1440. Ladislaus Poloniæ & Vngarię Rex eodem Hunniade duce, in Hæmi campis illuſtri victoria potitus, Turcam ad conditiones pacis compulit.

1444. Pax cum Turca inita, Eugenii Pontificis hortatu violatur, quæ res nomini Chriſtiano pernicioſa extitit. Primum enim ſeptuaginta triremes Chriſtianorũ ad Helleſponti anguſtias ſuperatæ: deinde commiſſo ad Varnam prælio die profeſto Diui Martini, vltra 30. millia ceciderũt, plurimi in paludibus ſubmerſi ſunt. Interierũt Iulianus Cæſarinus Cardinalis, ꝗ ad fœderis violationẽ impulerat: Rex ipſe Ladislaus, qui bellũ cupide nimis ſuſceperat: Epiſcopus Varadinus, qui aciem in prælio nudauerat: Hũniades vix fuga euaſit. Turca per Boſphorũ Thraciũ traiicere

claſſem nõ potuiſſet, niſi Genuenſes, in ſingula Turcarum capita aureo nummo accepto, id permiſiſſent.

1445. Iſthmum Corinthiacum Amurrathes occupat, & Græcorũ præſidia cum fratre Cõſtantinopolitani Imp. fundit, & populationibus totam deuaſtat Peloponneſum.

1446. Rex Poloniæ cum Turcis in Vngariam irruentibus conſeruit manus, & victor euaſit. Turcæ vltionis cupidi, magna vi coacta reparant vires, ac bellum inſtaurant, in quo vtraque pars tulit cladem circiter octingentorum millium: grauior tamen Turcarum iactura fuit, quam Chriſtianorum, quamuis occubuerat Princeps belli, cuius caput ad Turcarum Regem allatum eſt. Occubuit & Turcarum Regis filius in eadem pugna.

1448. Vngari duce Hũniade deuaſtaturi Turcicas Prouincias numero circiter ſexingentorum millium, regiones eorum ingrediuntur, pugnanteſque cum Turcis ad Baſila, prima quidem pugna retulere victoriam: altero vero prælio cecidere pene omnes, exceptis circiter mille, qui fuga ſibi conſulebant.

Eodem anno Deſpota Georgius Fricebechum Turcicum præfectum cepit, Bidinum Bulgariæ vrbem incendit.

1449. Turca Croiam vrbem in campis Æmathiæ ſitam, Scanderbeco reſiſtente, fruſtra multis menſibus oppugnat, ſuorumq; multis deletis infecta re diſcedit.

1450. Amurrhates Turcarum Imperator de vita diſceſſit, relicto ſucceſſore filio Machomete, 8. Turcarum Rege, qui fratrem ſuum Thurſinem, adhuc infantem, ne pater ſolus ſepeliretur, ſtatim interfecit, & eodem ſepulchro condi iuſſit.

1451 Machometi initium belli fuit contra Scanderbecum. Turca Croiam octuaginta millibus hominum obſidens, cum dedecore diſceſſit, & relicto in Croiæ obſidione duce Ballabano, ab vrbe fugit.

1452. Athenæ, omniũ artium & diſciplinarũ inuẽtrices ab immaniſſimo Tyrãno ſolo ęquatę ſunt, etiã fundamẽtis quibuſdã in locis effoſſis, & Munychia, atq; Piręo dirutis.

1453. Machometes Conſtantinopolim die 9. & viceſimo Maii expugnauit, quam 9. die Aprilis cœperat obſidere, omnibus Chriſtianis gladio diſſectis, & Conſtantino interfecto, cuius caput ludibrii cauſſa pilo affixum in caſtris circumferri iuſſit, vniuerſa eius ſtirpe deleta, & nobilibus omnibus inter conuiuia per ludibrium trucidatis.

1454. Calixtus Pontifex claſſem conſcribit in Turcam, cui Cardinalem Aquileienſem, virum ferocem, & Sacerdotem venatorem, præfecit: ſtatim igitur diſſipata eſt.

1455. Turca Boſnam cædibus & incendiis replet.

1456. Machometes Belgradum, quam Albam Græcã, & Taurinum vocant, cum centum quinquaginta millibus hominum expugnatũ adiit. Conuocatis autẽ Chriſtianis, & Ioanne Capiſtrano adhortante, Huniades dux vltra quadraginta millia hoſtium occidit, aliis in fugam turpiſſimam verſis: & ipſo Machomete ſagitta percuſſo, Turcæ caſtris exuti ſunt. Hoc prælium commiſſum in die Magdalenæ.

1457. Cum Aſſimbeco Perſarum Rege, quem Vſuncaſſanum, quaſi heroa magnum appellant, prelio primo Turca congreſſus ad Euphratem, quadraginta millia militum amiſit. Secundo prælio Machometes ſuperior fuit, occiſo Vſuncaſſani filio.

1458. Capta eſt Corinthus à Machomete, Peloponneſiis imperatum tributum.

1460. Rex Turcarum Imperium Trapezuntium ſuæ poteſtati, decollato Dauide Comneno Rege, ſubdidit.

1461. Paphlagoniæ, & Cappadociæ regna Turcicis armis ceſſerunt. Reguli, & Principes omnes cum vxorib. & liberis vexati contumeliis, & mutilati membris, ducti in triumpho, poſtea ad vnum omnes, vxores ante oculos maritorum, filii ante ora parentum obtruncati.

1462. Mitylene inſula expugnata. Cataluſius eius Princeps trucidatus.

1463. Veneti inſtructam claſſem, liberaturi Corinthũ, in Græciam miſerunt, ſed re infecta ſunt reuerſi.

Eodem anno Rex Vngariæ Geiſam Boſniæ vrbem re-

Digitized by Google

cepit, quam Turca ſecundum obſidens, audito Chriſtianorum aduentu, quatuor Bombardis ingentibus in Driuam fluuium demerſis, in fuga ſpe poſita reliquit.

1464. Stephanum Principem Myſiæ inferioris, ſimulata pace ad ſe Machometes euocans, captum excoriauit. Fratrem eius & ſororem in triumpho duxit.

1465. Turca in Epiro munitionem validã, vrbis inſtar, mira celeritate triginta dierum ſpacio extruit, ex qua finitimas regiones excurſionibus vexare, territaſq; & exhauſtas facilius poſſet armis ſubiicere.

1466. Rex Epiri Georgius Caſtriottus, cognomento Scanderbecus, ingenti clade Turcas ſtrauit, atq; repulit.

1468. Machometes Syros & Ægyptios cum eorum exercitibus fudit. Narrantana, & Scãdalora vrbib. vi captis, & incenſis omnem populum miſerabiliter interfecit, & nobiles de locis editis, & turribus præcipitauit.

Eodem anno cum Ciſimo Indorum Rege amicitiã iniit, cui nobilem puellam ex ſuo gynæceo cum regali munificentia & donis Imperatoriis in vxorem miſit.

1469. Grauiter oppugnatus eſt Machometes à copiis Vſuncaſſani Regis.

Eodem anno Nicolaus Canalis, claſſis Venetæ præfectus, magnum damnum nauali bello intulit Machometi, occiſis duobus millibus Turcarum.

Eodem tempore multi Chriſtianorum in Stiria, & aliqua parte Germaniæ à Turcis capti, & abducti ſunt.

1470. Miſſis quadringentis nauibus ac centum viginti millibus hominum in Eubœam inſulam, Omario duce, in oppugnando quadraginta pene hominũ millia Machometes amiſit, ſed eã poſt trigeſimũ diẽ cepit, Italos milites palis affixit, & omne genus crudelitatis, & libidinis in incolas flagitioſiſſime edidit.

Eodem anno Turcicus exercitus in Vngaria vſque ad Zagabriam prædando graſſatus, circiter decem hominum millia captiua abduxit.

Eodem anno Turcæ in Dalmatiam, Forum Iulium, Stiriam,

riam, excurſiones fecerunt, multa ex hominibus & pecoribus præda abacta.

1471. Rex Portugalliæ, freto Gaditano traiecto, multas ciuitates in Mauritaniæ finib. à Turcis liberas fecit, ſuoq; imperio adiecit: duas autē præcipuas, Tingā, & Argillam.

1472. Vſuncaſſanus Rex ſecundis præliis factis, plures ciuitates Othomanicis ademit, quod factum æternum nomen in Orientis partibus illi peperit.

Nicolaus Thranus eodem anno claſſem Venetam cum Regis Parthorum exercitu contra Turcam coniunxit.

1473. Vſuncaſſanus leui prælio circiter triginta millia ex Machometis exercitu fudit.

Eodem anno Turcæ cum ingenti multitudine traiicientes in Vngariam, finitimas ciuitates ad fluenta poſitas depopulati ſunt.

1474. Commiſſo cum Perſarum Rege ad Euphratem fluuium prælio, Turca victor extitit, ſex hoſtium millia, & octingentos cepit. Ex quibus domum rediens, in ſingulis locis, vbi ſtatiua habuit, quingentos per diem gladio ſecari iubet, & inſepultos diſpergit, totamq; Armeniorum regionem impleuit tetro, horrendoq; funerum ſpectaculo.

1475. Ad Iſtri fluminis partem, quam Muldauiam appellant, Turcæ cæſi ſunt à Stephano Muldauiæ Palatino. Quatuor duces Turcici capti, & 36. ſigna militaria ex hoſtibus recepta.

1476. Matthias Vngarorum Rex ad Sauum fluuium caſtellum Turcarum magna cum laude ſua expugnauit.

Eodem anno Capha in Ponti Euxini ora, Genuenſium colonia Turcæ prodita eſt.

1477. Clauſit ſupremum diem Vſuncaſſanus, qui Perſis, Parthis, Medis, ac toti pene Orienti præfuit. Cui ſucceſſit filius maior natu, hic capite plectens fratres ſuos, ſolus regno potiebatur.

Eodem anno Nicoſiam Turcæ claſſe piratica infeſtarūt, non ſine magno vrbis eius incommodo.

1478. In Myſia ingens multitudo Turcarū ſuperata eſt.

Digitized by Google

Veneti cum Machomete fœdus iciunt, Chalcide armis, Scodra deditione extorta. Polliciti eidem ſunt quotannis octo aureorum millia, vt Pontica nauigatio pateret mercatoribus. Tradita eodem tempore Inſula Lemnos, & Tænarum Laconiæ promontorium.

1479. Magnam claſſem Machometes in Apuliam miſit, ſed & ipſe in Vngariam cum exercitu profectus eſt; & ex vtriſq; locis plurimos greges captiuorum Chriſtianorum abegit. Inde Leucadiam, Neritum, Cephaleniam, & Zacynthum inſulas armis domuit.

1480. Machometes cum exercitu eſt in Ægyptum profectus ad occupandam Alexandriam; domi vero ad Rhodianam expeditionem res ſunt neceſſariæ comparatę.

1481. Machometes duce Meſicho Rhodum obſedit, & eam quatuor claſſibus grauiſſime oppugnauit, ſed trucidatis ſuorum nouem millibus, & quindecim millib. vulneratis, ab oppugnatione, quę vndenonaginta dies durauit, turpiter deſiſtere coactus eſt, Petro Dabuſonio pro Chriſtianis propugnante.

Eodem anno cum claſſe ingenti irruens Turca in Apuliam, Hydruntum ciuitatem maritimam amplam, & populoſam, duce Acomato expugnauit, & incolas omnes gladio occidit.

Eo anno ſex millia Turcarum ad ciuitatem Mantineam in Laconia occubuerunt. Pirametus Ciliciæ Rex magnum illis metum incuſſit, & proſpera aduerſus eos fortuna vſus eſt, ſed non diuturna.

Eodem anno Machometes Rex Turcarum, qui Imperatoris nomen primus accepit, qui duo Chriſtianis imperia Conſtantinopolitanum, & Trapezuntium ſubuertit, regna duodecim ademit, ducentas vrbes Chriſtianam pietatem ſecutas cepit, magna & ſuorum, & hoſtium lætitia propter crudelitatem inauditam, & omnibus hominibus grauem, animam impiam & blaſphemam euomuit. Hic, vt fieri ſępe in magna fortuna ſolet, ſuam quoq; religionem irriſit, & omnem Dei cultum futilem, & inanem exiſtimauit.

1482.

1481. Baiazethes IX. Turcarum Rex, & ſecundus Imperator, domeſtica diſſenſione ſedata, & fratre ſuo ex tota Aſia eiecto, regnum ſtabiliuit.

Eodem anno Ferdinandus Neapolitanus Rex, miſſo filio Alphonſo cum exercitu, Hydruntum ciuitatem à Machomete expugnatam, Turcis eripuit.

Eodem anno Ioannes Caſtriottus, Scanderbeci filius, ditionem per Machometem patri ſuo vi ereptam, coactis agminibus recuperabat.

Eodem anno Stephanus Vaiuoda, & Matthias Rex inferiorem Myſiam, quam nunc Boſnam nominant, Turcæ ademerunt.

1483. Baiazethes contra Sultanum Ægyptium ſæpius ſuo incommodo pugnans, fœdus cum eo iniit. Pacē quoq; cum Rhodijs fecit, nec non alios Chriſtianos ſollicitauit, propter metū fratris Zizimi, qui apud Chriſtianos exulabat.

1484. Walachiam Turcæ infeſto exercitu petierunt, & deuicerunt.

1486. Turca Getarum gentem circa paludem Mœoticā antiquis ſuis ſedibus eiecit.

1488. Zizimus Baiazethis frater, apud Rhodios exul, Romam ad Innocentium VIII. Pontificem mittitur, tandē cum Pontificis filio Alexandro veneno tollitur.

1490. Alphonſus Luſitaniæ Rex cum 10. millibus equitum, & quinquaginta peditum, Sarracenis Granatæ regnū eripuit, eorumq; reliquias vltra mare compulit.

1492. Cerauniorum montium incolas, tractumq; illum Epiroticum, liberarum ſemper gentium, ſeruituti Baiazethes ſubiicit.

Eodem anno in Ciliciȩ finibus cum Sultano pugnauit infeliciter, & ſuorum triginta millibus amiſſis receſſit.

Eodem anno Matthias Vngarorum Rex Sabatium, quod Turcæ munierant, firmiſſimum præſidium expugnans, fines tutiores reddidit, & regnum ſuum magno metu liberauit.

1493. Miſſo in Vngariam exercitu, cui præerat Cadu-

mus Baſſa, ſeptem millia Vngarorum deleta, & in teſtimonium ſtragis Chriſtianis illatæ, multa capita, ac naſi illis abſciſſi Conſtantinopolim miſſi ſunt.

1494. Irruerunt Turcę in Croaciam, quos Maximilianus in fugam vertit.

1497. Hieronymus Thranus Venetus pecunia corruptus, Naupactum vrbem, quam Reipublicæ nomine cuſtodiebat, Turcico imperio ſubiecit.

Eodem anno Turcę Stiriam, & Carinthiam infeſtarũt rapinis & latrociniis.

1498. Bellum Venetis Turca intulit, & Iadrenſem, ac Sibenicum agrum in Dalmatia igne, ferroq; deſolauit, ingenti præda abducta. In Foro Iulio item capita hominibus plus quater mille, quos abducere propter inundationem Tiliauenti non poterat, amputari iuſſit. Venetiæ in periculo & metu conſtitutæ fuerunt.

1499. Corona vrbs Peloponeſiaca Turcæ ſe ſponte dedidit.

1500. Metho vrbs Venetis erepta, die Diui Laurentii. Epiſcopum eius loci decollari iuſſit Baiazethes in ſuo conſpectu, oppidanos ad vnum omnes necauit, ædificia maxima ex parte incendit. Amiſerunt eodem caſu Dyrrachium, quod inopinantibus omnibus eſt occupatum.

1501. Quidam ex Chriſtianis Regibus, Venetis amici, vna cum ipſorum claſſe; cui Benedictus Piſaurus præerat, Æginam & Mitylenem depopulati ſunt, Tenedum incenderunt, Samothracem & Caryſtum diripuerunt. Pylum receperunt Cephalenen & Nerithum, quę hodie Diuæ Mauræ appellatur, ceperunt, Naupliam obſidione liberarunt.

Eodem anno Venetus præfectus Leucadiam munitiorẽ factam, pacis cauſſa, Turcæ reſtituit.

1502. Turca ſibi timẽs, propter rumorẽ de Elia Propheta Perſico acceptum, ſupra ducentas domos Conſtantinopoli imperauit vna cum habitatorib. cremari. Fuit autem tantæ æſtimationis ille Propheta, vt ſupra centũ quinquaginta hominum millia eius ſectã & caſtra, quæ ornatiſſima fuerunt,

fuerunt, ſequerentur, & inter ſe omnia haberēt cōmunia.

Eodem anno cum Lauredano Venetiarum duce, & Ladislao Rege Vngarorum pacem & fœdus Turca iniit. Inteſtinæ inter Baiazethem, & Zeymum cœperunt diſcordiæ.

1503. Alexiū adiacentē Illyrico Inſulā, arce deſtructa, & deductis in coloniam incolis, Turcæ tradiderunt Veneti.

1504. Rex Hiſpaniæ in Mauritania Cæſarienſi contra Sarracenos Magnum portum obtinuit.

1505. Rex Perſiæ conſerens victrices manus in Aſia cum Turcicis copiis eas deleuit.

1509. Granum Africæ ciuitas populoſa, & opulenta ab Hiſpanis occupata eſt.

1510. Bugia in Africa Hiſpanorum armis capitur.

1511. Zelymus minimus natu ex Baiazethis filiis patri ætate confecto inſidias, fratribus interitum ſtruxit. Fratres tandem cum ipſorum filiis ſtrangulari iubet, patrem toxico per Iudæum tollit.

1512. Zelymus factione militari, & ſtudiis popularibus Imperator ſalutatur & eligitur X. Turcarum Rex.

1513. Acomathes Zelymi frater Perſicis auxiliis adiutus, bellum mouet, ſed fortuna illi inuidente capitur & ſtrangulatur.

1514. Pacem cum Venetis atq; Vngaris Zelymus renouans, contra Iſmaëlem Perſarum Regem proficiſcitur, eūque ad Calderamum oppidum vincit, & fugat Taurum regiam ciuitatem, olim Artaxata nominatam, ſine ſanguine, & ſudore capit.

1515. Zelymus vincit Ioannem Cepuſienſem Principē, & bellum contra Aladulum Cappadociæ Regem ſuſcipit, ducemq; eius in fuga captum decollauit, caputq; in victoriç ſignum Venetias miſit.

1516. Zelymus Campſonem Ciaurum Ægypti Sultanum, cum omni ſuo exercitu deuicit, Sultano etiam in fuga pereunte. Belli autem fortuna proſpera vſus Alkairum, Alexandriam, ciuitates turrigeras, ac populoſas, totamq; Ægyptum ſuo imperio ſubdidit. Damaſcum Syriæ, amplam & celebrem ciuitatem debellauit.

Digitized by Google

1517. Pons à Zelymo naualis ſupra Nilum conſtratus, vt Tomombeium Ægypti nouum Sultanum inſequeretur, quem per proditionem captum, & omnibus tormentis, ac contumeliis vexatum, ſuſpendi ante regiam mandauit.

1518. Maranos Sarracenæ gentis reliquias, Carolus Hiſpaniarum Rex è regno ſuo expellit, & barbarorum circiter quadraginta millia occidit.

1520. Zelymus menſe Decembri extinguitur vltricib. furiis, eo in loco, quo patrem fuerat hoſtiliter perſecutus. Huic ſucceſſit Solimanus XI. vel ſi Moiſes, qui ante Machometem I ſed non diu, rerum potitus eſt, connumeretur, XII. Turcarum Rex, Imperator quartus.

1521. Solimanus Belgradum vrbem Daciæ munitiſſimam expugnauit, Sabatium cepit, multaſq; arces, & caſtella in Vngaria diruit. In Croatia prædas agens, quinq; hominum millia abripuit in ſeruitutem.

1522. Rhodum inſulam quadringentis nauibus adiit, & cum maxima hominum multitudine obſedit, ſub Iunii mēſis finem. Rhodi milites conſerentes cum eo fortiter manus, poſt varias & inſignitas ſtrages, viribus exhauſti, ciuitatem tradidere, quam Turca ipſis Chriſti natalibus ingreſſus eſt.

1525. Sirmienſem Epiſcopatum, & omnem eius agrum Turca ſuo ſubiecit imperio.

1526. Ludouicus Vngariæ Rex, contra Turcam Vngariam inuadentem pugnaturus, ſuis ipſe copiis præfuit. In acie victus, & ſibi fuga conſulere cupiens, in palude interiit. Multi inſignes viri eo prælio deſiderati, ex quibus Stephanus Slico maximum ſuis dolorem reliquit. Prælium commiſſum die decollationis Ioannis. Buda Regia vrbs direpta, & nobilis Bibliotheca Matthiæ Regis incenſa.

1529. Rhodii milites Meliten inſulam Sarracenis eripiunt.

Eodem anno Solimanus redit in Vngariam, Budá munitiſſimam arcem, receptam à Rege Ferdinando, ſecundum

dum obſidet, quam cum fruſtra laboraret euertere, iis qui eam tenebant, certis condition bus propoſitis, perſuaſit, vt eam traderent. Inde ad Viennā Auſtriæ perrexit, quam ſecundo & viceſimo die Septembris obſidet, & quinquies oppugnat, muroſque quadam parte rumpit; ſed cum multos ſuorum amitteret, deſperatione adductus, fugæ ſeſe tradidit. Ipſo obſidionis tempore ex finitimis locis innumeras prædas egit, & hominum multa millia abduxit, virgines, & matronas nudas proiecit, infantes & pueros palis, ſtipitibuſque affixit. In exercitu centum quadraginta millia virorum habuit, ex quibus circiter octoginta millia tum in oppugnatione Viennæ, tum in fuga, frigore & inedia perierunt. Dux exercitus Chriſtiani Viennam defendentis fuit Philippus, Dux Palatinus, Princeps optimus.

1531. Turcica claſſis tentat Siciliam, ſed conatu irrito.

Modonam ciuitatem maritimam Rhodii equites aſtu occuparunt.

1532. Gunſium Vngaricum oppidulum, defendente forti & claro viro Nicolao Iurizio, cum ducentis armatorum millibus Solimannus ter decies oppugnauit, non captum tamen vi, ſed deditione traditum. Audito autem Caroli Cæſaris aduentu, qui octuaginta peditum millia habuit, & triginta fere galeatorum equitum ex Germanis, Italis, Hiſpanis collectorum, exceptis Vngaricis equitibus, Turca non expectandum ſibi ratus, per Noricorum montana fugit, multa præda onuſtus domum rediens.

1534. Solimanus Africanum ſimul & Vngaricum bellum molitus eſt, Corradinum enim Barbaroſſam claſſis ſuæ præfectum in Africam, contra Tunetanum Regem miſit, quem etiam regno priuauit. Ludouicum vero Gritum, Andreæ Venetiarum Ducis filium, in Vngariam, vt Vaiuodam eiiceret. Occupata autem Medeuiſcha Tranſſyluaniæ ciuitate, quam Gritus tenebat, Meilanus Vaiuoda ipſum cum exercitu obtruncauit, eiuſque filios duos ante oculos patris in fruſta conſcidit.

1535. Carolus V. in Africam traiiciens, Altachenum

Tunetanum Regem reſtituit, & ad viginti captiuorũ millia è ſeruitute liberauit. Tunetam cepit die Ioannis Baptiſtæ.

Eodem anno Taurus Perſiæ ciuitas à Turca vi capitur, in qua cum ſecurius agerent milites, improuiſo Tahamæ Perſarum Regis aduẽtu ſex & quadraginta Turcarũ millia opprimuntur. Spoliis amplis, & Imperatoriis concubinis Perſæ cum magno hoſtium dedecore potiti ſunt.

1536. Cambaiæ Rex Indicus, bello laceſſitus à finitimis Turcæ fauentibus, Regi Luſitaniæ ſe faciens tributarium, ab eodem defenditur.

1537. Solimanus ex Ponto, & Propontide centũ quinquaginta triremes, biremes octoginta, ducenta ſimul, & ſeptuaginta varii generis nauigia collegit, quibus Corcyram Venetæ ditionis inſulam, aggreſſus, decem dies obſidet, incenſiſq; ſuburbanis, & agris deuaſtatis, multiſq; incolarum aut occiſis, aut captis diſcedit. Zacynthum, & Cythera populatur, Æginam expugnat, & complanat, Parum capit, Naxum tributariam facit. In Apuliam maiorem & meliorem claſſis partem, in quam decem mil[illegible]rum peditum, & duo millia equitum robuſtiſſimorum impoſuerat, mittit, & totam Tyrrheni maris oram ibi deprædatur. Claſſes Imperatoris, Pontificis, Venetorum coniunctæ, ducum ambitione, & diſcordia diſſipatæ ſunt.

1538. In Stiriam incurſiones fecerunt Martiloſi nominati, genus hominum agreſte, & latrociniis deditum, ſed incolarum virtute repulſum eſt.

Eodem anno claſſis Turcicæ præfectus Adenam Indiæ ciuitatem copioſam adit, Regem ad ſe pacifice euocatum ſuſpendit. Dium emporium ad Indi fluminis oſtium tentat, à quo non tam armis Luſitanorum, quam inſidiis repellitur, cum ſumma trepidatione vt fugeret.

Eodem anno Calciani ducis perfidia à Chriſtianis infeliciter contra Turcas in Sauia pugnatum eſt.

1539. Veneti cum Turca pacem renouarunt, traditis illi

illi trecentis millibus coronatorũ,& Nauplia, ac Monembaſia oppidis,in finibus Macedoniæ.

Eodem anno iuxta Epiri littora Turcicæ naues quinquaginta naufragio perierunt,hominũ millia viginti,quos tempeſtas non hauſerat,fames ac peſtis abſorpſit.

Eodem anno Caſtellũ nouum in Dalmatia, Ducatus S. Sabæ vocati oppidum,& Rizanam ceperunt Chriſtiani.

1540. Caſtellum nouum,quod Hiſpani & Germani milites tenebant,conniuentibus Venetis,à Turcis receptum & direptum eſt,incolis & militibus,de more,gladio occiſis.

1541. Turca relictus tutor Ioannis Vaiuodæ infantis filii cum in Vngaria Ferdinandus Rex Budam oppugnaret,à Georgio monacho Vaiuodæ gentili vocatur. Qui Buda capta,infantem vna cũm matre ſequi caſtra iubet, ipſe arcem ingreditur, & Peſtum è regione poſitam ciuitatem, omni apparatu bellico tum inſtructam, ſui iuris facit,die Natiuitatis Mariæ.

Eodem anno Carolus Imperator contra Barbaroſſam, ad capiendum Argierę portum,in Mauritaniam Cęſarienſem ſerius nauigans,& (vt aiunt) Pontificis colloquio Lucæ detentus,naufragium fecit. Ipſe in Baleares inſulas vento reiectus eſt, multis nauibus ex pulcherrima illa claſſe vi & iniuria tempeſtatum amiſſis. Germanus miles Italo fugiente fortiter contra Mauritanos pro Cæſare pugnauit.

1542. Expeditio in Vngariam facta,ad recuperandam Budam, Duce Ioachimo Brandeburgenſi Electore, plures milites morbo, quam armis perierunt. Oppugnationem tentauerunt quidem,ſed non vrſerunt. Mauricii Saxoniæ Ducis virtus tum maxime eluxit.

Eodem anno Strigonium nouendecim dies obſeſſum proditione Salamancæ capitur poſtridie Laurentii. Quinquecclesiæ Epiſcopalis vrbs ſolo æquata.

1543. Pacis conditiones Ferdinando Regi cum Turca initæ ad certum tempus, quæ vtrique parti armis feſſæ gratæ fuerunt.

Eodem anno Catharum Dalmaciæ Barbaroſſ. T[illegible]

cus præfectus obſedit ducentis triremibus, ſed virtute Iocus præfectus obſedit ducentis triremibus, ſed virtute Ioannis Matthæi Bembi repulſus eſt. Portum Villæfrancæ, & Niciæ idem Barbaroſſa incendit, ſed prædam & captiuos ei extorſerunt Garſias Neapolitanus, & triremes Rhodiæ nó procul à Siciliæ littoribus.

1546. Poloniæ Rex Sigiſmundus caſtellum quoddam Turcæ prope regni ſui fines ædificatum, duce Breteuitio diruit, & euertit.

1547. Muſtapha Solimani filius, reliquis liberis à patre ſublatis, ſolus imperio deſtinatus, cupidus paterni imperii, ſollicitauit populos Ægyptios, & commouit Perſarum arma in patrem.

1548. Solimanus contra Tolcham Regem Perſarum maximo cum exercitu profectus, ſignis infelicibus pugnauit, ſuis fame & inedia amiſſis in Perſia, & Tartaris ſocia arma iungere volentibus, cæſis in minore Armenia.

Eodem anno Curculaius Turcicus pirata, viginti biremibus, & triremibus contra induciarum pacta, Siciliæ & Campaniæ littora infeſtauit, improuiſoſque accolas adoriens, ingenti præda ditatus eſt.

Eodem anno Sarraceni Mauritani, auſpiciis Regis Sarſenſis tumultuantes, ducum Cæſarianorum Seſtiani & Albani virtute repreſſi ſunt; Portugallia, & Hiſpania ab incurſione liberatæ.

1549. Turca vt vindicaret recentem ignominiam, nouos exercitus conſcripſit contra Perſas, & primum milites ſuos ſtipendiorum amplificatione inuitauit, deinde ſociorum animos per legatos confirmauit. Sed copias apparatiſſimas foris fame & peſte amiſit, & eodem morbo Cóſtantinopoli graſſante, quam centum triremium præſidio abſens munierat, ad ſeptuaginta hominũ millia ſublata ſunt.

1550. Ineunte hoc anno Solimani mors falſis rumoribus nunciata eſt, qui triginta annos populum Dei afflixit.

Hic annus autem cũ Iubilæus habeatur, & apud Ebręos ol[illegible] annus mitigationis & leuationis fuerit, te oramus [illegible] mitiga propter Filium tuum mala tot annos

Eccle-

Eccleſiæ tuæ illata, conſerua pro immenſa miſericordia tua doctrinam Euangelii, vt ſublatis Machometanorum blaſphemiis, glorioſum fiat nomen tuum in gentibus: excita ad neceſſarium bellum Principum Chriſtianorũ animos, vt liberato grege tuo ab impiiſſimo Tyrãnidis iugo, tuam bonitatem & potentiam agnoſcat, atque prædicet orbis vniuerſus, Amen.

HACTENVS CHRON. DRECHSLERIANVM.

APPENDIX CHRONICI TVRCICI ADDITA A IOANNE ROSINO.

INeunte (1550.) vere, Dragutes Raiſus, pirata celebris, auſpiciis Solimani Aphricam Barbariæ oppidum, (veteres Aphrodiſium appellarunt) occupauit, & pręſidio muniit. Verum Andreæ Doriæ Imperatoris claſſis Caroli V. Auguſti induſtria, atque vigilantia & Monaſterium Aphrodiſio proximum oppidum expugnatum, cæſis ex hoſtium præſidio trecentis: mancipiis autem mille ac ducentis abductis: & adiuuante ſuis cum copiis Ferdinando Gonzaga Siciliæ Prorege, Aphrodiſium ipſum receptum; vbi plurimi ex Barbaris cæſi; capitum ſeptem millia capta.

1551. Sinan Baſſa, quia inſtructa cum claſſe, & adiunctis ſibi Dragute, Salaque Raiſis, arcem Melitenſem fruſtra tentaſſet, tranſiectis in Africam copiis, Tripolim arcem, & oppidum ditionis Equitum Melitenſium, eorumque præſidio munitam, fraude Dragutis & Salę Raiſorum, & proditione Aramontani, Henrici Galliæ regis Legati, occupa-

Digitized by Google

uit. Factum hoc die 15. menſis Auguſti. Solimanus Tripoli Dragutem cum imperio Sangiacibegi præficit, qui non contentus ſuis finibus, Caruennæ regem Maurum maiore principatus ſui parte ſpoliat.

1552. Temeſuarum Daciæ oppidum à Turcis, ductu Alis Baſſæ Budenſis obſidetur, ac deditione capitur, interfecto per ſcelus violatæ fidei Stephano Loſoncio, illius loci propugnatore. Deſcripta extat hæc huius arcis expugnatio à viro clariſſimo Ioanne Sambuco.

Lippa quoq; Solimoſus, Chianadia (Vlpianũ veteribus dictum) Daciæ oppida, cũ aliis caſtellis occupata: Eraſmus Teiſelus, Ferdinandi regis exercitus dux, Sfortia Palauicinus, & Auguſtinus Sbardellatus, Vacienſis præſul ad Palaſtum cæſi: Dregeltum arx, Giarmatum, Zezenum, aliaque loca vicina, ſub iugum Tyranni Turcici miſſa. Zolnoccum vltro cedentibus præſidiariis occupatum 3. die Sep. Agria ſummo quidem cum impetu ab eodem Ali Baſſa Budenſi, Achmate Romaniæ Beglerbego, & Caſanæ, aliiſque pluribus begis oppugnatum, ſed irrito conatu, & magno cum Baſſarum dedecore: qui in ea erant Ducibus, aliiſque fortibus viris eam feliciter defendentibus. Extat hac de re Ioannis Sambuci narratio.

1553. Claſſis Turcica cũ Gallicis coniuncta copiis ditiones maritimas Caroli V. Imp. infeſtans, grauiſſima Neapolitanis, atq; Siculis litoribus damna infert. Capitur & Corſica Genuenſium inſula, incolis & præſidiariis partim cæſis, partim crudeliter habitis. Hæc tamen inſula anno poſt ſexto, cum pax inter Philippum, & Henricum, Hiſpaniæ, Galliæq; reges coiuiſſet, Genuenſibus eſt reſtituta.

Eodem anno Solimanus filium Muſtapham ex Circaſſa ſuſceptum, exercituiq; charum, veritus, ne ab ipſo imperio excuteretur, è medio tollit, & paulo poſt filium etiam eius vnicum Amuratem, qui Pruſæ apud matrem educabatur. Zangier minimus natu Solimani filius ex Roxolana vxore, conſpectu interemti fratris Muſtaphæ cadauere, & exprobrato Patri verbis acerbiſſimis tã impio diroq; facinore, ſta-

re ſtatim ſuis manibus in propria viſcera pugionem adigit, & cadaueri fratris incumbens exſpirat.

1555. Turci copiis Gallicis auxilio miſſi, Plumbinum in mari Thuſco obſidione cingunt, ſed nõ ſine clade reiecti, Elbam inſulam conatu itidem irrito tentant.

Ferdinandus Bohemię, Vngariæ, & Romanorum Rex Legatos de pace cum Solimano acturos Conſtantinopolim mittit, qui totum ibi biennium coguntur hærere.

Baſſa Budenſis Capeniſuarum, præſidiariis ad deditionẽ compulſis, & Babotzã, nihil dum ab hoſte perpeſſam grauius, fide militari deſerta, ſeſe dedentem occupat. Zigethũ adoriturus, quum fortiter in hoſtem præſidiarii ſeſe gererent, ſuique monerent, ne temere tentatam obſidionem ſoluere coactus, Solimanum offenderet, ab inſtituto diſcedit. Geſta hæc apud Vngaros per Autumnum.

1556. Sequentis anni vere Solimanus Alim Baſſam cũ copiis denuo in Vngariam miſit, qui Zigethum obſidione premeret, atq; in poteſtatẽ redigeret. Is continuata ad tertium vſq; menſem oppugnatione, cũ Chriſtiani omnẽ vim hoſtilem magna cum ſtrage Turcarũ intrepide repellerẽt, infecta re militẽ cum machinis bellicis inglorius abduxit. Priuſquam tamen ſoluta Zigethi obſidione ſe Turci reciperent, Sammartinũ, Geroſgalum, Seliam, Sanlaurentiũ, & Caliangem (aliis Calamancia dicitur) partim flammis iniectis abſumſerunt, partim ſolo æquarunt. Extat huius Zigethanæ obſidionis expoſitio edita à Ioanne Sambuco.

Ferdinandus, Ferdinandi regis filius, Archidux Auſtriæ, & Comes Tyrolis, validiſſimis copiis pro tempore contractis in Vngariam deſcendit, hoſtem aggreditur, & cum immortali præclaræ victoriæ monumento reprimit. De his clariſſimus D. Petrus Raymundus Amadonus Medicinæ Doctor, & in ea expeditione Phyſicus.

Eodem anno Tranſſyluani à Diuo Ferdinando rege ſuo ad Ioannem filium regis Ioannis nuper reductũ deficiunt.

1558. Selimus, Baiazethesq; fratres Solimani filii ſuperſtite patre inter ſe de imperio & ſucceſſione dimicãt, victuſq;

Digitized by Google

Baiazethes è Caramania cum viginti millibus armatorum, & quatuor filiis ad regem Perſicum Tecmaſem (Thammaſum alii nominant) profugit.

1559. Solimano, qui Selimi partes fouebat, ſollicitante, Baiazetes cum quatuor filiis in Perſia, præſente Solimani prægustatore, cui illi noti erant, adhibito neruo ſuffocantur, & genere mortis genti Ottomanicorum familiari de medio tolluntur: Cadauera necatorum Sebaſtiam deportata pro more monumentis inferuntur.

1560. Claſſis Hiſpanica flagitante magno Magiſtro Melitenſi ad recuperandam Tripolim miſſa, cum eius expugnandæ, quia præſidium auctum erat, ſpe deiecta eſſet; Gerſenſem inſulam (quam ante Dragutes, regulo Inſulæ ſub amicitiæ prætextu Tripolim euocato, & ſuſpendio necato, interueniente proditione occuparat, eiuſque dominium alteri regulo, ſex aureorum millia tributi annui nomine pollicito permiſerat) petit, nec magno negotio regulum Maurorum adigit, vt tradito caſtello, deinceps Hiſpano ſe regi pariturum, & quotannis ſex aureorum millia tributi nomine ſoluturũ ſtipularetur: poſt cõgreſſa cum Turcis magnam accipit cladem, qua vel ab hoſtibus cæſi, vel aquis abſorpti, vel in ſeruitutem abducti fuere, vel alioqui variis periere caſibus decem & octo Chriſtianorum millia, triremes amiſſæ 27. naues onerariæ 14. Gaſto, Medinéſis Ducis Hiſpani filius, in hoſtium poteſtatem venit.

Eodem anno Turci Fileccum in Vngaria ſuperiore locum ſatis munitum occupant, vbi Sangiacum Solimanus conſtituit, qui Budenſi Baſſæ ſubiectus eſſet. Neq; multo poſt inducias Ferdinandus Auguſtus, ac Solimanus pepigere, quæ vtriq; parti gratæ durarunt, quam diu Ferdinandus ſuperſtes fuit.

1561 Iacobus Heraclides Baſilicus Deſpota, corrogatis quorundam Poloniæ procerum auxiliis, Moldauiam inuadens, Alexandrum eius regionis crudelem Principem fundit, fugatq;, & Moldauię regno pellit: ipſe principatũ illum occupat, profuſisq; apud Portã largitionibus à Solimano, vt in eo pro more confirmaretur, impetrat.

1563. Idem Deſpota à ſuis Valachis, hominibus improbis fraude circumuentus, vt elabi non poſſet, die 5. Nouẽbris occiditur. In huius locum vocatus à Valachis Dux Demetrius Viſnouecius, non multo poſt, Solimano Conſtantinopolim vinctus ad certam necem mittitur. Cuius loco Thomſa Princeps à factioſis ſalutatur: ſed cum perexiguo tempore rem Valacham adminiſtraſſet, ab Alexandro iam reuerſo expellitur, & in Ruſſiam vſque fugatus, Sigiſmundi Auguſti Poloniæ regis iuſſu ad Podoliæ Leontopolim capite plectitur.

1564. Duce Garzia Toletano feliciter occupata fuit arx in ora maritimæ Africæ, ſiue Barbariæ ſita, quam Pignonem ſiue rupem Velezi oppidi vocant, Turcicorum hactenus piratarum Hiſpanum pelagus infeſtantium, quod eſſet in præruptis poſita ſcopulis, & vndique mari circumfluo munita, receptaculum. Factum hoc menſe Septembri.

Sub exitum eiuſdem anni demortuo prius Ferdinando Auguſto, die 25. Iulii, filioque Maximiliano vix imperium auſpicato, Ioannes Sigiſmundus Princeps Tranſſyluaniæ, (Erdelii begum Turci vocant) fretus viribus potentis patroni Solimani, & perduellium quorundam Procerum, in primis Georgii Bebeci conſiliis incitatus, Zatmarum haud exigui momenti munitionem, eiecto Melchiore Balaſſa, præfecto Cæſaris, ac theſauris eius, coniuge, liberiſq; captis, ſuam in poteſtatem redigit.

1565. Lazarus Swendius Baro altæ Landiſpergæ, Dux exercitus Maximiliani Imperatoris, copias equitum, peditumq; Germanorum in agrum Cepuſienſem educit, media bruma Tocaium locum munitiſſimum Turcis defendentibus, admirabili celeritate expugnat: quo capto, neque multo poſt ictu ſclopeti occiſo Franciſco Nemethio præfecto, arx etiam à præſidiariis dedita fuit. Expugnationem hanc diligenter deſcriptam edidit Ioannes Sambucus. Inde Zerenzium in poteſtatem redigit: & Zatmarum, quã Tranſſyluaniæ Princeps ſuperiori anno occupatam, de

cius defenſione deſperans,indefenſam reliquerat, ob naturalem ſitus commoditatem mox inſtaurat. Hinc tranſmiſſo Tibiſco Erdeudam, Cuuaram,Batorem, Vibaniam, Sendereuiam,arces & dominia ampliſſima, aliaq; inſignia loca Maximiliani imperio ſubiicit.

Eodem anno Solimanus ingentẽ claſſem, quæ triremibus,onerariis aliiſq; diuerſis nauigiis 250.conſtabat,ad Meliteni inſulam oppugnandam miſit:quæ S. Helmo, caſtello in ipſo portus oſtio expugnato,atq; euerſo, poſt diuturnam, validiſſimamq; oppugnationem munitionis S. Michaëlis,Hieroſolymitanis equitibus incredibili virtute locum tuentibus,cum 4.menſes hoc bello abſumſiſſent, & hyems iã appeteret,re infecta, & magna clade accepta, amiſſis ſcilicet ſuorum viginti tribus millibus, receſſit. Ex Melitenſib. 240.equites, militum tria millia, bello inutilis turbæ capita 1700. cæſa. Deſcripſit res hoc bello geſtas Claudius Grangeus Biturix.

1566. Chius maris Ægæi inſula,à Piali Baſſa,qui reb.ad Meliten infeliciter geſtis Conſtantinopolim contendebat, ipſis feriis Paſchalibus inſidioſe in poteſtatem Imperatoris Turcici redigitur, Præfecto Inſulæ cum 12. viris Rempublicam adminiſtrantibus dolo ex vrbe in claſſem Turcicam euocatis,& detentis,qui poſtea cum familiabus, & aliis primariis Conſtantinopolim miſſi, & hinc inde varias in regiones deportati ſunt. Turcicus magiſtratus Chienſibus datus,& templa Chriſtianorum ſolo æquata: Vnicum S. Dominici relictum, ritibus Turcorum initiatur, vt Meſſitæ (ſic templum Mahometicis ſacris dedicatum,Turci appellant) loco Turcis eſſet. Captiui tamẽ ſubſequentibus annis,intercedente Rege Galliæ Turcis confœderato patriæ reſtituti fuerunt, & vmbra quædam adminiſtrationis,iudiciorumque priſtinorum miſeris Chienſibus conceſſa.

Solimanus à Ioanne Sigiſmundo Tranſſyluaniæ Principe exoratus,ſuſcipit expeditionem in Vngariam aduerſus Maximilianum Imperatorem.

Digitized by Google

Palota à Budenſi Baſſa militum corona circumdatur, ſed Turcis inopinato aduentu Georgii Comitis Helfeſtainii territis, ac in fugam ſe conicientibus, obſidione liberatur.

Vltimo die Iunii Veſprinium ab eodem Comite Helfeſtainio, & Egone Salmenſi Comite expugnatur, barbaris ad vnum omnibus, præter quinque trucidatis. Capitur etiam Tata.

Maximilianus Imperator cum numeroſiſſimo, expeditiſſimoque Chriſtianorum exercitu generaliter parato, in regnum Vngariæ Komaron vſque ad hoſtium vim reprimendam deſcendit, ibique non ſolum Vngariæ, ſed & totius Chriſtianitatis propugnacula cõtra hoſtiles incurſiones tutatur.

Tatari, gens immanitate barbara, à Solimano exciti, ſuperiores Vngariæ partes, vltra & citra Tibiſcum late diſcurrunt, prædas abigunt, omnia flamma vaſtant, omniſq; ætatis & ſexus homines partim cædunt, partim in ſeruitutem perpetuam abducunt. Horum ad decem millia à Suuendio ſuperantur, cæduntur, ac finibus eiiciuntur: Ducibus ipſorum begis Turcicis altero interemto, altero lethaliter ſauciato.

Ab eodemque Suuendio Georgii Bebeci perduellis arces aliquot, Zabatica, Pelſozium, Combazzecum, Craſnahurca, Gadige, aliaq; his vicina, tum caſtella, tum munitiones expugnantur.

Giula, & Zigethum munita Vngariæ loca in Turcorum poteſtatem veniunt, fortiter pugnante, & tandem occumbente Comite Zerinio, cum inſigni nobilium Vngarorũ, ſtrenuorumq; militum numero interemto. Deſcripſit hãc duarum munitionum expugnationem Ioannes Sãbucus.

Triduo ante expugnatum Zigethum, Solimanus, cum antea etiam vt fama fuit, epilepſiæ paroxiſmis, item apoplexiæ, podagræ, & gangrænę obnoxius fuiſſet, in caſtris moritur dyſenteria, die 4. Septemb. anno ætatis 76. vel, vt nonnulli malunt, 67. poſtquam imperio præfuiſſet annos 46. menſes 6. Eius obitus tantiſper occultatus fuit,

Digitized by Google

aſtu vaferrimi Veziris baſſæ Mechmetis, (necato etiam noctu Solimani archiatro, ne per eum Imperatoris mors emanaret) dum Selimus Solimani filius, occupato citra tumultum imperio, ad exercitum in caſtra veniſſet. Ferunt hunc Solimanum, qua fuit barbarica arrogantia, & iactantia, ſæpius dicere ſolitum, Romæ, ac totius Occidentis imperium ad ſe pertinere, propterea quod ipſe Imperatoris Conſtantini, qui imperium Bizantium tranſtulit, ſucceſſor ſit.

Occupato Zigetho Baboza, cui Turci iā appropinquabant, ab incolis incenſa deſeritur: quorum exemplum Sacchani, & Zorgenſes imitantur.

Hoc eodem anno, 23. die menſis Septembris, Selimus II. ætatis annum agens 42. in imperio Solimano patri ſucceſſit, Turcarum rex XIII. Imperator V.

1567. Selimus ob imminentis hyemis aſperitatē Conſtantinopolim redit, relicto in Vngaria cum ſatis magnis Turcorum, Valachorum, Tartarorumq; copiis Pertauo Baſſa, Tranſſyluaniæ Principi auxilium aduerſus Maximiliani Imp. exercitum laturo.

Tranſſyluanus Tocaium obſidione cingit, ſed eam ſoluere cogitur, Tataris, Turcis, & Valachis auxiliariis, illius ipſius ditionē populantibus, & inaudita crudelitate paſſim in fortunas, & corpora miſerorum cuiuſuis ætatis, & ſexus graſſantibus: quos poſtea accepta haud exigua clade territos, atq; in Podoliam & Ruſſiam fugatos Palatinus Ruſſorum debellauit.

1568. Zatuarum haud leuis momenti caſtrum in finib. Tranſſyluaniæ ſitum, Suuendii virtute, medio menſe Ianuario expugnatur: quo in loco Suuendius parum abfuit, quin tormentariis globis petitus occubuiſſet.

Muncazio loco munitiſſimo in Tranſſyluaniæ finibus per deditionem capto, induciæ quædam fuerunt, vt de pace actiones inſtitui poſſent: ſed earum parum obſeruantes Tranſſyluani duces, quia videbant Suuendium, ne ſpem pacis interturbaret, Caſſouiam abiiſſe; collectis non

Digitized by Google

non magnis copiis, impreſſione nec opinata Riſuatum adorti capiunt, & thermas, quas Riuulos Dominorum appellant, biennio ante à Suuendio ipſis ademtas, occupant: ſed Ruberus Suuendii legatus vtraq; recipit, præſidiarios Riſuati interficit: Riuulis autem exorto incendio, propugnatores maiori ex parte extinguuntur.

Hoc deniq; anno pax, octauo quoq; anno renouandæ, inter Maximilianum Auguſtum, & Selimum coiit, qua Tranſyluanus etiam comprehendebatur. Eius cum aliæ leges, & conditiones erant, tum, vti quiſq; ſibi retineret, quicquid eo bello cepiſſet. Id quod Maximiliani rebus plurimum profuit: qui fines ſuos opera Suuendii ſic ampliarat, vt ad quadraginta milliaria Germanica cis, & vltra Tibiſcum late dominaretur.

1569. Splendidiſſimum, & inſtructiſſimum Venetiis nauale ſub medium menſem Septembrem, accenſo tormẽtario puluere, maximo cum reipublicæ detrimento conflagrauit. Ibidem tam in vrbe, quam terra continente, diuturna & inuſitata quædam erat annonæ caritas. Quo Venetorum aduerſo caſu permotus Selimus, (licet initio regni pacem à Solimano patre cum Venetis initam confirmaſſet) vel propria ambitione, vel ſuorum impulſu, bellum iis inferre ſtatuit, ſub prætextu regni Cyprii cuius poſſeſſionẽ nullo iure à Venetis hactenus vſurpatam, Selimus ob ſucceſſionem gentis Otomanicorum in iura Sultanorum Ægypti, ad ſe pertinere contendebat.

27. Septembris die incendium Conſtantinopoli exoritur, quod totum biduum durat, & domorum, ac multiplicis mercimonii tabernarum circiter triginta & 6. millia abſumit, Ianizaris, quorum Præfectus decumbebat, ad extinguendum ignem non accurrentibus.

1570. Selimus per legatum Venetias miſſum, Cyprum inſulam à Senatu repetit, ferenſq; repulſam, bellum ei denunciat. Hinc Cypriũ bellum, quod à Ioanne Baptiſta Cõtareno Veneto, & Petro Byzaro Sentinate deſcriptum habetur, exortum: ad quod gerendum Selimus tres Baſ-

Digitized by Google

ſas, Muſtapham cum copiis terreſtribus, Pialin, atq; Alin cum claſſe mittit.

Pialis Baſſa profectus cum ſuis ad Tenum Inſulam Venetorum in Ægæo, ferro ac flammis eam, non ſine graui tamen ſuorum iactura, direptam vaſtat.

Sebaſtianus Venerius, Inſulæ Corcyræ maxima cum poteſtate præſes, menſe Iunio Suppotoum caſtrum Albaniæ non procul à Corcyra ſitum expugnat, præſidioq; impoſito rebus neceſſariis munit.

Sub eiuſdem menſis exitum Marcus Quirinus, claſſis Venetæ in Hadriatico mari præfectus, arcem ſinus Mainenſis ad portum, quem vulgo Qualliarum, ſiue Coturnicum vocant, poſitam feliciter expugnat, actiſque ſub ea cuniculis, & ſuppoſito incenſoque puluere tormentario, funditus euerſam diruit, ne barbaris amplius receptum præberet.

Nicoſia Cypri metropolis ſub exitum menſis Iulii à Muſtapha Baſſa obſideri cœpta, & acerrime tam oppugnata, quam defenſa, decimo tantum Septembris die in hoſtium poteſtatem venit miſereque diripitur, cæſis præſidiariis, extincta nobilitate, perexiguis reliquiis ſeruituti mancipatis.

Quarto Octobris die in Famaguſtæ vrbis conſpectu Prætoria Mechmetis Veziris Baſſę primarii triremis, & aliæ duæ naues magno captiuorum vtriuſque ſexus numero, flore nimirum iuuentutis Nicoſiæ, & multa, atque precioſa præda onuſtę, vt Conſtantinopolim Imperatori Selimo dono mitterentur, puluere tormentario, vel ipſius gubernatoris negligentia, vel ſtudio captiuæ fœminæ nobilis, quæ mori, quam indigna ab immaniſſimis hoſtib. pati maluit, incenſo, in vniuerſum diſiiciuntur, omnibus, qui in iis fuerant, exceptis gubernatore cum tribus captiuis, qui aufugerant, miſere pereuntibus.

1571. Famaguſtam Muſtaphas Baſſa obſidere cœpit menſe Aprili.

Turcica claſſis Duce Ali Baſſa, Cretam inſulam (nunc Can-

Candiam vocant) petit, vbi expoſito in terram milite, ſæuitum in obuios immaniter. Rhetymum oppidum ab incolis deſertum, menſe Iunio, nemine reſiſtente vaſtatur. Cæterę ciuitates munitæ, & oppida detrimentum nullum accipiunt. Deſiderati Turcicis è copiis tria millia ſeptingenti.

Cerigus Veneti iuris inſula, (Cytheram veteres dixere) maiori ex parte diripitur. Zacynthi, & Cephalleniæ ſuburbia, & vici excidio dantur. Suppotoum arx cæſis, captiſque præſidiariis, à Turcis recipitur: cuius etiam præfectus Manuel Murmurius, vir bello ſtrenuus, in hoſtis poteſtatem venit.

Dulcinium ſitum in Albaniæ, Dalmatiæque finib. oppidum, menſe Iulio Turcis ſe dedidit, ciuib. libertatem ſuam, militibus vitæ pactis incolumitatem: qui tamen contendentibus inter ſe de poſſeſſione oppidi Baſſis, plæriq; omnes in ſeruitutem abducuntur.

Potiuntur Turci etiam Antibari, per ſummam ignauiam deditionem faciente Alexandro Donato Præfecto: item Butua, quæ, quod verſus mare parum munita eſſet, defendi non potuit. Lieſenæ inſulæ (Farum Dalmatæ vocant) ſuburbia depopulantur, arcem tentare non auſi. Inſulæ Curzolæ (quam Corcyram nigram vocant) Vlatim pagum flammis iniectis exurunt. Oppidum inſulæ, quod ipſum quoque Curzolæ nomen habet, à viris deſertum cum aggrederentur, fœminis animoſe patriam defendentibus, memorabili cum marium Curzolanorum & ipſorum hoſtium infamia, fœmineique ſexus immortali laude reiiciuntur.

Famaguſtani aliquot menſes obſeſſi, cum fortiter hactenus omnem vim hoſtilem ſuſtinuiſſent, tandem menſe Auguſto, in extrema rerum omnium penuria deditionem fecere, certis conditionibus à Muſtapha Baſſa approbatis, ipſiuſque manu ſubſignatis: quæ tamen ſeruatæ non ſunt. Marcus enim Antonius Bragadinus, ſub quo defenſa hactenus Famaguſta fuerat, cum illuſtri nobilium

Digitized by Google

virorum Comitatu in Muſtaphæ caſtra veniens, eiq
claues ciuitatis, quod in deditionibus fieri ſolet, offi
rens, exceptus initio comiter à Muſtapha Baſſa, mox
illa crudeli bellua per ſummum ſcelus violata fide, cum
liis per ludibrium adficitur exquiſitis iniuriis, tum ad e
tremum viuus excoriatur. Laurētius Teupolus Paphi pr
fectus, qui & ipſe cum aliis Famaguſtam ſingulari virtu
propugnarat, ſuſpēdio necatur: cæteri dedititi immanit
contrucidantur. Turcorum, qui obſidionis principio in
niuerſum ad ducenta millia cenſebantur, obſidione dur
octuaginta millia periiſſe conſtat.

Die 7. Octobris committitur à claſſe Hiſpanica & V
neta prælium cum claſſe Turcica ad tres exiguas inſulas,
marinos potius ſcopulos, quos Strabo Echinadas inſu
Apollodorus Strophadas, hodie Cuzolaros tam Græ
quam noſtri vocant. Victoria potiuntur multis à ſæc
inaudita Chriſtiani. Perit occiſus Alis Baſſa, Pertauus B
animaduerſo præſenti ſuorum interitu, non magno n
gio fugiens ad terram euadit. Vluzalis mari profugit c
triginta plus, minuſve triremibus. Cæſa fuerunt ad vigi
quinque millia hoſtium, capta quatuor millia, claſſis ho
lis vniuerſa cum ſpoliis immenſis Chriſtianorum in p
ſtatem venit, iis duntaxat exceptis triremib. quos eua
diximus. Liberata Chriſtiana mancipia ſupra quatuo
cim millia Cum hæc fœderatorum Principum nauali
ctoria in Perſide nuntiata fuiſſet, multiq; proceres ac
ma palam in Turcos capienda Regem ſuum Tecmaſer
hortarentur, non prius ſe capturum reſpondit, quan
diſſet vtiliores Chriſtianorum progreſſus: parui referr
gneas ſcutulas demerſiſſe, dum ſunt incolumes ſylu
poſſidentur, vnde poſſint aliæ exſcindi.

Hac Turcis illata clade, Veneti Margaritanum, in
meriotarum regione, quæ Albaniæ pars eſt, haud pro
Corcyra ſitum, deditione capiunt, 12. Nouembris die,
baris vitam, facultateſque paciſcentibus: ipſum caſ
mox igne concrematum diruunt. Suppotoum quoq
ſe

Digitized by Google

ſertum à Turcis Albani occupant, & Venetis reſtituunt: à quibus redditum deinceps Selimo fuit.

Hoc eodem anno obiit Ioannes Sigiſmundus Tranſſyluaniæ Princeps; cui cum onere tributi annui Turcarū Imperatori ſoluendi ſucceſſit Stephanus Bathorius Somlianus, nobilis Vngarus.

1572. Menſe Maio anni proxime ſequētis tentata fuit à Venetis obſidio Caſtelli noui in Dalmatia, captaq; ſuburbia: ſed ſuccurrentibus barbaris ab obſidione diſceſſum.

Veneti, cum tantopere à Turca terra mariq; premerentur, omnia ad bellum neceſſaria rurſus apparant, ſed ſociis claſſibus tardius aduentantibus, & Turcica claſſe vt plurimum retrocedente, nec pugnę copiam faciēte, nulla re fere memorabili geſta in hyberna reditum. Cæſi tamen aliquot centeni Turcorum, & in his Begus Mitylenenſis, Dragutis gener in fruſta diſſectus.

1573. Turci duce Vluzali Baſſa, excuſſo Amida rege Thuniſino, (vel Thunetano) auctoritate Selimi alium in eius locum ſuffecerunt.

Ioannes de Auſtria nauali de Turcis victoria toto iā orbe celebris, ab Amida rege Thuniſino à Turcis fugato, & Guletę, quę Hiſpanorum præſidio tenebatur, priuatā cum duobus filiis vitam agente, regni autē recuperādi deſiderio flagrante exoratus, inſigni cum claſſe, comitatus etiam cū aliis triremibus à Duce Sueſſano, & Ioanne Andrea Doria in Africam traiicit, Thuniſim occupat, regē à Turcis datum in poteſtatem redigit, vrbem captam militi ſuo diripiendā concedit, Abidam fluxæ fidei hominē cum duobus filiis in Siciliam tranſuehi iubet, Machometem Abidæ fratrem regno pręficit, accepto prius ab ipſo Sacramento, quo ſe perpetuo fidelem Hiſpano regi clientē futurum promitteret. Inde communicato cum aliis conſilio nouam munitionē inter Guletam & Thuniſim ad interiectum vtriq; lacū extruere inſtituit, vt hoc modo & Guleta firmior efficeretur, & tanto facilius in fide barbari continerentur.

1574. Initio ſequentis anni Veneti certas ob cauſas, non

conſultis,& inuitis adeo Pontifice, atque Hiſpanō, contra leges fœderis,pacem cum Selimo faciunt.

Selimus ęgerrime Chriſtianorū in Africa progreſſus ferens,Sinanē Baſſam claſſi ſupremo cū imperio præfectū in Africam mittit, qui cum noua munitio nondū perfecta,& prçſidiariorū etiam numerus,exauctoratis temere nōnullis,quos omnē in euentū retentos oportuit, deminutus eſſet, munitiones illas omnes nullo prope negotio in poteſtatē ſuam redigit. Guleta expugnata, & ſolo æquata Chriſtiani omnes,exceptis quatuordecim ex procerib⁹,qui vincti Conſtātinopolim ſunt miſſi,crudeliſſime trucidati ſunt. Carrera Guletę prçfectus,quē quidē proditionis nonnulli inſimularūt,præmii loco pro vili mancipio aliquandiu habitus,& prope Corcyrā in ignominiāH ſpanę gentis ad necem vſq; fuſtibus,iuſſu Sinanis,cęſus. Gabriel Serbellonius Mediolanenſis,nouę munitionis perficiundę cauſa à Ioanne Auſtrio cum præſidio relictus, crudeliter à Sinane Baſſa tractatus. Hoc modo prorſus eiecti ſūt Hiſpani ex Aphrica intra trigeſimū & ſextum diem: amiſſaq; per ſummā ignauiam ea,quę Carolus V. Imp.in poteſtatem optimo conſilio redegerat,vt ſecuritati Siciliç,regni Neapolitani,totiuſque tum Italiæ,tum Hiſpaniæ conſuleret.

Sinan Baſſa ex Aphricano bello rediens & Corcyram inſulam exſcindens, in inſulanos, reiectis etiam muneribus, quę ipſi offerebantur, immaniter graſſatus, Corcyræ muniendæ Venetis cauſam præbuit.

Selimus Maronitas & Tuſcos populos, Libanum montem inhabitantes, religionemq; profitentes Chriſtianam, ſub iugum mittere,ſed fruſtra tentat.

Princeps Iuonia,(ſic Ioannem vocant) Valachię Deſpota,quum iniqua petentibus Turcis denegaſſet, adiunctoq; ſibi non magno Polonorū equitum, militumq; numero, nec contemnendis ſuorū coactis copiis, nimis graue barbarorū iugum excutere conaretur, à fideliſſimis ſibi creditis proditus,qui miſſi fuerāt, vt à traiectione Danubii Turcos arcerent, indignā magnanimitate ſua mortē oppetit. Et

Petrus

Digitized by Google

Petrus alterius Valachiæ Principis frater, fauentib. Turcis ſufficitur. Cæſa ab Iuonis exercitu Turcorũ, Muldauorũ, & Vngarorum ſupra ducenta millia. Deſcripſit huius hiſtoriã belli Leonhardus Gorecius, eques Polonus, vbi ſub finem hæc addit: Poſt tam ignobilem cædem Iuoniæ, Selimus totam Muldauiã occupat: omnes fere ſtirpis Valachicæ, tam ſummos, quã infimos crudeliter è medio tollit, totaq; Valachia occupata, arcibuſq; ipſius firmo præſidio munitis alia multitudine alibi in colonias deducta, in Ruſſiam intentus eſt.

Menſe Auguſto Seracliũ (ſic arcem vocãt Turci) Portæ Imp. fere contiguum incendio perit, quod intra biduũ vix integre reſtinctũ eſt. Damnũ quod fecit eo incendio Imp. decies centenis millibus, à quibuſdam pluris æſtimatur.

Eodem anno menſe Decembri obiit Selimus II. Solimani filius, cum regnaſſet annos octo. Ferunt huic diuinos quoſdam hoc imperii tempus prædixiſſe: quod cum breue ipſi videretur, ſolitũ fuiſſe dicere, voluptatibus impendendum eſſe. Quare etiam venere, & vino exhauſtus febre extinguitur. Bella non niſi per legatos geſſit.

1575. Extincto Selimo II. filius ipſius Amurates III. imperium auſpicatus eſt, annum agens æta. 27. Turcarũ Rex 14. Imp. 6. Hic ante omnia recepto more barbaro, ſtrangulari quinque fratres natu ſe minores in præſentia ſua iuſſit: quorũ minimi ceruicibus & iugulo, cum pro more neruus adhiberetur, incertum an teneriorís in hunc amoris cauſſa motum, an conſcientia patratæ crudelitatis in omnes, illachrymaſſe quidem ipſum conſtat.

Eodẽ hoc anno Iſmael II. Tecmaſis (vel Tammaſi) filius ſecũdogenitus, fratre eius Haidar Miriſe decimoſexto regni die à Proceribus quibuſdã occiſo Perſarum Rex, Sangiacũ quendã Curdũ, qui à Turca defecerat, receptãs, accedentib. etiã aliis cauſis ex ſuperſtitionũ diſſidiis, & vana ſomniorũ apud Turcos obſeruatione, falſaq; eorũ interpretatione, occaſionẽ ꝓbuit bello atrociſſimo inter Perſas & Turcos geſto, ꝙ deſcriptũ extat à Petro Byzaro Sentinate, latina, & Ioãne

Digitized by Google

Thoma Minaduo Italo, patria lingua, inde in Germanicam etiam linguam translatum.

Turci limitanei Duce Huſreue Baſſa, Wani Beglerbego, Perſicis finibus damnũ per incurſiones inferre incipiunt.

Imperator Turcicus memor cladis, quam Iuonia cum Polonis Coſaccis ſuperiore anno ditionibus Turcicis intulerat, vt aliquando Polonos vlciſceretur, immiſſis menſe Octobri centum & vndecim millibus Scytharũ (ſiue Tatarorum Præcopienſiũ) regiones Ruſſicas quaqua verſus ad quadraginta milliaria peruaſtat, ducentas domos equeſtris ordinis, ac pagos permultos flãma iniecta immites iſti hoſtes exurunt: ſenioribus è plebe, puerulisq; plorantibus cõtrucidatis: Nobiles circiter triginta vel in prælijs occidunt, vel cũ vxoribus, liberiſq; in Valachiã miſeris modis colligatos abducunt, multos boum, ouiumq; greges, multa equorum armenta abigunt. Interea Coſacci Boryſthenis accolæ ductore Bogdano Roſinskio in Scythiã irruunt, flamma & cædib. omnia cõplent, fœminarũ vbera abſcindũt, alias excæcant, liberos illarũ collidunt, & veteres captiuos liberãt.

1576. Stephanus Batorius Trãſſyluaniç Princeps, Turcis Erdelianus Begus dictus, cõmendatione Amuratis Patroni ſui Poloniæ Rex factus eſt, cum Henricus Valeſius Gallus à morte Caroli IX. fratris in Galliam ſe recepiſſet.

Iſmaeli II. Perſarũ Regi propter nimiam ſęuitiã veneno, quod ſororis opera propinatũ ipſi fuerat, ſublato, ſuccedit frater natu maxim⁹, Tecmaſi filius primogenitus, Muchemetes, cognomine Hodabẽdos, quod Dei ſeruũ ſignificat. Hic bellũ Turcicũ à fratre inchoatũ proſequuturus, filium Emir Chan Miriſen, magni iuuenẽ animi, gerendarumque rerum inprimis auidum ſupremo cum imperio ſuis copiis præficit: prius tamen quam hoſtile quid faceret, legatos ad Amuratem, de pace inter cognatas, & eiuſdem ſuperſtitionis gentes conſeruanda tractaturos mittit.

1577. Muchemetes Perſarũ Rex cognito Amuratis animo à pace alieno, vires ſuas vt confirmaret, & cum populis Vlu Chan Chitaino, & Kezies Baſſę ſubditis fœdere inito,

cos

eos ſibi bello contra Turcos gerendo ſocios adiungit, & à quibuſdam non paruæ auctoritatis Turcis auxiliares, & à Georgianis quoq;, antiquitus Iberis dictis, copias non exiguas impetrat.

1578. Exercitus Turcicus, qui erat numero ad ducenta millia, cui Muſtapha Baſſa ſupremo cum imperio præfectus erat, Georgianorum (Chriſtianam hi religionē Græco ritu colunt) res per ſummam crudelitatem agere ferro incipit.

Muſtapha Baſſa Principis cuiuſdā fœminę inter Georgianos filios duos, ſubiectionis & obedientiæ erga Amuratem cauſa ſub fide publica ad ſe miſſos, nulla datę fidei habita ratione, Cōſtātinopolim mittit, Amurati inſinuās, modo ditionē illā iugo ſubiicere ſuo vellet, daret operā, vt vel vterq; vel alteruter duntaxat Turcicā amplecteretur religionē, id quod à fratre natu minore factum: alter natu maior, licet multū tentatus precib. promiſſis, minis deniq; formidabilibus, cū adduci nō poſſet, vt Chriſtianā fidē deſereret, vbi primū cū fratre in patriā reuerſus eſſet, expirat, veneno vel à fratre, vti exiſtimatū fuit, vel à Turcis propinato ſublatus.

Idem Muſtapha Baſſa poſt varios conflictus, & pugnas, quib. modo cū Perſis, modo cū Georgianis inſigni cū exercitus iactura congreſſus eſt, (vno. n. prælio menſe Auguſto, duce Tecmaſe Reuani domino 15. millia Turcorū cæſa) Tiphliſiū vrbē in Georgianorū regione, menſe Septem. capit.

Redacto in poteſtatē Turcici Imp. Tiphliſio, ac Beglerbego, & Quęſtore ei Præpoſitis, Muſtapha Baſſa, trāſmiſſo cū copiis flumine Ares, vbi vno dūtaxat die 17. millia ſuorū amiſit, quos vorticoſus amnis pręter equos, camelos, & mulos abſumpſit, Siruano, Siruani, ſiue Mediæ metropoli, nemine reſiſtente potitur, cum Perſæ facultates ſuas omnes auexiſſent, totamq; viciniam ferro & igni vaſtaſſent. Verū digreſſo Muſtapha, & relicto Siruani cū præſidio Beglerbego, Perſæ cū eo prælio congreſſi, victoriā inſignē conſequuntur, Beglerbego omni cū exercitu cæſo: Siruanū recipiunt, res à Turcis relictas diripiūt, Siruanū muris nudāt, & propugnacula à Turcis ædificari cœpta diruūt. Periiſſe hoc primo belli Perſici anno dicuntur Turcorū 70. millia.

Digitized by Google

Oſman Baſſa (ſiue Secretarius aut Cõſiliarius) Portę factus, & cum exercitu in Georgianorũ finibus à Muſtapha relictus, Siruano à Perſis recepto, cum paucis ſuorum Temircapim, ſiue Derbentum aufugit. Principem eius loci amicum ſibi reddit, filia eius matrimonio ſibi iuncta, cuius opera poſtmodum ſocerũ veneno tollit, & totam iſtam regionem, poſſeſſione ſibi ab Amurate confirmata occupat.

Hoc eodem anno Baſſ Budenſis, nec multo poſt, vel certe anno ſequenti etiam Alexandrinus Præfectus Amuratis iuſſu ſtrangulantur.

1579. Oſman Baſſa acceptis auxiliaribus copiis 60. Tatarorũ millibus, quibus duo Tatarię Regis fratres præerát, & rebus aliis bello neceſſariis, ex arce Temircapina ſolitis in Siruani fines excurſionibus damnũ Perſis inferens, eos ad prælium allicit, quo Tatari ad internecionẽ vna cum altero Tatari Regis fratre cęduntur ac delẽtur. alter frater viuus ab hoſtibus capitur. Oſman ipſe Baſſa cũ pauciſſimis ſuorũ vix ſaluus euadit, quibuſcũ more latronum quotidie vicinas ſibi ditiones prędis agendis infeſtare incipit, nullo nec amicorum, nec hoſtium diſcrimine, rationeq; habita.

Muſtapha quoq; Baſſà exercitũ ad fines Perſicos ducit, diuerſiſq; pręliis modo cum Perſis, modo cum Georgianis confligens, inferior ſemper, inſigni cum ſuorũ clade diſcedit. Carſeum tamẽ munit, & Beglerbegũ ei cum Quæſtore pręficit, ſicut & ad Tſchilderim, in Georgianę limitibus.

Vluzalis Baſſa, pręfectus maris, ab Amurate in Mengreliam, regionem populorũ Colchidis miſſus, iis in locis munitionem, Faſſam nomine ædificat, quo facilius in Georgianos duci copiæ poſſent: ſed ea non multo poſt Vluzalis diſceſſum penitus ab hoſte diruitur, & vaſtatur.

Perſa de diſperſis hinc inde propter egeſtatem, contagioſæ luis vim, & imminens hybernum frigus, profugiſque Turcis factus certior, in hoſticum profugit, prædaque ingenti onuſtus, in hyberna militem & ipſe dimittit.

Muſtapha Baſſà, ob res infeliciter geſtas ad Portam ab Amurate reuocatur, eiuſq; in locum ſufficitur Sinan Baſſa, cui

cui confeſtim imperatur, vt primo vere ſemet ad expeditionem Perſicam rebus ab omnibus egregie paratus, & inſtructus accingat.

Vndecima Octob. die, Machumetes Baſſa, homo pene octogenarius, quique trium Imperatorum ſupremus Vezires, ſiue locum tenens fuerat, hora quarta pomeridiana, à quodam mendico Turcico, (talem quippe ſe diſſimulauerat) ſupplicationem exhibente, in aulico ſuo Senatu (Diuanum Turci appellant) interficitur, percuſſus cultello in dextrum pectus illiſo, ex quo vulnere duabus poſt horis moritur: homicida pariter ſequenti die in quatuor partes diſſecatur.

Muſtapha Baſſa in ſummo vitæ verſans diſcrimine, immenſis largitionibus aliquã apud Amuratẽ gratiã redimit.

Sinan Baſſa ſupremo cum imperio, Veziris azemis, hoc eſt, ſupremi conſiliarii Portæ inſuper dignitate ornatus, contra Perſas mittitur: ſed propter militum ab anteceſſore relictorum paucitatem nihil admodum memoria dignum efficere poteſt: ingreſſurus Georgianorum regionẽ, magna clade afficitur, multis ibidẽ etiam bellicis machinis amiſſis.

Eiuſdem exercitus Tiphliſio ab hoſtibus circũſeſſo auxilio miſſus, tanto cum impetu à Perſis & Georgianis inuaditur, vt omnibus rebus amiſſis, prope nullus ex eis ſaluus ad Sinanis caſtra reuerteretur. Quo factum eſt, vt intra Tiphliſium obſeſſi Turci, dira fame, guſtatis etiam canum, muriumq; carnibus, extinguerentur.

Menſe huius anni Auguſto, Regis Perſici orator Maxudes Chan, pacis cum Turcis componendæ cauſſa Conſtãtinopolim miſſus, quia Turci nimis iniqua poſtularent, vt nimirum Perſæ ipſis omnia tam Siruano comprehenſa, quam extra Siruanum poſita loca, tentoriaque relinquerent, quibus hoc bello Muſtaphæ Baſſæ equus calces ſuas impreſſiſſet, quod Perſis faciendũ non fuit, re infecta Cõſtantinopoli diſcedit: domum reuerſus aliquãto poſt perduellionis crimen incurrit, & Rege ſuo deſerto, Amuratis ſe fidei permittit, Ferhatemque Baſſam deinceps ad bellum Perſicum proficiſcentem ſequitur.

Eiuſdem menſis Auguſti die ſexto Muſtapha Baſſa Cōſtantinopoli moritur, vel morbo ex eſu melopeponū contracto, vel ſumpto veneno metu ſupplicii, quod vereretur ne priores ad cauſas, ob quas Amuratis indignationem incurrerat, accedente Perſici Oratoris accuſatione de ſuppreſſis aliquot Regis ſui legationibus, magna cum infamia vitæ periculum adiret. Facultates mortui fiſco fuerunt illatæ, portione quadam nepotibus relicta.

1581. Sequenti anno nihil fere memorabile geſtum fuit, propter extremā in limitibus & caſtris inopiā, ipſis etiā militibus ab hoc bello prorſus alienis, & quacunque ratione poſſent, ſe ſubducentibus. Pactis igitur induciis de pace agi cœptū. Sinan Baſſa relictis caſtris Conſtantinopolim proficiſcitur, & magna pompa ab obuiam ſibi prodeuntibus Portæ proceribus excipitur.

Eodem anno Conſtantinopolim vocatus venit Beglerbegus ciuitatis, & dominationis Ezerumenſis, qui quod inauſpicati belli ſuaſor extitiſſet, capitis pœnas dediſſet, niſi matre & vxore Amuratis 100. millib. aureorū ſibi conciliatis, & exinde pro ſe intercedētib. veniā ab Imp. ita impetraſſet, vt continuo ducenta ducatorum millia in Amuratis ærarium inferret.

Machometes Amuratis filius, maxima, & hactenus inuſitata atq; inaudita pōpa Cōſtantinopoli circūciditur, præſentib. Imp. Rom. itē, Galliç, Poloniç, Perſiç, & Africanorū, Maroci, & Feſſæ, ac Tatarorum regum, Erdelii, Moldauiç, Valachiæ, aliorūq; Principū, ac Senatus Veneti legatis. Egit feſtum Machometes ętatis an. 15. vel vt alii, 17. Durauit ipſa feſtiuitas, in quā impenſi ſumptus æſtimantur decies cētenis millib. ducatorū, totis 40. diebus, & noctibus cōtinuis. cœpit n. 28. die menſis Maii, & durauit ad 7. Iulii, quo ſub ipſū noctis initiū à Mechmete Baſſa poſtremo inter Vezires, qui Solimani tonſor aliquando fuerat, nō publice, ſed in patris cubiculo circumciſus fuit. Munera Machometi oblata æſtimata dicūtur vicies centenis millib. ducatorū. Exitus huius tantæ feſtiuitatis fuit aliquāto triſtior, propter filiū Amuratis alterū m Mahumetē tertio poſt ortum diē extinctū, id

quod factũ 17. Iulii, propter excitatũ incendiũ in publicis, & amplis nonnullis diuerſoriis, & exortum inter Ianitſcharos, & Spahios, ſiue equites tumultum, qui tragicum pene & cruentum huic feſtiuitati exitum præbuiſſet. Amurates certe cum filio Machomete paucis admodum ſuorum comitatus, ſummo mane diei vigeſimiſecundi Iulii, tantum non ſeſe ſubduxit, atque in interiorem aulam recepit. Extat hiſtoria totius huius feſtiuitatis deſcripta Germanice.

Dum hæc Conſtantinopoli geruntur, Oſman Baſſa per inducias Siruanum inuadens, maximum Perſis damnum infert: Sed viciſſim ab eis cæditur, omniſq; præda recuperatur: cuius cladis nuntius Conſtantinopolim perlatus, maximum Perſico legato periculum creat.

Eodem anno Perſæ & Georgiani coniunctis viribus Turcos adoriuntur, qui Tiphliſio recentes copias cum annonis, ſoluendiſq; militi ſtipendiis inferre conabantur, multis eorum millibus occidione deletis, & annonis atque pecuniis interceptis.

Principis illius fœminæ annoſę inter Georgianos, cuius mentio ante facta, filio, quod huius cladis Turcis auctor fuiſſet, Amuratis iuſſu aſtute ſtruuntur inſidiæ, quas tamẽ ipſe patefactas ſibi per amicos euitat, fuga ſibi conſulens, & ab Amurate deficiens, ditionem ſuam ab Otomanico iugo, tyrannideq; liberat, ſeq; cum aliis Principibus tam Georgianis, quàm Perſis coniungens, perpetuis excurſionibus fines Turcicos infeſtare non deſinit. Has vt prohiberet Ferhates Baſſa ab Amurate magno cum exercitu, & non exiguo numero fabrorum eos ad fines miſſus, caſtellum primum inter Garſeum, & Reuanum (regionis hoc, & ciuitatis ſimul Tocmaci Principi ſubiectæ nomen eſt) extruit: inde cum copiis progreſſus, arcem Reuani fabricat, præſidioq; & aliis rebus neceſſariis firmat, vnde Turci per Reuanenſes agros aliquoties excurrentes omnia rapinis exhauriunt, ſed ſua potius cum iactura, quam lucro.

Potocoua nobilis Polonus, qui cum Coſaccis Benderiam Turcici iuris oppidum verſus nigrum mare ſitum, ce-

Digitized by Google

perat,ac diripuerat,aliaq; Turcis,qui ab aliis lędi ſe nolunt, quum maximam ſibimet ipſi nocendi licentiam in finibus ſumant,damna grauiſſima dederat,cum fraude amicorum in Stephani Poloniæ regis poteſtatem veniſſet, Amurate per legatum res repetente,& non ſine minis ſupplicium eius exquirente,contra datam ipſi ſalui commeatus fidem, capite plectitur. Tantum in hoc Potocoua robur fuit, vt equorum ſoleas ferreas etiam recentes, nullo negotio manibus,inſtar chartę,vel alterius rei fragilis rumperet.

Eodem anno ſex,plus minuſve Turcorum millia Duce Sangiaco Solnoccenſi,qui deinceps Baſſa Saſuarenſis, ſiue Zigethanus nominatus fuit, prædę faciũdæ cauſa collecta, celeritate quadam inexpectata regionem Cepiſienſem inuaſerant,Onodium,quod iis in locis oppidulum eſt, direptum incenderant,multa Chriſtianorum capita cum ampliſſima pręda ſecum abduxerant: Sed in reditu à noſtris ad Agriam,ſiue Erlam duabus pugnis vincuntur, & in fugam coniiciuntur,plures eorum cęduntur, nec pauciores capiuntur:præda cum mancipiis Chriſtianis recuperatur. Huius rei nuncius Conſtantinopolim perlatus, primum magnam Legatis Imperatoris Rodolphi inuidiam conflauit. Cognito autem poſtea,Turcos nulla laceſſitos iniuria, regionem iſtam inuaſiſſe,iræ nonnihil ſopitę ſunt.

1583. Ferhates Baſſa Georgianorum in agros eductis aliquoties ſuis,duas in iiſdẽ finib. arces ædificat. Cigaloglis arcis Reuanenſis à Ferhate Baſſa ædificatæ pręfectus, ſiue Beglerbegus,ſemel atq; iterum à Principe Tocmaſe Reuani domino,prælio vincitur, aliquando etiam vulneratus tantum non in hoſtium poteſtatem venit.

Oſman Baſſa,qui ad Temircapim hærebat, acceptis ab Amurate,exercitus ſupplemento, artificibus machinarum fundẽdarum peritis,triremiumq; architectis,nauigia quędam multo milite inſtructa,mittit ad infeſtanda maris Caſpii littora: terreſtres vero copias ablegat, vt tam Siruanenſium, quam aliorum ſibi finitimorum agros, non minus amicorum,quam hoſtium, rapinis dirum in modum agerent,

Digitized by Google

rent,ferrent:ſed plerumq; magno cum detrimento,ſuorũque cæde reuertuntur. Ne tamẽ nihil ageret ciuitates quaſdam, Sommachiam, Tabaſſaram, Cabbam, & alias, quarũ illa ad Siruani fines, hæ non longo à Temircapi interuallo ſitæ, capit, in quib. omnibus gubernatores, & præfectos idoneis cum præſidiis, machinis bellicis, rebuſq; ad id neceſſariis, & annonis relinquit.

Sinan Baſſa Vezirazemes, hoc eſt, ſupremus Portæ Cõſiliarius, conquerenti Amurati de clade exercitus Turcici in Perſide accepta, & illius belli difficultate, præter expectationem, & ipſius quidem Sinanis pollicitationem ſibi accidente, (qui, qua fuit tumida ſuperbia, & arrogantia, aliquoties affirmauerat, ſe, ſi belli Dux ampliſſima cum poteſtate deſignaretur, penetraturum, vel ad intimam Regis Perſici regiam Caſiminum, & inde regem viuum in poteſtatem redactum Amurati miſſurum:) cum temeraria quadam audacia reſpondiſſet, vt his rebus obuiam eundo remedium inueniatur, Scachum Scacho (vel Regem Regi) opponendum eſſe; iſtud volens innuere, aduerſus Regem Regis opus eſſe opera: planeq; neceſſario requiri ad obtinendam de hoſte victoriam, vt ipſe Amurates Dux belli aduerſus Muchemetem Perſarum Regem proficiſceretur: conſilio matris Amuratis confeſtim omnibus honoribus, in primis dignitate ſupremi Veziris exuitur: ac parum abfuit, quin occideretur. Bona tamen eius condemnati fiſco applicantur: Ipſe relegatus & exul Malagræ, oppido Macedoniæ aliquandiu vixit. Sufficitur ei in Vezirazematus officio Siauſes Baſſa, natione Vngarus, quo cum nupta fuit Amuratis ſoror.

Vel hoc, vel ſuperiori anno factum, vt Amurates vnius ſacrificuli ex offenſa aliqua Iudaico nomini infẽſiſſimi ſuaſionibus adductus, Iudęos ad vnum omnes qui tũ Conſtãtinopoli erant, interfici mandaret, quod contempta ſua maieſtate, atque conculcata, nefarios de ſe rumores ſparſiſſent, nec ſolum regni adminiſtrandi imperitum, ſed ſtultum etiam atque inſanum appellarent, qui regnum

Digitized by Google

virtute maiorum ſuorum, & ſapientia quæſitum, ſtultitia atq; ignauia ſua præcipitaturus eſſet: Ita enim perſuaſus Amurates fuerat. Verum antequam iuſſa executioni darentur, intercedente Amuratis matre, animus eius mitigatur, & mandatum reuocatur. Eoſdem tamen Iudæos Conſtãtinopoli paulo poſt eiecturus Amurates, re cum ſummo pontifice ſuo communicata, tum religione, tum alia cauſa prohibetur. Fuiſſe in eodem tum periculo etiam Chriſtiani, qui Conſtantinopoli degunt, iiſdem criminibus accuſati perhibentur.

Podolouius nobilis Polonus, ſtabuli regii ſuppræfectus mittitur Conſtantinopolim, vt impetrato Amuratis conſenſu, in Anatolia aliquot generoſos equos Regi Stephano cõpararet. Is emptis equis viginti quatuor inſignibꝰ, ac plane regiis, cum in reditu eſſet, inſtructus ſaluo Amuratis commeatu, poſteaquam noui Coſaccorum motus, & excurſionis nuntius ad Portam peruenerat, Amuratis iuſſu, ex itinere retrahitur, & famulis eius quatuor ac triginta, quos in comitatu habebat, vno tantum excepto puero, qui ſolerter in ſyluam profugiens, euaſit, trucidatis, ipſe poſt conceptas ad Deũ preces, capite plectitur. Res omnes ipſius, & Comitum regiis cum equis Conſtãtinopolim reducuntur: Equi iuſſu Amuratis partim in regium Saraium, ad ipſius Imp. vſus recepti, partim inter Baſſas diſtributi, digitiſq; ſingulari cum ignominia Stephani regis paſſim monſtrati fuerunt. Factum hoc menſe Auguſto.

Hoc eodem anno vigeſimo nono die menſis Nouembris, Hama Cadum, Selimi II. relicta vidua, & huius Amuratis mater, diem ſuum obit, ac propter virum ſuum Selimum, vbi & quinq; ſtrangulati Amuratis fratres iacent, ſepelitur.

1584. Initio ſequentis anni Legatus ab Amurate ad Poloniæ Regem Stephanum, qui tum Grodnæ in Lituania erat, mittitur, vt cædem Legati regii Podolouii excuſaret, quaſi is necatus fuiſſet nullo Amuratis interueniente iuſſu: quum præſcriptos legationi limites egreſſus, copias Turci-

Turcicas, quæ tum temporis contra Perſas mittebantur, ſpectatum veniſſet: cumq; diceret Legatus mandato Amuratis adduci à ſe cædis auctores, (qui tamen non erant, ſed fortaſſis aliud ob maleficium capitis anquiſiti) de quib. Rex Stephanus ſupplicium ſumeret. Quia vero Coſacci recens magnum finibus Turcicis damnum intuliſſent, viciſſim petere Amuratem, vt oblata reſtituerentur, & Coſaccorum Dux (erat hic vir bellicoſus, & Turcos in finib. more ſuo ſemet inſolentius gerentes aliquoties cæciderat) ad necem ſibi dederetur: Dux ille fraudulentis verbis Grodnam vocatus cum veniſſet, intercedentib. apud Regem pro eius incolumitate præcipuis regni Proceribus, non quidem Turco deditus; ſed tamen incertum quo deportatus, nunquam ex eo tempore conſpectus fuit. Præda Coſaccorum omnis cum captiuis abſq; cuiuſquam impedimento Legato Turcico reſtituta, & quaſi cum triumpho Conſtantinopolim perlata eſt.

Hoc eodem anno conſtituta fuit inter Rodulphum II. Imperatorem, & Amuratem III. induciarum prorogatio, quæ Calendis Ianuarii inciperent, ac nouum ad annum vſque durarent.

Tauricæ Cherſoneſi partem Borealem, quæ Tatarorum Præcopitarum ſedes iam aliquot ſæculis fuerat, Oſman Baſſa, ex Perſico bello per Colchidem, & Pontum Euxinũ redux, Menſe Maio occupat, & in prouinciæ Turcicæ formam redigit: Rege ipſorum Muchemete, quod ex fœdere, quo obligatus Amurati erat, acceptis inſuper eo nomine ab ipſo ducentis plus, minuſve millib. florenorum, veſtibus etiam armiſq; profectus ad Perſicum bellum non fuiſſet, cum duobus filiolis à propriis, & quidem intimis, & ſeleɫiſſimis Cõſiliariis pecunia corruptis in caſa ruſtica, in qua diuerterat, in fruſta conciſo. Sic Tatari, qui hactenus liberi & immoti fuerunt, & ſociis & fratrib. Otomanorum ipſi facti ſunt ſerui: quem amicitia Otomanica finem plerumq; habere ſolet.

Siauſes Baſſa, cum alias ob cauſas, tum vero, quod mit-

Digitized by Google

tendotum Tataro pecuniæ, reliquorumque ſubſidiorum auctor Amurati fuerat, interuenientibus etiam occultis aduerſus Oſmanem Baſſam inimicitiis, quæ poſtea patefactæ fuerunt, in publico diuano condemnatur, & à Veziratzematus officio remouetur: eius loco princeps Amuratis Conſiliarius conſtituitur, Oſman Baſſa, facile Turcorum omnium ſecundū Otomanicos, nobiliſſimus. Fuiſſet Siauſes, fatente ipſo Amurate, in pleno diuano, ſine vlla commiſeratione interfectus, niſi in matrimonio habuiſſet Imperatoris ſororem, qua deprecante & vitam, & annonas, & alios reditus, quæ octo circiter millib. florenorum æſtimata fuerunt, ſeruauit, inq; domum ſuam ad litus Aſiaticum in hortis ſitam migrauit.

Æſtate huius anni Amurates, dum ſe cum mulis ſuis (ſunt hi in delitiis Turcicis Imperatorib.) oblectat, quos equis prægrandibus, & ob corporum molem tardis impoſitos, ipſe maxime agilibus, ac præſertim Arabicis vſus ſequebatur, & modo in hunc, modo in illum prouectus, nerui bubuli verberibus tam mulos, quam equos eorum cæſos ad curſum impellebat. Comitiali morbo ſibi familiari correptus, tam graui lapſu ex equo decidit ad pauimentum alliſus, vt omnino per vrbem vel iam moriturus, vel mortuus crederetur: & Ianizarus pro more, velut extincto Imperatore, Chriſtianorum, Iudæorumque tabernas inuolātibus, eaſque diripere incipientibus, maximus pene in vrbe tumultus fuiſſet ſequutus, niſi Ianizarorum tribunus, ſumpto de nonnullis ſupplicio, mature iuiſſet obuiam. Ita pene de vita Amuratis, & imperio actum fuit. Paulo poſt tamen is conualuit.

Die 24. menſis Octobris aliquot Begi Turcici ſuis cum copiis, in quibus erant ad decem millia hominū, Carniolæ fines ingreſſi grauiſſimam impreſſionem fecerunt: direptis paſſim vicis, ac pagis, magnaque Chriſtianorum mancipiorum multitudine ſecum in ſeruitutem abacta: Quos Iuſtus Ioſephus Comes Turrianus, & Tomas Erdendius Comes Muslouinæ, &c. coactis ſubito duobus hominum milli-

millibus, nulla interpoſita mora maximis itinerib. hoſtis tergo inhærentes, tertio tandem die, qui *26.* Octob. fuit, ad Slunum Croatiæ adſequuntur, inuadunt, & cædunt, captiuos liberant, & prædam recipiunt. Perierunt Turcorum circiter quatuor millia. De hac clade certior factus Amurates, cum intellexiſſet à ſuis iniuriæ factum initium, iure cæſos pronunciauit, affirmans nolle ſe quidquam à ſuis contra leges induciarum ad turbandam pacem in Vngariæ limitib. attentari, iubenſq; Rodolphi II. Imperatoris Oratori ſuarum ad vtrumq; Baſſam Vngariæ, Budenſem, ac Temeſuarenſem literarum exemplar exhiberi, quib. ſeuere mandabat, vt milites ſuos limitaneos in officio continerent. Idem vt à noſtris quoque præſtaretur, imperari viciſſim petiit.

Eodem anno Ramandanis Baſſæ Tripolitani vidua, cum filio, familia, & mancipiis vtriuſq; ſexus quadringẽtis fere Conſtantinopolim profectura, facultateſq; ſuas ampliſſimas, octies centenis millibus nummum aureorum à Turcis æſtimatas ſecum auectura, coorta ſubito tẽpeſtate, in ſinum Hadriaticum reiicitur, & à prouiſore eius ſinus, Petro Emo, Patricio Veneto in poteſtatem redigitur, vbi diro quodam, & inaudito furore in captiuos tã mares, quam fœminas ſæuitum. Maribus occiſis ducẽtis quinquaginta, filioq; Ramandanis Baſſæ, matris in complexu, & gremio confoſſo, fœminę quadraginta, prius nefariis pollutæ ſtupris, vberibus mutilatæ, (quæ quidem viuis adhuc, ſpectantibuſq; miſellis à quibuſdam crudelitate plus quam barbarica in mare proiectæ perhibentur) diſſectæ tandem atrociter ad vnam omnes in aquas à piſcibus deuorandæ præcipitantur. & præter has vna inſigni forma puella Chriſtiana, & in Cypro nobili nata familia vel ſummis precibus impetrare non potuit, quo minus ab Emi fratris filio violaretur, & ſuffocata cum aliis mancipiis Turcicis in mare proiiceretur: Sed Amurate grauiſſime apud Venetos de iſta immanitate conquerente, & perpetrati ſceleris pœnas flagitante, ſuiſque ob damnum datũ

ſatisfieri volente, alioqui ſe bello ſuorum cædes, & iniurias vindicaturum, minitante: Petrus Emus capite plectitur, & ipſa triremis cum omni armorum & inſtrumenti genere, totidéq; mancipiis, quot in ea Veneti reperiſſent, redditur.

Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus nocturno tẽpore è Patriarcheio extrahitur, catena collo iniecta per vrbis vias ducitur, ludibriis læditur, & bonis omnib. exuitur: poſt durũ deniq; carcerem Rhodum in exilium mittitur, quod communicatis cum Pontifice Romano conſiliis, Calendarium nouum Gregorianum recepiſſet: quod tamen Amurates iratus ſtatim abrogat. Succedit ei Cæſareæ Cappadociæ Metropolita, homo indoctus, quiq; annis aliquot ante Caupo fuerat. Hic præterquam quod penſionem, quam nouus Patriarcha Imperatori ſolet perſoluere, ſex millibus ducatorum augeret, etiam alia duo millia eidem Imperatori, nec etiam Purpuratis nihil dat.

Die 15. menſis Martii, anni ſequentis conceſſum in Diuano fuit Siauſi Baſſæ, Amuratis ſororio, vt libere, quib. in locis vellet, verſari poſſet, quod decretum viam ipſi aperuit priorem ad dignitatem redeundi, id quod non multo poſt accidit.

Oſman Baſſa Perſicos ad limites accedit, ſed occurrentibus intrepide Perſis, modo mille, modo plures, ad decem vſque millia de ipſius exercitu carptim cæduntur. Tãdem menſe Auguſto, Perſis inſciis, nihilq; tale cogitantibus, Tebriſium accedit, voluntaria id deditione capit, regiã in eo Perſarum, dierum circiter triginta opere cum propugnaculis, tum firmo præſidio, machinis bellicis, & rebus aliis neceſſariis egregie munit: Ipſe abducturus Tebriſio vniuerſas copias, quinto poſt die in itinere dyſenteria moritur.

Extincto Oſmane Cigaloglis Baſſa, Beglerbegus Reuanenſis ſupremum nactus imperium, ſuos in tutum reducere nititur, quibus Perſæ inſtant, & acerrimo cõflictu coque aliquoties repetito, maximam Turcorum ſtragem edunt: Verum iis impoſtura quadã deceptis maxima cum celeri-

celeritate cum ſuis aufugiens Cigaloglis elabitur; & Wanum reliquias incolumes ducit. Perſæ fugam hoſtis conſpicati Tebriſium reuertuntur, & vrbe recuperata mox arcem obſidere incipiunt. Periiſſe conſtat in hiſce conflictibus haud dubiè Turcorum ad octoginta millia, in quibus fuerunt veteranorum militum lectiſſimorum, ad quadraginta millia. Prælia totum continuata triduum, trinoctiumque. Captæ centum ac plures machinæ bellicæ maiores. Rex Perſarum re bene geſta, regno ſemet abdicaſſe fertur, idq; ſic tradidiſſe filio, vt eum ſacramento prius obſtringeret, quò ſanctè polliceretur, nunquam ſe cum Turcis pacem facturum, ni prius recepiſſet omnia, quæ iuris aliquando Perſici fuiſſent.

Hac etiam æſtate bellum aduerſus Maronitas & Truſcos Libanum montem inhabitantes, & Chriſtianam religionem profitentes geſtum fuit: quorum libertati ac fortunis cum decem annos inſidiati Turci fuiſſent, nunc tandem eos domuit Ibraimus Baſſa, Cairi, vel Ægypti Beglerbegus: qui de ſpoliis thronum regium ex auro puro puto Conſtantinopolim miſiſſe Amurati dicitur, æſtimatum ſexies centenis aureorum millibus. Item Amuratis coniugi, cuius filiam natu maiorem ambiebat, aliisque aulæ iſtius mulierculis fertur miſiſſe munera, quorum precium ducenta Sultaninorum millia æquarint.

1586. Perſis arcem Tebriſianam ab Oſmane Baſſa ſuperiore æſtate munitam obſidentibus, quum obſeſſi propemodum ad extremam rerum omnium penuriam redacti eſſent. Cigaloglis Baſſa inſigni ſtrategemate Perſas ab obſidione abſtrahit: quo factum, vt concluſis ſuccurreretur, eæque res omnes, quarum inopia laborabatur, cum nouo militum ſupplemento inueherentur.

Magnus Chaitanus Chan, Perſarumque Rex nouum inter ſe fœdus pepigere, quo mutuis ſe ſubſidiis aduerſus Turcos ferendis obligarunt. Maioris coniunctionis cauſſà contractum fuit inter liberos vtriuſq; matrimonium, Tartari Chanis vel Regis filia Perſici Regis filio nuptui data.

Simul etiam ſtipulatus eſt Tatarus ad vſum Perſæ, hominum ſe viginti millia proprio ære tam diu contra Turcas in armis habiturum, donec bello finis ex voto Perſici regis impoſitus eſſet.

Menſe Maio huius anni Conſtantinopoli ſumma cum feſtiuitate celebratæ ſunt nuptiæ Ebraimi, ſiue Ibraimi Veziris Baſſe cum Huma Kiſſi, filia Amuratis natu maiore: Dotis nomine numerata ſponſo fuerunt ducenta ducatorum millia.

Iunio menſe orta quædam obſcura Conſtantinopoli nebula fuit, qua deſinente, locuſtis pluit, quæ fructus omnes, & arborum abſumpſere folia.

Sub finem anni, menſe Decembri Croatinis in finibus aliquot millia Turcorum à noſtris numero longè imparibus cæduntur. Perit inter alios Baſſæ Boſnenſis frater, (natus ex familia Mechemetis Baſſæ Vezirazemis, cum quo nupta fuit Selimi II. filia, Amuratis ſoror) cuius caput à cerуicibus reciſum, cum captiuis quibuſdam Viennam ad ſereniſſimum Auſtriæ Principem Erneſtum mittitur.

1587. Menſe Febr. anni ſequentis, milites limitanei Imperatoris Rodolphi Copanum arcem non procul ſitam lacu Balatone, tum temporis congelato, quo tres Turcorum Begi conuenerant, ex inopinato adorti capiunt, ex mille plus minuſue Turcis, qui in arce, cum inuaderetur, erant, præter alios vilioris fortunæ, centum nonaginta nobiliores, cum ſeptuaginta fœminis in poteſtatem redigunt, reliquis aut fuga dilapſis, aut ſub terra ſeſe intra ſpecus abdentibus: equos generoſiores abducunt centum, præda potiuntur æſtimata quadraginta nummum aureorum millibus: De tribus Begis, qui id temporis illic fuerunt, Sangiacus Copanenſis, Niger Alis dictus, capitur, & Viennam prius, inde Pragam ad Rodolphum Auguſtum mittitur: alter in loco ſubterraneo concamerato, quo ſe defendebat, igne vi tormentarii pulueris accenſo, ſuffocatur: tertius fugæ tum beneficio ſeruatur. Huius cladis cauſa Vezir Ali Baſſa, Amuratis affinis (cuius ſororem, relictam viduam Meche-

Mechemetis Vezirazemis, vxorem habebat) Baſſa tum Budenſis, non multo poſt Amuratis iuſſu ſtrangulatur, vel quia non bene ſucceſſerat Begorum irruptio ipſo conniuente facta: vel vt confirmaret noſtros Amurates de ſua voluntate in ſeruandis pactis fœderis, & improbatione excurſionum à ſuis in fines noſtros factarum. In locum Alis Baſſæ iterum Budam mittitur Sinan Baſſa, qui paulò ante Conſtantinopolim inde fuerat acceſſitus.

Anno eodem menſis Auguſti die 8. quatuor Begi Turcici, Saluatenſis, ſiue Zigethanus Baſſa, Sangiacus Mohazienſis, Perſcheuius, ſiue Quinqueccleſienſis, & nouus ille captiui loco ſuffectus Copanenſis, quinque ſuorum millibus collectis, intra fines Rodolphi Imperatoris irrumpunt, & pagis aliquot cis & vltra Limpacum vna cum oppidulis Moracio, Dobronacis ambobus, Reſneccio, Tarnaco, ſeptem ac decem in ſumma pagis repentina impreſſione obrutis, ac miſeris vtriuſque ſexus incolis captis, omnia depopulati diripiunt: Hos illuſtris præſidiariorum caſtri Caniſani Tribunus Georgius Comes Zerinius, Nicolai, illuſtris Herois, filius, cum vicinis ſibi Proceribus, Ciſdanubiani limitis cuſtodibus collecta aliqua militum ex præſidiis & ſubditis manu, reuertentes cum præda, magnoq; captiuorum cuiuſuis ætatis & ſexus Chriſtianorum numero, ſupra Catzerolacum, ad vnum à Caniſa miliare, necdum diſſipatis omninò tenebris, ſub primum diei crepuſculum viriliter adoriuntur, manum conſerunt, animosè cædunt, omni armorum genere vulnerant, cedentib⁹ inſtant, aduerſos mactant: eò denique trepidationis, ac deſperationis adigunt, vt acinaces noſtris ſuos vltrò porrigerent, obiicerent, itidemq; cæteris armis depoſitis alii vitam & incolumitatem voce, geſtuq; lamentabili deprecarentur, alii quacunque via poſſent, in ſyluas ac ſaltus aufugerent, ipſiſque ſe paludibus immergerent. Sangiacus Quinqueccleſienſis, Alis Baſſæ filius, qui in ſuperiore irruptione fugæ beneficio euaſerat, hic noſtrorum in poteſtatem venit. Sinan Mohazienſis Begus ſclopeti per mediam frontem petitus ictu occumbit.

Digitized by Google

Zigethanus Baſſà, cum res ſuas jam deſperatas cerneret, vnà cum Bego Copanenſi fuga ſe ſubducit è prælio: Copanenſis prima poſt pugnam nocte, quodam in ſaltu oberrans, cum aliis capitur: Zigethanus euadit. Cæterorum captiuorum fermè mille trecenti fuerunt, de quorum numero multi grauiſſimè vulnerati poſt expirarunt. Cæſi tam in ipſo prælio, quàm deinceps & in paludibus, ac ſyluis extincti multo plures ad duo millia. Capita cæſorum quadringenta pro more militari eorum limitũ cum ſexcentis viuis Caniſam duntaxat relata. Potiti prætereà noſtri mille quingentis, ac eo amplius Turcorum equis: Prædam cum captiuis Chriſtianis recipiunt. Ex noſtris quorum mille quingenti pedites, & quingenti equites fuerunt, vndecim duntaxat deſiderati, nonnulli, ſed pauci tamen, vulnerati. Non multo poſt Saluarenſis, ſiue Zigethanus Baſſà Amuratis iuſſu Conſtantinopolim vocatus, ob res infeliciter geſtas ſtrangulatur.

Menſe Decembri huius anni Croatinis in finib. ad Wihitzium, Caroli Archiducis Auſtriæ caſtrum, quaſi nubes quædam anatum, & anſerum, aliquot ſanè myriadum aduolauit, ſeque proximum in ſtagnum demiſit, vbi noctu ſtrepitus ingens pugnantium inter ſe volucrum in tota vicinia, ſeque mutuis conficientium vulneribus auditus fuit. Egreſſi poſtridie milites, ciues, agricolæ, tantam & anatum, & anſerũm copiam ad fumum, ad aërem exſiccandorum congeſſerunt, vt diu tam opima commodè victitarint præda. Nam alii centum, alii ducentas, alii trecentas, alii plures, paucioreſue collegerunt mactatas ab ſe inuicem volucres. Tandem è prato quodam ſpacioſiſſimo ſublatis ſuperſtites alis auolarunt.

1588. Anno proximè ſequenti maximus, & Turcis hactenus inauditus Conſtantinopoli tumultus exoritur propter non numerata militi ſtipendia, & monetam adulteratam, exhauſtis nimirum bello Perſico ampliſſimis, & ferè immenſis Turcici Imperatoris theſauris: & propter noua, eaque intolerabilia tributa ab Amurate imperata, quæ omnes

omnes cuiuſcunque ordinis, aut ſtatus excepto nemine conferrent. Huic acerbiſſimæ exactioni cum iuxta plebem non Ianitſchari tantum vehementer ſeſe opponerent, ac præ indignatione, officii immemores, præfectum ſuum, Amuratis futurum generum, ipſos ad obtemperandum Imperatori cohortantem pene interfeciſſent, & exorto noctu incendio, nec ipſi ad reſtinguendum, quod tamen officii ipſorum erat, accurrerent, & alios etiam, quo minus id facerent, impedirent, inſuperque tabernas mercatorum diripere inciperent: Sed omnes etiam ſacerdotes, ac iudices, cum ſupremo Turcorum Pontifice contradicerent, eamq; ob cauſam ſtatas, certaſque preces hebdomatim pro Imperatore Turcico fieri ſolitas intermitterent, eoſq; omnes, qui Imperatori auctores huius expilationis fuiſſent, quin ipſum etiam Amuratem diris deuouerent, ſuaque reſignarent officia coactus fuit Amurates tributa iſta hac vice tollere, & quibuſcunque modis Pontificem ſuum cum clericis & iudicibus placare.

In Perſia Gentzium vrbs, hominibus, & rebus aliis omnibus vacua, à Turcis duce Ferathe Baſſa occupatur, incolis tamen paulò poſt, promiſſa eis à Ferathe ſecuritate, in vrbem reuerſis, volentibus ipſis quinque millia ducatorum tributi nomine quotannis petenda imponuntur. Non multo poſt progreſſurus Ferathes, parte exercitus ab hoſtibus cæſa, milite ſuo vrgente, à quo in militari tumultu vulnerib. aliquot affectus fuerat, retrocedere cogitur. Beglerbegus Temircapenſis Siruanum inuaſurus, cum omni exercitu ad internecionem cęditur. Cigaloglis Baſſa tranſmiſſo Euphrate Nehauentum ampliſſimam vrbem voluntaria deditione capit: Ea occupata, & præſidio ſatis firmo munita cum Perſis ſemel atque iterum, multis vtrinque cadentibus, confligit.

Hoc eodem anno Æthiopes in Barbaria Turcis rebellant, & ſeditio Cairi in Ægypto commouetur, quæ tamen non multo poſt componitur.

In Vngaria menſe Octobri, Sinanis Baſſæ Budenſis man-

Digitized by Google

dato aliquot vicini Begi, & Sangiaci cum vndecim millibus tum equitum, tum peditum Turcorum è Filleco in ſuperiorem Vngariam irruptionem faciunt, direpturi ac vaſtaturi omnem illam regionem, quocunque venire poſſent: Caſtellum etiam Sixum incendunt: ſed à præſidiariis Imperatoris Romani, quorũ mille ſeptingenti ſeſe ipſis opponunt, prælio vincuntur, & fugantur: duo millia quingenti, inter quos plurimi Ianitſchari, & alii, flos quaſi ipſe exercitus Budenſis, cæduntur. multi capiuntur, cum ex noſtris trecenti periiſſent. Cadit ex Turcorum parte Begus Setſchinenſis: Belgradenſis accepto vulnere vix fuga euadit. Machinæ quoque bellicæ campeſtres, cum ſexcentis plauſtris commeatu & armis onuſtis in noſtrorum poteſtatem veniunt: qui hac potiti victoria, numero aliquot millium aucti viciſſim in hoſtium fines impreſſionem faciunt, Plauenſteinium, & Geſtes caſtra occupant, atque incenſo puluere tormentario diſiiciunt. Sinan verò Baſſa Budenſis ob acceptam cladem, & amiſſa caſtra, honoribus ac dignitate exutus, & fortunis ſpoliatus omnibus, vinctus Conſtantinopolim adducitur: in cuius locum Ferhates Baſſa, Beglerbegus Boſnenſis, miles acerrimus, Budam mittitur.

1589. Neque ſequenti anno quieuerunt tumultus, ſuperiori anno Conſtantinopoli excitati. Pactis enim cum Perſarum Rege induciis, cum milites & fame enecati, ac fermè nudi ſolutionem ſtipendii flagitarent, idque non ſolum non acciperent integrum, ſed nec in moneta proba: conqueſti primum de iſthac iniuria humiliter, ſibi ſatisfieri, & integra ſolutione, & pura moneta petunt: Quod cum ipſis denegaretur, innotuiſſetque, adulteratam monetam a Græciæ Beglerbego Rumulo importatam fuiſſe, nouis excitatis turbis flagitant milites, Beglerbegum iſtum cum Quæſtore ſuo ad necem ſibi dari; nec deſiſtunt prius, quàm id ipſum impetrent. Nec hoc tamen modo omnia componuntur. Namque Amurates iratum plenus, cum ſummum ſuum Pontificẽ (quem Mufti appellant Turci) & Baſſas Vezires (ſiue Conſiliarios) quod tumultus iſtos non ſedaſſent,

Digitized by Google

nec Beglerbegum de ſeditioſorum manibus liberaſſent, ab officiis remoueret, excitatum militum opera incendium, nemine ad reſtinguendum accurrente, dimidiam penè Cõſtantinopolim abſumit: nec igne ſolum, ſed etiam direptionibus plurimum incolis damni datur. Conflagraſſe iſto feruntur incendio Templa Turcica (Meſchitas iſti nominant) ſeptem, viginti quinque ampliſſima diuerſoria, quindecim millia cauponarum: viginti octo millia ædium priuatarum ciuium, & centum triginta millia tabernarum, omnis generis mercimoniis inſtructiſſimarum. Rumuli Gręcię Beglerbegi opes relictæ, & aliquot millionibus æſtimatę, in Amuratis theſauros relatæ ſunt. Eidem Amurati à Meſſia Baſſa Eunucho, homine nonagenario mortem obeunte, relicta ſupra decies centena millia ducatorum.

Hoc eod. an. Coſacci Niſouii in Turcicos & Tataricos fines irruptionẽ facientes, damnũ iis, q̧ fidem penè excedat, dant, & ſæuitiam ante inauditã ac plus quàm barbaricã exercent: Turcicum oppidum Codon mercatib. celebre inuadunt, inq; eo trecentis circiter tabernis mercatorũ direptis, atq; expilatis, prædam ingentem plurimis interfectis aſportant. Quam quidem iniuriam Turci vindicare ipſimet nolentes, Tataros ad inuadendũ viciſſim Podoliam excitant: quorum numero ad 40. millia Polonis minimè exſpectantibus, repentino impetu, inaudita celeritate, nuſquam poſitis ſtatiuis contento quaſi curſu vniuerſam Podoliam percurrentes, incredibile dictu, quas cędes, rapinas, vaſtationes fecerint: Verũ cum in reditu hi eſſent, & in tria diuiſi agmina domos ſuas repeterent, ad internecionem penè à Coſaccis eos præſtolantibus cæduntur, in quibus etiam Regis Tatarici frater occumbit: pauci fuga elabuntur: captiui Chriſtiani omnes liberantur, & præda recipitur.

In Perſia Nehauentum, & tota prouincia Hamidan, ſuperiori anno à Turcis occupata, à Perſis recuperatur.

Sinan Baſſa Budenſis Conſtantinopoli à duob. nobilib. pueris propter crudelitatem atq; tyrannidem occiditur.

Incipit agi de pace inter Perſas & Turcos.

Digitized by Google

Sinanis Baſſæ Vezirazenis (primarii conſiliarii, & locum tenentis) auctoritas minuitur: filius eius Beglerbegus Græciæ omnibus honoribus, & dignitate exuitur: ad quam tamen poſtea redit.

Iohannes Fridericus II. Ioh Friderici I. filius. Dux Saxo. coniugem ſecundam duxit Eliſabetham, filiam Friderici III. Electoris Palatini ad Rhenum, die 12. Iun. 1558. Vinariæ.

Ioannes Fridericus Dux Wirtenbergicus ſumptuoſiſſimas celebrauit nuptias cum Barbara Sophia Brandeburgenſi, 9. Nouemb. St. V. 1609. Stutgardiæ.

Ioannes Georgius Princeps Anhaltinus coniugem duxit Dorotheam Comitiſſam Mansfeldicam, 22. Feb. St. V. 1588. Haderſlebiæ.

Ioannes Georgius Prinseps Anhaltinus matrimonium iniuit cum Iohannis Caſimiri Comitis Palatini ad Rhenũ relicta filia vnica Dorothea, ſacro nuptiali in Electorali aula Heidelbergenſi feliciter peracto, 31. Aug. St. V. 1595.

Iohannes Georgius Marchio Brandeburg. cum Sophia filia Friderici II. Ducis Lignicenſis nuptias primas celebrauit: Item Georgius Dux Lignic. & Bregenſ. coniugem duxit Barbaram, Ioachimi ſecundi Marchionis Brandeburg.

Digitized by Google

burg. Elect. filiam Berlini Dominica Eſto mihi, 1545.

Ioannes Georgius Marchio Brandeb. coniugem ſecundam duxit Sabinam, filiam Georgii Marchionis Brandeb. Onolzbachii in Franconia, 1547.

Iohannes Georgius Elector Brandeb. matrimonio ſibi iūxit tertiam vxorem Eliſabetham, Ioachimi Erneſti Principis Anhaltini filiam, 16. Octob. 1577.

Ioannes Gulielmus Dux Saxoniæ ducit Dorotheam Suſannam Palatinam Rheni, 15. Iun. 1560.

Ioannes Georgius, Georgii filius, Dux Sileſiæ, Lignicēſis & Bregenſis, matrimonio ſibi Bregæ iunxit Annam, filiam Chriſtophori Ducis Wirtenbergenſis, die 10. Sept. 1581.

Iohannes Guilhelmus, Guilhelmi Senioris Ducis Iuliacenſis filius vnicus, relicta Monaſterienſi Diœceſis adminiſtratione, Mariam Iacobam, Philiberti Marchionis Badenſis filiam, in Ducis Bauariæ Gynæceo educatam, coniugem duxit Duſſeldorpii, die 6. Iunii, St. N. 1585.

Iohannes Wilhelmus Dux Iuliacenſis, cum Antonia Lotharingica, 20. Iunii, 1599. nuptias celebrauit Duſſeldorpii.

Ioannes Iacobus Fuggerus, Raimundi filius, mortua prima vxore, ſecundam duxit, 4. Martii, 1560. Sidoniam à Rolas dictam Watzlerinam.

• Ioannes Sigiſmundus Marchio Brandeburgicus, Ioachimi Friderici March. Brandeb. & Adminiſtr. Epiſcopatus Magdeb. filius, coniugem duxit, Annam, Alberti Friderici Marchionis Brandeb. & Ducis Boruſſiæ filiam nuptiis in magna Principum & Procerum frequentia feliciter & tranquille peractis, 20. Octobr. St. V. 1594. Regiomonti Boruſſorum.

Iulius Dux Brunſuic. & Luneburg. matrimonium iniit cum Hedwige Marchioniſſa Brandeb. Ioachimi II. Electoris filia, die 25. Feb. 1560. Berlini.

Iulius Comes à Lodrin nuptias fecit Auguſtæ cum Apollonia Langia patricia, 1497.

Digitized by Google

Iuſtinus Naſſouius, nuptias inſtituit cum filia Comitis de Merade & Peterſemii, 1597. in hieme, erat vidua Colonelli Megani Gubernatoris Bergizomii.

L.

LVdouicus XII. Gallorũ Rex tertiam vxorem, Mariam Henrici VII. Angliȩ Regis filiam ducit 13. Octob. 1514. cum ſecunda mortua eſſet 9. Ian. eiuſdem anni, Anna Britannica, Caroli VIII. vidua.

Ludouicus Galliæ Delphinus nuptias habet cum Margareta Regis Scotiæ filia, 25. Iul. 1436.

Ludouicus Haſſiæ Landgrauius nuptias primas celebrauit cum Heduige, Chriſtophori Ducis Wirtemb. filia, die 11. Mart. 1563. at Cruſius ponit 22. Maii.

Ludouicus Haſſiæ Landgrauius, coniugem ſecundam duxit Mariam Comitiſſam Mansfeldicam, die 5. Iul. 1591. Marpurgi.

Ludouicus, Georgii filius, Haſſiæ Landgrauius, nuptias cum Magdalena Marchioniſſa Brandeburgica, Ioh. Georgii Elect. Brandeburg. relicta filia Darmſtadii celebrauit, 1598.

Ludouico, Alberti filio, Comiti Naſſouio Saræpontano, AnnaMaria, Wilhelmi Haſſiæ Landgrauii filia, nuptui elocata eſt, 1589.

Ludouicus IV. Elector Pal. ducit Sibyllam, Alberti Ducis Bauar. filiam 23. Feb. 1511. Heidelbergæ.

Ludouicus V. Elector Palat. Rheni coniugem duxit Eliſabetham Philippi Haſſiæ Landgrauii filiam, 8. Iul. 1560. Marpurgi.

Ludouicus Palatinus Rheni Elector nuptias ſecundas celebrauit 1583. Heidelb. cum Anna, Ezardi Oriẽtalis Friſiæ Comitis filia, nepte Goſtaui Regis Suecorum ex filia Catharina, nata annos 16. die 2. Iul. St. N.

Ludouico Regi Vngariȩ, Vladiſlai filio, deſponſa eſt Maria ſoror Caroli V. viciſſim Anna ſoror Ludouici Regis Vngariæ abſenti Ferdinan. fratri Maria deſpõſa 22. Iul. 1515.

Ludouicus Dux Wirtembergicus ducit Dorotheã Vrſulam

ſulam Marchioniſſam Badenſem, 7. Nouemb. 1575.

Ludouicus Dux Wirtenbergicus, die 10. Mart. St. V. coniugio ſibi iunxit Vrſulam, Georgii Iohan. Comitis Pal. Lucelſtenii filiam, Stutgardiæ, 1585.

M.

MArcus Fuggerus matrimoniũ iniit cum Sibylla Comitiſſa Eberſtenia, die 1. Mart. 1557. Auguſtæ.

Mauritius Elector Sax. ducit Agneten, Haſſiæ Langrauiam, 9. Ianu. 1541. idem Reuſnerus alibi adſignat 25. Nouemb.

Mauritius Haſſiæ Landgrauius, Guilhelmi filius, Hagnen, Ioh. Georgii Comitis Solmenſis Labacenſis filiam, matrimonio ſibi iunxit, ſacro nuptiali Caſſellis peracto 11. Septemb. St. V. die vero 22. Septemb. quæ incidit in die Mauritii, St. N. 1593.

Mauritius Haſſiæ Landgrauius nuptias ſecundas celebrat cum Iuliana, Ioannis iunioris Comitis Naſſouiæ filia, 21. Maii, Dillenbergæ, 1603.

Maximilianus Friderici Imp. filius Mariam Caroli Ducis Burgundiæ iam defuncti filiam & hæredem in matrimonium vna cum regno Burgundiæ accepit. *Volater.*

Maximilianus I. Auſtriacus Imp. nuptias celebrat cum Maria, Caroli Audacis Burgundiæ Ducis filia vnica, die 18. Auguſti, 1475. cumque ea conſecutus eſt præter Ducatum Burgundiæ, vniuerſam Belgiam, &c. Iterum cũ Blanca Maria, Ducis Mediolanenſis filia, 24. Martii, 1494. Oeniponti. hoc mirabile eſt, quod vtraque vxor ei perierit lapſu equi.

Maximilianus II. Imp. duas filias nuptum dedit duobus potentiſſimis Regibus: Philippo Regi Hiſpaniarum, Annam menſe Auguſto: Carolo vero IX. Regi Galliarum, Eliſabetham, menſe Octobri, 1570.

Maximilianus, Guilielmi filius, Dux Bauar. nuptias celebrauit in Lotharingia cum Eliſabetha, Caroli Ducis Lotharingici filia, menſe Feb. 1595.

Michael Baro de Eitzing nuptias fecit cum Ma-

Digitized by Google

gdalena Fuggera, 20. Octobris, 1566. Auguſtæ.

NIcolaus Balphius Baro Vngarus ducit Mariam Fuggeram Marci filiam, 5. Iun. 1583.

Nicolaus Marchio Eſtenſis in matrimonium adſumit Beatricem, Gonzagę Ducis Mantuæ filiam, 21. Ian. 1335.

O.

OCtauianus II. Fuggerus, Georgii filius, Raimundi I. Baronis nepos nuptias celebrauit cum Maria Iacoba Fuggera, Ioannis filia, Raimundi nepte, 22. Nou. 1579. obiit ipſa multis relictis liberis, 7. Iul 1588.

Otho Brandeburgicus Marchio nuptias celebrat cum Catharina, item Albertus Auſtriacus cum Eliſabetha, Caroli IV. Imp. filiabus, 27. Mart. 1366.

Otho Dux Luneburgicus ducit Margaretam, Comitis Schwartzenburgii filiam, 8. Sept. 1529.

Otho Dux Luneburgenſis nuptias celebrat Zellæ cum Anna, Comitis de Naſſau filia. Chron. Sax.

Otho-Henricus Elector Palatinus matrimonio ſibi iũgit Suſannam Ducis Bauariæ filiam, 1529. 16. Oct. Reuſnerus, qui alibi adſignat 21. Octob.

PEtrus Erneſtus, Comes Mansfeldius, Philippi II. Hiſpaniarum Regis per 59. annos Adminiſter fidiſſimus, die S. Margarethæ, 1517.

Philibertus Sabaudiæ Dux matrimonium contrahit cũ Margareta Franciſci I. Regis Galliæ ſorore, 29. Iun. 1559.

Philippus IV. Rex Galliæ nuptias habet cum Ioanna Nauarræ Regina. 18. Sept. 1284.

Philippus II. Hiſpan. Rex vxorem duxit Mariam, Ioannis III. Luſitanorum Regis filiam, 1544.

Anno 1554. die 25. Iul. D. Iacobo ſacra matrimonium celebrat cum Maria, Angliæ Regina, Henrici VIII. filia.

Anno 1561. die 5. Iul. nuptias facit cum Iſabella, Henrici II. Galliarum Regis filia.

Anno 1568. adſociat ſibi Annam Auſtriacam, Maximiliani II. Cæſaris filiam, ſororis ſuæ filiam, Pontifice indulgente ob commodum publicum.

Philip-

Philippus III. Hiſpaniæ Rex, cum Margaretha Auſtriæ nuptias celebrat *1599*.

Philippus Hanouiæ Comes ducit Agatham, Comitis Limpurgii filiam, *19*. Iunii, *1587*.

Philippus Comes ab Hohenlohe, Baro in Langenberg, poſtquam per annos 23. Ordinibus Belgici confœderatis militarat, & varia ſæpenumero cum hoſtibus fortuna decertarat, Mariam, Guilhelmi Naſſouiæ Comitis, Principis Auraici filiam, ex Anna Egmondana natam, vxorem duxit, nuptiis die 7. Febr. in Arce Burena celebratis 1595.

Philippus Naſſouius, Guilhelmi Aurangiæ Principis filius, Condæi Principis ſororem vxorem ducit Menſe Nouembri *1606*.

Philippus, Ludouici filius, Elector Palatinus, matrimonium conſummat cum Margaretha, Ludouici Ducis Bauariæ filia, circa Dominicam Septuageſimæ 1474.

Philippus Dux Pomeraniæ, nuptias celebrauit Torgæ cum Maria, Iohannis Friderici Elect. Saxonici ſorore, 27. Febr. 15*36*.

Philippus Baro Hochbergius matrimonium conſummat cum Anna Maria Fuggerana, Ioannis filia, Raimundi I. Baronis nepte, 22. Nouembris, 15*79*. quotidie per dies 14. ducentæ alebantur menſæ.

Philippus Ludouicus Comes Hanouiæ ducit Dillingæ Catharinam Belgicam, Gulielmi Naſſouiæ Principis Auriaci filiam, menſ. Octobri *1596*.

Philippus Ludouicus, Wolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Neoburgicus, nuptias celebrauit cum Anna Duciſſa Iuliacenſi, Wilhelmi filia, 1574.

R.

Richardus Comes Palatinus Rheni Simmerenſis duxit Æmiliam Wirtembergicam, *26*. Maii 1578.

Richardus Streinius Baro matrimonium celebrat cum Regina, Ioannis Tſchermemelii filia, circa 25. Sept. 1581.

Digitized by Google

auſpiciis minus felicibus, ruente cœnaculo, in quo prandebatur; paucorum tamen interitu.

S.

Sigiſmundus Auſtriæ Dux matrimonium init cum Catharina Ducis Saxoniç filia, 4. Febr. 1480.

Sigiſmundus Auguſtus, Rex Poloniæ nuptias celebrauit cum Catharina, filia Ferdinandi Imp. 5. Iulii 1553.

Anna, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, die 26. Maii 1592. ſt.n. Cracouiam ingreſſa, pompa ac ſolennitate regali à Rege excipitur. Inde die 31. Maii, Sigiſmundus III. Sueciæ & Poloniæ Rex eandem matrimonio ſibi copulat, nuptiis ſolenniter Cracouiæ celebratis.

Sigiſmundus Baro à Lamberg ducit Leonoram Fuggeram 11. Decemb. 1557. Auguſtæ.

Sigiſmundus III. Sueciæ & Poloniæ Rex nuptias ſecundas celebrauit cum Conſtantia, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, die 11. Decemb. Cracouiæ 1605.

Sigiſmundus Tranſſyluaniæ & Valachiæ Princeps, cum Maria Chriſtina, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, die 5. mēſis Martii, ſt. n. ſibi Grætii in Stiria præſente Legato ſuo Stephano Botſckay legitime deſponſata nuptias celebrauit in Metropoli Tranſyluaniæ Alba Iulia, die 6. Auguſti, ſt.n. 1595.

Simo Lippiæ Comes in vxorem duxit Eliſabetham Schoumburgi Comitis filiam, 13. Nouemb. 1585.

Stephanus Rex Poloniæ, fratris ſui Chriſtophori filiam Griſelidem Bathoream in matrimonium dedit Dn. Ioanni Zamoyſcio, ſummo regni Poloniæ Cancellario, menſe Maio 1583.

V.

Vladislaus Iagello, Lithuaniæ Dux, nuptias facit cum Hedwige, Regis Poloniæ filia, 14. Febr. 1386.

Vladislaus Iagello, Rex Poloniæ ducit in vxorem Eliſabetham Sendomiriam, 2. Maii 1416.

Vlricus Dux Megapolitanus nuptias celebrauit cum Anna, Ernesti Ludouici Ducis Pomeraniæ ſorore, 1588.

Vlricus

Vlricus Dux Wirtenbergicus matrimonium contraxit cum Sabina, Ducis Alberti Bauari filia, 1. Martii, Dominica Eſto mihi 1511. Sturgardiæ, anno ætatis 24. Feruntur adfuiſſe nuptiis Equitum circiter ſeptem millia.

W.

Wolfgangus Palatinus Rheni, Comes Bipontinus, matrimonio ſibi iunxit Annã, Philippi Haſſiæ Lantgrauii filiam 1545.

Wolfgangi Comitis Barbienſis nuptiæ cum Agneta Mansfeldia factæ ſunt 23. Ianuarii 1526.

Wolfgangus Dieterichus Baro Hardeccius, ducit Reginam Fuggeram, 4. Auguſti 1555. Auguſtæ.

Wolfgangus Cunradus de Schwartzenberg nuptias inſtituit cum Sibylla Fuggera, Iacobi filia, Antonii nepte, 9. Febr. 1587. Auguſtæ.

DIES EMORTVALES ALIQVOT IMPP. REGVM, PRINCIPVM COMITVMQVE.

ABa Rex Vngariæ ab Henrico II. Imp. capitis damnatus 4. Iulii 1044.

Acomates Baiazeti II. Turcici Imp. filius, 24. Aprilis 1513.

Actius Princeps Mediolanenſis, 14. Auguſti 1539.

Adalbero Comes Eberſbergii, 27. Martii 1045.

Adela, Othocari Regis Bohemiæ vxor, 1. Febr. 1211.

Adelbertus Palatinus Saxoniæ, Archiepiſcopus Bremenſis, 21. Martii 1073.

S. Adelbertus Archiep. Gneſnenſis obiit 23. April. 996.

Adelbertus Comes Papebergenſis à Ludouico IV. Imp. capite plexus, 9. Septemb. 905.

Adelbertus Rex Cantuariæ in Anglia, 24. Febr. 613.

Digitized by Google

Adelbertus Comes Rorbacenſis, 10. Martii 841.

Adelheida Caroli Limpurgi vxor, 1580. 11. Octobris.

Adelheida, vxor Othonis I. Imperatoris, 8. Decembr. 984. Ticini apud Inſubres.

Adolphus Anhaltinus, Præſul Merſeburgenſis, 23. Martii 1526.

Adolphus Comes Alteburgius moritur vna cum fratre Othone, 14. Febr. 1500. in pugna contra Dithmarſos.

Adolphus Comes Holſatiæ, 16. Ianuarii 1380.

Adolphus, Chriſtiani III. Daniæ Regis frater, Friderici I. Daniæ Regis filius, Dux Sleſvigæ & Holſatiæ, calend. Octobr. ſt. v. 1586. ætatis 61. Gottorpiæ.

Adolphus Comes Morſenſis & Nuenarius, vir bellicoſiſſimus, die 8. Octobris 1589. pulueris tormentarii flammis exſtinctus, Arnhemii.

Adolphus Naſſouius Imperator, inſtructa acie collatis cum Alberto Auſtriaco, Rodolphi Cæſaris filio ſignis, numero & viribus impar, occubuit in agro Wormacienſi, 2. die Iulii 1298.

Adolphus Naſſouius, Gulielmi Auriaci frater, in prælio contra Arenbergium in Friſia, 24. Maii 1568.

Adolphus, Auguſti Saxoniæ Electoris filius, 12. Martii 1573.

Adolphus Comes Schoumburgenſis, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis, die 20. Sept. 1556.

Adolphus XI. Comes Schoumburgi atque Holſatiæ, 24. Maii, 1474.

Adolphus V. Dux Sleſuigæ & Holſatiæ, 4. Decembris 1459.

Adolphus Baro Schwartzeburgicus, Iaurini recuperator, in tumultu militari ad Pappam ictus glande: nocte calend. Auguſti præcedente 1600.

Ælius Adrianus Imp. Rom. moritur 139. 10. Iulii, cum vixiſſet annos 62. m. 5. d. 19. & imperaſſet ann. 20. m. 11. Dio Spartian. Moriturus pronunciauit hos verſus à doctrina Chriſtiana alienos:

Ani-

Digitized by Google

Animula vagula blandula
Hoſpes comeſque corporis
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec vt ſoles dabis iocos.

Ælius Pertinax Imp. Rom. 28. Martii 194.

Æmilia, Henrici Ducis Saxoniæ filia, Mauritii ſoror, coniux Georgii Marchionis Brandeburgici 1591.

Æmilia, Georgii Ducis Pomeraniæ vxor, 6 Ian. 1566.

Æmilia, Philippi Ducis Pomeraniæ filia, 16. Sept. 1580.

Æmilia Auguſti Saxoniæ Electoris filia. 2. Iulii 1565.

Æneas Syluius, alias Pius II. Papa, deceſſit circa 14. vel 15. Auguſti, cum vixiſſet ann. 58. m. 9. d. 27. anno Chriſti 146 . Eius quaſdam ſententias recitat Platina: Litigatores dicebat eſſe aues: forum, aream: iudicem, rete; patronos, aucupes. Vinum, quod mentem excitet, nō quod obruat, ſumendum. Hoſtem in ſe nutrire, qui non is filio ignoſcit. Dignitatibus homines dādos, non dignitates hominibus. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Regē qui nulli fidit, inutilem eſſe; nec meliorem, qui omnibus credit. Vt in mare flumina omnia, ſic vitia in magnas aulas fluere. Lubricum eſſe primum apud Reges locum. In rebus diuinis non qua ratione probetur, ſed à quo dicatur, animaduertendum. Plebeiis argenti, nobilibus auri, Principibus gemmarum loco literas eſſe debere, &c. Hic Æn. Syl. cum quædam ſuppreſſiſſet ac damnaſſet Pontifex, quæ priuatus ſcripſerat, hoc ſcommate à quodam notatus eſt: quod Æneas probauit, Pius damnauit.

Agnes Barbienſis, vxor Ioachimi Erneſti Principis Anhaltini, 27. Nouemb. 1569.

Agnes, Bohemiæ Regis filia, Henrici Marchionis Miſnenſis vxor, 13. Sept. 1268. ſepulta in cœnobio Veterocel.

Agnes, vxor Othonis Monoculi Ducis Brunſuicenſis, 2. Februarii 14:1.

Agnes Landgrauia Heſſiæ, vxor Mauritii Electoris, deinde Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ, 4. Nouemb. 1555.

Digitized by Google

Agnes Lindauienſis, Rudolphi I. Electoris Saxon. vxor, obiit 9. Maii 1343.

Agnes Mansfeldica, vxor Wolfgangi Barbienſis, 12. Septembr. 1558.

Agnes, Henrici Marchionis Miſniæ vxor, 11. Sept. 1268.

Agrippina Germanici Cæſaris vxor, auia Neronis, 18. Octob. 36.

Albertus I. Imp. 24. Aprilis 1308.

Albertus II. Imp. cum in æſtu poſt immodicũ peponum vſum in dyſenteriam incidiſſet, moritur 27. Octobr. 1439. an. imper. 2. in Alba Regali ad latus ſoceri ſui Sigiſmundi ſumptuoſiſſime ſepultus. *Cuſp.* Fuit Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui ceteris rebus ſtudium religionis longe antepoſuit. *Syl.* Reliquit vxorẽ Eliſabetham, ex qua ſequenti anno peperit filium poſtumũ Ladislaum. Qua de re lege Epiſtolam 81. Æn. Syluii.

Albertus Sapiens Dux Auſtriæ, 20. Iulii 1358.

Albertus III. Dux Auſtriæ, 18. Auguſti 1395.

Albertus VI. Dux Auſtriæ, 2. Decemb. 1463.

Albertus vltimus Elector Saxon. ex familia Anhaldina, cum animi cauſa venatũ iuiſſet in ſaltus Lochauios & cum vxore ac gynæceo in caſulam ruſticam diuertiſſet, orto incendio nocturno, vix per feneſtram nudus euaſit, morboque è terrore contracto, paucis poſt diebus obiit, 1422. nullo relicto hærede: cum duraſſet dignitas Electoratus in antiqua & illuſtri familia Anhaldina annis amplius 200. *Crantz. Fab.* Et ſic tranſlata eſt dignitas Electoris Saxonici in familiam Marchionum Miſnenſium, quorum primus Elector fuit Fridericus Marchio Miſniæ & Landgrauius Thuringiæ. *Fabr.*

Albertus Comes Barbienſis, 18. Iulii 1358.

Albertus Comes Barbienſis, 27. Nouemb. 1481.

Albertus II. Dux Bauariæ & Hollandiæ, 1399. 20. Feb.

Albertus Dux Bauariæ & Hollandiæ, 25. Ian. 1404.

Albertus III. Dux Bauariæ, 1. Martii 1460.

Albertus IV. Dux Bauariæ, 26. Martii 1508.

Alber-

Digitized by Google

Albertus V. Dux Bauariæ, 24. Oct. 1579. æt. 52. Monaci.

Albertus Vrſus Elector Brand. obiit 1168. ſepult. Brandeburgi ante aram D. Auguſtini in ſummo templo (alii in *Ballenſtedt.*) Ei ſucceſſit filius Otho I. Marchio Brandeb. Iuſt. Brotuf. &c.

Albertus dictus Achilles Germanicus, Marchio Brand. Elector III. 11. Martii, ætatis 72. 1486. Francofurti in ipſis Comitiis, relicto ſucceſſore filio Iohanne Electore IV. ſepultus apud Heilprunnam Franconiæ. Huius Alberti Elogium in Europa ſua reliquit Æneas Syluius cap. 39. *Hic Albertus à pueritia*, inquit, *educatus in armis, pluribus interfuit prælijs, quam alii ſui temporis duces. Militauit in Polonia, Sileſia, Pruſſia, Boemia: nullus in Germania terræ angulus, quem non calcarit armatus: duxit exercitus innumerabiles, proſtrauit ferociſſimos hoſtes, expugnauit munitiſſimas vrbes. In congreſſibus pugnam prior iniit, victor à prælio exceſſit vltimus, in oppugnationibus oppidorum ſæpe murum primus aſcendit. Singulari certamine nunquam non ſtrauit hoſtem. In militaribus ludis nunquam equo deiectus, cum ipſe omnes in ſe currentes equo deturbauerit. Quibus ex rebus non iniuria Teutonicus Achilles appellatus eſt: in quo non ſolum militares artes & Imperatoriæ virtutes ſingulari quadã gratia reluxere, ſed nobilitas quoque generis, proceritas corporis ac venuſtas, & virium robur, ac facundia linguæ, admirabilem eum ac penitus diuinum reddidere.*

Albertus Archiep. Moguntinus, 1. Maii 1484.

Albertus Brandeburgicus, Cardinalis Archiepiſc. Moguntinus Elector, 24. Septemb. 1545. ætatis 56. ſepultus Moguntiæ.

Albertus Marchio Brandeb. Caſimiri filius, exul, in oppido Marchionum Badenſium, quod dicitur *Porta Hercinia*, 8. Ianuarii *1557*. poſt Mauritium Elect. Saxon. an. 3. m. 6. ætat. 35.

Albertus Brandeburgicus I. Dux Pruſſiæ 20. Mar. 1568. ætat. 78. adminiſtrationis Pruſſiæ 58.

Digitized by Google

Albertus, Dux Brunſ. & Grubenhagius, 20. Oct. 1546.

Albertus, Marchio Eſtenſis & Ferrariæ, 31. Iulii 1393.

Albertus, Comes de Hohenburg, Epiſcopus Friſingenſis, die Marci Euangeliſtæ 1559.

Albertus, Comes de Hohenlo, Ludouici Caſimiri ex Anna Comitiſſa de Solms filius, 16. calen. Septemb. 1575. Stutgardiæ.

Albertus Comes Mansfeldius, 20. Ianuarii 1485.

Albertus Comes Mansfeldius, 5. Martii 1560.

Albertus Comes Mansfeldius, 6. Martii 1566.

Albertus Dux Megapolitanus, 10. Ianuarii 1547.

Albertus, Ioannis Alberti, Ducis Megapolitani filius, 3. Martii 1561.

Albertus II. Burggrauius Noribergenſis, 4. Apr. 1361.

Albertus Comes Querfurtenſis, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, 17. Iulii 1403.

Albertus, Dux Saxoniæ inferioris, 14. Iulii 1329.

Albertus Dux Saxoniæ & Luneburgiæ, 28. Iunii 1385.

Albertus Animoſus, Rolandus Germanicus cognomine, Dux Saxoniæ 12. Sept. 1500.

Albertus, Mauritii Electoris Saxon. filius, 12. Apr. 1546.

Albertus Comes Schwartzburgicus, 24. Ian. 1555.

Alboinus I. Longobardorum in Italia Rex, 1. Oct. 574.

Aldobrandinus Marchio Ferrariæ, 3. Septemb. 1361.

Aldobrandinus Cardinalis, Clementis VIII, nepos, in obſidione Caniſchæ 1601. Cadauer Romam delatum eſt.

Alexander Magnus, Philippi filius, 28. Iunii, Anno Mũdi 1641.

Alexander Imper. à ſuis militibus obtruncatur vna cum matre Mammæa, 18. Martii 236. cum ſine ſubditorũ querela annis 19. imperaſſet, & vixiſſet an. 29. m. 5. d. 7. *Lamp. Herodian.*

Alexander Imperator Byzantinus, 6. Iunii 909.

Alexander Rex Poloniæ, 19. Auguſti 1506.

Alexander, Auguſti Sax. Elect. filius 8. Octob. 1565.

Alexander Farneſius, Parmæ & Placentiæ Dux, poſtquam

Digitized by Google

quam à morte D. Iohannis Auſtriaci, belli Belgici molem annis 14. plus quam egregie ſuſtinuiſſet: & res magnas in Gallia, Brabantia, Flandria, Friſia, Geldria, & in Archiepiſcopatu Colonienſi geſſiſſet: & iam tertiam in Galliam ad reprimendos Regis Nauarræi conatus expeditionem ſuſcepturus eſſet, 2. Dec. ſt. n. hor. 2. poſt merid. 1592. ætat. circa 46. Atrebati in Cœnobio Vedaſtino.

Alexander Medices Dux Florentinus, 6. Ian. 1566.

Alexius primus Imperator Byzantinus, 15. Aug. 1118.

Alexius IV. Imp. Byzantinus, 28. Ianuarii 1204.

Aloiſia mater Franciſci I. Regis Galliarum, 28. Octobr. 1532.

Alphonſus Hiſpaniæ Rex, 27. Iunii 1284.

Alphonſus X. Rex Caſtiliæ, 28. Martii 1350.

Alphonſus Aragonum & Siciliæ Rex (qui à rerum geſtarum gloria & intrepida conſtantia *Magnanimi* cognomentum tulit) anno ætatis 65. 1458. 1. Iulii; regni Siciliæ & Aragoniæ 42. Neapolitani 16. de quo Syluius: Dum hæc ſcribo; *inquit*, Alphonſi Regis Aragonum, cui præſentem hiſtoriam dedicaueram, mihi acerbiſſimus nunciatus eſt obitus, qui 27. Iunii (alii 1. Iulii) clauſiſſe oculos traditur. Hic eſt Alfonſus ille; cuius memorabilia dicta collegit Æneas Syluius; quorum commemoratione claudit Eraſmus Apophthegmata ſua: ex quibus & hæc ſunt: *Si ſibi contigiſſet naſci temporibus veterum Romanorum, ſe conſtructurum fuiſſe contra Curiam templum Ioui poſitorio, in quo Senatores, priuſquam in Senatum venirent, odium, amorem ac priuatos affectus omnes deponerent.* Item: *Eos ciues habeo cariſſimos, qui magis pro me, quam me metuunt.* Item: *Ita demum matrimonium tranquille citraq; querimonias exigi poſſe, ſi maritus ſurdus fieret, vxor cæca.* Item: *Conſulentibus legatis Matricienſibus, vtri iuberet ipſos gratificari: Nicolao ne Picinino, an Franciſco Sfortiæ? Reſpondit: Amicos pro amicis habendos, ſed etiam ab ambobus; tanquam ab inimicis cauendum.* Hæc Syluius & alii.

Digitized by Google

Alphonſus Corſus Mareſcallus Dornanus fine anni 1610. dum ſenex Medicos exhibet ad calculum ſectione tollendum.

Alphonſus Daualus Vaſtius, Ducatus Mediolanenſis gubernator, 31. Martii 1546.

Alphonſus Eſtenſis Dux Ferrariæ, 31. Octob. 1534.

Alphonſus Dux Ferrariæ, Marchio Eſtenſis, die 26. Octob. ſt. n. 1597. Ferrariæ ſine liberis. Ducatum Ferrarienſem Cæſar Eſtenſis, defuncti Ducis frater patruelis, & ab eodem hæres ac ſucceſſor teſtamento inſtitutus obtinuit: Verum cum anno ſequenti à Clemente VIII. Pont. Rom. feudi domino fulmine excommunicationis percuteretur, armiſque hoſtiliter peteretur, eundem Pontifici Romano facta tranſactione occupandum conceſſit.

Amalricus Rex Solymorum, 11. Iulii 1175.

Ameleis, Alberti Ducis Saxoniæ filia, Ducis Bauariæ Georgii vxor, Rochlicii, ætatis 66. 1502. ſepulta Miſnæ.

Amelia vxor Ludouici V. Boii Imperat. 18. Nou. 1501.

Amelia, Friderici III. Elect. Palat. vidua, 10. Apr. 1601.

Amurates I. Turcarum Rex tertius, ſica transfoſſus & interfectus à Chriſtiano quodam ex Lazari Bulci Seruiæ Deſpotę exercitu in caſtris ad campos Coſouę, anno 1389. regni 31. poſtquam (vt Laonicus Chalcondyles de eo ſcriptum reliquit) bella maxima numeroque 37. in Europa & Aſia geſſiſſet, & in nullo victus ſuccubuiſſet. Huic, Iacube Zelebi Filio ipſius à proceribus doloſe interfecto, alter Filius Baiazetes I. Turcarum Rex IV. conſentientibus omnium ſuffragiis, in regio ſolio ſuffectus eſt. *Leuncl.* Eodem anno Lazarus Bulcus Seruiæ Deſpota à Baiacete Turcarũ Imp. prælio in campis Coſouæ victus & captus, ac vindicandæ mortis Amuratis patris cauſa in conſpectu ipſius fruſtulatim conciſus eſt. *Leuncl.*

Amurathes III. Turcarum Rex XIV & VI. Imp. Orientis, paroxyſmis epilepticis (vel vt alii volunt nephritide) extinctus 18. Ian. ſt. n. æt. 47. regni 21. 1595. à morte Amuratis II. 144. aui ſui Solymanni, 29. Huic ſucceſſit Mahum. III. filius

Digitized by Google

filius natu maximus, ætat. 31. qui regni auſpicia pro more gentis 18. fratrum cæde conſecrauit, & iugulatos cum patre ſepeliuit.

Anaſtaſia Volradi Comitis Waldeccii vxor, 1. Ap. 1560.

Anaſtaſius Imper. Byzant. cum ex oraculis didiciſſet, ſe fulmine interiturum, horrendo tonitru perterrefactus, & in alios atq; alios thalamos deſcendens 10. Iul. 518. in regio quodam cubiculo inuentus eſt mortuus, cum vixiſſet annos 88. & imperaſſet ann. 27. m. 3. d. 3. *Zonar. Euagr. Cedren.* Aliqui fulmine ictum & extinctum tradunt.

Andreas Auſtriacus Cardinalis, Epiſc. Conſtantienſis, Ferdinãdi Archiducis Auſtriæ filius, m. Nou. Romę. 1600.

Andreas Doria Genuenſis, peritia rei naualis omnibus ſuæ ætatis Ducibus antecellens, rebus maximis bello ac pace geſtis, & libertate firma patriæ ante annos 32. reſtituta, menſe Nouemb. 1560. ætatis 93.

Andreas Comes Sonnebergius, 4. Maii 1511. occiſus proditorie à Felice Werdenbergio Comite: qui inimicitias contra eum fouerat à nuptiis Vlrici Ducis Wirtembergici, cuius ſponſam deduxerat ad templum, loco Cæſaris. de quo plura Cruſius in Sueuia ſua libri noni principio.

Andreas Rex Neapolitanus & Pannoniæ, 5. Sept. 1345.

Andreas Vngnadius Baro Sonneccius, 31. Martii 1557.

Andreottus Auria, opulentiſſimus Princ. Genuę 1606.

Andronicus Comnenus Imp. Byzantin. 12. Sept. 1185.

Andronicus Palæologus Imp. Byzantinus, 12. Feb. 1332.

Andronicus Iunior Imp. Byzantinus, 15. Iunii 1341.

Angelus Dux de Loyenſe ex Ordine Capucinorũ nudis pedibus tranſit Alpes Romã verſus: in reditu occupatus à febri cõtinua moritur 27. Sept. 1608. in ditione Pedemont.

Anna Bolenia, Henrici VIII. Anglorum Regis vxor, ſecuri percuſſa 19. Maii 1536.

Anna Brandeburgica, Alberti Ducis Megapolenſis coniux, 19. Iunii 1567.

Anna Britannica Reg. Gall. 9. Ianuarii, 1514.

Anna Friderici I. Daniæ Regis coniunx, 3. Maii 1514.

Anna Chriſtiani III. Regis Daniæ filia coniunx Auguſti Electoris Saxoniæ, 1. Octob. ſt. v. 1585: an. ætat. 53.

Anna Euerwini Comitis Bēthemii vxor, 24. Aug. 1582.

Anna Gleichenſis, Iodoci Comitis Hoienſis vxor, 12. Iunii 1545.

Anna Iagellonia, Sigiſmundi I. Regis Poloniæ filia, Sigiſmundi Auguſti ſoror, Stephani Bathorei relicta vidua, Regina Poloniæ 1596.

Anna Mansfeldia vxor Wolfgangi Barbienſis, 30. Iunii 1575.

Anna Megapolitana Gulielmi Landgrauii Heſſiæ coniunx, 6. Maii 1525.

Anna Naſſouia, Othonis Ducis Brunſuicenſis vxor, 8. Aprilis 1514.

Anna Oldenburgica, Ioan. Guntheri Comitis Schwartzenburgii vxor, 24. Auguſti 1579.

Anna, Othonis Ducis Luneb. coniunx, 16. Oct. 1580.

Anna, Alberti Comitis Mansfeldii vxor, 14. Febr. 1559.

Anna, Gulielmi Naſſouii Principis Auriaci coniux, 18. Decemb. 1577.

Anna, Sigiſmundi III. Regis Poloniæ vxor, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, grauida, cum pridie in prandio menſæ adſediſſet cum Rege, vltimò Ian. 1598. Warſauiæ.

Anna Vladislai Regis Poloniæ vxor, 1416. 21. Martii.

Anna Vladislai Regis Vngariæ & Bohemiæ vxor, 26. Iulii 1506.

Anna, vxor Bugislai Magni Ducis Pomeraniæ, 23. Auguſti 1502.

Anna Regina Poloniæ, Stephani vidua, Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis ſoror, Iagellonicæ familiæ poſtrema, fine Octobr. 1596. Warſauiæ.

Anna, Barnimi Senioris Ducis Pom. vxor, 6. Nou. 1568.

Anna, Ioannis Georgii Com. Solm. filia, 14. Iunii 1587.

Anna, Eberhardi Comitis Wirtemb. filia, vxor Philippi Comitis vltimi Catzenelbog. 2. Apr. 1471. Waiblingæ.

Anna, Vlrici Duc. Wirtēb. filia, 29. Iū. 1530. peſte Vraci.

Anna

Anna Regina Vngariæ, Regis Ferdinandi coniunx, in partu filiæ, quæ fuit 15. proles, 27. Ian. 1547. ætat. 44.

Anna, Rudolphi I. Imp. vxor, 20. Septemb. 1281.

Anna, Rudolphi I. Elect. Saxon. coniunx, 30. Iul. 1285.

Anna, Rudolphi III. Elect. Saxon. vxor, 26. Iul. 1395.

Anna, Auguſti Elect. Saxon. coniunx, 1. Octob. 1585.

Anna, Bothonis Comitis Stolberg. vxor, 7. Aug. 1538.

Anna, Friderici Landgr. Thuringiæ vxor, 8. Maii 1440.

Anna Maria Wirtenbergici Ducis Ludouici mater, 20. Maii, 1589. Nyrtingæ.

Anna Maria, Maximil. II. Imp. filia, Philippi II. Regis Hiſpan. coniunx, 25. Octob. 1580.

Anna Sabina, Chriſtiani Elect. Sax. filia, 16. Mar. 1586.

Anna Sophia, Henrici Ducis Luneb. filia, 16. Mar. 1574.

Antoninus Pius Imp. mortuus, 7. Martii 162. ætat. 75. imperii an. 23. alii 24.

Antoninus Philoſophus Imp. obiit 17. Mart. 181. ætat. 59. imperii 19. die 11.

Antonius Primogenitus Principis Philippi Burgundiæ &c. F. quinta die Febr. 1431.

Antonius Eiſenburgii Comes 5. die Nou. 1548. glande plumbea tormentaria miſere occiſus Antuerpiæ.

Antonius Lotharingius Dux Barri, ægritudine & propter domeſticum bellum mœrore prope cōfectus, 18. cal. Iulias 1544. ſui Ducatus 36.

Antonius, Ludouici filius nothus, Emanuelis Portugalliæ Regis nepos, in extrema paupertate Pariſiis 26. Auguſti 1595. ætatis 64. ſecto poſt mortem corpore, omnia eius viſcera tabida erant præter cor. Reliquit duos filios, Carolum Emanuelem & Chriſtophorum.

Antonius Rex Nauarræ, in obſidione Rotomagenſi, 1. Octob. 1562.

Antonius Comes Oldenburgicus 22. Ian. 1573.

Antonius Comes Schoumburgicus, 22. Dec. 1526.

Antonius Comes Schoumburgenſis Archiepiſ. & Elector Colonienſis, die 18. Iunii 1558.

Digitized by Google

Apollonia Henrici Ducis Luneburgici filia, 31. Auguſti 1571.

Arbogaſtus Occidentis tyrannus, 19. Septemb. 394.

Arcadius Imp. Romanus die 1. Maii, 408. an. ætatis 31. imperii 25. m. 3. d. 16.

Archidamus Rex Lacedæmoniorum, 7. Iulii, Anno Mundi 3626.

Arnoldus Benthemii Comes, 11. Ianuar. 1606. ætat. 51. Teckleburgi.

Arnoldus I. Com. Hollandiæ & Zeland. 16. Sept. 993.

Arnolphus Imp. Romanus, 29. Nou. 899. imperii an. 12. menſ. 1. d. 19. ſepultus Oetingæ prope tumulum patris. Onuph. Regin.

Arnolphus Malus Dux Bauariæ, 12. Iulii 937.

Arturus, Richardi Regis Angliæ filius, 1. Aug. 1202.

Athalaricus Rex Italiæ anno octauo regni exacto, 536. moritur. Mater eius Amalſuenta Theohadatum Regem conſtituit: is accepti beneficii immemor contra datam fidem, Amalſuentam carceri incluſam & relegatam ſcelerate obtruncat. Ob quam cædem Iuſtinianus bellum aduerſus Gothos anno inſequenti ſuſcepit. *Procop. in Gothicis.*

Attila Hunnorum Rex, 15. Martii 459.

Auguſtus, Auguſti Elect. Saxon. filius, 12. Febr. 1570.

Auguſtus Elector Saxoniæ, 11. Febr. ſt. v. hora 6. veſpertina 1586. Apoplexia exſtinctus, cum vixiſſet annos 59. m. 6. d. 11. hor. 12. Huic in Electoratu, Chriſtianus filius vnicus ætatis 26. ſucceſſit.

Auguſtinus Barbaricenus copiarum Venetarum ductor, 7. Octob. 1571.

Aulus Vitellius Imp. Rom. 3. Octob. fœde laceratur, 70.

Aurelius Alexander Seuerus Imp. Rom. 26. Mart. 236.

Aurelianus Imp. Rom. menſe Ian. 276. occiſus eſt fraude Notarii ſui, imperii anno 5. poſtea fuit interregnum ferme 6. menſium.

Autharius Longobardorum in Italia Rex, 5. Sept. 590.

Azo Eſtenſis, Marchio Ferrariæ, 31. Febr. 1308.

Baia-

BAiazetes II. Turcarum Rex X. & II. Imperator Orientis, à filio Selymo regno quidem die 11. Aprilis 1512. vi priuatus, vita vero veneno in fuga, poſt annum à gubernatione filii inita, ſublatus, obiit in vico Chapſe, ætat. 74. regni 31. Baiazete & regno & vita ſpoliato, Turcarũ Imperium inuaſit Selymus I. Turcarum Rex XI. & tertius Orientis Imp. quod vt eo rectius ſtabiliret, duos fratres, Corchutẽ & Achmetem, vna cum ipſorum filiis, interfecit: ita vt ex ſtirpe Othomanica ipſe ſolus ſupereſſet. *Leoncl. Cuſpin. Drechsl. & alii.*

Balduinus I. Rex ſecundus Hieroſolymorum 20. Mart. Dominica Palm. 1118. cõditus Mauſoleo regio in loco Caluariæ ad latus Godfridi fratris. Succeſſit ei Balduinus II. *Vrſp. & alii.*

Balduinus II. Rex Hieroſolymorum, 21. Auguſti 1131.

Balduinus III. Rex Hieroſolymorum, 13. Febr. 1163.

Balduinus Leproſus Rex Hieroſolym. 24. Mar. 1185.

Balthaſar Comes Barbienſis, 27. Octob. 1535.

Balthaſar Dynaſta Eſeni, Stedesdorfii, &c. 18. Oct. 1540.

Balthaſar Landgrauius Thuringiæ, 18. Maii 1406.

Barbara Duciſſa Lignicenſis, 28. Septemb. 1564.

Barbara, Sigiſmundi Regis Polon. vxor, 2. Octob. 1515.

Barbara, Rudolphi III. Elect. Saxon. vxor, 9. Maii 1436.

Barbara, Georgii Ducis Saxoniæ coniunx, 17. Ian. 1534.

Barbara, Eberhardi Ducis Wirtembergici vidua, 13. (alias 31.) Maii 1503. Beblingæ.

Barbara, filia Ioachimi II. Electoris Brandeburgici, Ioh. Georgii Electoris ſoror, Georgii Ducis Lignicenſis & Bregenſis vidua, die 2. Ian. 1595. ætat. 68.

Barnabas Tyrannus Mediolanenſis, 17. Auguſti 1385.

Barnimus I. Dux Pomeraniæ, 13. Nouemb. 1277.

Barnimus III. Dux Pom. moritur, 1368. 24. Auguſti.

Barnimus VI. Dux Pom. moritur, 22. Septemb. 1405.

Barnimus IX. Dux Pom. 2. Nouemb. 1573. prope Stetinum in arce Aderburg, ætat. 72. à morte Philippi Ducis Pomer. 14. cum ditioni ſuæ præfuiſſet ann. prope 50. Qui-

Digitized by Google

dam hucuſque ſupputant à gubernatione Barnimi primi annos 350. quemadmodum etiam ab eiuſdem Barnimi prioris initio ad huius Barnimi principium (anno 1523.) annos 300.

Bartholomæus Dux Monſterbergius, 2. Aprilis 1515.

Bartholomæus Dux Pomeraniæ, 2. Martii 1224.

Baſilius Eſtenſis, Dux Feltriæ, 27. Iulii 564.

Baſilius Macedo Imp. Byzantinus, 2. Martii 887.

Baſilius II. Imp. Byzantinus 30. Septemb. 1027.

Bathildis, Clodouæi Regis Francorum vxor, 29. Ian. 670.

Beatrix, Friderici I. Imper. vxor, 14. Aprilis 1192.

Beatrix, Ioannis Comitis Palatini Simmerenſis coniunx, 14. April. 1535.

Bela Cæcus Rex Vngariæ, 13. Febr. 1043.

Bela III. Rex Pannoniæ, 1. Maii 1199.

Bela IV. Rex Pannoniæ, 7. Maii 1275.

Beorgoris Rex Alanorum, 5. Febr. 473.

Berengarius Rex Italiæ, 30. Nouemb. 923.

Bernhardus, Alberti Vrſi filius (qui ſerti rutacei Saxonica inſignia primus vſurpauit) obiit 1212. ſepultus Ballenſtadii: ſucceſſit Albertus filius. *Fabric.*

Bernardus Rex Italiæ, 17. Aprilis 818.

Bernardus, Ioannis filius, Princeps Anhaltinus, 1. Martii 1570. ætatis 30.

Bernardus, Ioachimi Erneſti filius, Princeps Anhaltinus, copiarum equeſtrium è Saxonia ſuperiori aduerſus Mahumetem III. Turcarum Imp. ductor, ex pugna ad pagum Kereſteſch prope Agriam, non ſine præclara bellicæ virtutis laude & decore, in patriam rediturus, febri ardenti exſtinctus Tirnauiæ Pannoniæ oppido, die 4. Decembr. poſt horam 7. veſpertinam, ſt. n. ætatis anno 25. men. 2. d. 2. 1596.

Bernardus Marchio Badenſis & Hogbergenſis, 13. Feb. 1553. Pfortzæ.

Bertha, mater Caroli Magni Imperatoris, 12. Iulii 783.

Berthol-

Bertholdus Dux Bauariæ, 23. Nou. 948.

Bertholdus primus Princeps Hennebergius 16. April. 1340.

Bertholdus Burgrauius Noriberg. Epiſcopus Eiſtatenſis, 16. Sept. 1365.

Bertholdi Ducis Sueuiæ ſupplicium, 21. Ian. 917.

Bertholdus vltimus Dux Zæringenſis, 27. Aprilis, 1218.

Blanca Caroli IV. Imperatoris vxor, 22. Februarii, 1348.

Boleſlaus I. Rex Polon. 3 Apr. 1025.

Boleſlaus Criſpus Rex Poloniæ, 30. Septemb. 1173.

Boleſlaus II. Rex Polon. 21. Mart. 1182.

Boleſlaus V. Rex Pol. 10. Decemb. 1279.

Boleſlaus Dux Maſouiæ, 24. Apr. 1313.

Boleſlaus Procerus, primus Sileſiæ Princeps, moritur 6. Decem. 1201. ſepultus in monaſterio Leubus: poſt quem filius eius Henric. Barbatus factus eſt Dominus totius Sileſiæ, Princeps bonus, pietate & virtute præſtans, & qui in Sileſia, conditis legibus, vrbibus ac templis excolenda, patris ſtudium ac pietatem imitatus eſt. Eius coniunx fuit S. Hedwigis, filia Ducis Meraniæ, Carinthiæ & Iſtriæ, cuius etiam inſtinctu Henricus anno 1203. Monaſterium Trebnicenſe fundauit.

Bonifacius Africæ gubernator Romæ accepta magiſtri militum dignitate poſt Aetium bello ſuperatum, tertio menſe morbo exſtinctus eſt, 432. Aetius priſtinam poteſtatem recepit. Proſp. Marcell. Diac.

Bonifacius Marchio Ferrariæ, 6. Maii, 1052.

Botho Comes Stolberg. 22. Iun. 1538.

Botho Comes Stolberg. 29. Mart. 1577.

Botho Comes Stolberg 21. Sept. 1583.

Brianus Rex Hiberniæ, 23. Apr. 1014.

S. Brigitta Regina Sueciæ, 23. Iul. 1372.

Bruno Dux Sax. Archiep. Colonienſis, 11. Oct. 965.

Bugiſlaus Magnus Dux Pomeraniæ, 1523. 30. Sept.

Bugiſlaus IV. Dux Pomeraniæ, 24. Feb. 1319.

S. Burchardus Anglus, I. Epiſcopus Herbipolenſis, 2. Feb. 791.

Burchardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, 21. Sept. 1325.

Burchardus Comes Barbienſis, 1. Apr. 1420.

Burchardus Comes Barbienſis, 2. Iun. 1586.

Burchardus II. Dux Sueniæ, 12. Decemb. 973.

C.

Caius Iulius Cæſar 15. Mart. Anno Vrbis conditæ 709.

Caius Iulius Maximinus Imp. 26. Ian. 239.

Caius Caligula Imp. Rom. 24. Ianuarii, Anno Chriſti 42.

Caius Marius Conſul ſeptimum 13. Ianuar. Anno V. C. 668.

Caius Marius Iunior, 2. Nouemb. A. V. C. 672.

C. Octauius Auguſtus Cæſar, 19. Auguſti, Anno Chriſti 16.

Caius Vibius Panſa Conſul, 14. Apr. A. V. C. 710.

Campſo Gaurius Ægypti Sultanus in acie cæſus, 26. Aug. 1516.

Campſo Sultanus Ægypti, Alcairo capto, iuxta portam ſuſpenſus, 11. Apr. 1517.

Canutus Princeps Latandiæ, 15. Octob. 1260.

Canutus Waldemari Regis Daniæ filius, 11. Nouemb. 1210.

Carola Duciſſa Bullionæa, Eſdainæ Domina, Henrici Ducis Bullionæi & ViceComitis Turainii vxor ſine hæredibus, Sedani in Gallia, 1594.

Carola Mompenſeria, Ludouici Ducis Mompenſerii in Gallia filia, Guilhelmi Principis Auraici cõiux tertia, pleuritide exſtincta 5. Mart. 1582. Antuerpiæ.

Carolomannus Rex Franciæ, 4. Decemb. 771.

Carolomannus Rex Bauar. & Italiæ, 21. Mart. 880.

Carolus Martellus, Maior domus ſiue Præfectus aulæ Regiæ, auus Caroli Magni, moritur 22. Octob. 741. Reliquit

quit tres filios: Carolomannum, Pipinum & Griſonem. *Franc. Annal. & alii.*

Carolus Magnus Imp. Rom. Aquiſgrani, die 28. Ianu. 814. ætat. 72. cum in Occidente imperaſſet an. 13. menſ. 1. d. 4. Annal. Franc. Eginhartus & alii.

Carolus, Caroli Magni filius, Rex Germaniæ, 4. Dec. 811.

Carolus Caluus Imp. Rom. 6. Octob. 877.

Carolus III. Craſſus Imp. an. 888. imperii 8. m. 7. 12. Ianuarii.

Carolus IV. Imperator Pragæ 29. Nouembr. 1378. Imperii an. 32. Naucl. Cuſp. Auentin. Mechou. Vetus manuſcriptum Chron. ita habet: Anno 1378. in Vigilia S. Andreæ hora quaſi ſecunda noctis obiit Carolus Imp. in Caſtro Pragenſi, & idem poſt ſolennes exequias Pragæ habitas die 16. à morte ipſius, ſepultus in Eccleſia Pragenſi requieſcit.

Carolus Quintus moritur in Hiſpania, die Mathæi, in Cœnobio D. Iuſti, 21. Septembr. 1558. ætatis 59. à nato Maximiliano auo ſuo ann. 100. à morte Iulii Cæſaris 1600. Conſtantini Magni 1021. Caroli Magni 744. Alexandri Magni 1080. à nato Rudolpho Habſpurgio 340. à morte Maximiliani I. aui ſui 40. Zenocarus hæc eius apophthegmata recitat: I. *Quemadmodum Saturnus, qui ex ſeptem Planetis altiſſimum inſedit culmen, tardiſſime circumducitur: Ita Monarchas Auſtriacos, qui ſumma apud mortalium genus functione vtuntur, quam minime præcipites eſſe oportet.* II. *Vt Sol non alius eſt inopi, alius locupleti, ſed omnibus æquus & communis; ita Reges perſonam ſpectare haud debent, ſed rem: iuſtitiaque & beneuolentia eorum omnibus ciuibus ſuis patere debet.* III. *Sicut Solis defectio magnorum motuum plerumq; argumẽtum trahit: ita Regum errores etiam mediocres magnam rebus humanis perturbationem afferunt.* IV. *Et vt idem Sol ceram liquefacit, & lutum indurat: ita eadem Regis liberalitas alios reddit meliores, alios ingratiores & nequiores.* V. *Quemadmodum Luna*

Digitized by Google

quo propior eſt Soli, hoc minus habet luminis, minuſq; irradiatur: ita quidam quo propius ſunt ad latus Regum, minus irradiantur, minuſq; diteſcunt & inaurantur. VI. *Et vt Luna præcipue mouet inferiora, non quod efficacior, ſed quod vicinior: ita multum habet momenti ad motus belli paciſq; ſedandos vicinitas Regis.* VII. *Ac veluti quædam fulmina æs ac ferrũ liquefaciunt, ne cera quidem confuſa: Ita diuina vis ac regia poteſtas in obſiſtentes ſæuit, mollibus parcit & cedentibus.*

Carolus Princeps Hiſpaniæ Philippi II. Regis Hiſpaniæ filius, an. ætat. 22. die 24. Iul. 1568. in Hiſpania.

Carolus Dux Aquitaniæ, Archiep. Moguntinus, 4. Iun. 863.

Carolus Dux Aquitaniæ 12. Maii, 1422.

Carolus Andegauenſis Rex Siciliæ, 7. Ian. 1284.

Carolus, Ioannis filius, Princeps Anhalt. 4. Mart. 1561. ætatis 27.

Carolus Archidux Auſtriæ, Ferdinandi Imp. filius, Maximiliani II. Imperatoris frater, 10. Iul. St. N. 1590. ætat. 50. menſe 1.

Carolus Marchio Badenſis, Erneſti filius, 23. Mart. 1577. ætatis 48.

Carolus Dux Borbonius 6. Maii, 1527.

Carolus Bellator, Dux Burgundiæ, 5. Ian. 1477. in prælio ad Nanceium.

Carolus Dux Calabriæ, 8. Nouemb. 1328.

Carolus Princeps Dyrrachinus, 23. Ian. 1348.

Carolus Comes Flandriæ, 24. Feb. 1127.

Carolus Valeſius, Philippi III. Regis Galliarum filius, 16. Decemb. 1325.

Carolus Pulcer, Rex Galliæ, 1. Feb. 1328.

Carolus V. Rex Galliæ 16. Sept. 1380.

Carolus VI. Rex Galliæ, 21. Octob. 1422.

Carolus VII. Rex Galliæ, 22. Iul. 1460.

Carolus VIII. Rex Galliæ, 1497. 7. April.

Carolus, Franciſci Regis Galliæ filius, 9. Sept. 1545.

Caro-

Carolus IX. Rex Galliarũ, 30. Maii, ipſo die Pentecoſt. 1574. an. æt. 24. Regni 14. nondum exacto.

Carolus, Adolphi Geldriæ Ducis filius Arnoldi nepos, cum per 46. ann. Belgas infinitis calamitatibus inuoluiſſet, ob recuperationem ditionum paternarum, quas auus ipſius ob impiam inhumanitatem Adolphi vendiderat Carolo Burgundo, moritur 25. Iul. 1538.

Carolus Cardinalis Lotharingus, biduo ante natalem Chriſti fatis concedit, 1574. ætat. 49. Lutetiæ. In ſummo Catholicorum & Hugonotorum odio obiit, non ſine ſuſpicione veneni ex facis per noctem prælatæ peſtifero odore cerebro corrupto. *Thuanus.*

Carolus, Caroli Lotharingiæ Ducis filius, Cardinalis Metenſis & Epiſcopus Argentinenſis, 24. Nouemb. 1607. Ei in Epiſcopatu ſucceſſit Leopoldus Archidux Auſtriæ Epiſc. Paſſauienſis.

Carolus III. Dux Lotharingiæ, menſe Maio, 1608.

Carolus Princeps & Comes Mansfeldius, prudentiæ, fortitudinis & peritiæ militaris laude celebris, Regis Hiſp. in Belgico Thalaſſiarchus, & exercitus Cæſarei contra Turcas Dux & Imp. in ipſo rerum in Vngaria exigui temporis ſpatio præclare geſtarũ limine dyſenteria exſtinctus Comaræ, die 14. Aug. St. N. intra 8. & 9. hor. veſper. 1595. æt. 52. Fuit enim natus an. 1543. quo ipſo Strigonium, conſilio ipſius & ductu hoc anno recuperatum, à Turcis expugnatum & occupatum fuerat.

Carolus Comes Meganus Friſiæ præfectus 7. Ianuarii, 1572.

Carolus Rex Neapolis & Pannoniæ, 3. Iunii, 1386.

Carolus II. Rex Neapolitanus 4. Maii, 1308.

Carolus Dux Monſterberg. Olſnenſis, & Oppau. Georgii Podiebracii, Regis Bohemiæ nepos, Henrici filius, Princeps Heroica animi & corporis magnitudine præditus, Sileſiæ ac Bohemiæ ſalutaris gubernator, die 31. Maii, 1536. ætat. 60.

Carolus, VVolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni,

Digitized by Google

Dux Bauariæ, 6. Decembr. 1600. Birckenfeldæ.

Carolus Rex Pannoniæ, 16. Aug. 1342.

Carolus Rex Sueciæ ſub finem anni 1611.

Carolus Fridericus, Wilhelmi filius, primogenitus, Iuliæ & Cliuiæ Dux, 23. Feb. 1575. ætat. 20. Romæ.

Carolus Victor, & Philippus Magnus Fratres: Duces Brunſuic. in acie 9. Iul 1553.

Caſimirus Dux Opolienſis in Sileſia, 6. Maii, 1236.

Caſimirus ex Monacho factus Rex Poloniæ obiit anno 1058. 28. Nouemb. Huic ſucceſſit Boleſlaus, qui S. Staniſlaum interfecit.

Caſimirus Magnus Rex Polon. 5. Nouemb. 1370.

Caſimirus, Vladiſlai Regis Polon. filius, 1. Mart. 1427.

Caſimirus Marchio Brandeburgicus, Budæ 27. Sept. 1527. æt. 46.

Caſimirus Rex Polon. 1492. 7. Iun. ætat. 64. *Mec.*

Caſpar Colignius Caſtilionæus Galliæ Admiralius, cum flore nobilitatis Hugonoticæ Pariſiis in nuptiis Henrici Nauarræ Regis, 24. Aug. die S. Bartholomæi, 1572.

Caſpar Comes Mansfeldius, 26. Oct. 1542.

Caſpar Vlricus Comes Reinſtenius 16. Nouemb. 1575.

Catharina Henrici VIII. Angliæ Regis vxor, 24. Febr. 1536.

Catharina Duciſſa de Barri, Regis Galliæ ſoror, Nanceii, 13. Feb. St. N. 1604.

Catharina Sigiſmundi Ducis Auſtriæ coniux, 24. Iulii, 1468.

Catharina Ioannis Marchionis Brandeburgici vxor, 10. Maii, 1574.

Catharina, filia Henrici Iunioris Ducis Brunſuic. & coniunx illuſtriſſ. Principis Ioannis Marchionis Brandeb. Dominica Vocem iucunditatis, 16. Maii, 1574. ætat. circiter 58.

Catharina, Alberti Principis Hẽneberg. vxor, 18. Iun. 1577

Catharina Hennebergica, Henrici Comitis Schwarzeburgii coniux, 17. Nouemb. 1567.

Catharina, Henrici Comitis Hennebergii filia, vxor Friderici

Friderici cognómento Strenui, Marchionis Miſnenſis, Miſnæ 15. Iun. 1397. ſepulta Veterocellæ ad latus mariti, quem ſuperuixerat vidua annos 16.

Catharina Medicæa, Laur. Med. filia, Henrici III. Galliæ Regis mater, quæ hactenus conſiliis ſuis regnum rexerat, & Guiſianas partes fouerat ac cõfirmarat, die 4. Ian. St. N. 1589. non ſine ſuſpicione veneni, vt quidam volunt.

Catharina, ex Ducum Megapolitanorum familia, vidua Friderici III. Ducis Sileſiæ, Lignicenſis & Bregenſis, Lignicii 17. Nouemb. 1581.

Catharina Burggrauia Miſnenſis, 10. Decemb. 1565.

Catharina, Ioannis iunioris Comitis Palatini Rheni Bipontini coniux, 10. Maii, 1607.

Catharina, Bugiſlai Ducis Pomeran. filia, 11. Iul. 1575.

Catharina, Friderici I. Electoris Saxoniæ vxor, 28. Dec. 1442.

Catharina Henrici Pii, Saxoniæ Ducis coniux, 6. Iunii, 1561.

Catharina, Philippi Ducis Brunſuici & Grubenhagii filia, Ioan. Erneſti Ducis Sax. vxor, deinde Philippi Schwarzeburgici Comitis, 24. Feb. 1581. Salsfeldiæ.

Catharina, Mauritii & Auguſti Electorum Sax. mater, 6. Iun. 1561. ætat 84. Torgæ.

Catharina, Sigiſmundi Poloniæ Regis filia, coniunx Ioannis III. Regis Suecorum, 17. Sept. St. V. 1583. relicto vnico filio Sigiſmundo Rege Sueciæ electo.

Catharina, Guntheri Schwarzeburgii Comitis coniux, 16. Iul. 1583.

Catharina, Thomæ Boſnæ R. vxor, 25. Octob. 1478.

Cedual Rex Angloſaxonum, 20. April. 689.

Chelpho Rex Longobardorum, 1. Apr. 575.

Chriſtianus I. Rex Daniæ, 22. Maii, 1482.

Chriſtianus III. Rex Daniæ, 1. Ian. 1559. ætat. 56.

Chriſtianus Comes Altenburgius & Delmenhorſt, 6. Auguſt. 1570.

Chriſtianus, Adolphi filius, Dux Holſatię, 22. Apr. 1577.

Chriſtianus Elector Saxoniæ, d. 25. Sept. St. V. circ. hor. 7. matut. 1591. Dreſdæ. An. ætat. 31. gubernat. an. 6.

Chriſtianus II. Elector Saxoniæ, 23. Iun. St. V. 1611. Dreſdæ.

Chriſtiernus Rex Daniæ, qui expulſus regno 10. annos exul vagatus fuerat, & poſtea an. 27. in cuſtodia habitus, 25. Ianuar. 1559. ætat. 78. dieb. 24. poſt obitum Chriſtiani Regis.

Chriſtina Georgii Ducis Sax. filia, Philippi Landgrauii Haſſiæ vxor, 16. Apr. 1549.

Chriſtophorus Comes Barbienſis, 3. Oct. 1523.

Chriſtophorus Comes Barbienſis, 3. Oct. 1576.

Chriſtophorus Columbus Genuenſis, nouarum terræ partium noſtro ſeculo primus inuentor, poſt quartam in nouum orbem nauigationem, 8. Maii, 1506. Valledoletii in Hiſpania.

Chriſtophorus Dragonius, Nobilis Hiſpanus, arcis Antuerpianæ Præfectus, & veteranus militum Dux, bellis in Belgico geſtis clarus, die 4. Ian. St. N. 1596. ætatis 89. Antuerpiæ.

Chriſtophorus Comes Palat. Rheni, Dux Bauariæ & Rex Daniæ, obiit anno regiminis ſui 9. 1448. die 6. Ianu. abſq; liberis. Vxorem habuit Dorotheam Marchioniſſam, Brandeburgicam.

Chriſtophorus Comes Palatinus Rheni, 14. Apr. 1574. in prælio.

Chriſtophorus, Alberti filius, Dux Megapolitanus, 4. Martii, S. V. 1592. æt. 56.

Chriſtophorus Radziuil, Dux Birzarum, Palatinus Vilnenſis, 20. Nouemb. 1603. æt. 56. Vilnæ.

Chriſtophorus Comes Stolbergius, 8. Aug. 1581.

Chriſtophorus Baro à Teuffenbach Stiriacus, ſuperioris Vngariæ Capitaneus generalis, pridie Non. Oct. 1598. Pragæ.

Chriſtophorus Princeps Tranſyluaniæ, Stephani Regis Polon. frater, Sigiſmundi pater, in Tranſyluania, 1581.

Chriſto-

Chriſtophorus Dux Wirtembergicus, antiqua virtute & fide Germanica 28. Decembris, 1568. ætatis 54. gubernationis ſuæ an. 18. m. 1. d. 22.

Chunilda Henrici III. Imperatoris coniux, 16. Julii, 1038.

Clara Franciſci Ducis Luneburgici vxor, 21. Martii, 1576.

Clara Bogislai XIII. Pomeraniæ Ducis coniux, Franciſci Ducis Luneburgenſis filia, 25. Januarii, 1598.

Claudia vxor Franciſci I. Regis Galliæ, 25. Julii, 1524.

Claudius Tiberius Imp. die 13. Octobris an. Chr. 55. ætatis 64. regni 13. menſ. 8. d. 20. Dio. A Monarchia Julii Cæſaris an. 100. completis. Quinq; igitur monarchæ, Julius, Auguſtus, Tiberius, Caligula & Claudius, compleuerunt in imperio annos 100.

Heraclius Imp. ex hydrope mor. 11. Martii, 641. imperii anno 30. m. 10. Cedren. Poſt eum filius Conſtantinus imperauit menſ. 4. & à nouerca Martina veneno ſublatus eſt. Succeſſit Heraclonas Martini filius natus an. 10. qui cum menſ. fermè ſex geſſiſſet imperium, miſſus eſt vna cum matre in exilium. Martinæ præciſa eſt lingua, ne oratione, quâ plurimum valebat, populum cõmoueret: Puerum verò Heraclonam naſo mutilarunt, ne decor aut gratia in vultu miſerationem faceret.

Hercules Ateſtinus Ferrariæ Dux, æt. 51. 5. Non. Octob. 1559.

Hermannus Comes à Berge, Spadæ, menſ. Iulio, 1611.

Hermannus Dux Francorum, 28. Iulii, 1039.

Hermannus Comes Habsburgii & Alſatiæ, 20. Decemb. 1288.

Hermannus Landgrauius Haſſiæ & Franconiæ, 10. Decembr. 949.

Hermannus Landgrauius Haſſiæ, Archiepiſc. Colon. 27. Nouembr. 1508.

Hermannus Comes Kiburgii, 27. Nouembr. 1264.

Hermannus à Stobechshorn Ducatu Luneburgico ab Othone I. Imp. donatus 1. April. 973.

Hermannus Burggrauius Miſnenſis, 27. Octob. 1337: ſepultus Veterocellæ; cum eum præceſſiſſet vxor Vilburgis dies ſex.

Hermannus Dux Oſtrofranciæ, 27. Ianuarii, 1056.

Digitized by Google

Hermannus de Saltza Ordinis militiæ Teutonicorum in Boruſſia Magiſter, vir fortis & magnanimus, rerumq; præclarè geſtarum laude celebris, poſtquam Ordini 30. annorum ſpatio præfuiſſet, eidemque plurimas arces & bona in Armenia, Italia, Vngaria & Germania adieciſſet, obiit in Apulia d. 24. Jul. ſepultus Barletti 1240.

Hermannus Dux Sueuiæ, 30. Decembr. 949.

Hermannus Landgrauius Thuringiæ, 26. April. 1215.

Hermannus Comes Widenſis, Archiepiſc. Colonienſis, 15. Auguſti, 1552. ætat. 80. Biuerni ditionis ſuæ oppid.

Hermannus Ludouicus, Friderici III. Electoris Palatini filius, qui cum præceptore ſuo Nicolao Iudice, Hieronymo Rechlingero, Patritio Auguſt. Ioanne Bellouæo & ipſomet nauta in traiectu Auarici Biturigum (cum in illa Acad. bonis literis operam nauaret) interſa nauicula eſt ſubmerſus, Cal. Jul. 1556. an. æt. 15. poſt h. 6. veſpert.

Herodes Magnus Judææ Rex, 1. Martii, anno Chriſti primo.

Herodes Agrippa maior ab Angelo percuſſus moritur, anno Chriſti 45. ætat. 54. regni 7. *Act.* 2.

Herodes Rex Chalcidis moritur 8. anno Claudii, Chriſti verò 49. & Cumanus Tiberio Alexandro in Judæa ſuccedit: ſub hoc ſeditione exorta perierunt 30. millia Iudæorum. *Euſeb.*

Hiltegardis, Caroli Magni Imp. vxor, 30. April. 783.

Hiltrudis Comes Veringenſis mater Hermanni Contracti, 9. Ianuar. 1052.

Hipparchus Piſiſtrati filius, Athenienſium tyrannus, 28. Iunii, A. M. 3448.

Honorius Imp. 18. Calend. Septembr. 423. anno ætatis 44. imperii 30. m. 7. d. 6. *Proſp. Marcell.* Eius obitum anteceſſit Cometes.

Hugo Comes Mansfeldius, 16. Ianuar. 1558.

Hugo Magnus Comes Pariſienſis, die 16. Iunii, 957.

Huldri-

Digitized by Google

Huldricus Fuggerus, Raimundi filius, Kirchbergæ & Weishorni Dominus, qui exul apud Fridericum III. Elect.Palatinum, Bibliothecam ſuam, propter Manuſcripta magni æſtimandam, Friderico IV. Electori Palatino legauit, 18.Calend.Iulii 1584. ætatis 58. Heidelbergæ.

Hunerichus Vandalorum Rex, qui Chriſtum de diuinitatis ſuæ throno deiicere nitebatur, in medio furoris ſui curſu ab eo, quem perſequebatur, repreſſus, & meritis ſuis digna morte exſtinctus eſt 485. Nam, vt auctor eſt Victor, corpus eius putrefactum vermibus ita ſcatere & ebullire cœpit, vt non corpus, ſed corporis partes ſepultæ ſint. Ei ſucceſſit, teſte Procopio, Gundabundus, qui Chriſtianos imitatione ſuorum ſuppliciis etiam maioribus adflixit, & XII. annis regnauit.

I.

Iacoba Comes Hollandiæ 9. Octobris 1436.

Iacobus Arminiacus Dux de Nemours Lutetiæ decollatus 24. Auguſti 1477.

Iacobus Archiepiſcopus Treuirenſis Elector die 3. Iunii 1581.

Iacobus Marchio Badenſis, Caroli filius, cum à Iohanne Piſtorio proſelytus Pontificiorũ factus eſſet, Miniſtris Euangelicis è territorio Hochburgenſi ſubmotis, ſacrificos vocaſſet, ventris profluuio exſtinctus, obiit 7. Auguſti, St.N. anno 1590. ætatis 28.

Iacobus Carrarienſis Grandis, primus Patauinus conſenſu populi Rector 22. Nouemb. 1324.

Iacobus Carrarienſis, Minor, quintus Patauinorum Princeps die 19. Iulii 1350. Ducatus anno 5. à Gulielmo naturali filio Iacobi Grandis ob contumeliam natalium quam ei per iurgum obiecerat, euocatus à menſa, tanquam ſecreti quippiam auditurus, in præſentia diſcumbentium confoditur. nec prius Gulielmus occiſum ictu

Digitized by Google

primo, deſtitit aliis vulnerare ictibus, quam & ipſe à circumſtantibus cæſim punctimque petitus occumberet.
Iacobinus Carrarienſis, Iacobi Minoris frater, Dux VI. Patauinorum, anno Chriſti 1357. cum 6. annos ſine diſcordia cum Franciſco Iacobi fratris filio gubernaſſet, vnumque vixiſſet in cuſtodia, ſuſpectus veneni in conſortem imperii.
Iacobus I. Rex Scotiæ, 20. Feb. 1436.
Iacobus II. Rex Scotiæ 3. Augusti 1460.
Iacobus III. Rex Scotiæ, 11. Iun. 1488.
Iacobus IV. Rex Scotiæ, 10. Septemb. 1513.
Iacobus V. Rex Scotiæ, 12. Decemb. 1542.
Iacobus Princeps Hiſpaniæ, Philippi II. Regis Hiſpan. filius, natus ex Anna Auſtriaca, Maximil. II. Imp. filia 21. Nouemb. 1582. an. ætat. 9.
Iaropoleus Princeps Ruſſiæ, 10. Feb. 1146.
Ido Comes Rochlicii, Epiſcopus Miſnenſis, 19. Decembr. 1015.
Ioachimus, Erneſti filius, Princeps Anhaltinus, 6. Decembris, 1561. ætat. 52. Deſſauiæ.
Ioachimus I. Elector Brandeb. 11. Iulii, 1535. Berlini ætatis 51. Ei ſucceſſit in gubernatione filius Ioachimus II. qui hoc ipſo anno celebrauit nuptias in Polonia cum Hedwige, Sigiſmundi Regis Poloniæ filia.
Ioachimus II. Elector Brandeb. Princeps ſapiens, eloquẽs & munificus, extinctus ſubito in arce Copnik, 3. Ianuarii, 1571. ætat. 66. à morte patris 36. Electoratus ſui an. 35. hebdomad 25.
Ioachimus Auguſti Electoris Saxoniæ filius, 21. Nouemb. 1557.
Ioachimus, Comes Imperii, veteris proſapiæ Ortenburgicus, qui à ditionibus ſuis exſulis inſtar 26. annos abfuit, confectus ærumnis & ſenio, 19. Martii 1600. Norinbergæ, cum vixiſſet annos paulo minus ſeptuaginta.
Ioachi-

Ioachimus, Dux Stetinenſis & Pomeraniæ, *22.* Septemb. ,1451.

Ioachimus Chriſtophorus Princeps Anhaldinus, *16.* Iulii, 1583.

Ioachimus Erneſtus, Princeps Anhaltinus, Iohannis filius, Erneſti nepos, Princeps pius & ſapiens, pacis, iuſtitiæ, ac literarum amantiſſimus, *6.* Decemb. St. V. veſperi hora 8. 1586. cum vixiſſet ann. 50. menſ. 1. dies 17. Deſſauiæ.

Ioachimus Fridericus, Elector Brandeburgicus, apoplexia exſtinctus, *18.* Iulii, Stilo Vetere 1608. ætatis *63.*

Ioachimus Fridericus, Dux Sileſiæ Lignicenſis & Bregenſis, Archiepiſcopatus Magdeburg. Præpoſitus, 25. Martii, 1602. ætat. 52. Bregæ.

Ioanna Albretana, Antonii Borbonii Regis Nauarræi relicta vidua, dum filio Henrico Borbonio nuptias adornat, pleuritide, ſi non veneno, Lutetiæ Pariſiorum, die 8. Iunii, 1572. ætat. 42.

Ioanna Borbonia, Caroli V. Regis Galliæ vxor, *6.* Februarii, 1378.

Ioanna Gonzaga, Leonelli Marchionis Ferrariæ vxor, 7. Iunii, 1440.

Ioanna, Nauarræ Regina, *9.* Octob, 1319.

Ioanna, Philippi Pulcri, Regis Galliæ coniux, 2. Aprilis, 1304.

Ioanna Semeria, Henrici VIII. Angliæ Regis vxor, *24.* Octob. 1537.

Ioannes Rex Angliæ, 1216. 19. Octobr.

Ioannes Princeps Anguianus, cum aliis Proceribus Gallis in acie occiſis ad Sanquintianum, decimo Auguſti, 1557.

Ioannes Rex Arragonum & Siciliæ 19. Ianuarii, 1479.

Ioannes, Erneſti filius, Princeps Anhaltinus, 4. Febr. 1551. ætatis 46. completo, Serueſtæ.

Digitized by Google

Ioannes Auſtriacus, Caroli V. filius, princeps bellicoſus, & inſigni illa ac memorabili victoria prælio nauali in Ægeo mari ad Echinadas de Turcis parta nobilitatus, peſte in expeditione contra Ordines Belgici 2. Octob. hora 2. poſt meridiem, 1578. æta. 32. in Caſtris prope Namurcum.

Ioannes Marchio Badenſis, Archiepiſc. Treuirenſis, 11. Febr. 1507.

Ioannes Dux Bauariæ, 22. Decemb. 1340.

Ioannes Dux Bauariæ, 8. Auguſti, 1397.

Ioannes Dux Bauariæ & Hollandiæ 6. Ianuarii, 1424.

Ioannes Dux Bauariæ, 18. Nouemb. 1463.

Ioannes Baſilius, Magnus Dux Moſcouiæ & Ruſſorum Imperator, qui totos 25. annos grauiſſime & crudeliſſime Liuoniam adflixerat & vaſtarat, die 28. (alii 26. Martii, St. N. 1584. cum vixiſſet annos 56. m. 7. Huic vnanimi procerum vulgiq; conſenſu electus, 28. Iunii, ſucceſſit filius Theodorus, ætat. 22.

Ioannes à Bernſtain, Baro Bohemus, virtute ac prudentia militari inclytus, in ipſa obſidione arcis Iaurinenſis, in ſuburbio ibidem occaſionem inſtituendi ſtratagematis capraturus, die 30. Septembr. St. N. hora 7. matutina, 1597. globo tormentario maiori ictus occubuit.

Ioannes Rex Bohemiæ, Rudolphus Dux Lotharingiæ Carolus Dux Alenconius, Ludouicus Comes Flandriæ ad Creſſiacum occumbentes 26. Auguſti, 1346.

Ioannes primus Elector Brandeburgicus, 4. Aprilis, 1466.

Ioannes Sapiens, Marchio Brandeburg *oculus & conſilium Germaniæ* dictus, Cuſtrini mane paulo ante horam 6. die 13. Ianuarii, 1571. ætatis 58. die 10. poſt fratrem: gubernationis anno 36. Vtrique horum principum ſucceſſit Iohannes Georgius Elector Brandeburgicus.

Ioannes Dux Britanniæ, 15. Iulii, 1305.

Ioannes

Ioannes Dux Brunſuicenſis & Grubenhagen, 11. Septemb. 1557.

Ioannes Valeſius cognomento Intrepidus, Philippi Valeſii filius, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Arteſiæ, &c. Conuocatus à Delphino Franciæ Monſtreoli ad Sequanam in ponte ad colloquium; vt ipſe tranſit clathras, honoriſque cauſa vno genu nixus, ſalutat Delphinum, ab circumſtantibus trucidatur 10. die Septemb. 1419.

Ioannes Dalburgius Epiſcopus Wormacienſis 28. Iulii, 1503.

Ioannes Rex Daniæ 2. Febr. 1513.

Ioannes Firleus Palatinus Cracouienſis, Archimarſchallus regni Poloniæ, die 28. April. 1574. qui, cum Henricus Andegauenſis coronandus inſtinctu Legati Papę iureiurando pacem religioſis conceſſam ſancire nollet, tanta conſtantia reſtitit, vt arrepta Corona, quæ tunc Regi præferebatur, templo excedere voluerit, niſi à pleriſque pacis & Concordiæ nomen inclamatum fuiſſet.

Iohannes Orientalis Friſiæ Comes, Embdæ, 29. Septemb. 1591.

Ioannes II. Comes Hannoniæ & Hollandiæ 12. Septembr. 1305.

Ioannes Landauenſis Baro Hauſanus & Rappoltenſtain, 23. Septemb. 1575. in Auſtria.

Ioannes Princeps Hennebergius, 2. Maii, 1359.

Ioannes Princeps Hennebergius, Abbas Fuldenſis 20. Maii, 1513.

Ioannes Comes Hoienſis, 10. Ianuarii, 1294.

Ioannes Comes Hoienſis, 15. Auguſti, 1372.

Ioannes Comes Hoienſis, Epiſcopus Hildeſemenſis & Padebornenſis 12. Maii, 1424.

Ioannes Comes Hoienſis, 11. Iunii, 1534.

Ioannes Comes Egmondanus, 29. April. 1528.

Ioannes Huttinus Rex Galliæ 25. Iunii, 1216.

Ioannes Valeſius Rex Galliæ, 19. Martii 1364.

Digitized by Google

Ioannes Franciæ Delphinus, Caroli VI. Regis filius, 6. April. 1417.

Ioannes Comes Hollandiæ, 29. Octob. 1300.

Ioannes V. Comes Hollandiæ, 27. Septemb. 1359.

Ioannes Comes Hoienſis, Epiſcopus Padebornenſis, Oſnaburgenſis & Monaſterięſis, ex vitæ intemperie, 1574. ætat. 44.

Ioannes Comes Holſatiæ, 23. Feb. 1276.

Ioannes Comes Holſatiæ & Schoumburgi, 30. Martii, 1527.

Iohannes Dux Holſatiæ, Friderici I. Daniæ Regis filius, 2. Octobr. 1580. Hadersleuiæ.

Ioannes à Leyn Archiepiſc. Colonienſis 5. Februarii 1567.

Ioannes Dux Monſterbergius in Sileſia, 28. Februarii, 1565.

Iohannes, Iohannis Alberti filius, Dux Megapolitanus, 22. Martii, St. V. 1592. ætat. 34.

Ioannes Comes Naſſouiæ, 24. Auguſt. 1362.

Ioannes Naſſouius Archiepiſc. Moguntinus, 23. Septemb. 1419.

Ioannes ſenior, Comes Naſſouius, 8. Octob. 1606. ætat. 71. Dillenbergæ.

Ioannes Burggrauius Norimbergenſis 1357. 7. Octobris.

Ioannes Burggrauius Norimbergenſis, 1440. 11. Iunii.

Ioannes Burggrauius Norimbergenſis 29. Aprilis 1528.

Iohannes I. Princeps Palatinus Rheni, Comes Simerius & Spanheimenſis, 1508.

Ioannes II. Ioannis I. filius, Palatinus Rheni, Comes Simerius & Spanhemii, princeps literatorum patronus, Imperiali Cameræ annos aliquot ſumma cum laude Iudex præfuit die 18. Maii, 1557. ætat. 71.

Iohannes Senior Wolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Bipontinus, 12. Augusti, 1604. ęta. 54. Germershemii: relictis

relictis tribus filiis, Iohanne, Friderico Caſimiro, Iohanne Caſimiro.

Ioannes Princeps Plocenſis in Maſouia 23. Febr. 1495.

Ioannes Cyriacus, Baro Polhæmius, 7. Febr. 1582.

Ioannes Rex Portugalliæ, 2. Ianuarii, 1542.

Ioannes III. Emanuelis filius, Rex Portugalliæ, 1557. ætatis 51. regni ſui 36. Rex declaratus eſt nepos eius Sebaſtianus, cum eſſet trium annorum.

Iohannes Comes à Manderſcheidt, Epiſcopus Argentinẽſis, die 22. April. St. V. 1592. anno Epiſcopatus 23. m. 3. Tabernæ Alſatiæ.

Ioannes Dux inferioris Saxoniæ, 15. Auguſti, 1507.

Iohannes Dux Saxoniæ Elector, Friderici frater & ſucceſſor, in oppidulo Saxoniæ Schuueinitz, 13. Auguſti, 1532. ætatis 63. Sepultus Witebergæ in templo arcis: anno 30. à condita Academia Witenbergenſi.

Ioannes Georgii filius Dux Saxoniæ, vndecimo Ianuarii, 1537.

Ioannes à Schonberg, Elector & Archiepiſc. Treuirenſis, Cal. Maii, 1599.

Ioannes Caroli filius, Dux Sileſiæ Olſnenſis & Monſterbergenſis, die 28. Feb. 1565. ætat. 56.

Ioannes III. Rex Sueciæ, Goſtaui filius, Sigiſmundi Sueciæ & Poloniæ Regis pater, præclaris de Moſcorum Duce partis victoriis & prouinciis Carelia, Ingria, Wolzouia & Eſthonia Liuoniæ regno adiectis clarus, 17. Nouembr. St. V. 1592. ætat. 55.

Ioannes Baro Schwartzenburgius vigeſimo primo Octobris, 1528.

Ioannes Baro Starenbergius 19. Auguſti, 1570.

Ioannes Vicecomes Archiepiſc. Mediolanenſis, 5. Octobr. 1354.

Ioannes Vngnadius Baro Sonneccius 27. Decembris 1564.

Digitized by Google

Ioannes Comes Tarnouius, Caſtellanus Cracouienſis, ſummus exercituũ regni Poloniæ Dux, litteris & armis clariſſimus, 16. Maii, 1561. ætat. 73. in Curia ſua Viceco-ionenſi.

Iohannes Waiuoda in Vngaria exſtinctus, cum accepiſſet nuntium de nato ſibi filio, 1540. d. 14. Iul. ætat. 50.

Iohannes Waiuuoda Tranſyluaniæ, die 14. Martii, 1570. ætat. 30. in Vngaria: cui ſucceſſit Stephanus Bathoreus.

Ioannes Comes Werdenbergius & Vlricus Haheſaxius Baro 9. April. 1537.

Ioannes à Weza præſes Conſtantienſis 14. Iunii, 1548.

Iohannes Adamus à Bicken, Archiepiſc. Moguntinus & Elector, 31. Decembr. 1603. Huic ſucceſſit Iohannes Suicardus à Cronberg.

Iohannes Zamoiſcius, magnus Regni Poloniæ Cancellarius, 3. Iunii, St. N. 1605. apoplexia exſtinctus, dum inter occupationes meditabundus in ſellam conſederat, Zamoiſciæ, ætat. 63. Reliquit filium vnicum Thomam Zamoiſcium, ſummæ expectationis.

Ioannes Albertus Marchio Brandeburgicus, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, 17. Maii 1550.

Ioannes Albertus Comes Mansfeldius, 9. Iulii, 1586.

Iohannes Albertus, Dux Megapolitanus, d. 12. Feb. 1576. ætat. 49.

Ioannes, Albertus, Rex Poloniæ, 17. Iunii, 1501.

Ioannes Caſimirus Comes Palatinus Rheni & Electoralis Palatinatus Tutor & Adminiſtrator, Dux ſapiens, magnanimus & bellicoſus, die 6. Ianuarii, St. V. anno 1592. ætat. 49. Heidelbergæ.

Iohannes Erneſtus, Ioachimi Erneſti Principis Anhaltini filius, trium millium copiarum pedeſtrium ad bellum contra Turcas conductarum præfectus ac ductor, febri

Digitized by Google

febri maligna correptus 12. Decembr. 1601. ætatis 23. Viennæ Auſtriæ metropoli.

Iohannes Erneſtus dux Saxoniæ.

Iohannis Friderici Electoris frater, 19. Febr. 1553. ætatis ſuę 31. menſe 8. Coburgi in ſolo natali.

Iohannes Franciſcus Gonzaga Dux Mantuæ, 23. Septembris, 1444.

Ioh. Fridericus, Dux Pomeraniæ, 9. Feb. 1600.

Iohannes Fridericus Elector Saxon. 3. Martii, 1554. ætatis 51. Hic cum captiuus eſſet, & ei (anno 1548.) offerretur reſtitutio dignitatis amiſſæ, ſi aſſentiretur doctrinæ Interimiſticæ, ſpreta conditione, ſuam religionē abiicere noluit. Ob hanc conſtantiſſimam recuſationem inter ſuos Conſtantis nomen ac laudem meruit.

Ioannes Fridericus III. Dux Saxoniæ, Ioh. Friderici I. filius, 31. Octob. 1565. Ihenæ ætatis 28. Huius Principis mortem conſecutum eſt bellum Gothanum: quod ipſe ſuperſtite haud dubie fuiſſet impeditum.

Ioan. Fridericus IV. Dux Saxoniæ 8. Aug. 1560.

Ioannes Fridericus II. Dux Saxoniæ captiuus, die 9. Martii, inter h. 7. & 8. veſpertinam 1595. Stiræ oppido Auſtrię, ætatis 66. m. 5. ea ipſa die ab exilio & captiuitate in æternam libertatē euocatus, qua in eam ante annos 28. integros fuerat ex patria & libertate abductus.

Iohannes Galeacius Sfortia, Princeps Mediolanenſis, 20. Octobr. 1494.

Ioannes Galeacius Primus Dux Mediolanenſis, 2. Septēb. 1402.

Ioannes Gebhardus Comes Mansfeldius, Archiepiſc. Colonienſis 2. Nouemb. 1562.

Ioannes Georgius Comes Barbienſis, decimoſexto Iunii, 1571.

Iohan. Georgius Marchio & Elector Brandeburgicus, die 8. Ianuarii, St. V. inter 7. & 8. horas anteme-

Digitized by Google

ridianas, 1598. exſtinctus catarrho ſuffocatiuo, ætatis 72. menſ. 4. Coloniæ ad Sueuum. Huic in Electoratu ſucceſſit filius Ioachimus Fridericus, Adminiſtrator Archiepiſcopatus Magdeburgenſis.

Ioannes Georgius Comes Mansfeldiæ, 14. Septemb. 1560.

Iohannes Georgius, Georgii filius, Dux Sileſiæ Lignicenſis & Bregenſis, 6. Iulii, St. N. 1592. an ætat. 40.

Ioan. Guilhelmus, Guilhelmi filius, Dux Iuliæ &c. abſq; hærede maſculo, 25. Martii, 1609. ætat. 47. Duſſeldorpii. ex funere eius mox prodiit alterum Eridos pomum.

Iohannes Guilhelmus Dux Saxoniæ, Iohan. Friderici I. filius, ætatis 43. die 2. Martii, 1573.

Iohannes Guntherus Comes à Schwartzburg, de IV. S. Rom. Imperii Comitũ ordine, 28. Octobr. St. V. 1586. ætat. 54. Arnſtadii.

Iohannes Henricus, Auguſti Electoris Saxoniæ filius, 12. Nouemb. 1550.

Ioannes Hoierus Comes Mansfeldiæ 18. Martii, 1586.

Ioãnes Hunniades Waiwoda Trãſiluaniæ, 10. Sept. 1456.

Ioannes Hunniades Iunior, Waiwoda Tranſiluaniæ, 14. Martii, 1570.

Ioãnes Iodocus Baro Heideccius, 16. April. 1567. Tubingę.

Iohan. Ludouicus Comes Naſſouius, vltimus in familia Idſtenia, 9. Iun. 1605. ætat. anno 9.

Ioannes Maria Dux Mediolanenſis, 16. Maii, 1411.

Ioannes Medices Princeps Florentinus, 30. Nouẽbr, 1526.

Iodocus Barbatus Cæſar, 20. Martii, 1411.

Iodocus Comes Hoienſis & Bruchuſanus, 25. April. 1545.

Iodocus Comes Reinſtenius, 4. Septemb. 1529.

Iodocus Nicolaus Comes Zollerenſis, 9. Febr. 1488.

Irmengarda, Ludouici Pii Imp. Rom. vxor, 3. Octobr. 818.

Irmengarda, Simonis Lippiæ Comitis vxor, 30. Iulii, 1584.

Iſabella, Ferdinandi Catholici Regis Hiſpaniarum vxor, 26. Nouemb. 1504.

Iſabella Auſtriaca, Chriſtierni II. Regis Daniæ vxor, 19. Ianuarii, 1525.

Iſabella,

Iſabella, Caroli V. Galliarum Regis filiola, 9. Feb. 1378.
Iſabella, vxor Caroli V. exſtincta in partu, 1. Maii, 1539. ætat. 40.
Iſabella, Philippi Hiſpan. Regis vxor, 7. Octob. 1568.
Iſmaël Sophi Rex Perſarum primus è Sophinis, obiit anno 1526. cui ſucceſſit filius Techmas. *Leonclau.*
Juditha, Alberti Comitis Barbienſis coniux 11. Septēb. 1352.
Iuditha, Ioannis II. Electoris Brandeburgici vxor, 3. Nouembris, 1248.
Juditha Brandeburgica, Rudolphi I. Electoris Saxoniæ vxor, 9. Maii, 1328.
Iuditha, Wenceslai Regis Bohemiæ filia, Wigberti Marchionis Miſniæ coniux, 17. Decemb. 1109.
Iuditha Vladislai I. Regis Poloniç vxor, 25. Decemb. 1086.
Iuditha wenceslai II. Bohemiæ Rex coniux, 5. Iunii, 1297.
Iulianus Apoſtata Imp. Byzantinus, 6, Iunii, 363.
Iulianus Medices Dux Florentiæ, 27. April. 1478.
Iulius Dux Brunſuic. & Luneburg fundator Academiæ IuliçHelmſtatenſis, die 3. Maii, St. V, inter horā 6. & 7. veſpertinam, 1589. anno ætatis 60. m. 10. d. 8. gubernat. 21.
Iulius, Iulii Comitis Salmenſis filius, 31. Martii, 1586.
Iulius Gonzaga Cal. Ianuarii, 1531. Mantuæ.
Iulius Valerius Maioranus, Occidentis Imp. 7. Aug. 461.
Iouinianus moritur 17. Febr. 364. ætat. 33. imperii menſ. 7. d. 22. *Creditur exanimatus odore cubiculi recenti calce illiti, cum in graui frigore prunas nimium multas adoleri iuſſiſſet.* De eo Hieronym. in Epitaph. Nepotiani: *Iouinianus guſtatis tantum imperialibus bonis, fœtore prunarum ſuffocatus interiit, oſtendens omnibus, quid ſit humana potentia.*
Iuſtinianus Imp. die 13. Nouembr. 565. ætatis circiter 84. Nam imperium adeptus eſt natus annos 45. imperauit annos 38. mēſ. 7. dies 13. Cedrenus ſcribit, Belliſarium quoq; ex vita exceſſiſſe hoc anno.
Iuſtiniano vita & imperiū eripitur à Philippico, 712. atq; in

Digitized by Google

hoc demum Iuſtiniano iuniore defecit Heraclii progenies, elapſis ab Heraclii principio annis 100.

Iuſtinus I. Imp. Rom. 1. Auguſti, 527.

Iuſtinus II. Imp. Byzantinus, 2. Octob. 576.

Iuſtus Comes Barbienſis, 11. Decemb. 1515.

K.

KVnegunda, S. Henrici Imperatoris vxor. 3. Mart. 1039.

Kunegunda, Rudolphi Saxoniæ Electoris coniux, 9. Aprilis, 1333.

Kunegunda Sigfridi Saxonię Principis vxor, 13. Iul. 996.

Kunigunda, filia Caſimiri, Marchionis Brandeburgici, vxor Caroli Marchionis Badenſis, 3. Cal. Martii, 1558. Gamundæ Sueuorum. ætatis 34.

L.

LAdislaus Rex Neapolitanus, 6. Auguſti 1415.

S. Ladislaus Rex Vngarię, 30. Iulii, 1095. ſepultus Varadini in Cœnobio à ſe conſtructo, poſt annos 103. in diuorum numerum relatus eſt. *Bonfi.*

Ladislaus Rex Pannoniæ, 1. Feb. 1172.

Ladislaus II. Rex Pannoniæ, 7. Maii 1201.

Ladislaus Rex Pannonię & Bohemię, 22. Nouemb. 1458.

Lamoraldus Comes Egmondanus, Princeps Gaueræ, Gubernator Flandriæ Arteſiæq;, Aurei Velleris Eques, iuſſu Aluari de Toledo Ducis Albani publice capite plexus, 5. Iunii, 1568. Bruxellis.

Laurentius Medices, Princeps Florentinus, 10. Aprilis 1492.

Laurentius Priolus Dux Venetorum, 17. Aug. 1559.

Laurentius Epiſcopus Wirzeburgicus, 6. Feb. 1519.

Leo Senior Imp. moritur 474. imperii an. 17.

Leo iunior parentem ſuum Zenonem in imperii conſortiū adſumpſit, & aliquanto poſt morbo exſtinctus eſt.

Leo Iconomachus Imp. obiit Conſtantinopoli 14. Cal. Iul. 741. Indictione 9. *Diac.*

Leo IV. Imp. moritur: & Regina Irene vna cum filio Conſtantino (puero 10. annorum) ſuſcepit imperiū 6. (alii 7.) Idus Septemb. 780. Indict. 4. *Diac.*

Leo

Leo Imp. Conſtantinopolitanus, 25. Decemb. 820.
Leo Philoſophus, Imp. Conſtātinopolitanus, 4. Iun. 908.
Leonellus Marchio Eſtenſis & Ferrariæ 1. Octob. 1450.
Leonora, Friderici III. Imp. vxor, 3. Sept. 1467.
Leonora, Franciſci I. Regis Galliæ coniux, 2. Sept. 1558.
Leonora, Auguſti Electoris Saxoniæ filia, 21. Auguſt. 1553.
S. Leopoldus Marchio Auſtriæ moritur 15. Nouemb. 1136. ſepultus Neoburgi in Cœnobio à ſe conſtructo. *Cuſpin.*
Leopoldus Dux Auſtriæ cum Heluetiis confligens occumbit 1386. 9. Iulii, & cum eo numeroſa nobilitas: ſed hæc victoria Heluetiis quoq; non fuit incruenta. Paral. Vrſp. Cranz.
Leopoldus tertius Dux Auſtriæ, 23. Maii, 1412.
Leopoldus Dux Bauariæ 907. 17. Iulii.
Leopoldus Dux Bauariæ 1141. 21. Octob.
Leopoldus Archiepiſc. Moguntinus, 8. Decembris, 1059.
Leſcus Albus Rex Poloniæ, 14. Nouemb. 1227.
Leſcus Niger Rex Poloniæ, 3. Sept. 1289.
Lotharius I. Imp. Rom. 29. Septemb. 855.
Lotharius Imp. rebus magnis in Italia & Apulia proſpere & præclare geſtis, cum exercitu in Germaniam reuertens, in itinere morbo corripitur, & prope Tridentū moritur 3. Decēb. an. imperii 13. Chriſti 1137. ſepult⁹ prope Brunſuigā in monaſterio Luther à ſe conſtructo. Hic à ſcriptorib. Italicis, inquit Fabricius, celebratur, quod in toto imperio nihil egerit quod merito reprehēdi poſſit. Engelhuſius tradit, ipſum iuſtitiæ amatorem, & Conſtātini; Caroli & Othonum fuiſſe imitatorem. Ait etiā Friſingenſis, potuiſſe eius virtute & induſtria imperium ad priſtinam dignitatē reduci, niſi fuiſſet celeri morte præuentus. Addit Fabricius, eum veteres Romanorum leges in Apulia repertas, ſociis Piſanis donaſſe, qui libri nunc Florentiæ in Palatio Mediceo aſſeruentur, ac mādaſſe, vt leges per Irnerium explicentur, & ius ſecundum eas in imperio dicatur, quod & ſupra monuimus. Eius vero etiam Epitaphium recitat à ſe repertum: quod hoc poſtremo diſticho clauditur:

Digitized by Google

Exuitur membris, heu, trina luce Decembris,
Eccleſiæ gemitus, illius eſt obitus.

De anno obitus inter Chronographos non conuenit. Vrſpergenſis; Onuphrius & alii habent 1138. *Nos Friſingenſem Mariani & Sigeberti appendices, & Tritthemii Hirſgauienſe Chron. ſequimur, qui conuentum apud Confluentiam (vbi Cunradus electus eſt Imp.) & Paſcha Coloniæ à Cunrado recens electo celebratum referunt ad* 1138. *Friſingenſi etiam annus Chriſti* 1146. *eſt Cunradi nonus. Ergo* 1138. *eſt Cunradi primus, quod etiam Siffr. habet. Bucholz.*

Lotharius IV. Rex Galliæ, 10. Martii *986*.

Lotharius Rex Lotharingiæ 7. Auguſti, *868*.

Luchinus Princeps Mediolanenſis, *23*. Ianuarii, *1349*.

Lucius Ælius verus Cæſar, ab Hadriano adoptatus 1. Ianuarii 170.

L. Aurelius Commodus Imp. Rom. 31. Decemb. *193*.

L. Iunius Brutus Conſul & Aruns Tarquinii Rom. Regis filius, mutuis vulneribus, 28. Febr. Anno vrbis conditæ 24*6*.

L. Piſo Frugi Licinianus Cæſar à Galba Imp. Rom. adoptatus *16*. Ian. 70.

L. Septimius Seuerus Imper. Romanus 4. Febr. 212.

Ludomilla Friderici I. Ducis Lignicenſ. coniux 20. Ianuarii *1503*.

Ludouica, Henrici III. Regis Galliæ vidua, menſ. Ianuario, 1*6*01.

Ludouica, Philippi Comitis Breſſani & Seguſiani filia, vxor Caroli Valeſii, Comitis Augoliſmenſis, 28. Octobris 1532.

Ludouicus Pius Imp. 20. Iunii, 840. ætatis *6*4. imperii anno 2*6*. m. 4. d. 24. Huius obitum anteceſſit Cometa & Eclipſis Solis. Marian. Contract.

Ludouicus ſecundus Imp. *31*. Iulii, 875.

Ludouicus Balbus 10. Aprilis 879. die paraſceues. Vrſp. Contract. Schaffn. alii ad ſeq. alii ad 88*1*.

Ludouicus Rex Germaniæ & Bauariæ, *21*. Ian. 882.

Ludoui-

Ludouicus IV. Imper. moritur Ratisbonæ 21. Ianuarii, 912. anno imperii 12. Schaff. Sigeb. Vrſp. Auent. alii ad finem anni ſuperioris referunt. In Ludouico IV. Caroli Magni ſtirps deficit anno 112. à coronatione Caroli Magni. App. Reg. Onuph.

Ludouicus Bauarus Imp. ex venatione rediens apoplexia corripitur, & ex equo delapſus paulo poſt moritur, 11. Octobris, 1347. anno imperii 32. menſ. 11. d. 24. ſepultus Monacii in Bauaria.

Ludouicus Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni, 16. Septembr. 1231.

Ludou. Boius Elector Brandeburg. 18. Septembr. 1361.

Ludouicus Gibboſus Dux Bauariæ, 20. Aprilis, 1445.

Ludouic. Barbatus Dux Bauariæ, 30. Iulii, 1447.

Ludou. Borbonius Princeps Condæus, 13. Martii, 1569.

Ludouicus Dux Dyrrhachinus, 25. Iunii, 1352.

Ludouicus Comes Eberſtenius in Viadro lauans interiit 9. Iulii 1589. eo tempore Rector Acad. Francfurti.

Ludou. Tranſmarinus Rex Galliæ, 15. Octob. 955.

Ludouicus V. Rex Galliæ, 22. Iunii, 987.

Ludouicus Craſſus Rex Galliæ, 1. Auguſti 1137.

Ludouicus VII. Rex Galliæ, 21. Septemb. 1180.

Ludouicus 8. Rex Galliæ, 12. Nouembr. 1226.

S. Ludouicus IX. Rex Franciæ, qui Collegium Sorbonæ Pariſiis erexit, 25. Auguſti, 1270.

Ludouicus Hutinus Rex Galliæ, 5. Iunii, 1316.

Ludouicus XI. Rex Galliǽ die 30. Auguſti, 1483. (Maſſ. habet 30. Iulii, anno regni 22.) obiit. Succeſſit eius filius Carolus octauus qui regnauit ann. 14. Til. Onuphr. Hunc pater noluit plus Latini ſermonis diſcere, quam illa quinque verba: *Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.*

Ludouicus Dux Andegauenſis, 21. Septembr. 1384.

Ludouicus XII. Gallorum Rex 1. Ianuarii, 1515. ætatis 53. Pariſiis. Succeſſit gener ipſius Franciſcus I. Valeſius, qui coronatus eſt die 25. Ian. & hoc ipſo anno, quo

Digitized by Google

Rex deſignatus eſt, Mediolanũ recuperauit. *Chron. Gall.*
Ludouicus Dux Aquitaniæ, 24. Septemb. 1415.
Ludouicus Dux Aurelianus 22. Nouemb. 1407.
Ludouicus Gonzaga Dux Mantuæ, 14. Ianuarii, 1360.
Ludouicus Gonzaga Dux Mantuæ, 12. Iunii, 1478.
S. Ludouicus Landgrauius Haſſię 10. Sept. 1228.
Ludouicus Comes Helfenſteinius, 16. April. 1525.
Ludouicus Comes Lucelburgius, 19. Decemb. 1475.
Ludouicus Comes Oetingenſis, 1. Octobr. 1569.
Ludouicus Senior, Haſſiæ Landgrauius 9. Oct. 1604. æt. 67. Marpurgi.
Ludouicus Malanus Flandrię Comes vltimus, 31. Ian. 1384.
Ludouicus & Henricus Comites Naſſouii 14. April. 1535.
Ludouicus III. Elector Palatinus, 1. Feb. 1294. Heidelbergę eodem cubili, quo natus fuerat. ętatis 65.
Ludouicus cognom. Pacificus, Philippi fil. Elector Palat. Rheni, die 15. Martii, 1544. ætatis 66. ſine liberis.
Ludouicus Palatinus Rheni Elector, 12. Octobris St. V. 1583. ætatis 44. Heidelbergæ.
Ludou. Othonis Henrici Princ. Palat. filius, 12. Mart. 1584.
Ludouicus Alexãdri filius, Palatinus Rheni Comes Veldẽtianus & Bipõtinus Princeps, Marte togaq; inſignis, 1533.
Ludouicus Pannonię & Polonię Rex, 13. Septemb. 1382.
Ludouicus II. Rex Pannoniæ & Bohemię, 29. Auguſt. 1526.
Ludouicus Requſenius Dux de Cæſa, Magnus Caſtilię Cõmendator, & Belgici gubernator &c. die 5. Mar. 1576. Bruxellis. Huic ſucceſſit Iohannes Auſtriacus, Caroli V. Imp. filius ex Hiſp. à Philippo fratre cũ imperio miſſus.
Ludouicus Romanus Marchio Brandeburg. filius Imp. Ludouici, obiit 1365. ſepultus Perlini apud Franciſcanos.
Ludou. à Sayn, Comes Witgẽſteinius, 2. Iul. 1605. æt. 75.
Ludouicus Rex Siciliæ, 16. Octob. 1355.
Ludouicus Comes Stolbergius, 24. Auguſti, 1574.
Ludou. Tarentinus Rex Neapolitanus, 26. Maii 1362.
Ludouicus Thuringię Lantgrauius, maritus S. Eliſabeth, cũ iter haberet in Syriã, & Brunduſii Imperatorem exſpectaret,

ſpectaret, obiit 10. (alii 11.) Septembr. 1227. cuius oſſa in Thuringiam relata, & in monaſterio *Reinhartsborn* ſunt condita.

Ludouicus Senior Comes Wirtembergenſis, die Iouis poſt feſtum Apoſtoli Matthæi, 1550. Vrachii, perperamque in lapide ſepulcrali exaratum 54.

Ludouicus Dux Wirtenbergicus, Chriſtophori filius, Stutgardiæ, die 8. Auguſti St. V. 1593. ætat. 40. cum Ducatum Wirtenbergenſem annos 25. gubernaſſet.

Ludouicus Guntherus Naſſouius, Iohannis Senioris filius, Schluſæ menſe Octob. 1604.

Ludouicus Philippus, Georgii Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Veldentianus in haſtiludio vulneratus, 14. Octob 1601. ætat. 24. Heidelbergæ.

Luidgarda, Caroli Magni Imperatoris coniux, 4. Iunii, 800.

Luidgarda Cunradi Marchionis Landſpergii vxor 19. Iunii 1146.

M.

MAgdalena Barbienſis Comitiſſa Ioannis Vngnadii Baronis Sonneccii coniux, 14. Nouemb. 1567.

Magdalena Duciſſa Stargardiæ, Burchardi Comitis Barbienſis vxor, 13. April. 1533.

Magdalena, Friderici Landshutenſis Ducis Bauariæ vxor, 17. Iulii 1404.

Magdalena, Georgii Landgrauii Haſſiæ coniux, 26. Feb. 1587.

Magdalena, filia Georgii Ducis Saxoniæ, vxor Ioachimi II. & mater Iohannis Georgii Marchionis Brandeburg. Electoris, 28. Decemb, ineunte anno 1534.

Magdalena Vlrici Comitis Reinſtenii coniux, 19. Nouembr. 1546.

Magdalena, Iacobi quinti Regis Scotiæ vxor, 7. Iulii 1537.

Digitized by Google

Magnentius aliquot prælijs à Conſtantio victus, violentas ſibi manus infert 15. Auguſti, 353. Socrat. libro ſecundo.

Magnus Dux Schleſuicenſis & Holſatiæ, frater Friderici II Regis Daniæ in ditione ſua Curonenſi obiit die 18. Martii, St. V 158,. ætat. 43.

Magnus Dux Megapolitanus, 20. Ian. 1550.

Magnus, Auguſti Electoris Saxon. filius, 6. Nouembris 1558.

Magnus II. Dux Megapolitanus vigeſimoſecundo Nouembris, 1503.

Magnus Torquatus, Dux Luneburgicus vigeſimoquinto Iulii, 1373.

Mahomet Pſeudopropheta, & Arabum ſiue Saracenorum Princeps, moritur circa 8. Iunii 632. cum vixiſſet annos Arabicos 63. incoatos, id eſt, Iulianos 61. Cranzem. ex Chron. Saracen. ad Alcoranum adiuncto.

Mahometes Hodabendes Rex Perſarum ſapiens & magnanimus, poſtquam toto regni ſui decennio cum Turcis bellum felici Marte geſſerat & ab iiſdem præclaras aliquot victorias reportauerat, exſpirauit eodem menſe 1586. Huic ſucceſſit Abas Miriſes, Cheriæ primo Regulus, nunc Rex Perſarum.

Mahometes III. Turcarum Rex nonus, & primus Imperator Orientis, qui Conſtantinopolim cepit, extinguitur colicis doloribus in pratis vltra Boſphorum, cum præliatum iret contra Sultanum Ægypti, 3. Maii 1481. an. ętatis 51. regni 30. à capta Conſtantinopoli 28. Succeſſit die 18. Maii primogenitus eius Baiazetes II. Turcarum Rex X & ſecundus Imperator Orientis: qui paulo poſt fratrem ſuum Sultanum Zemem, qui alias Zizimus appellatur, prælio vicit & fugauit. Leonclau. Cuſpin. Dreſchl.

Maho-

Mahometes III. Turcarum Rex XV. & VII. Imperator Orientis, Conſtantinopoli 21. Decembr. St. N. 1603. Succeſſit filius eius Achmetes puer 9. annorum.

Maioranus Imp. nihil aduerſi ſuſpicans, dolo Ricimeris extinguitur, 7. Idus Auguſti, 461. imperii ann. 4. ſucceſſit ei Seuerus. Caſſ. Marcel.

Marcianus Imperator moritur 7. Calend. Februarii 457. Onuph. (Sigon. 6. Calend. Martii) cum imperaſſet an. 6. m. 6. d. 10. Diac. & Theodorus Lector.

Marcus Annius Florianus Imp. Rom. 3. Iulii, 277.

Marcus Antonius Baſſianus Caracalla Imperator Rom. 8. April. 218.

M. Aurelius Antoninus Philoſophus Imperator Rom. 25. Martii, 181.

M. Aurelius Heliogabalus Imp Rom. 10. Martii 223.

M. Aurelius Probus Imp. Rom. 2. Decemb. 282.

M. Aurelius Claudius Imp. 1. Ian. 271.

M. Claudius Tacitus 1. Apr. 277.

M. Clodius Pupienus 17. Iunii 239.

Marcus Craſſus conſul Romanus A. V. C. 700. 9. Iulii.

Marcus Opilius Macrinus Imp. Rom. 7. Iulii. 219.

Marcus Iulius Philippus Imperator Romanus 9. Ianuarii, 253.

Marcus Siluius Otho Imperator Roman. 19. Aprilis, 70.

Manfredus Rex Siciliæ, 6. Febr 1266.

Manuel Comnenus Imperator Byzantinus 3. Octobris, 1180.

Mardonius Perſa, gener Darii Hiſtaſpis Regis Anno Mundi 3485. 3. Auguſti.

Margaretha Anhaldina, 25. Iulii 1547.

Margaretha, Erneſti Principis Anhaldini coniux, 28. Iunii, 1530.

Margaretha filia Maximil. Imp. ſoror Philippi Regis Hiſpan.

Mechliniæ, 1. Decem. 1530. æta. 51. cui in Belgici gubernatione ſucceſſit ſoror Maria, Ludouici Vngariæ Regis vidua.

Margaretha Auſtriaca, Caroli V. filia, Octauii Farneſii coniunx, Alexandri Ducis Parmenſis Belgici gubernatoris mater, menſe Februario. 1566.

Margaretha, Guilielmi Comitis Barbienſis coniux, 20. Ian. 1455.

Margaretha Ioannis Comitis Barbienſis vxor, 30. Maii, 1391.

Margaretha, Henrici Ducis Brunſuicenſis coniux, 7. Decemb. 1518.

Margaretha, Friderici IV. Ducis Brunſuicenſis vxor, 16. Nouemb. 1483.

Margareta, Iulii Ducis Brunſuicenſis filia, 20. Ianuarii 1580.

Margareta Regina Daniæ, Norwegiæ & Sueuię, 27. Octobr. 1412.

Margareta Ludouici Delphini Viennenſis vxor 2. Februarii 1441.

Margaretha Valeſia Nauarræorum Regina, Franciſci Galliarum Regis ſoror, Muſarum vere, nutricia ne an mater C. S. E. auia Henrici IV. Gall. Regis, obiit Odoſii Tarbellorum, 21. Decemb. 1549. ætatis 59. Hæc eſt illa Regina, quæ Iacobum Fabrum Stapulenſem Gallum, Sorbonicum Theologum, noui Teſtamenti vulgatę verſionis emendationem & religionis inſtaurationem aggreſſum, exſulem tutata eſt. De quo Fabro hiſtoria apud Hubertum Thomam Leodium talis exſtat. Quadam die miſit ad eum Regina & ſe velle cum eo prandere dixit, conuocatis aliquot doctis, quorum confabulationibus mire oblectabatur. Inter prandendum autem cœpit Faber vehementer contriſtari, & ſubinde lachrymari: Eorum cauſam dicere cum rogaretur, accuſareturque à Regina, quod pranſum apud ſe veniſſet,

veniſſet, vt læta fieret, ipſe vero triſtaretur. Tandem, inquit, & qui poſſem, ô Regina Sereniſſ. eſſe lætus, aut alios exhilarare, omnium, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus? Et quod tantum admiſiſſe potuiſti ſcelus, inquit illa, Iacobe, qui viſus es ſemper ab ineunte ætate ſanctiſſime vixiſſe? Ego, inquit, ſum ætatis 101. anni, purus ab omni contagione muliebri, & nihil recordor me admiſiſſe, quo graui conſcientia diſcedere ex hoc ſæculo reformidarem, niſi vnum quod expiari poſſe non confido. Cumque illa vrgeret ad aperiendum, vix præ lachrymis tandem inquit: Quomodo ante ſummum Dei tribunal conſiſtere potero, qui ſanctum filii ſui Ieſu Chriſti Euangelium pure & ſincere multos docui, qui doctrinam meam ſecuti ſunt, mille tormenta & mortẽ ipſam conſtanter pertulerunt: Ego vero male conſtans Doctor effugi, & cum tantæ & tam prouectę ætatis iam vixiſſem ſatis ſuperque, neq; mortem vllam reformidare, imo percupiiſſe debuiſſem, clanculum me ſubduxi, & Dei mei præceptum turpiter deſerui. Ad quæ cum Regina, vt erat eloquentiſſima & plena diuinorum ſermonũ, multa diſſeruiſſet, & rationibus ac exẽplis docuiſſet, multis bonis & ſanctis viris, qui cum Deo regnarent, idem obtigiſſe: neq; deſperandũ de Dei miſericordia & bonitate vnquã, & pleraq; in hanc ſententiã, qui aſſidebant, adderent: Confortatus tandẽ inquit: Ergo nihil reſtat, niſi vt hinc ad Deum migrẽ, ſi libet, condito meo teſtamento: neq; vltra differendũ ſentio, quia à Deo me vocari intelligo. Deinde intentis in Reginã oculis: Ego, inquit, te hęredẽ meã inſtituo: Cõcionatori tuo M. Gerardo libros omnes meos do, lego: Veſtes & quicquid inſuper habeo, pauperibus relinquo, cætera Deo cõmẽdo. ad quæ ſubridens Regina, Iacobe, inquit, quid ad me de tua hæreditate redibit? Negotiũ, inquit, diſtribuendi bona inter pauperes. Eſto, inquit illa, iuro, hanc hæreditatẽ mihi gratiorẽ fore, quã ſi frater Francorũ Rex me ſuã hæredẽ nominaſſet. Lætior deinde viſus Iacobus ait,

Digitized by Google

Opus habeo, ô Regina, aliqua quiete: Eſtote læti interim & valete; Declinauitque in proximum lectum. Et cum putarent illum dormire, obdormierat in Domino, nullis ſignis malæ valetudinis editis. Hunc exitum habuiſſe ſanctum procul dubio virum recitabat Regina, quem honorifice tumulari fecit, & marmore, quod pro ſe exſcindi fecerat, contegi voluit.

Margaretha, Ioannis Electoris Saxoniæ coniux 9. Octobr. 1521. (1581.

Margareta, Franciſci II. Ducis Saxoniæ vxor, 8. Septembris

Margaretha, Friderici II. Electoris Saxon. coniux, 6. Febr. 1486.

Margaretha Sarisberienſis ab Henrico VIII. Angliæ Rege capitis damnata, 28. Maii, 1541.

Margaretha Schwarzeburgica, Othonis Ducis Luneburgii coniux 26. Martii, 1557.

Margaretha, Guntheri Comitis Willingæ vxor, 20. Octo. 1580.

Maria Regina Angliȩ, 17. Nouemb. 1558. & poſt illam horis 16. Reginaldus Polus Cardinalis, ætatis 59. Mariȩ ſucceſſit Eliſabetha, filia Henrici VIII. Virgo 25. annorum, literis politioribus exculta, & exoticarũ aliquot linguarum apprime docta, quæ 26. Nouemb. ſapienter & feliciter regnare cœpit.

Maria Anhaldina, Alberti Comitis Barbienſis vxor, 25. Aprilis, 1563.

Maria, Stephani Regis Vngariæ filia, Caroli II. vxor, 25. Martii, 1323. Neapoli.

Maria, Maximiliani Imp. coniux & Caroli V. Imp. auia, equo lapſa 2. Martii, 1482. cum fracto femore omnẽ tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, poſt aliquot dies obiit, anno quinto poſt triſtẽ Patris Caroli interitum, relicto filio Philippo quadrimo, & filia Margarita.

Maria, vidua Regis Vngariȩ, Caroli V. Imp. ſoror, Gubernatrix Belgiȩ, 18. Octo. 1558. in Hiſpania.

Maria,

Maria, Caroli V. Imp. Rom. filia, Philippi II. Regis Hiſpaniarum ſoror, Maximiliani II. Imp. Rom. coniux, Rudolphi II. Imp. Rom. mater in Hiſpania, m. Martio, 1605.

Maria Bauara, Caroli Archiducis Auſtriæ vxor: in Carinthia, m. April. 1608.

Maria, Henrici Iunioris Ducis Bruſuicenſis vxor, 28. Decembr. 1541.

Maria, Ludouici Seueri Electoris Palatini vxor, capitis damnata, 18. Ian. 1265.

Maria, Friderici III. Electoris Palatini coniux, 31. Octobr. 1567.

Maria, Ioannis Electoris Saxoniæ filia, Philippi Ducis Pomeraniæ vxor, 7. Ianuarii 1583. ætatis 67. an. 25. à mariti morte.

Maria, Auguſti Ducis Saxon. vxor 6. Ian. 1566.

Maria, Iacobi II. Scotiæ Regis coniux, 16. Nouemb. 1465.

Maria, Regina Scotiæ, 1560. dum à Galliæ Rege contra non ita dudum de religione concitatos motus ſuppetias opperitur.

Maria Scotiæ Regina, Iacobi VI. Regis parens, in arce Fodrighana die 8. Febr. 1587. Stilo veteri, percuſſa ſecuri: cum Henricus Rex, maritus eius ſublatus fuiſſet 10. Februarii 1567. accidit id æta. eius anno 44. Sepulta Peterburchii proxime Catharinam Hiſpaniæ Reginam.

Maria, Caroli Marchionis Badenſis filia, 8. annorum, 11. Nouemb. 1561.

Maria Eleonora, Alberti Friderici Ducis Pruſſiæ coniux, Guilhelmi Ducis Iuliacenſis & Cleuenſis filia primogenita, 1608.

Maria, Vngariæ Regina, Sigiſmundi Cæſaris vxor, 17. Maii, 1395.

Marquardus Epiſc. Spirenſis, 7. Decembris, 1581.

Marſilietus Papifauius Carratienſis, Dux quartus Patauinorum die 6. menſis Maii pridie feſtum Aſcenſionis

Digitized by Google

Dominicæ, 1345. vno & quadrageſimo die, quo principatum vrbis acceperat.

Marſilius Carrarienſis, cognomento Maior, Reipublicæ Patauinæ princeps II. die 11. Martii, 1338. ætatis anno 44.

Martianus Imp.Byzantinus, 25. Ian. 457.

Matthias Coruinus, Rex Vngariæ, Turcarum terror appellatus, apoplexia correptus Viennæ 6. April. die Martis poſt Dominicam Palmarum 1490. ætat. 47. regni 33. Leones, qui Budæ detinebantur, omnes eodem die interiere. *Bonfin.* Matthię in regno Vngariæ ſucceſſit Vladislaus II. Rex Boemorũ, filius Caſimiri Regis Polonię.

Mathildis, Henrici I. Imp. coniux, 14. Martii 969.

Mathildis, Othonis Ducis Luneburg. vxor, 6. April. 1319.

Mathildis, Ludouici Principis Palatini vxor 23. Decembr. 1304.

Mathildis, Lotharii Principis Saxoniæ coniux, 3. Decemb. 990.

Mathildis, Friderici Grauis Landgrauii Thuringiæ vxor: parit Annam & Claram gemellas in arce Miſnenſi, VII. Idus Auguſti, 1345. Eadem obiit VI. Non. Iulii 1346. ſepulta in Cœnobio Veterocellenſi.

Mauricius Imp. Byzantinus in exercitus ſui odium venit, quod auaritiæ ac tenacitati (quo vitio virtutes ſuas valde deformabat ac inquinabat) indulgẽs, pro redimendis captiuis militibus, quorum erant ad 12. millia, exiguum precium, nempe, pro ſingulis dimidium nummi pendere recuſaſſet. Imperator audiens illos ad vnum omnes ab hoſte trucidatos eſſe, ſuaque culpa tantum humani ſanguinis effuſum expendens, & præterea ſomniis, aliiſque prædictionibus territus, ad Deum ſupplicationibus placandum ſe conuertit, petiitque vt pœnam meritam Deus ipſi in hac vita irrogaret. Interim Phocas Cẽturio, ab exercitu ſeditioſo ſalutatus Imperator, Mauricium ex fuga retraxit, eiuſque filios & coniugem necari iuſſit. Quod

Digitized by Google

Quod dum ſpectaret Mauricius, nullam vocē, niſi hanc, edidit: *Iuſtus es Domine, & rectū iudiciū tuū.* Cumq; nutrix Imp. filiolum, infantē adhuc & lactentem ſurripuiſſet, ſuumq; filium pro illo mactandum obtuliſſet, Mauricius non annuit, ſed ſuum filium proferri iuſſit. Poſtremo ipſe incredibili animi magnitudine mortē ſubiit, ſecuri percuſſus 24. Nouēb. 602. æt. an. 63. imperii 19. m. 3. d. 11. Huius Imp. necem Cometes pręceſſit. Mors itaq; filiorum facta eſt Epitaphium patris, virtutē eius in tanta calamitatum mole oſtendens. Capita interfectorum Phocas in Cāpo iuxta tribunal abiici iuſſit, & vrbe exiēs ſolitus eſt ea contemplari: donec cum iam fœterent, tolli permiſit. Diac. Cedr. Zon. Niceph.

Mauricius Elector Saxon. in pręlio 11. Iul. 1553.

Maxentius Cæſar 24. Septemb. 312.

Maximilianus I. Imperator die 12. Ian. 1519. apud oppidum Welſam: cum vixiſſet annos 59. m. 9. diebus 19. & imperaſſet an. 25. menſ. 5.

Maximilianus II. Imp. poſtremum ſuum conuentum celebrauit Ratisbonæ, in quo inter præclaros conatus pie & beate obiit die Maximiliani, vt quidam obſeruarunt, 12. Octobris, 1576. quo Rudolpho I. ante annos 496. dextra præciſa fuerat: circa decimam antemeridianam, anno ætatis 49. menſe 2. d. 12. cum præſente filio Rudolpho decreta conuentus in Palatio Senatorio publicarentur, & nomina Principum, qui ſubſcripſerant, recitarentur. Reliquit Maximil. ſuæ ſapientiæ, pietatis & virtutis memoriam honeſtam, & optimo Imp. digniſſimam, qua de re legant ſtudioſi D. Iohannis Cratonis Archiatri Cæſarei orationem, laudes Maximiliani ſapienter & docte recitantem, in qua oratione multum eſt canæ ſcientiæ, arcanæ ſapientiæ, ſenilis prudentiæ, & eruditæ eloquentiæ, adeo vt oratio recitans laudes Imperatoris, non taceat laudes Oratoris. Hac quoque parte poſt mortem felix fuit Imperator: quod Cratonem, in quo multum eſſet ſenilis ſapientiæ &

canæ ſcientiæ, conſecutus eſt Encomiaſten. Bucholzer.

Maximus Comes Baſſouinus, 25. Decemb. 1579.

Maximilianus Egmondanus Comes de Buren, S. Cæſ. Maieſt. Capitaneus Generalis, ac Gubernator in partib. Friſiæ &c. die 23. Decembr. 1548. ex angina Bruxellis.

Maximilianus de Burgundia, Dominus Beueræ ac Veræ, Gubernator Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ & Vltraiecti, 1558. in eius locum ſucceſſit Gulielmus Naſſouius, Princeps Auriacus.

Maximinus Imp. anno ætatis 65. imperii 3. 238. vna cum filio à ſuis militibus iugulatur: cadauera ad ludibrium publicum proiecta, canibus & volucribus lanianda relicta ſunt. Capita patris & filii contis affixa, & Romam miſſa, iucundum omnibus ſpectaculum præbuerunt, & poſtremo ab inſultante populo in Campo Martio combuſta ſunt. *Non fuit*, inquit Capitolinus, *crudelius animal in terris, omnia ſic in viribus ſuis ponens, quaſi non poſſet occidi. Cumq; ſe ob magnitudinem corporis prope immortalem crederet, quidam in theatro præſente illo Græcos verſus dixit in hanc ſententiam*:

Et qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur:
Elephas grandis eſt, & occiditur:
Leo fortis eſt, & occiditur:
Tigris fortis eſt, & occiditur:
Caue multos, ſi ſingulos non times.

Cum necaretur Maximini filius, acclamatum eſt: *Ex peſſimo genere ne catulum quidem habendum.*

Maximinus Orientis tyrannus, & Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, in apparatu belli aduerſus Licinium, Tarſi, acerbiſſimis corporis cruciatibus repente correptus, & atroci liqueſcentium membrorum ardore conſumptus, eo propemodum morbi mortiſque genere, quo Galerius periit, anno 313: cum quadriennio

nio Cæſar, triennio Auguſtus, imperaſſet. Victor. Euſeb.
Maximus Occidentis tyrannus cum Victore filio, 27. Auguſti 388.
Maximus Occidentis tyrannus, 12. Iulii, 455.
Mechtildis Guelphi Ducis Saxoniæ & Bauariæ vxor, 24. Iulii, 1115.
Mechtildis Barnimi I. Pomeraniæ Ducis coniux, 6. Nouembr. 1276.
Mechtildis, Rudolphi Cæſaris Habſpurgi filia, Ludouici III. Electoris Palatini vxor, 23. Decembris, 1304.
Mechtildis Palatina, Ludouici ſenioris Comitis Wirtembergici primum vxor, deinde Alberti Auſtriaci, Cal. Octob. 1482. Heidelbergæ.
Melchior Zobellus Epiſcopus Herbipolēſis 15 April. 1558.
Meſtouinus Dux Pomeraniæ, 25. Decemb. 1295.
Michaël Balbus Imp. Byzantinus 1. Octobr. 829.
Michaël III. Imp. 23. Aprilis 867.
Michaël Paphlago Imp. Byzantinus, 10. Decemb. 1042.
Mieslaus primus princeps Chriſtianus in gente Sarmatica obiit 999. ſepult⁹ Poſnaniæ. Ei ſucceſſit filius Boleslaus, cui Otho III. Imp. Gneſnæ Regium nomen & Coronam impoſuit. Mechouius.
Mieslaus Dux Oppolienſis in Sileſia, 16. Maii 1211.
Mieslaus II. Rex Poloniæ 15. Martii, 1034.
Muſtapha, Solymanni Turcarum Imp. filius 30. Aug. 1553.
Muſtaphas Baſſa mortuus (*vt refert Leonclau.*) 1580. die 6. Auguſti, nō ſine ſuſpicione ſumti, metu ſupplicii, veneni. Dignus omnino qui ſibimet tandē fieret carnifex, ob exercitam, capta Famauguſta, in Bragadinum & alios perfidiam ac belluinam prorſus immanitatem.

N.

NEro ſibi mortem cōſciſcit gladio. 10. Iun. 69. æt. 31. imperii an. 13. m. 8. Dio. Gladio Chriſtianos perſecutus fuerat, nūc gladio ſuo perit. Extincto Nerone defecit Iulii & Auguſti Cæſ. ꝓgenies, & imperii ſucceſſio in alias familias tranſlata eſt. A monarchia Iulii vſq; ad hunc annū

115: Ab imperio Auguſti 110: ab eius morte 54.
Nerua Cocceius, Imp. 27. Ianuarii, *99*. ætatis *66*. Imperii an. 1. menſ. 4. d. 9. Dio.
Nicephorus Imp. 20. Iulii 811.
Nicephorus Phocas Imp. Byzantinus, 11. Decemb. *971*.
Nicolaus Comes Alteburgius, Archiepiſc. Bremenſis, 5. Aprilis, *1435*.
Nicolaus Carrarienſis Vbertini filius, Patauinæ Reipub. vere princeps, Venetiis 19. Octobr. 1344.
Nicolaus I. Marchio Eſtenſis 1. Maii *1344*.
Nicolaus Claudus Marchio Ferrariæ 18. Martii, 1388.
Nicolaus III. Marchio Ferrariæ 20. Decemb. 1441.
Nicolaus Lotharingus Valdemontius, 10. Cal. Feb. *1577*.
Nicolaus Dux Oppolienſis Niſſæ capitis damnatus *26*. Iunii, *1497*.
Nicolaus Dux Ratiborinus, 3. Nouemb. *1503*.
Nicolaus Comes Salmæ 4. Maii *1529*.
Nicolaus II. Senior, Salmæ Comes, bellator fortiſſimus, poſtquam Friderico III. Maximil. I. Carolo V. & Ferdinando, Romanis Imp. anno *46*. fortem & ſtrenuam operam domi militiæq; nauaſſet, Anno Chriſti *1529*. Solymano Turcarum Imp. Viennam obſeſſam grauiter oppugnante, dum muro pulueris ſubiecti vi labefacto & diruto, hoſtibus ſe inuicto animi robore opponit, ſaxo percuſſus, lethale vulnus accepit, ex quo demum anno 1530. die 4. Maii, ætat. 72. in Auſtriæ Caſtello Marcheck obiit.
Nicolaus III. Salmæ & Neoburgi Comes, Nicolai II. Senioris filius, bellis aduerſus Turcas celebris, die *17*. Auguſti, *1550*. Agriæ.
Nicolaus IV. Nicolai III. filius, Salmæ & Neoburgi Comes, eruditione ſingulari & linguarum aliquot præcipuarum cognitione perpolitus, trium Imppp. Auggg. Senator bellicus, & arcis Canyſianæ præfectus, *26*. Nouembr. 1580. ætat. 43. Canyſiæ.
Nicolaus Comes Serinenſis 7. Septemb. *1566*.

Obizo

OBizo Marchio Ferrarienſis 20.Martii 1352.

Octauius Farneſius, Parmæ & Placentiæ Dux, Alexandri pater, menſ. Septemb. 1586. in Italia.

Odettus Foixius Lottrechus Gallicus dux, qui vt olim Demetrius Macedó, Vrbium expugnator dictus eſt, in caſtris ad Neapolim peſte extinctus, 15. Auguſti 1528.

Odoacer Herulorum Rex 5. Maii 493.

Olybrius Occidentis tyrannus 23. Octob. 472.

Orchanes ſecundus Rex Turcarum mortuus eſt an. 1358. regni 31. Succeſſit filius Amurates huius nominis I. tertius Rex Turcarum. Leonclau.

Oſwaldus Northumbriæ in Anglia Rex 5. Auguſt. 643.

Oſuius Northumbrię Rex 15. Feb 670.

Oſuinus Rex Northumbriæ 20. Auguſti 651.

Otho Andium Princeps, Prorex Galliæ, 3. Ianuarii, 898.

Otho Magnus 7. Maii, feria tertia ante Pentecoſten, 973. anno imperii 37. ſepultus Magdeburgi. Cōtract. Schaff. Marianus. Veteres diſtichon hoc (verſuum lege neglecta) Othonis ſarcophago inſcripſiſſe feruntur:

Tres luctus cauſa ſunt hoc ſub marmora clauſa;
Rex, decus Eccleſia, ſummus honor patria.

Otho II. Romę 8. Decembr. 983. anno imperii 10. Marian. Contract. Schaff. Sigeber.

Otho III. Imp. obiit 28. Ianuarii 1001. anno imperii 17. Friſing. Contract. Vrſperg. alii ad annum ſequentem referunt. Aiunt viduam Creſcentii Romani, quem Otho necari iuſſerat formæ pulchritudine Othonem in ſui amorem pellexiſſe, eiq; reditum in Germaniam paranti, miſiſſe chirothecas affabre factas, ſed veneno tinctas: quarum vſu & contactu ille infectus & extinctus ſit. Cadauer Aquiſgranum, inteſtina Auguſtam translata ſunt. Tres Othones imperarunt huc vſq; an. 64.

Otho IV. Cæſar ab omnib derelict⁹ inglorius moritur Brūſwigię, 27. Aprilis, 1218. Vrſperg. Mayer. Alii ad pręced.

Otho dictus cum telo, quod ſagitta ictus telum ferreum integro anno capiti infixum retinuerit. Obiit Templini in Marchia, 1308.

Digitized by Google

Otho Dux Bauariæ Wittelsbachius, 11. Iulii, 1183.
Otho V. Elector Brandeburgenſis 5. Iulii 1206.
Otho Boius, Rex Pannoniæ, 9. Septembr. 1312.
Otho Comes Brenæ 23. Decembris 1210.
Otho II. Dux Brunſuigæ & Luneburgii 9. Iun. 1252.
Otho Strenuus Dux Brunſuigæ 4. Aprilis 1330.
Otho Dux Brunſuigæ 1354. 18. Auguſti.
Otho Comes Habsburgiæ 8. Nouemb. 1110.
Otho Comes Hoienſis & Brockhuſanus poſtremus 26. Febr. 1582.
Otho Comes Holſatiæ & Schoumburgii 6. Iun. 1464.
Otho Comes Holſatiæ 4. April. 1572.
Otho Dux Luneburgenſis, Epiſcopus Hildeſemenſis, 4. Iulii, 1279.
Otho Dux Luneburgicus Archiepiſcop. Bremenſis 3. Decembris 1416.
Otho Dux Luneburgenſis 8. Ian. 1471.
Otho Dux Luneburgenſis in Harburg, 11. Auguſti 1549. ætat. 54.
Otho Diues Marchio Miſniæ 18. Feb. 1189.
Otho Dux Morauiæ 11. Martii, 1126.
Otho Princeps Mediolanenſis 8. Auguſti 1295.
Otho Elector Palatinus, 29. Nouemb. 1253.
Otho I. Dux Pomeraniæ 2. Decemb. 1345.
Otho II. Dux Stetinenſis & Pomeraniæ, 28. Mart. 1427.
Otho Dux Saxoniæ & Alemanniæ, 31. Octob. 982.
Otho Dux Schoumburgii 21. Decemb. 1576.
Otho Schuinfurdius Dux Sueuiæ, 28. Septemb. 1057.
Otho Comes Solmenſis in Braunfels, aulæ Heidelbergẽſis Mareſchallus, in bello Alſatico, 23. Iunii 1610. ætat. 39.
Otho Marchio Luſatiæ, 25. Auguſti 1015.
Otho Epiſcopus Friſingenſis Chronographus S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ filius, moritur 22. Octob. 1158. Poſt eius obitum exactis menſibus 6. dieb. 13. triſti incendio abſumpta eſt vrbs Friſingenſis vna cum templo & Sacer-

Sacerdotum domiciliis, 5. Aprilis, Anno 1159. Radeuic.

Otho Henricus, Elector Palatinus Rheni, 12. Feb. *1559*. ætat. *56*. Heidelbergæ ſine liberis. Vnde dignitatem & ornamenta Elect. Palat. ad Rhenum Frideric. III. Dux Simerenſis, hæreditaria ſucceſſione adeptus eſt.

Otho Henricus Philippi Ludouici Principis Palatini filius 24. Feb. *1581*.

Otho Henricus, Wolfgangi filius, Comes Palatinus Rheni Sulzbacenſis, *19*. Aug. 1604. abſq; hærede maſculo, Sultzbaci. ætat. 48.

Othocarus Rex Bohemiæ *26*. Auguſti *1278*.

P.

PAcorus Orodis filius, Rex Parthorum *9*. Iunii, Anno Mundi *3926*.

Paulus Albertus Conſtantienſis, Epiſcopus Vratislauienſis, non ſine ſuſpicione veneni, *6*. Maii *1600*. Niſſæ Sileſiorum.

Paulus Speratus à Rutilis, Theologus celebris, Pomezanienſis in Boruſſia Epiſcopus, *17*. Septemb. 1554. æt. *70*.

Petrus Beutrichius Mompelgartenſis, IC. & militiæ Dux peritiſſimus die *12*. Febr. *1588*. æt. 42. Heidelbergæ.

Petrus Aloiſius Pauli 3. P. M. filius, Parmæ & Placentiæ Dux, *10*. Septemb. 1547.

Petrus *3*. Rex Arragoniæ & Siciliæ *14*. Auguſti *1285*.

Petrus de Guſman, Comes Fontanus, Gubernator Mediolanenſis, 22. Iul. St. N. *1610*: Mediolani, ætat. *85*.

Petrus de Pinaco, Archiepiſc. & Comes Lugdunenſis, æt. 59. die *9*. Ian. *1599*.

Petrus II. Rex Siciliæ 8. Auguſti *1342*.

Petrus Toletanus Prorex Neapolitanus, *22*. Febr. *1555*.

Petrus Wok Vrſinus à Roſenberg, vltimus gubernator domus ſuæ, *6*. Nouembr. *1611*. cum vixiſſet annos *72*. menſ. *1*. dies duos.

Petrus Erneſtus Comes Mansfeldius, Gubernator Luxemburgi, multifariam bene meritus de partibus

Philippi ſecundi Regis Hiſpaniarũ, quib. adfuit præfuitve per annos 59. die 25. Maii 1604. in præfectura ſua, ætatis 87.

Pharamundus, primus Francorum Rex mortuus 429.

Philippina Welſera, Ferdinandi Archiducis coniux, 24. Aprilis inter quartam & quintam pomeridianam die S. Georgii 1580. Oeniponte. placuerat Archiduci ob rarũ formæ decus, duxitq; in Comitiis Auguſtanis 1548.

Philippus Imp. Rom. interfectus 250. à militib. vna cum filio, quem conſortem imperii fecerat, cum imperaſſet an. 5. Eutrop. Victor.

Philippus Imp. ab Othone Palatino de Wittelsbach in arce Bambergenſi, cum poſt incisionẽ venæ quietis cauſa feceſſiſſet, ſcelerate in cubiculo interficitur: 22. (alii 21.) Iun. 1208. an. imperii 10. Corpus primum Bambergæ ſepultum: poſtea Spiram translatum. Witelsbachius ſicarius non multo poſt à Philippi Mareſcalco interemptus facinoris ſui præmium tulit. Vtſp.

Philippus Marchio Badenſis, 22. Maii 1588. Badenæ.

Philippus Dux Bauariæ, Comes Palatinus Rheni Cardinalis & Epiſc. Ratisbonenſis, m. Maio, 1598.

Philippus Dux Brunſuicenſis in Grubenhagen, Philippi filius, vltimus inter ſex fratres, ſine liberis, die tertio Aprilis, St. V. 1596. deceſſit. Huius ditionem Henricus Iulius Dux Brunſuicenſis ſingulari celeritate ſolus occupauit.

Philippus Audax Dux Burgundiæ 27. Aprilis 1404.

Philippus Dux Burgundiæ 15. Iunii, 1465.

Philippus Burgundus Merſeburgenſis Epiſcopus, 7. Aprilis 1524.

Philippus Eboracenſis Rex Nauarrę 15. Septemb. 1343.

Philippus I. Rex Galliæ 29. Iulii 1109.

Philippus Ludouici Craſſi Regis Galliæ filius, 15. Octobr. 1131.

Philippus II. Rex Gallię, 14. Iulii 1223.

Philippus III. Rex Galliæ, 23. Sept. 1285.

Philip-

Digitized by Google

Philippus Pulcer Rex Galliæ 29. Nouembr. 1314.

Philippus Longus Rex Galliæ 1. Ian. 1321.

Philippus VI. Rex Galliæ, 28. Auguſti 1350.

Philippus Comes Hanouiæ 26. Auguſti 1500.

Philippus Comes Hanouiæ & Munzebergii, 28. Martii, 1529.

Philippus Iunior Comes Hanouiæ & Reineccii, 14. Nouembr. 1561.

Philippus Haſſiæ Landgrauius, Princeps magnanimus, & bellicę rei peritiſſimus, 31. Martii, die 2. Paſchatis 1567. æta. 63. an. à captiuitate vel cuſtodia 20. à liberatione 15. gubernationis ſuę circiter 50.

Philippus Philippi filius, Landgrauius Haſſiæ in Rheinfels 20. Nouembr. St. V. 1583.

Philippus I. Maximiliani filius, ex Caroli Burgundi Ducis filia vnica Maria procreatus, Hiſpaniarum Rex, Caroli V. pater, die 25. Septembr. 1506. ætat. 28. m. 3. d. 3. Granatæ prope Burgos.

Philippus II. Rex Hiſpaniæ & Indiarum, die 13. Septembr. St. N. paulo ante horam 6. matut. 1598. ætatis 71. in monaſterio Eſcuriali, vulgo Diui Laurentii. Huic Succeſſit Philippus III. filius vnicus, Rex Hiſpaniæ, cui pater viuus adhuc regium diadema imponi curauerat.

Philippus Burgundiæ Dux &c. cognomento Bonus, Caroli Audacis pater, 15. Iunii 1467. Brugis in Flandria, relicto omnium regionum ſolo ſucceſſore Carolo. nam nothos habebat ſupra 14. quorum plerique ad magnas peruenerunt dignitates.

Philippus Comes Hoeloenſis, Baro Langenbergenſis, celebris apud Ordines confœderatos Belgici bellator per annos 34. Iſſelſteinii, die 5. Martii, 1606.

Philippus, Adolphi filius, Dux Holſatiæ, die 18. Octobr. St. V. 1590. ætat. 21.

Digitized by Google

Philippus Comes Kirchbergæ vltimus, 29. Auguſti, 1510, miles præſtans,& qui ſolo digito poterat infigere in pariete clauum ferreum.

Philippus Comes Lippiæ,11.Feb. 1582.

Philippus Rex Macedoniæ 24. Ianuarii Anno mundi 3619.

Philippus Momorantius Comes Hornanus, Architalaſſus, Eques aurei velleris, ducis Albani iuſſu capite publice plexus Bruxellis, 5. Iunii 1568.

Philippus Ingenuus Elector Palat. Rheni,die 27. Februarii 1508.

Philippus Ruperti filius, Othonis Henrici Elect. frater Comes Palatinus Rheni, Princeps bellicoſus, qui Viennam à Turcis obſeſſam fortiter & ſtrenue defenderat, die 4. Iulii, 1548. ætat. 44. ſine liberis. Heydelbergæ.

Philippus Dux Pomeraniæ, Princeps pietatis, iuſtitiæ & pacis amantiſſ. 14. Febr. hora 8. matutina 1560. ætatis 45.

Philippus Sydnæus, Eques Anglicus, Nobilitatis literatæ in regno illo ſidus, gemma, flos & decus præcipuum, gubernator Vliſſingenſis, militari prudentia & virtute excellens, globo tormentario ad Zutphaniam, die 22. Septembris ictus ex vulnere illo obiit Arnhemii 25. Septembr. St.N. 1586.

Philippus Comes Waldeccius 30. Nouemb. 1574.

Philippus ſenior, Baro Winneburgicus Conſiliarius Friderici IV. Electoris Palatini & Burggrauius Alzeanus, 9. Septembr. Alzeæ 1600. ætat. 62.

Philippus Emanuel, Dux Mercurii, ex Hungaria in Galliam tendens Noribergæ febre ardenti exſtinctus, 8. Februarii 1602.

Philippus Ludouicus Senior Comes Hanouienſis & Reineccii, 4 Februarii 1580.

Philippus Maria Princeps Mediolanenſis 13. Auguſti 1447.

Phoca Imperator Byzantinus 19. Martii 611.

Pipinus

Pipinus Princeps Auſtraſiæ 16. Nouembr. 714.

Pipinus, Rex Franciæ, Pariſiis 24. Septemb. alii 28. Octobris (Regino 6. Auguſti 768.) humatus apud S Dionyſiũ, ſuperſtitibus duob. filiis, Carolo & Carolomanno.

Pipinus Rex Italiæ 8. Iulii 810.

Pompeius Magnus 1. Octobr. cæſus A.V.C. 706.

Primislaus I. Rex Bohemiæ 1. Ian. 1230.

Primislaus I. Rex Poloniæ, 4. Iunii. 1257.

Primislaus Rex Poloniæ 8. Febr. 1296.

Primislaus Dux Sprottæ & Sagani in Sileſia, 26. Februarii, 1290.

Primislaus Dux Teſchinii in Sileſia 11. Martii, 1477.

Probus Imperator tumultu militari interemptus 282. imperii an. 6. m. 4. Euſ. Eutrop.

Procopius, Orientis tyrannus 21. Iulii, 366.

Publius Licinius Galienus Imperator cum fratre & filio occiſus 21. Martii, 260.

P. Rutilius Lupus Conſul Romanus, 9. Iunii, Anno vrbis conditæ 664.

P. Septimius Geta Cæſar 25. Febr. 213.

Pupienus, Maximus & Balbinus Romæ à prætorianis militibus interfecti ſunt 239. tempore Agonis Capitolini, teſte Herodiano.

Q.

Quintus Aurelius Quintilius Imperator 20. Februarii, 271.

Quintus Fabius Maximus Conſul Romanus 31. Decemb. A.V.C. 708.

R.

Raimundinus de Lupis Marchio Soraniæ 13. Nouem. 1389. Patauii.

Raimundus Dux Antiochiæ 17. Martii 1149.

Raimundus Princeps Toloſanus 28. Martii, 1149.

Reinaldus III Marchio Eſtenſis, 31. Octob. 1336.

Reinhardus Comes Hanouiæ & Minzebergii 26. Iulii, 1451.

Digitized by Google

Reinhardus Comes Hanouiæ 2. Octobr. 1552.
Renatus Princeps Auriacus in prælio 15. Iulii, 1544.
Richardus Rex Angliæ, 17. Martii, 1199.
Richardus II. Rex Angliæ, 12. Octobr. 1399.
Richardus III. Rex Angliæ, 22. Octobr. 1485.
Richardus Dux Eboracenſis capitis damnatus 1. Ianuarii, 1461.
Richardus, Ludouici IX. Regis Galliæ filius, 20. Nouembris, 1249.
Richardus, Iohannis filius, Comes Palatinus Rheni Simmerenſis, die 13. Ianuarii St. V. noctu inter horam 12. & 1. 1598. ætatis 76. abſque liberis. Vnde Ducatum Simmerenſem Fridericus IV. Elector Palat. Rheni iure hæreditario conſecutus eſt.
Richardus Archiepiſcopus Treuirenſis, 13. Martii, 1531.
Richilda, Aldaberonis Comitis Eberſpergii vxor, 12. Iunii, 1045.
Robertus Rex Franciæ (auctor Canticorum quorundam Eccleſiaſticorum) moritur 1030. Onuph. an. ſeq. Ei ſucceſſit filius Henricus I.
Robertus Rex Apuliæ, 29 Iunii, 1343.
Robertus Dudlæus, Iohannis Dudlęi Ducis Northumbrię filius, Lyceſtrię Comes, Aureę Periſcelidis & S. Michaelis Eques auratus, Academiæ Oxonienſis Cancellarius, vir ætate grauis, conſilio prudens, & militari virtute clarus, 4. Septemb. St. V. 1588. ætatis 55. in Comitatu Oxonienſi.
Robertus Gulielmus, Dux Bullionæus, Henrici Roberti filius, Eſdainæ Dominus, ex nobiliſſima Ducum Cliuenſium & Comitum de Marca familia oriundus, cum ex infelici contra Guiſios expeditione pro Rege Nauarræo ſuſcepta, Geneuam reuerſus fuiſſet, ibidem in primo ætatis flore obiit Cal. Ianuariis, 1588.
Rogerius Normannus Dux Apuliæ 27. Febr. 1183.
Romulus primus Romanorum Rex 7. Iulii, A. V. C. 39.

Roma-

Romanus Iunior Imperator Rom.15.Maii,963.
Romanus Argyrus Imp.Byzantinus 28.Martii,1035.
Roſina Marchioniſſa Badenſis,29.Octobris, hora 6.mane 1571.
Rotherius Comes Habsburgicus, 26.Iunii 706.
R... trudis Caroli Magni Imp.Romanorum filia,13. Iunii, 810.
Rudolphus I. Imperator 15. Iulii 1291. die diuiſionis Apoſtolorum,cum vixiſſet an.73.menſes 5.& imperaſſet an. 18.Sepultus Spiræ.Siffrid.
Rudolphus Auſtriacus Rex Bohemiæ,4.Iulii,1308.
Rudolphus Dux Auſtriæ 25.Iulii 1365.
Rudolphus II.Imperator moritur Pragæ 10.Ianuarii St.V. 1612.æta.an.59.m.5.d,23.
Rudolphus Rex Burgundiæ 15.Maii 937.
Rudolphus Comes de Hohenberg ſenior 3. Idus Ianuarii 1336.Rotenburgi ad Nicrum.
Rudolphus Princeps Saganenſis in bello Prutenico, 17. Septembr.1454.
Rudolphus Senior,Elector Saxoniæ,12.Martii 1356.
Rudolphus II.Elector Saxoniæ,6.Decembr.1370.
Rudolphus III.Elector Saxoniæ, 11.Iunii,1419.
Rudolphus Sueuus Cæſar, 12.Octobr.1080.
Rulandus, Caroli Magni ex ſorore nepos, heros fortiſſimus, in Pyrenæis montibus poſt ardentiſſimos prælii labores ſiti (vt exiſtimatur) exſtinctus eſt die 31. Maii, 800.*Eber.*
Rupertus Palatinus, Imperator Romanus 18. Maii, 1410. in Oppenheim:anno imperii 10.ſepultus Heydelbergæ in æde S.Spiritus.
Rupertus, Othonis Henrici Electoris Palatini & Philippi bellicoſi parens, Comes Palat. Rheni,ætatis 23.obiit 1504.

S.

SAbina, filia Georgii Marchionis Brandenburgici, Coniunx Ioannes Georgii Electoris Brandenb. 2. Novembr. h. 12. merid. 1575. Coloniæ ad Sueuum.

Sabina Wirtembergica, Guilhelmi Haſſiæ Landgrauii cõiunx, Mauritii mater, die 17. Aug. hora 1. matutina, 1581.

Sabina Palatina, Vlrici Wirtenbergici Ducis vxor, 30. Auguſt. 1564. Nyrtingæ: ætat. 73. menſ. 4. d. 7.

Sabina Barbara, Ducis Lignicii filia, 14. Feb. 1572.

Saladinus Ægypti Sultanus, domitor ille Orientis, ac noſtrorum terror, 1194 relictis nouẽ filiis, quos omnes Saphadinus patruus, præter vnum, amicorũ virtute rectũ, libidine regnandi necauit. In huius Saladini funere, ferunt trophæum hoc geſtum. Eius interior tunica haſtili ſuffixa ante funus deferebatur, præcone clamante: SALADINVS Aſiæ domitor, ex tanto regno, tantiſque opibus nihil aliud, quam hoc ſecum aufert.

Salome, Ludouici ſenioris Comitis Oetingenſis vxor, domo Hohenzollerina, 4. Aug. 1548. Caluæ in Wirtembergico.

Samuel Comes Waldeccius, 6. Ianuarii 1570.

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus 26. Martii, 1555.

Sebaſtianus Emanuelis filius, Rex Portugalliæ, in bello cõtra Maures in Africa, 4. Aug. 1578.

Selymus I. Turcarum Rex XI. & tertius Imperator Orientis, die 21. Septembris 1520. carbunculo peſtilenti apud Zerulum (alii Chiurlum) Thraciæ oppidum, quo ipſo in loco antea patrem Balazetem hoſtiliter perſecutus fuerat, cum imperaſſet an. 8. Selymo defuncto Solymannus II. Turcarum Rex XII. & Quartus Orientis Imperator regni habenas obtinuit, & eiuſdem adminiſtrationem auſpicatus eſt Calend. Octob. Leonclau. Sanſouin. & alii.

Selymus II. Turcarum Rex XIII. & Quintus Imperator Orientis, 30. Nouem. (aliis 13. Decem. 1574.) an. ætat. 50. regni

regni 9. Huic ſub initium anni ſequentis ſucceſſit Amurathes III. Turcarum Rex XIV. & ſextus Imp. Orientis, ætat. 27. qui regnum pro more gentis, quinque fratrum cæde auſpicatus eſt. Ab initio imperii Amuratis I. 216. Solymani II. aui 54.

Sergius Galba Imp. Romanus 15. Ian. 70.

Seruius Tullus Rex Romanorum VI. Anno vrbis conditæ 9. Iunii, 218.

Seuerus Imp. Rom. pridie Non. Febr. 212 cum vixiſſet annos 65. m 9. d. 25. & imperaſſet ann. 17. m. 8. d. 3. Dio: cui filii multo cariores fuerunt quam ciues. Moriturus ad filios dixit: Eſtote cõcordes: locupletate milites: cæteros omnes contemnite. Hunc cum ex loco humili per literarum & militiæ officia plurimis gradibus ad imperium fortuna deduxiſſet, dixiſſe ferunt: *Omnia fui, & nihil expedit.*

Seuerus Imp. Occidentis 18. Calend. Septembr. 465. veneno, vt putatur, Ricimeris fraude peremptus, an. imperii 4. Roma Imperatore caruit anno 1. menſ. prope 8. Interim Ricimer militiæ Dux, magna armatus potentia, Rempub. adminiſtrauit. Cedr. Caſſ. Onuph.

Sibylla Iuliacenſis, coniunx Iohannis Friderici Electoris Saxoniæ, 21. Feb. 1554. diebus 11. ante mortem mariti.

Sidonia, Erici Iunioris Brunſuicẽſis Ducis vxor 4. Ianuarii, 1574.

Sidonia Gulielmi Landgrauii Haſſiæ filia 5 April. 1575.

Sigfridus Comes Querfordenſis, Epiſcopus Hildeſemenſis 27. April. 1310.

Sigfridus Dux Saxoniæ, 15. Martii 990.

Sighardus Marchio Brandenburgicus 29. April. 1010.

Sigiſmundus Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Marchio Brandeb. Halæ Saxonum, 12. Septembr. 1566: ætatis 28. Epiſcopatus ſui anno 14.

Sigiſmundus Imp. moritur *Znoymæ* 8. (alii 9.) Decembr. æta. 70. 1437. an. regni Vngarici 51. Boem. 17. Rom. 27.

Digitized by Google

coronationis Romanę 5. ſepultus Varadini. In precio habuit literas & literatos, eoſq; reliquis qui genere tantum erant nobiles, prætulit. Interrogatus à Principibus qui literas oderant, cur homines obſcuro genere natos ob literarum commendationem tanti faceret: reſpondit, ſe iure illos colere, qui cæteris ſingulari dono diuino antecellerent, illos à Deo ſolo poſſe creari: verum in ſua poteſtate eſſe, vt titulis & prædiis nobiles faciat quoſcunque, & quandocunque velit.

Sigiſmundus Marchio Brandenburgicus 23. Febr. *1495.*

Sigiſmundus Marchio Brandenburgicus, Archiepiſc. Magdeburgenſis 14. Septembr. 1566.

Sigiſmundus Comes Gleichenſis 16. Maii, 1578.

Sigiſmundus Dux Glogouiæ 24. Decembr. 1458.

Sigiſmundus Dux Saxoniæ, Epiſcopus Herbipolenſis, 25. Decembr. 1457.

Sigiſmundus Rex Poloniæ, 1. Apr. ipſo die Paſchatis 1548. ætat. 81. regni 42.

Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ, filius Sigiſmundi I. ſine hærede maſculo, 7. Iulii, 1572. ætat. 52. regni poſt patrem 25. Kniſſinii in Lithuania. Eſtq; hic annus 608. à principio Chriſtianiſmi in Polonia.

Simon Lippiæ Comes, Epiſcopus Padebornenſis 7. Martii 1498.

Simon Lupus, Marchio Soraniæ, Dux & Iuridicus Patauinus, die 10. Ianuarii 1585.

Sinanes Baſſa Vezires, natione Epirota, qui regnum Tunetanum Anno 1574. Hiſpanis eripuit, & hoc etiam poſtremo bello Turcico ſummus exercitus Turcarum contra Chriſtianos Imperator fuit, apoplexia tactus (vt quidã referunt) Beligradi, ineunte menſe Maio, æta. 84. In huius locum Ibrahimes Baſſa, Amuratis III. defuncti gener, à Mahumete III. Imp. Turc. ſuffectus, & paulo poſt, propter timaria, ſiue poſſeſſiones militares nimis licenter diſtributas, loco motus, eidemque Mahometes Baſſa ſubſtitutus eſt.

Siſygam-

Siſygambis Darii Regis Perſarum mater in captiuitate Alexandri Magni, 4. Iulii 3610.

Sobieslaus Dux Bohemiæ 13. Febr. 1140.

Solymannus Turcarum tyrannus 4. Septembr. 1566.

Sophia, Friderici Marchionis Brandenburg. Onolzbac. filia, Friderici II. Ducis Lignic. & Breg. coniunx, Friderici III. & Georgii II. Ducum Lig. & Breg. mater, die 16. Maii 1537.

Sophia, Ioannis Georgii Electoris Brandeburgici vxor, 12. Iulii 1503.

Sophia, Ioannis Georgii Electoris Brandeburgici coniux 27. Ian. 1546.

Sophia, Henrici Ducis Brunſuicenſis vxor 27. Maii, 1575.

Sophia, Erneſti Ducis Luneburgici coniux 18. Iun. 1541.

Sophia, Iagellonis Regis Poloniæ vxor 21. Septembris 1461.

Sophia Wirtembergica, Friderici Gulielmi Saxoniæ Ducis vxor, 21. Iulii 1590. dolore abortiui partus, ætatis 26.

Stanislaus Comes à Gorka, Palatinus Poſnanienſis, Regni Poloniæ ſenator grauiſſimus, literarum ac literatorum (literatus ipſe) Mecænas egregius, ex Comitiis Warſauienſibus diſcedens in Blonia oppido 4. mill. Warſauia diſtante, 29. Octobr. St. N. 1592.

Stauratius Imp. Byzantinus 11. Ian. 812.

Stephanus Rex Angliæ 25. Octobr. 1152.

Stephanus Bathoreus, Rex Poloniæ, Princeps Tranſſyluaniæ, die 13. Decembr. St. N. 1586. paroxyſmis epilepticis proſtratus, obiit Grodnæ in Lithuania, cum vixiſſet an. 53. m. 2. d. 21. & regnaſſet an. 10. m. 7. d. 12. Hic Rex fortiſſ. & doctiſſ. moribundo ore ſenatorē regni alloquēs: *Liceat*, inquit, *affari te illis Tertulliani verbis: Annos tres & quinquaginta exegi: qui quales ſint, ſcio: quales futuri ſint, ignoro.*

Stephanus dux Bauariæ 22. Decemb. 1311.

Stephanus II. Dux Bauariæ 10. Maii 1375.

Stephanus Boczkay de Kiſmaria, Tranſyluaniæ Princeps & Siculorum Comes, 30. Decembr. 1606: Caſſouiæ in Vngaria, æt. 51. In huius locum ſuffectus ab ordinibus Princeps ac Gubernator Sigiſmundus Ragorius.

Stephanus Illieshaza, Palatinus Hungariæ, Comes Trenſchinienſis, patriæ libertatis vindex, 1609.

Stephanus Rex Vngariæ moritur die aſſumptionis Mariæ 1038. adſcriptus eſt Sanctorum Catalogo Bonfin. Contract. & legenda: alii ad 1034. referunt.

Stephanus III. Rex Vngariæ 4. Martii 1173.

Stephanus Princeps Walachiæ & Moldauiæ, 2. Iulii 1504.

Suantopolcus dux Pomeraniæ, 14. Iulii, 1268.

Suatebocus Arnolphi Cæſaris filius, 13. Septemb. 899.

Suiccardus Baro Auersbergius 7. Auguſti 1581.

Sulciminus Princeps Sarracenicus ſub obſidione Conſtantinopolitana 8. Octobr. 717.

T.

Tacitus Imp. obiit 277.

Tamerlanes Tartarorum tyrannus, 27. Ian. 1402.

Taſſilo Dux Bauariæ, 13. Decemb. 787.

Techmas Magnus Rex Perſarũ, poſtquã an. 50. regnaſſet, & cum Imperatorib. ſtirpis Ottomanicæ, magna bella, ſed diſſimili euentu, geſſiſſet, obiit (vt refert Iohan. Thomas Minadous) 11. Maii 1576. relictis aliquot filiis. Alii ad an. præcedentem 75. referunt. Hunc paulo poſt ſecuti ſunt duo filii, Haidar Miriſes tertio genitus, & Iſmael maior ſecundo genitus: quorum ille à Sultanis quibuſdam ſiue Proceribus regni qui eum oderant, regni die 15. hic vero ſexto regni mẽſe, nempe die 24. Nouembr. veneno, ſororis Periæ Conconæ opera propinato ſublatus periit. Huic Mahumetes Hodabendes, Techmaſis filius primogenitus, ſucceſſit.

Theobaldus dux Lotharingiæ, 16. Maii, 1311.

Theoderic⁹ II. princeps Aquitaniæ & Holland. 6. Oct. 903.

Theodericus II. dux Aquitaniæ & Hollandiæ, 6. Maii 988.

Theodericus IV. Princeps Hollandiæ 15. Maii 1220.

Theo-

Theodericus V. Princeps Hollandiæ 15. Auguſti 1092.
Theodericus VII. Princeps Hollandiæ & Zelandiæ, 5. Auguſti 1163.
Theodericus Comes Honſtenius 22. Iulii 1386.
Theodericus Italiæ Rex Rauennæ, die 98. à morte Ioannis Papæ, 2. Septembr. 526.
Theodericus Marchio Landſpergius, 13. Decembr. 1034.
Theodericus III. Marchio Miſniæ 9. Febr. 1184.
Theodericus IV. Marchio Miſnię, 27. Febr. 1220.
Theodericus Palatinus Saxoniæ, pręſes Mersburgii, 4. Octobr. 1215.
Theodericus Comes Pleſſaenſis vltimus 22. Maii 1572.
Theodericus Triuultius, Comes ex Inſubria, vir magnę virtutis & experientię, in conflictu Milhemico ad Ruram m. Octobri, 1605.
Theodora Iuſtini Imperatoris vxor 11. Iulii 548.
Theodora Romani Imp. Byzantini coniux 20. Februarii, 940.
Theodora Imperatrix Byzantina 31. Auguſti 1057.
Thodorus Magnus dux Moſcouię & Ruſſorũ Imp. ſub initium Ian. ætat. 36. imperii an. 14. 1598. cumq; ſobolẽ nullã reliquiſſet, de nouo Principe, cui regni gubernacula deferrentur, diu diſceptatũ, & tandẽ Boriſius Phedorowitzius Godunow, cuius ſororem germanã Theodorus Princeps defunctus in matrimonio habuerat, electus, & per Patriarcham regno inauguratus eſt.
Theodoſius Magn⁹ Eccleſię nutritius Mediolani ex hydrŏpe 17. Ian. 395. anno ęt. 60. Imp. 16. cũ ante mortẽ condito teſtamẽto duobus filiis, Arcadio Orientẽ, Honorio Occidentẽ regendum tradidiſſet, & illi Rufinũ, huic Stiliconẽ tutorem adiunxiſſet. Poſt diem quadrageſimum D. Ambroſius in templo, præſente Honorio, orationem Theodoſii laudes continentem, recitauit, quæ tomo 3. operum eius exſtat, lectu digniſſimam. Hic Theodoſius, teſte Auguſtino, dicere ſolitus eſt: *Magis ſe gaudere, quod membrum Eccleſiæ Dei eſſet, quam quod in terris regnaret.*

Digitized by Google

Theodoſius iunior, equo collapſo afflictus, inq; lectica domum relatus, moritur Conſtantinop. 28. Iul. 450. ætat. 50. Indictione tertia, vt habet Theodorus Lector & alii, cum Orientis imperio prefuiſſet an. 42. menſ. 2. dies 28. *Hic Imp. plus iuſto procliuis fuit ad obſequendum familiarib. aliquid ſuadentib. adeo, vt ſæpe ſchedis nō lectis ſubſcriberet. Quod cum Pulcheria ſoror eius animaduerteret, callide ſub prætextu petendi muneris, per literas petebat,* ſibi in ſeruitutem tradi Eudociam Imperatoris coniugem. *Quod cum ille ſigillo mox confirmaſſet: Soror mōſtratis & lectis literis acriter eum obiurgauit: atq; vt in talibus accurationē adhiberet monuit. Diaconus prolixe recitans huius imp. laudes hoc quoq; memorat, cū à quodā interrogaretur, cur nullum eorum, qui ipſum læſerant, ſubieciſſet ſuppliciis & morti?* Vtinam, *inquit*, poſſem mortuos in vitā reuocare. Ante obitū Theodoſius cognita Flauiani cæde nefaria, errorem ſuum ſerio deplorauit, quod Chryſaphio Eunucho, qui Imp. ſimplicitati impoſuerat, in tuendis Eutychianis obſecutus eſſet: ideoq; eum in Inſulā quandā relegauit, quem Pulcheria paulo poſt interfici iuſſit. Cedren. Marcell.

Theophania Othonis II. Imp. coniux 19. Iulii, *991*.

Theophilus Imp. Byzantinus 20. Ian. 842.

Tiberius Claudius Druſus Imp. Rom. *13*. Octob. 55.

Tiberius Imp. Rom. 10. Auguſti (Cedre. 14.) *583*. cum imperaſſet an. *6*. m. *10*. d. 8.

Tiberius Abſimarus Imp. Byzantinus *31*. Iulii, 706.

Timo Marchio Miſniæ & Luſatiæ 11. Feb. 1115.

Titus Veſpaſianus Imp. die 13. Septemb. 82. ætatis 42. cum imperaſſet an. 2. menſ. 2. d. 20. Dio. A condito templo ſecundo (quod Titus Veſpaſianus deſtruxit) *600*. Hic moriens, ſe vnius tantum rei pœnitere dixit: id autē quid eſſet non aperuit: nec quiſquam certo nouit, aliud aliis coniectantibus. Dio.

Tizemannus Marchio Miſniæ 25. Decembr. *1307*.

Traianus Imp. moritur circa diem *11*. Auguſti 118. ætat. *64*. impe-

imperii *19*.m.*6*. d.15. Dio. Hic à Senatu adpellatus eſt Princeps optimus. Encomium eius vide apud Dionē: vbi & illud recitatur: Cum prætorii præfectum deſignaret, porrecto gladio Traianus dixit: *Hunc gladiū pro me diſtringes, donec iuſte imperauero: ſi iniuſte imperauero, in me eū ſtringito*. Fuit primus eorum qui ex peregrinis, extra Italiam natis, facti ſunt imperatores. Plutarcho vſus eſt familiariter. In imperio ita ſe geſſit, vt nouis Impp. poſtea acclamatum ſit: *Auguſto felicior: Traiano probior*. Eutropius inter alia eius egregia dicta hoc quoq; commemorat: Amicis culpātibus, ꝙ nimis erga omnes comis eſſet, reſpondit: *Talē ſe Imperatorem eſſe priuatis, quales eſſe ſibi Imperatores priuatus optaſſet*.

V.

VAiſarius Aquitaniæ princeps occiſus 2. Iunii *768*.

Valens Imp. Cæſar *9*. Auguſti *378*.

Valentinian. Imp. apoplexia exſtinctus 17. Nouēb. *375*. æt. 55. imperii an. 12. minus 100. dieb. *Socr. Ammia.*

Valentinianus Iunior, Imp. Rom. dolo Arbogaſtis ſtrangulatur, atq; vt voluntariam ſibi mortem conſciuiſſe putaretur, laqueo in ſublimi ſuſpenſus eſt, Idib. Maii, pridie Pentecoſtes, die Sabbati *392*. cum imperaſſet an. 16. menſ. 5. d. 24 *Epiphanius*.

Valentinianus III. Auguſtus, Honorii Imp. è ſorore Placidia nepos Romæ in campo Martio 16. Cal. April. 455. ab Aetii amicis vel ſatellitibus, inſtigante Maximo, cuius ille vxorē ſtuprauerat, cōfoditur, æt. *36*. imperii an. *29*. m. 5. d. 23. Maximus imperiū inuadit, ac vt ſolent flagitia, & iis inflictæ pœnę, eiuſdē eſſe generis, Eudoxiā Valentiniani vxorē vi cōpreſſam turpib. nuptiis ſibi copulat. Huius iniuriæ atq; contumelię illa impatiēs, Genſericū Vandalorū Regē miſſis donis, & bona ſpe, pluribus potiundi, ex Africa accerſit, & Maximi tyrannide ſe & vrbem Romam liberari petit. Genſerico igitur precibus illius annuente, & armata cum claſſe magniſque copiis Romam de improuiſo aduentante, ciues pauore correpti ex vrbe

Digitized by Google

in loca tutiora profugiũt. In qua trepidatione Maximus tyrannus fugam capeſſens, à Romanis primum lapidib. petitus, deinde dilaniatus & membratim diſſectus in Tiberim proiicitur, 77. die poſt quã tyrannidẽ arripuerat. Die itaq; 12. Iulii (alii 12. Iunii) Geneſericus Romam pręſidio vacuã, nullo aduerſante, ingreſſus, non ſolum priuatas ciuium domos ſpoliauit, ſed etiã ſacratum ædiũ donaria auro gemmiſq; ornata, nonnulla etiam aurea vaſa è templo Hieroſolymitano à Tito allata, rapuit, eaq; vna cum Eudoxia & duab. eius filiabus in Africã ſecum aſportauit. Scribit etiam Iuſtinianus (lib. 1. Cod. de offic. præf. prætorio Africę) Genſericum imperialia ornamẽta in Africã abduxiſſe. Hoc itaq; modo Roma gentium domina in poteſtatem venit Vandalorum, qui exactis 14. diebus direptionis, præda onuſti vrbe exceſſerunt, & Africam repetiuerunt. *Ab hoc deinceps tẽporę*, inquit Onuphrius, *parũ imperii vel maieſtatis, ſi vetera memoria repetamus, Roma habuit. Hac enim Vandalorum clade accepta paulatim cõcidere incipiẽs, nõ multo poſt cũ omnibus prouinciis, Occidentis imperii nomen & maieſtatẽ amiſit.* Plura de his Procop. Iornan. Euag. Marcell. Diac. Zona. Niceph. Sigeb. Marian. Victor. &c.

Vbertinus Carrarienſis Nouellus, dux tertius Patauinorum, die 29. Martii, qui erat Paſchatis 1345.

Victredus Cantiorum in Anglia Rex, 23. Maii 725.

Viricus Dunius, Comes Brochenſis, ad Tremoniam ab Hiſpanis interfectus, cum improuide itineri cum paucis ſe dediſſet. *1607*.

Vitalis Indiuinus dux ſtrenuiſſimus, obiit Florentiæ, quo Rauenna conceſſerat ad nuptias Franciſci Medicis cum Ioanna Ferdinandi Cæſaris F. 15*66*.

Vitholdus Magnus dux Lithuaniæ *27*. Octobr. 1430.

Vladislaus I. Rex Poloniæ 4. Iunii 110*2*.

Vladislaus Laſconogus Princeps Poloniæ, 18. Auguſti 12*31*.

Vladislaus Locticus Rex Poloniæ 12. Martii, 1333.

Vla-

Vladiſlaus Rex Vngariæ & Poloniç, 10. Nouemb. 1444.
Vladiſlaus II. Rex Vngariæ, 3. Mart. 1516. ætat. 61.
Vlpius Traianus Imp. Rom. 11. Auguſti 218.
Vlricus Comes Mansfeldius 23. Nouembr. 1499.
Vlricus dux Megapolitanus, anno ætat. 63. m. Maio, 1596.
Vlricus Comes Phiretarum 15. Martii, 1324.
Vlricus Comes Reinſtenii 22 Martii, 1551.
Vlricus Comes Wetini 28 Septembr. 1206.
Vlricus Comes Wirtenberg. & Mõpelgardii, 1. Sept. 1480.
Vlricus Princeps Wirtenbergicus 6. Nouembr. 1550. anno principatus 52. menſ. 5. ætat. 63. menſ. 8. d. 26.
Volradus Comes Mansfeldiæ 28. Decembr. 1487.
Volradus Comes Mansfeldiæ 20. Iulii 1578.
Vrſula, Ferdinandi Imp. Romanorum filia, 30. Aprilis 1543.
Vrſula Erneſti Ducis Luneburgi filia, 21. Octob. 1538.
Vrſula Monſterbergia, Domina B. berſteinia 24. Ian. 1539.
Vtilo Dux Bauariæ 18. Ianuarii 765.

W.

WAldemaris Comes Holſatiæ & Schoumburgii, 29. Iunii 1306.
Waldemarus III. Rex Daniæ 26. Nouembr. 1231.
Walpurgis, Comitiſſa Morſenſis, primũ Philippi Momorencii Comitis Hornani, deinde Adolphi Nuenarii Comitis vxor, m. Maio, 1600. Hæc Mauritio Naſſouio Comitatum Morſenſem: Georgio Eberhardo Solmẽſi Comitatum Hornanum: Arnoldo Benthemenſi Comiti dynaſtiam Bedburenſem, teſtamento legauit.
Walpurgis, Ludouici Comitis Stolbergii vxor 26. Iunii, 1516.
Wartislaus 8. Dux Pomeraniæ 23. Auguſti, 1415.
Wartislaus X. Dux Pomeraniç, 24. Decembr. 1478.
Wenceslaus Auſtriacus, Rodolphi Cæſaris frater, 1578. ætatis 17. in Hiſpania.
Wenceslaus Dux Bohemiæ 28. Septembr. 938.
Wenceslaus II. Rex Bohemiæ 23. Iunii 1305.

Digitized by Google

Wenceslaus Ignauus, Rex Boemiæ, apoplexia Pragæ 16. Auguſti 1419. ætatis 57.
Wenceslaus Elector Saxoniæ 25. Martii, 1327.
Wenceslaus Elector Saxoniæ, 16. Maii, 1388.
Wenceslaus Adamus Dux Sileſiæ Teſchinenſis, 4. Nouembr. 1578. ætat. 55.
Wiburga, Erici Daniæ Regis vxor, 29. Septemb. 1300.
Wipertus Senior, Marchio Miſniæ, Comes Groicenſis, 22. Maii 1123.
Witekindus Comes Hoiæ, Epiſcopus Mindenſis 20. Septemb. 1261.
Witzlauus Princeps Rugiæ vltimus 8. Nouemb. 1325.
Woldemarus Princeps Anhaldinus 3. Septembr. 1367.
Woldemarus Elector Brandeburgicus 7. Septemb. 1319.
Woldemarus IV. Chriſtophori Regis Daniæ filius 24. Octobris, 1275.
Wolfgangus à Dalburg, Archiepiſcopus & Elector Moguntinus, 1601. Ei ſucceſſit Iohã. Adamus à Bickẽ. 26. April.
Wolfgangus, woldemari filius, Princeps Anhaltinus, 23. Martii, 1566. æt. 74.
Wolfgangus Senior Comes Barbienſis. 24. Ian. 1565.
Wolfgangus Princeps Palat. & Nouifori 2. April. 1557.
Wolfgangus Comes Palat. Rheni, cum ingentem equitatũ duxiſſet in Galliã, febri peſtilentiali correptus, die 11. Iunii, 1569. Neſſunii in Gallia, æt. 42. m. 8. d. 16. relictis ex Anna Principe Haſſiaca quinq; filiis, Philippo Ludouico, Iohanne, Ottone Henrico, Friderico & Carolo.
Wolfgangus Comes Salmæus, Epiſcopus Patauienſis, 6. Decembr. 1555.
Wolfgangus Dux Saxoniæ 21. Ian. 1499.
Wolfgangus Baro Schonbergius præfectus Vinarienſis 30. Januar. 1584.
Wolfgangus Comes Stolbergii, 8. Martii 1552.
VVolfgangus Streinius Baro Schwartenauius 13. Februar.
VVievoldus Princeps Ruſſiæ, 12. Iunii, 1147.

Zedena,

Z.

ZEdena, Georgii Regis Bohemiæ filia, Alberti Ducis Saxonię vxor, in arce Torantana Cal. Febr. 1510. Sepulta Miſnę.

Zeno Iſauricus Imp. Byzantinus 7. April. 491.

Zuentoslaus Princeps Ruſſiæ 21. Decemb. 1072.

Zedena, Georgii Regis Bohemię filia, vxor Alberti Friderici II. Electoris filii, 1. Feb. 1510.

Zeno Imp. Comitiali morbo extinguitur 8. Idib. April, (alii 7. Idus.) 491. anno Imperii 17. *Euag. Cedr. &c.*

Ziſca Huſſitarum Dux peſte exſtinctus eſt circa annum 1424. Ferunt illum moriturum iuſſiſſe cadaueri ſuo pellem detrahi, & ex ea tympanum fieri: fugituros enim hoſtes, quamprimum tympanum illud ſonaret. Dux inuictus peſte victus. *Syluius.*

RRRR

Digitized by Google

SYMBOLORVM IMPERATORIORVM CLASSES III.

PRIMA *Impp. ac Caeſſ. Romanorum Italicorum.*

SECVNDA *Impp. Romanorum Græcorum.*

TERTIA *Impp. Romanorum Germanorum.*

PER NICOL. REVSNERVM,
Cuius ſubiuncta ſunt Epigrammata.

SYM-

Digitized by Google

SYMBOLORVM
IMPERATORIORVM Claſſis
PRIMA IMPP. AC CÆSS. ROmanorum Italicorum.

Symbolum I.
C. IVLII CÆSARIS.

Semel quam ſemper.
[Golz. *Satius eſt mori, quam aſſidua ſpe & expectatione vitam perdere.*]
Præſtat inſidias Semel ſubire,
Quam ſic inſidias cauere Semper.

Symbolum II.
D. OCTAVII CÆSARIS AVGVSTI.

Feſtina lente.
[Golz. *Romam lateritiam accepi, marmoream relinquo.*]
Nec nil, nec nimium, medium tenuere beati:
Feſtina lente: ſat cito, ſi bene ſat.

Symbolum III.
TIBERII CÆSARIS.

Melius tondere, quam deglubere.
[Golz. *Me mortuo terra igni miſceatur.*
Paſtor Oues tondet bonus, haud deglubit: idemque
Paſtor agit populi, duxque, paterque bonus.

Symbolum IV.
CAII CÆSARIS CALIGVLÆ.

Oderint, dum metuant.

Digitized by Google

[Golz. *Nihil magis in natura mea probo, quam inuerecundiam.*]

Dum metuat, nihil ipſe moror, ſi me oderit orbis:
Sibilet vt populus, ſed mihi plaudo domi.

Symbolum V.

CLAVDII CÆSARIS.

Generis virtus, Nobilitas.

[Golz. *Non eodem modo a pulice & fera bellua cauere oportet.*]

Fortes creantur fortibus, ac bonis;
Gentiſque virtus, nobilitas viget
In poſteris, ignobilis mox
Quando perit ſimulata virtus.

Symbolum VI.

SEX. DOMITII NERONIS.

Artem quæuis terra alit.

[Golz. *Priamus mirum in modum beatus fuit, quod patriam ſimul cum regno perditam vidit.* πονηροκρατῆμα.]

Artem quæuis terra parens alit, & bona nutrix:
Sic ars fit ſortis portus, & ara malæ.

Symbolum VII.

SERGII SVLPITII GALBÆ.

Miles legendus, non emendus.

[Golz. *Mos fuit deligere, non emere milites.*]

Lectus, non placet emptus ære miles.

Aliud.

Miles, ſuadeo, diſce militare:
Non Getulicus eſt, ſed ipſe Galba.

Symbolum VIII.

M. SALVII OTHONIS.

Vnus pro multis.

[Golz. *Multo melius, iuſtiuſque eſt, vnum pro multis, quam pro vno multos interire.*]

Vnus pro multis, quamuis pro ſontibus inſons;
Pro vno, quam multi: iuſtius hercle perit.

Symbo-

Symbolum IX.

AVLI VITELLII.

Bonus odor hoſtis, melior ciuis occiſi.

[Golz. *Optime olet occiſus hoſtis, ſed melius ciuis.*]

Scilicet hoſtis olet bene cæſus ab hoſte: ſed erro,
An melius ciuis ſic mihi cæſus olet?

Symbolum X.

FLAVII VESPASIANI.

Lucri bonus odor ex re qualibet.

[Golz. Ἡ δεῖα τοῦ κέρδους ἐκ παντὸς ἡ ὀσμή.]

Si lucri bonus eſt odor ex re quaque; pudori,
Quid mirum, præſtat ſi quoque turpe lucrum?

Symbolum XI.

TITI VESPASIANI.

Princeps, orbis amor, bonus.

[Golz. *Nemo me iniuria afficere aut contumelia poteſt: quia nihil ago, quod alios poſſit lædere.*]

Item: *Ego, quoniam nihil facio dignum contumelia, mendacia nihil curo.*

Item: *Non oportet quemquam à conſpectu Principis triſtem diſcedere.*]

Principis à facie ne quis diſcedat amicus
Triſtior: hæc laus eſt Principis vna boni.

Symbolum XII.

FLAVII DOMITIANI.

Fallax bonum regnum.

[Golz. *Paucis notum eſt, quam miſera ſit Principum conditio: qui à tyrannidis falſa ſuſpicione tum demum liberantur, quum agunt animam.*]

O miſeram regni ſortem, regumque! tyrannos
Quiſque vocat: mors hos liberat vna metu.

Symbolum XIII.

NERVÆ COCCEI.

Mens bona regnum poßidet.

[Golz. *Nihil me feciſſe ſcio, quo minus poßim, depoſito imperio, priuatus tuto viuere.*]

Mens regnum bona Poſſidet: ſed iſtud
Regnum dat ſibi quiſque: ſic regendo
Subiectos placide ſuos; amicus
Princeps vt ſit, amabiliſque; tuto
Priuatus ſimul ac loco quieſcat:
Ac ſecurus ametur, aut colatur.

Symbolum XIV.

VLPII TRAIANI.

Qualis Rex talis Grex.

[Golz. *Talis priuatis Imperator, quales ſibi priuatos optat habere.*

Item: *Fiſcus lien: quo creſcente reliqui artus omnes tabeſcunt.*]

Qualis rex, talis grex: ſi bene rex, bene vult grex:
Mutua ſic regem cura, gregemque beat.

Symbolum XV.

ÆLII HADRIANI CÆSARIS.

Non mihi, ſed Populo.

[Golz. *Sic geſturus ſum principatum, vt ſciam rem populi eſſe, non meam priuatam.*]

Quem ſua non tam vota mouent, quam publica; quique
Non ſibi, ſed populo conſulit, ille placet.

Symbolum XVI.

L. ÆLII CÆSARIS.

Vxor nomen dignitatis, non voluptatis.

Si dignitatis vxor eſt nomen bonum;
Nomen voluptatis cur hoc fiat malum?

Symbolum XVII.

M. ANTONINI PII.

Melius ſeruare vnum, quam occidere mille.

[Golz. *Vellem me ſine Senatorio ſanguine imperium tranſigere.*

Item: *Honeſtius eſt Cæſari, vnum ciuem ſeruari, quam mille hoſtes occidi.*]

Pulcrius

Pulcrius eſt, vnum ciuem ſeruare, monarchæ:
Hoſtes quam forti cædere mille manu.

Symbolum XVIII.
M. AVRELII ANTONINI
PHILOSOPHI.

Regni Clementia Cuſtos.

Ceu mundi, ſic eſt regni clementia cuſtos:
Nec virtus maior Principis eſſe poteſt.

Aliud.

Conſulendum & Parendum Conſilio.

[Golz. *Æquius eſt, me tot talium amicorum conſilium, quam tot tales meam vnius voluntatem ſequi.*]

Conſilio quicunque ſuo ſapit, haud ſapit ille:
Conſilio alterius qui ſapit, ille ſapit.

Symbolum XIX.
L. VERI.

Nil obiter.

[Colz. *Non decet Imperatorem præpropere quicquam agere.*]

Nil obiter: ſed, quicquid agit, cunctanter id omne
Cæſar agat: ſapiens cor mora nempe facit.

Symbolum XX.
L. AVRELII COMMODI.

Pedetentim.
Paulatim.

[Golz. *Ab incolumi, quamuis paulatim, negocia perfici poſſunt: à mortuo nihil.*]

Qui ſoſpes eſt, pedetentim, quod gerit, gerit:
Qui mortuus, fruſtra gerit negocium.

Symbolum XXI.
P. HELVII PERTINACIS.

Militemus.

[Golz. *Sanctius eſt inopem Rempub. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per diſcriminum atque dedecorum veſtigia peruenire.*]

Si pœna petitur, quæ peti grauior poteſt,
Quam ſeruitus? ſic militemus ſtrenui:
In ſeruitutem cadere de regno graue eſt.
Acerba namque homini eſt ingenuo ſeruitus;
Iucunda ſi libertas forſan eſt minus.

Symbolum XXII.

M. DIDII IVLIANI.

In precio precium.

[Golz. *Etſi alterum pedem in ſepulcro haberem, adhuc addiſcere vellem.*]

In precio precium eſt. Sic non virtute poteſtas
Sæpius, at precio venit, & ære fides.

Symbolum XXIII.

C. PESCENNII NIGRI.

Placere viuus, laudari mortuus volo.

[Golz. *Viuentes laudari irriſio eſt, maxime ipſius Imp. Ego viuus placere volo, mortuus etiam laudari.*]

Si viuos laudare vetat pudor; ipſe placere
Viuus, laudari mortuus inde volo.

Symbolum XXIV.

L. SEPTIMII SEVERI.

Laboremus.

[Golz. *Turbatam Rempubl. vbique accepi; pacatam etiam Britannis relinquo.*
πάντα ἐγενόμην, καὶ οὐδὲν ἐμοὶ λυσιτελεῖ.]

Pace laboremus. Pax fida miniſtra laboris:
Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres.

Symbolum XXV.

M. AVRELII ANTONINI CARACALLÆ.

Omnis in ferro ſalus.

[Golz. *Quia ob res à me geſtas vos mihi inuidere ſcio: in armis ſtipatus ſum militum agmine.*]

Si caritas minus, fides vel ciuium;
At vis tuetur ferri, & armorum metus.
Sic omnis in ferro, vel armis eſt ſalus.

Reſpon-

Reſponſio.

At caritas magis, fides vel ciuium,
Quam vis tuetur ferri, & armorum metus.
Sic nulla ferro, nulla in armis eſt ſalus.

Symbolum XXVI.

P. SEPTIMII GETÆ.

Nulla fides regni.

[Golz. *Tu qui nulli parcis, potes etiam fratrē occidere.*]

Nulla fides regni, nulla eſt communio ſancta:
Neſcit regnandi ius pietatis amor.

Symbolum XXVII.

M. OPELII SEVERI MACRINI.

Ferendum ac ſperandum.

[Golz. *Dii faxint, vt filius, Antonini meritum effingat: & ego, qui ſum pater Antonini, dignus omnibus videar.*

M. Opelii Antonini F. *Pater quidem curabit, ne deſit imperio: ego autem elaborabo, ne deſim nomini Antoninorum.*

Victrix Fortunæ ſapientia, qui ſapit, ille
Sperando ſuperat fortunam omnem, atque ferendo.

Symbolum XXVIII.

M. AVR. ANTONINI ELAGABALI.

Suus ſibi quiſque hæres optimus.

[Golz. *Quid melius, quam vt ipſe mihi hæres ſim, & vxori meæ?*]

Quid melius, mihi ſi ſuus hæres eſſe laborem?
Sic hæres ſuus vt ſis tibi, viue tibi.

Symbolum XXIX.

M. AVREL. SEVERI ALEXANDRI.

Quod tibi, hoc alteri.

[Golz. *Ego non patiar mercatores poteſtatem.*]

Quod vis tibi fieri, fac alteri: ſed &
Quod non tibi fieri vis, ne fac alteri.

Aliud.

Qui emit, vendat oportet.

Auro quiſquis emit miſer, auro vendit honores:
Qui facit, à regno ſit procul ille meo.

Aliud.

Fumo pereat fumi venditor.

Qui vendit vanos circum palatia fumos
Subdolus: hunc fumo nonne perire decet?

Symbolum XXX.

MAXIMINI.

Quo maior hoc laborioſior.

[Golz. *Ego quo maior fuero, hoc magis laborabo.*]

Corpore quo maior princeps, & maior honore:
Maior eo princeps eſſe labore volet.

Symbolum XXXI.

C. IVLII VERI MAXIMINI.

Vltorem vlciſcitur vltor.

[Golz. *Ex peſſimo genere ne catulus quidē educādus.*]

Seneca in Thyeſte:

Vos quibus rector maris, atque terræ,
Ius dedit magnum necis, atque vitæ:
Ponite inflatos, timidoſque vultus.
Quicquid à vobis minor extimeſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Quem dies vidit veniens ſuperbum:
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Symbolum XXXII.

M. ANT. GORDIANI I.

Omnis vita ſupplicium.

[Golz. *Oſtendent terris hunc tantum fata, nec vltra eſſe ſinent.*

Viuere ſi pœna eſt, cur mors ſit acerba, dolenſque?
At bis, Marte ſuo qui perit, ille perit.

Sym-

Symbolum XXXIII.

M. ANT. GORDIANI II.

Pro patria mori, pulcrum.

Si minus in patria, patriæ iacet inclytus heros:
At bene pro patria qui iacet, ille iacet.

Symbolum XXXIV.

M. CLODII PVPIENI MAXIMI.

Qui timetur, timet.

[Golz. *Multos timeat neceſſe eſt, quem multi timent.*]

Qui terret, plus iſte timet: metui cupit ille,
Sed metui quovis plus timet ipſe loco.

Aliud.

Nec timeam, nec ego timear quoque rurſus, vtrumq;
Crux eſt: multa timet, quem quoq; multa timent.

Symbolum XXXV.

D. CÆLII BALBINI.

Bonis nocet, qui malis parcit.

[Golz. *Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.*]

Bonis nocet princeps, quando parcit malis:
Bonorum iniuria fit, malorum impunitas.

Nec piger ad pœnas, nec velox eſſe laboret:
Namq; bonis nocet hic, parcit at ille malis.

Quem punire malos piget, haud eſt arbiter æquus:
Quando malis parcit, ſic nocet ipſe bonis.

Symbolum XXXVI.

M. ANTON. GORDIANI III.

Princeps miſer, quem latet veritas.

[Golz. *Miſer Imperator, apud quem vera reticentur.*]

Si veritas nunquam latet, mendacio
Qui fallitur, profecto Cæſar eſt miſer.

Symbolum XXXVII.

M. IVLII PHILIPPI I.

Malitia regno Idonea.

[Golz. *Si violandum eſt ius, regni gratia violandum eſt.*]

Non bene conueniunt Pietas, & ſumma Poteſtas:
Sic Pietas Regno ſæpe dat acta locum.

Symbolum XXXVIII.

M. IVLII PHILIPPI II.

Multa, nec apta.

πολλὰ, καὶ μὴ καίρια.

[Golz. *Non eſt eiuſdem, & multa, & opportuna dicere.*

Qui vult multa loqui, non opportuna loquetur
Semper: ſic linguæ ſe docet eſſe malæ.

Symbolum XXXIX.

C. MESSII QVINCTI TRAIANI DECII.

Apex magiſtratus auctoritas.

[Golz. *Auctoritas rerum gerendarum telum.*]

Summus magiſtratus apex auctoritas:
Plus hæc poteſt, quamvis, & quam potentia.
Rerum gerendarum telum vel maximum:
Sed non niſi cuiquam datur diuinitus.

Symbolum XL.

Q. HERENII ETRVSCI DECII.

Fugitiuo nulla corona eſt.

[Golz. *Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum.*]

Mars dubius; victorque cadit, victuſque reſurgit:
Qui fugit, huic merito nulla corona datur.

Symbolum XLI.

C. VIBII TREBONIANI GALLI.

Nemo amicus idem, & adulator.

[Golz. *Præſtat habere acerbos, quam ſuaues amicos.*]

Nemo poteſt Pluto pariter ſeruire, Deoque:
Sic & adulator nullus amicus erit.

Symbolum XLII.

C. VIBII VOLVSIANI.

Sine vano publica fama eſt.

[Golz.

[Golz. *Non omnino temere eſt, quod vulgo dictitant.*]
Non eſt de nihilo, quod leue muſſitat
Vulgus: vana nec eſt fama, vel irrita
Semper. namque cito creſcit, at haud cito
Creſcens fama fugit: ſed viget, ac volat
Per terras ſimul, & per maria omnia.

Omnia quæ prodit, ſine vano publica fama:
Crede mihi, verum dicere Fama ſolet.

Symbolum XLIII.
C. IVLII ÆMILIANI.

Non gens, ſed mens.
[Golz. *Generoſitas virtus, non ſanguis.*]
Non genus, at genius: Non gens, ſic credere fas eſt,
Sed mens nobilitat nobilitata virum.

Quem genus, & genius pariter virtutis, & artis
Nobilitat; vere nobilis ille vir eſt. I. M.

Symbolum XLIV.
P. LICINII VALERIANI.

Non acerba, ſed blanda.
[Golz. *Amicum inimicum fugito.*]
Si dona non ſunt dona, quæ dant, hoſtium
Nec verba, quæ dant, verba, ſed ſunt verbera.
Plagæ fideles ſunt amici: ſed mali
Proterua ſunt inimici ſemper oſcula:
Acerba ſic non verba, blanda ſed time.

Symbolum XLV.
P. LICINII GALLIENI.

Prope ad ſummum, prope ad exitum.
[Golz. *Omnia decreſcunt, vbi, quo creſcāt, non habēt.*]
Summa petit mors, & liuor: ſummiſque negatum
Stare diu: finem res habet illa ſuum.

Symbolum XLVI.
SALONINI VALERIANI.

Magnum ſatellitium amor.

Digitized by Google

Aut odii minus, aut plus rex mereatur amoris;
Quo ſit poteſtas tutior.
Nil odio grauius populi: ſed magna poteſtas,
Magnum ſatellitium eſt amor.

Symbolum XLVII.

C. IVNII CASSII POSTHVMI.

Audentes fortuna timet.

[Golz. *Fortes fortuna formidat.*]

Audentes metuit, metuentes fors premit audens:
Aude aliquid, ſic te Fors ſinit eſſe aliquid.

Si fortuna iuuat, Deuſque, fortes:
Cuique eſt fortiter hæc periclitanda.

Fortem fors iuuat? an magis, quod aiunt
Fortunam iuuat ipſe fortis? vtrum
Vtrum vis, ego fabor eſſe verum.
Nam fortuna fauet benigna forti,
Fortunam bene qui periclitatur:
Ignauum velut odit illa pectus,
Quod nil fortiter audet experiri.

Ignauos Fortuna premit, metuitque viciſſim
Fortes: vt faueat Fors tibi, fortis eris.

Symbolum XLVIII.

M. AVRELII CLAVDII.

Rex viua lex.

[Golz. *Quod, dum priuatus eram, nec leges curabam abſtuli: hoc factus Imperator reſtituo.*]

Imperet vt bene Rex, ſic Lex animata ſit ille:
Qui paret legi, rex magis iſte placet.

Symbolum XLIX.

M. AVRELII QVINTILLI.

Honeſta mors, honeſta turpitudo.

[Golz. *Honeſta turpitudo mori pro bona cauſa.*]

Honeſta turpitudo, mors honeſta fit:
Quam ſponte, pro cauſa bona, dux oppetit.

Bis

Bis emori,ſed eſt mori ſic turpiter.

Symbolum L.

L. DOMITII AVRELIANI.

Quo maior,eo placabilior.

[Golz. *Sublimius eſt, regere aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes regnare.*]

Quo maior,magis hoc dux eſt placabilis hoſti:
Multa licere ſibi,pauca libere probat.

Symbolum LI.

M. CLAVDII TACITI.

Sibi bonus, aliis malus.

[Golz. *Malus,qui ſua cauſa bonus.*]

Qui ſibi,non aliis bonus eſt,malus ille vocetur:
Namque lucri cauſa fit malus,atque bonus.

Symbolum LII.

M. ANNII FLORIANI.

Iniuria vnius,mina multorum.

[Golz. *Qui vni facit iniuriam multis minatur.*]

Vni qui nocet,is multis ſic damna minatur:
Suſpecta res iniuria eſt.

Symbolum LIII.

M. AVRELII PROBI.

Pro ſtipe labor.

[Golz. *Annonam gratuitam miles comedere non debet.*]

Sponte fugit,quicumq; molam fugit,ille farinam:
Pro ſtipe ſit merces militis ipſe labor.

Symbolum LIV.

M. AVRELII CARI.

Bonus dux,bonus Comes.

[Golz. *Bonus dux,bonum reddit comitem.*]

Si dux ipſe bonus,bonus eſt comes:ipſaque virtus
Principis immenſum ſic quoque calcar habet.

Digitized by Google

Symbolum LV.

M. AVRELII NVMERIANI.

Eſto quod audis.

[Golz. *Quod videri vis, eſto.*]

Sic recte viuis, ſi curas eſſe, quod audis:
Virtus, virtutis non placet vmbra mihi.

Symbolum LVI.

M. AVRELII CARINI.

Cedendum multitudini.

[Golz. *Populo cede, ne pare.*]

Si turbare tibi velis quietem
Turbam conſule: turba turbulenta eſt.
Inturbata ſit vt quies; ſtudeto
Turbæ cedere, multitudinique.

Symbolum LVII.

C. VALERII DIOCLETIANI.

Nihil difficilius, quam bene imperare.

[Golz. *Non eſt turpe homini, qui ſummum bonum in animo poſuerit, honeſtam profiteri paupertatem.*]

Quum vox libera nulla veritatis,
Aut vis ſit fidei: profecto nil eſt
Æque difficile, ac bene imperare.
O munus graue principum bonorum!

Symbolum LVIII.

M. AVRELII VALERII MAXIMIANI.

Melius mori, quam ſibi viuere.

[Golz. *Satius eſt mori, quam priuatum viuere.*]

Qui viuit ſibi ſolus, homo nequit eſſe beatus:
Malo mori: nam ſic viuere nolo mihi.

Nec ſibi, nec patriæ, nec amicis commodus eſſe
Qui ſtudet: huic viuo mortua vita placet.

Sic homo viue tibi, reliquis vt viuere poſſis:
Tanquam homini, tanquam ſic bene viuis homo.

Sym:

Symbolum LIX.

FL. VALERII CONSTANTII.

Virtus, dum patitur, vincit.

[Golz. *Virtus exercetur, non perit.*]

Virtus, dum patitur, vincit, victrixque triumphat:
Creſcit in aduerſis, neſcia ſola mori.

Symbolum LX.

C. GALERII VALERII MAXIMIANI.

Tutum ſilentii præmium.

[Golz. *Sponde, noxa præſtò eſt.*]

Tutum ſilentii fidelis præmium:
Quod ſi negas, ſponde; iam noxa præſtò adeſt.

Optima pars hominis lingua eſt, & peſſima namque
Immoderata nocet: ſed moderata iuuat.

Symbolum LXI.

C. GALERII VALERII MAXIMINI.

Marcet ſine aduerſario virtus.

[Golz. *Miſera fortuna, quæ caret inimico.*]

Felicitatis comes eſt arrogantia:
Sed arrogantiæ comes felicitas:
Marcet ſine hoſte virtus: inde naſcitur
Ex copia inopia, ex otio negotium.

Symbolum LXII.

FL. VALERII SEVERI.

Semen eccleſiæ, ſanguis piorum.

[Golz. *Quantò magis reſiſtitur, tantò magis addiſcitur: Chriſtianorum ſanguis, Chriſtianorum ſemen.*]

Digitized by Google

Quò ſanguinis plus Chriſtiani funditur:
Hoc ſeminis plus Chriſtiani germinat.

Symbolum LXIII.

M. AVRELII MAXENTII.

Phryx plagis emendatur.
[Golz. *Phryges non niſi icti ſapiunt.*]

Ingenium melius generoſum ducitur omne,
Quàm trahitur: plagis Phryx ſapit ipſe magis.

Symbolum LXIV.

C. VALERII LICINIANI LICINII.

Peſtis Reipubl. litera.
[Golz. *Spadones & aulici ſunt tineæ & ſorices Palatii virus ac peſtis publica ſunt literæ.*]

Si literæ rei ſunt publicæ peſtis,
Et Rhetores, Sophique, ceu cupis, blattæ:
Indignus es profectò literis Princeps,
At dignus es, omnes, Licini, quem exedant blattæ.

Digitized by Google

SYMBOLORVM IMPERATORIORVM CLASSIS II. IMPP. AC CÆS. ROMANORVM GRÆCORVM.

Symbolum I.

FL. VALERII CONSTANTINI MAGNI.

Immedicabile vulnus enſe recidendum.

[Golz. *Imperatorem eſſe, fortunæ eſt.*

Item: *Imperator nemini, ne ſuis quidem propriis membris, parcere debet, publicæ tranquillitatis conſeruandæ cauſâ.*]

Culpam pœna premit comes: Immedicabile vulnus
Sic medicus ferro ſanat, & igne bonus.

Symbolum II.

FL. IVLII CRISPI.

Homo, non homo, iratus.

[Golz. *Homo extra corpus ſuum eſt iratus.*]

Quem vincit ira trux, homo, non eſt homo:
Tam mentis impos fit ſuæ, quam corporis.

Symbolum III.

FL. CLAVDII CONSTANTINI IVNIORIS.

Difficilia, quæ pulcra.

[Goltz. *In magnis & voluiſſe ſat eſt.*]

Quod pulcrum, hôc quoq; difficile eſt. laus velle putanda eſt,
Quod fieri facilè poſſe, vel eſſe neges.

Digitized by Google

Symbolum IV.

FL. IVLII CONSTANTIS.

Creſcente ſuperbia, decreſcit fortuna.

Felix inſolens, infelix.

[Golz. *Felix ſe erigendo felicitatem amittit.*]

Tantum decreſcit fortuna, ſuperbia quantum
Creſcit: fortunæ quæ comes eſſe ſolet.

Felicitas ſuperbiæ, ſuperbia
(Quis credat?) infelicitatis fit parens:
Fons omnis hæc peccati, & omnis eſt mali.

Symbolum V.

FL. IVLII CONSTANTII.

Patiens ſit Principis auris.

[Golz. *Princeps & iniqua, & æqua pariter audias.*]

Aut ſurda, aut patiens magni ſit principis auris:
Si neſcis, læſa bilis in aure ſedet.

Symbolum VI.

MAGNENTII.

Pudor iuueni decus, ſeni dedecus.

[Golz. *Pudor ſeni pudor, iuueni decor.*

Si color eſt virtutis (vt eſt) pudor, aut rubor: ergò
Cur decus eſt iuueni, dedecus ille ſeni?

Symbolum VII.

DECENTII.

Celare dolorem difficile.

[Golz. *Miſer dolor, qui in tormentis non habet vocem.*]

Difficile eſt animi ſemper celare dolorem:
Nec facile eſt triſti fingere mente iocum.

Symbolum VIII.

FL. CLAVDII IVLIANI

APOSTATÆ.

Pennis ſuis feriri, graue. [Golz.

[Golz. *Turpe eſt ſapienti, cùm habeat animum, captare gaudia ex corpore.*]

Ille magis dolet, & patitur magis ille dolendo;
Marte ſuo petitur quiſquis, & arte ſua.

Symbolum IX.

FL. IOVIANI.

Scopus vitæ Chriſtus.

Sit Chriſtus vitæ ſcopus, & ſit meta ſalutis:
Non errat, vitæ cui ſcopus ille placet.

Symbolum X.

FL. VALENTINIANI.

Princeps ſeruátor iuſtus.
[Golz. *Francum amicum habeto, vicinum ne habeto.*]

Princeps ſit populi ſeruator iuſtus, & æquus:
Iuſtitia vires temperet ille ſuas.

Si iuris ſimul eſt dux, iuſtitiæque miniſter:
Iuſtitiæ, & iuris cura ſit vna duci.

Symbolum XI.

FL. VALENTIS.

Alienus ab ira, alienus à iuſtitia.
[Golz. *Suſpicionibus ſecurus.*]

Quis nimis eſt facilis dux, & placabilis iræ:
Cultor iuſtitiæ non ſolet eſſe bonus.

Symbolum XII.

FL. GRATIANI.

Non quam diu, ſed quam bene.

Non, quam diu viuas, refert; ſed quam bene:
Nam ſat diu viuis, modò ſi viuas benè.

Digitized by Google

Symbolum XIII.

FL. VALENTINIANI IVNIORIS.

Amicus veterrimus optimus.

[Golz. *Nouos parans amicos, ne obliuiſcaris veterum.*]

Quo benè quis conſueuit, amicus is optimus eſto:
Neſcis quippe, nouus qualis amicus erit.

Symbolum XIV.

FL. MAGNI MAXIMI.

Nunquam periculum ſine periculo vincitur.

Periclitatur, qui fugit periculum:
Nunquam periculum ſine periclo vincitur.

Symbolum XV.

FL. THEODOSII MAGNI.

Eripere telum, non dare irato decet.

Eripere telum, non dare irato decet:
Sic adimere regnum, non dare, fas eſt improbo.

Quiſquis magiſtratum committit improbo:
Enſem furenti nonne tradit in manum?

Iamblichus: ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν καὶ μοχθηρῷ δύναμιν.

Symbolum XVI.

FL. ARCADII.

Summa cadunt ſubitò.

[Golz. *Maxima paulatim ex minimis; minima ſubitò ex maximis.*]

Parua quidem creſcunt paulatim, magnaque fiunt:
Summa cadunt ſubitò; magna repentè ruunt.

Symbo-

Symbolum XVII.

FL. HONORII.

Male partum male diſperit.
[Golz. *Condus requirit promum.*]

Sæpè malè pereunt bene parta bona: at bona ſemper
Parta malè pereunt, auctor vt ipſe, malè.

Symbolum XVIII.

FL. THEODOSII IVNIORIS.

Tempori parendum.
[Golz. *Præſentem fortunam boni conſule.*

Qui tempori repugnat, ille ſtultus eſt:
At tempori qui cedit, hic cedit Deo:
Nam magnus eſt neceſſitas tanquam Deus.
Sic tempori pare, ſequi ſi vis Deum.

Symbolum XIX.

FL. PLACIDII VALENTINIANI.

Omnia mea mecum porto.

Quæ mea ſunt, virtus dat, & ars: hæc omnia mecum
Porto: fortunæ cætera ſerua manent.

Symbolum XX.

FL. MARCIANI.

Pax bello potior.
[Golz. *Quamdiu pacatè viuere licet, non eſt principi decorum, vt arma ſumat.*]

Pace frui quando fas eſt, fas Marte carere:
Nam pacem quærit rex quoque Marte bonus.

Symbolum XXI.

FL. LEONIS MAGNI.

Regis clementia virtus.
Golz. *Amicum poſſide, vt inimicum fieri poſſe putes.*]

Solis vis, calor eſt: Regis clementia virtus;
Sol, rex, aut Solis ſic mihi frater erit.

Symbolum XXII.

FL. LEONIS IVNIORIS.

Fide & diffide.

Par vitium, cunctis, & nulli, fidere velle:
Fide bonis, diffide malis. ſi fidis amico,
Fide quidem; ſed tanquam inimico fide futuro.

Symbolum XXIII.

FL. ZENONIS ISAVRICI.

Malo nodo malus cuneus.
[Golz. *Ingenti nodo cuneus iungetur acutus.*]

Malo malus plerumque Nodus cuneo
Infringitur: clauusque clauo pellitur:
Fraus fraude, vis vi ſæpè ſic retunditur.

Symbolum XXIV.

FL. ANASTASII DICORI.

Mellitum venenum, blanda oratio.
[Golz. *Habet ſuum venenum blanda oratio.*]

Quid niſi Mellitum eſt, oratio blanda, venenum?
Nam proba cui mens eſt, & proba lingua, placet.

Symbolum XXV.

FL. ANICII IVSTINI.

Quod pudet, hoc pigeat.
[Golz. *Cuius pudet, pigeat.*]

Quod pudet, hoc pigeat facere vnumquemq; : pudoris,
Princeps, qui fines tranſilit, ille malus.

Symbolum XXVI.

FL. ANICII IVSTINIANI.

Summum ius, ſumma iniuria.
[Golz. *A bonis bona bene.*

Sum-

Digitized by Google

Summum ius, crux ſumma, vel eſt iniuria ſumma:
Iuſtum ius iuſtus ſemper, & æquus amat.

Symbolum XXVII.

FL. IVSTINI IVNIORIS.

Libertas, res inæſtimabilis.
[Golz. *Non beatus, qui ſe beatum neſcit.*
Item: *Memineris ſemper, qui fueris antea.*]

Non benè libertas numis, virtute paratur
Sed melius; precio quouis precioſior illa.

Symbolum XXVIII.

TIBERII CONSTANTINI.

Stips pauperum theſaurus diuitum.
[Golz. *Virtutem præ omnibus colito.*]

Quod pauperi donas lubens, donas Deo:
Stips pauperum, theſaurus magnus diuitum eſt.

Symbolum XXIX.

FL. TIBERII MAVRICII.

Quod timidum, idem crudele.
[Golz. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.*]

Quod timidum, fit idem ſimul hoc crudele: tyrannus
Sic alios ſemper, ſeque ſuosque timet.

Iuſtus es ô Domine: & tua ſunt iuſtiſſima ſemper
Iudicia: ô Iudex ſis Deus ipſe mihi.

Symbolum XXX.

FL. PHOCÆ.

Fortunam citius reperias, quàm retineas.
[Golz. *Facilius fortuna paratur, quàm conſeruatur.*]

Ludit in humanis rebus fortuna: licebit
Hanc reperire magis, quàm retinere diu.

Symbolum XXXI.

FL. HERACLII.

A Deo victoria.

[Golz.: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulauit, & conculcauit leonem ac draconem.*]

Non vis, aut numerus, ſed æqua cauſa
Victrix, atque Deo placens, triumphat.
Nam victoria, quæ triumphat vna,
Felix, cælitus à Deo petenda eſt.

Symbolum XXXII.

FL. HERACLII CONSTANTINI.

Inſania læta, voluptas.

[Golz. *Voluptas hilaris, inſania.*

Item: *Satis eſt potuiſſe punire.*]

Quid niſi dulce malum, aut inſania læta voluptas
Corporis eſt; animæ peſtis, & eſca mali?

Symbolum XXXIII.

FL. HERACLIONÆ.

Mali principii, malus exitus.

Finis principii ſi malus eſt mali
Semper principium fac benè cum Deo.
Finis principii ſic bonus eſt boni:
Sic totum geritur ritè negocium.

Symbolum XXXIV.

FL. CONSTANTIS II.

Parendum neceſſitati.

[Golz. *Sequere trahentia fata.*

Item: *Malè quæſita, malè diſpereunt.*]

Pare neceſſitati, ſi non ſpontè, vi
Pâres coactus; magna vis, neceſſitas.
Sin ſpontè pâres, nulla vis neceſſitas:
Ducit volentem quippe, nolentem trahit.

Symbolum XXXV.

FL. CONSTANTINI QVARTI POGONATI.

Quod citò fit, citò perit.

Quod citò fit, perit, hoc citò: ſat citò, ſat benè quod fit:
Qui ſapit ante pilos, haud ſapit ille diu.

Symbolum XXXVI.

FL. IVSTINIANI II.

Multi nimium, nemo ſatis.

Multi quum nimium poſſideant; ſibi
Fermè nemo ſtatis poſſidet, omnibus
Fas felicibus eſt eſſe; ſed haud magis
Quiſquam ſorte ſua ſcit benè perfrui:
Sic quò diues, eò pauper is eſt magis.

Symbolum XXXVII.

FL. LEONIS IV. QVI ET LEONTIVS.

Pulcra eſt concordia cordis & oris.
[Golz. *Oris atq; cordis harmonia pulcerrima.*]

Quàm pulcra eſt linguæ, & cordis concordia! quando
Os loquitur, quod cor ſentit, vtrumque benè.

Si cor & os, ſi mens & vox, ſi oratio concors,
Et ratio eſt; ecqua eſt ſuauior harmonia?

Symbolum XXXVIII.

FL. TIBERII ABSIMARI.

Nimium boni, nihil mali.
[Golz. *Miſeriam neſcire ſuam, ſine periculo eſt viuere.*]

Si cui ſenſus abeſt mali,
Nil huic eſſe mali puta.
Nam cur non nimium boni

Sit huic, cui nihil eſt mali?
Cui non eſt malè, huic benè eſt.

Symbolum XXXIX.

FL. PHILIPPICI BARDANIS.

Fortuna cito repoſcit, quæ dedit.
[Golz. *Leuis eſt fortuna; quæ dedit, repoſcit.*]

Quod dedit, hoc fortuna leuis citò nempe repoſcit:
Quæ tantùm conſtans in leuitate ſua eſt.

Symbolum XL.

FL. ANASTASII II. QVI ET ARTEMIVS.

Si non das, accipit vltro.
Aut dare, aut accipere.
[Golz. *Cui ſemper dederis, vbi neges, rapere imperas.*]

Cui ſemper dederis, dare ſi quandoque recuſas:
Sponte ſua rapere hunc, quum libet, ipſe iubes.

Symbolum XLI.

FL. THEODOSII III.

Patientia, remedium malorum.
[Golz. *Cuiuis dolori remedium eſt patientia.*]

Alia aliorum ſunt malorum remedia:
Patientia omnium eſt malorum remedium.

Antidotum vitæ, patientia: ſola malorum
Victrix: ſi benè vis vincere, diſce pati.

Qui patitur, ſe ſanat homo: Patientia ſanat,
Quod cruciat: victrix & leuat omne malum.

Tu ne cede malis. Patientia quippe doloris
Optima ſic cuiuis fit Medicina modo.

Symbo-

Symbolum XLII.

FL. LEONIS V.

Occulti inimici peſſimi.

[Golz. *Peius tectum, quàm apertum odium.*]

Fronte hilari qui ſunt, & triſti corde, caueto
Quiſquis ſapis, velut inimicos peſſimos.

Symbolum XLIII.

FL. CONSTANTINI V. COPRONYMI.

Quid ſine pectore corpus?

[Golz. *Corpus excors fragile.*]

Quid corpus, ſine corde? quid eſt ſine principe regnum?
Corpus cor, regnum rex animare poteſt.

Publica res ſine lege quid eſt? ſine pectore corpus.
Illa anima eſt vrbis, corporis hoc anima.

Si cui contingit robur, ſine mente; ſepulcrum
Ipſe ſibi, aut viuum nonne cadauer homo eſt?

Symbolum XLIV.

FL. LEONIS VI.

Quò fortuna, ſi non vteris.

[Golz. *Quò mihi fortuna, ſi non conceditur vti.*]

Quò fortuna tibi, benè ſi non vteris illa?
Non vis, aut cumulus, ſed beat vſus opum.

Symbolum XLV.

FL. CONSTANTINI VI.

Mulieri imperare, res deſperata.

[Golz. *Feminæ naturam regere, omninò eſt deſperare.*

Feminæ mores regere, omnium hoc eſt
Velle deſperare. ferenda nempe,
Aut magis tollenda mala eſt voluntas

Digitized by Google

Feminæ ſi fers, melior videris
Tute: ſin tollis, probior fit ipſa:
Laudis vtrumuis decus hoc meretur.

Symbolum XLVI.

IRENES AVGVSTÆ.

Viue vt viuas.
[Golz. *Viue, vt non moriaris.*]

Viue, ſed vt ſemper viuas: ſic ergò beatus
Viue Deo: moritur, qui ſibi viuit homo.

Sic viue, vt tibi poſt diu
Viuas, atque tuis: ſtudet
Maturè fieri ſenex,
Qui vult eſſe ſenex diu.

SYMBO-

Digitized by Google

SYMBOLORVM IMPERATORIORVM CLASSIS TERTIA IMPERATORVM GERMANORVM.

Symbolum I.

CAROLI MAGNI

Chriſtus regnat, vincit, triumphat.

Si Chriſtus regnat, ſi vincit, ſique triumphat:
[& imperat: idem]
Sit præſtes regni, præſes & ipſe mei.

Fruſtra vincere, & imperare fruſtra,
Aut regnare ferunt in orbe numum,
Triumphareque: nota vox notha hæc eſt.
Chriſtus Maximus Optimusq; vincit:
Chriſtus Maximus Optimusq; regnat.
Chriſtus imperat, & triumphat vnus:
Chriſtus victor, & imperator, & rex
Cunctorum dominantium ſupremus:
Cum quo vincere, & imperare qui vult,
Aut regnare, beatus is triumphat.

Symbolum II.

LVDOVICI PII.

Omnium rerum viciſſitudo.

Circulus res ſunt hominum recurrens:
Fors rotam verſat: rotat omne fatum:
Sic bonis miſcet mala. nempe rerum
Omnium ſic magna viciſſitudo eſt.

Digitized by Google

Symbolum III.

LOTHARII I.

Vbi mel, ibi fel.

Mel eſt dulce vbi, ibi fel eſt amarum:
Nunquam mel ſine felle: nempe quædam eſt
Coniugatio mellis, atque fellis:
Ibi tuber, vbi vber eſt: ſibique
Cedunt ſic dolor inuicem, & voluptas.

Symbolum IV.

LVDOVICI II.

Par ſit fortuna labori.
[Golz. *Nihil labor auerſante fortuna prodeſt.*]

Quid, ſine fortuna, labor eſt? Fortuna labori
Par ſit: qui felix eſt labor, ille placet.

Symbolum V.

CAROLI II. CALVI.

Juſtitiam iniuſtitia parit.

Juſtitiæ genitrix iniuſtitia eſſe putatur:
Namque facit leges ſic mala vita bonas.

Aliud.

Quod paſtori, hoc ouibus.

Quod paſtori, ouibus ſimul hoc contingit: in vrbe
Si benè rex habet, & grex habet ipſe benè.

Symbolum VI.

CAROLI III. CRASSI.

Os garrulum intricat omnia.

Nil peius ore garrulo, aut nocentius:
Os garrulum, quæ vult, intricat omnia.

Symbolum VII.

ARNVLPHI.

Facilis deſcenſus Auerni.

[Golz.

[Golz. *Facilè vocaueris Cacodæmona: ſed vocatum non facilè repuleris.*]

Segniùs eiicitur, quàm non admittitur, hoſpes;
Spontè, malus Genius, qui, velut hoſtis, adeſt.

Symbolum VIII.

LVDOVICI III.

Multorum manus, paucorum conſilium.
[Golz. *Multis quidem aggrediendi hoſtes: pauci verò conſulendi.*

Multorum manibus pugna: ſed conſule paucos:
Conſilii virtus prima, ſecunda manus.

Symbolum IX.

CONRADI I.

Fortuna quum blanditur, fallit.

Fallit, cum quo blanda nimis fortuna iocatur:
Namque facit ſtultum, quem nimis ipſa fouet.

Symbolum X.

HENRICI I. AVCVPIS.

Tardus ad vindictam, ad beneficentiam velox.

Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Nam virtus magnos hæc facit vna deos.

Symbolum XI.

OTHONIS MAGNI.

Aut mors, aut vita decora.
[Golz. *Satius eſt, ratione æquitatis mortem oppetere, quàm fugere, aut inhoneſtè viuere.*]

Sis bonus vt princeps: aut mors, aut vita decora
Sit tibi: mors bona plus, quàm mala vita placet.

TTTT

Aut mors, aut ſit honeſta vita: pulcrè
Præſtat nempe mori, quàm malè viuere.

Symbolum XII.

OTHONIS II.

Pacem cum hominibus, cum vitiis bellum.
[Golz. *Cum omnibus pacem, aduerſus vitia bellum.*]

Cum vitiis bellum, pax cum mortalibus eſto:
Pax homines, ſæuas trux decet ita feras.

Symbolum XIII.

OTHONIS III.

Vnita virtus valet.
[Golz. *Facilè ſingula rumpuntur iacula: coniuncta non item.*]

Plus virtus vnita valet. Vis neſcia vinci,
Si mens vna, fides vna ſit, vna manus.

Quæ coniuncta valent, franguntur ſingula tela:
Sic quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

Symbolum XIV.

HENRICI II. CLAVDI.

Ne quid nimis.
[Golz. *Nihil impensè ames: ita fiet, vt in nullo contriſteris.*]

Nil nimium cupias:
Ne nimium doleas.
Omne nocet nimium:
Mel quoque fel nimium eſt.

Symbolum XV.

CONRADI II.

Omnium mores, tuos imprimis obſeruato.

Fac omnium mores, ſed imprimis tuos

Sic cautus obſerues: vt ex illo tibi
Prudens, at ex hoc ſapias aliis omnibus.

Prima ſit in nobis morum tutela bonorum:
Indicium mores nobilitatis habent.

Symbolum XVI.

HENRICI III. NIGRI.

Qui litem aufert, execrationem in benedictionem mutat.

Qui tollit litem, fas huic eſt fauſta precari:
Lis litem generat: concordia nutrit amorem.

Symbolum XVII.

HENRICI QVARTI.

Multi multa ſciunt; ſe autem nemo.

Multi multa ſciunt: ſed ipſe nemo
Se ſcit, quod ſcit, id ergo neſcit omne.

Cætera qui vult
Noſcere, ſeipſum
Noſcere diſcat.
Cætera qui vult
Vincere, ſeipſum
Vincere diſcat.
Maxima laus eſt,
Vincere ſeipſum.
Noſcere ſeipſum;
Maxima virtus.

Qui ſe vincit homo, facilè hic quoque cætera vincit:
Et qui ſe noſcit, cætera noſcit homo.

Symbolum XVIII.

HENRICI QVINTI.

Mortem optare, malum; timere, peius.
[Golz. *Miſer, qui mortem appetit: miſerior qui timet.*]

Summum nec metuas diem, nec optes:
Mortem optare, malum: timere peius.

Qui ſapit, ille mori nec vult, nec viuere: ſoli
Iſtud committit munus vtrumque Deo.

Symbolum XIX.

LOTHARII II.

Audi alteram partem.

Dimidium facti loquitur, non omne, vir vnus
Factum: ſed partem præſtat vtrumque loqui.

Symbolum XX.

CONRADI III.

Pauca cum aliis, tecum multa.
[Golz. *Pauca cum aliis, multa tecum loquere.*]

Tecum multa loqui, cum aliis ſed pauca memento:
Quod latet, in vulgus, quando ſcit alter, abit.

Symbolum XXI.

FRIDERICI I. ÆNOBARBI.

Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare.
[Golz. *Præſtat vni probo, quàm mille improbis placere.*]

Quiſquis diſſimulare neſcit, ille
Neſcit, ceu decet, imperare Princeps.
Multis diſſimulet neceſſe multa eſt
Princeps, ſi cupit imperare rectè.

Symbolum XXII.

HENRICI SEXTI.

Qui neſcit tacere, neſcit loqui.
[Golz. *Qui tacendi non habet artem, nec loquendi nouit opportunitatem.*]

Ille

Ille loqui neſcit, qui neſcit ſpontè tacere:
Qui tacet, & loquitur, quum decet, ille ſapit.

Symbolum XXIII.

PHILIPPI III.

Satius recurrere, quàm malè currere.
[Golz. *Quod malè cœptum eſt, ne pudeat mutaſſe.*]

Præſtat recurrere hominem, quam malè currere:
Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via.

Symbolum XXIV.

OTHONIS QVARTI.

Strepit anſer inter olores.

Garrulus argutos inter ſtrepit anſer olores:
At ſtultus doctis obſtrepit ipſe viris.

Symbolum XXV.

FRIDERICI II.

Minarum ſtrepitus, aſinorum crepitus.
[Golz. *Complurium triariorum ego ſtrepitum audiui.*]

Quiſquis vult ſtrepitu mori minarum;
Is dignus, crepitu, ſit, vt rudentûm
Infelix aſinorum humetur inde.

Nec crepitus aſini, ſtrepitus nec obeſſe minarum
Poſſunt: qui moritur, ſit miſer ille, minis.

Symbolum XXVI.

RVDOLPHI I.

Melius benè imperare, quàm imperium ampliare.
[Golz. *Maioris artis eſt benè imperare, quàm ampliare.*
Item: *Prudentia gubernantur regiones: quarum limites tyrannide nunquam extenduntur.*]

Principem benè præſtat imperare;
Quàm malè imperium ampliare: regis
Illud eſt ſapientis: hoc tyranni.

Symbolum XXVII.

ADOLPHI I.

Animus eſt qui diuites facit.
Pecunia vir potior.
[Golz. *Præſtat vir ſine pecunia, quàm pecunia ſine viro.*]

Pecuniæ, vir; inquit ille: nec probus
Quiſquam vir eſt pauper, ſi fas eſt credere.
Atqui virum malo pecunia, viro
Carere quàm pecuniam: nam diuites
Non Plutus, aſt animus facit, vel pauperes.
Sic, imperante animo, bona fit pecunia.

Symbolum XXVIII.

ALBERTI PRIMI.

Quod optimum, idem iucundiſſimum.
[Golz. *Eligenda eſt optima vitæ ratio: hanc conſuetudo reddet ſuauiſſimam.*]

Quod optimum eſt, idem fit iucundiſſimum.
Sic optimam vitæ conditionem elige;
Quam reddit aſſuetudo iucundiſſimam.

Symbolum XXIX.

HENRICI VII.

Calix vitæ, calix mortis.
[Golz. *Calicem vitæ dediſti mihi in mortem.*]

Qui vitæ ſolet eſſe calix, fit denique mortis
Ille calix: mortis fit comes alma ſalus.

Symbolum

Symbolum XXX.

FRIDERICI AVSTRIACI COGNOMINE PVLCRI.

Morte beata nil beatius.

[Golz. *Quod pudeat palam, clàm ne facito.*
Item: *Summum hominis bonum, bonus ex hac vita exitus.*]

Qui credit nil morte beatius eſſe beata,
Ille ſapit: mortem vita beata manet.

Aliud.

Quod palàm, hoc clàm.

Quod pudeat feciſſe palàm; feciſſe pigebit
Hoc clàm, ſic fac clàm quod facis ipſe palàm.

Nec clàm, nec fac turpe palàm: te nempe verêre
Ipſe; times homines ſi minus, atque Deum.

Symbolum XXXI.

LVDOVICI QVARTI.

Sola bona, quæ honeſta.

[Golz. *Huiuſmodi comparandæ opes ſunt, quæ ſimul cum naufrago enatent.*]

Quod non dat Fortuna bonum, non eripit illa:
Ingenio partum ſic manet omne bonum.

Symbolum XXXII.

CAROLI QVARTI.

Optimum aliena inſania frui.

Qui ſapit alterius damno, ſapientior ille:
Nam ſtultus damno vix ſapit inde ſuo.
Magiſter eſt ſtultorum, euentus: optimum
Inſania aliena frui.

Symbolum XXXIII.

WENCESLAI.

Moroſophi moriones peſſimi.

Digitized by Google

[Golz. *Moroſophi moris omnibus precellunt.*
μωρίσοφοι μωρόκακοι.
Gelehrte Narren ſeind vber alle Narren.]

Stultitia eſt vbi praua, hic eſt inſania ſumma:
Quiſquis plus nimio non ſapit, ille ſapit.

Symbolum XXXIV.

RVPERTI PALATINI.

Miſeria, res digna miſericordia.
Miſericordia fortunam, non cauſam ſpectat. Golz.

Miſeria ſi vicina miſericordiæ:
Miſeria certè digna eſt miſericordia:
Non ſpectat hæc cauſam, ſed fortunam malam.

Symbolum XXXV.

SIGISMVNDI.

Sic cedunt munera fatis.
[Golz. *Mala vltrò adſunt.*
Item: *Principum dona non illorum ſunt propria, qui ea merentur: Sed quibus ſunt fato deſtinata.*]

Non ſemper meritis, ſed cedunt munera fatis:
Fata premunt, virtus quem ſuper orbe leuat.

Symbolum XXXVI.

ALBERTI II.

Amicus optima vitæ poſſeſſio.
[Golz. *Amicum ne temerè aſciueris: aſcitum ne leuiter reieceris.*]

Amicus optima eſt vitæ poſſeſſio:
Quæ quò vetuſtior, hoc eſt exploratior.
Vt diligas amicum ſemper, delige:
Nec, quem ſemel ſic deligis, mox deſere.

Symbolum

Digitized by Google

Symbolum XXXVII.

FRIDERICI III.

Rerum irrecuperabilium felix obliuio.

[Golz. *Neſcis, Principes iaculatorum eſſe ſcopos? Alta fulmen ferit: non caſas humiles. Pulcrè nobiſcum agitur, ſi quando verbis oppugnamur.*]

Irreparabilium felix obliuio rerum.

Rerum irrecuperabilium eſt obliuío
Felix, dolorem dedolere, non ſuum
Fruſtra dolendo macerare cor decet:
Factum quod eſt, infectum fieri non poteſt.

Aliud.

A. E. I. O. V.

Si ritè lectus, aut datus ſit à Deo
Princeps: Dei legatus, aut alter Deus
Terrenus, inuictus verè hic, & ſanctus eſt:
Victor, triumphatorque felix, ac pius,
Sic aquila electa iuſtè vincit omnia.

Symbolum XXXVIII.

MAXIMILIANI I.

Tene menſuram & reſpice finem.

[Golz. *Caritas non expectat egentis petitionem: vbi neceſſitatem videt, priuſquam petitur, opitulatur, & auxilium offert.*]

Menſuram ſapiens tene, & vna reſpice finem:
Finis vt in rebus, ſic modus eſſe ſolet.

Aliud.

Alle zeit * mit hut.

[* Pro verbo extremo, *pileum* appingere ſolitus fuit Cæſar.]

Quicquid facis,prudenter hoc fac: & bona
Cum cautione tempus omne tranſige.
Cauere qui neſcit,gerere is neſcit benè:
Fruſtra omne ſumit tempus,ac negocium.

Symbolum XXXIX.

CAROLI QVINTI.

Plus vltra.

[Golz. *Nulla victoria ſine clementia.*

Qui vult iter virtutis ingredi; decet
Hunc progredi,non regredi:
Nam melius eſt,quod eſt vlterius:in dies
Meliora ſic fas eſt ſequi.

Symbolum XL.

FERDINANDI.

Fiat iuſtitia,aut pereat mundus.

Aut ſit iuſtitiæ locus;aut ſit certa ruina
Mundo:iuſtitiâ quippe carere nequit.

Aliud.

A. I. P.

Q. N. S. I. A.

Accidit in puncto,quod non ſperatur in anno:
Temporis in puncto qui ſapit, ille ſapit.

Symbolum XLI.

MAXIMILIANI II.

Dominus prouidebit.

Quid tecum Fortuna mihi, quid Cura maligna eſt?
Si rebus Dominus prouidet ipſe meis:
Prouidet ipſe meæ vitæ Deus, atque ſaluti:
Ille meus Dominus,ſit Deus ille meus.

Symbolum

Digitized by Google

Symbolum XLII.

RVDOLPHI II.

Omnia ex voluntate Dei.

Quæ fiunt, fieri omnia ex benigna
Voluntate Dei, pium, atque fas eſt:
Qui, quod vult, facit omne, proſperatque,
Rex ceu Maximus, Optimusque regum.

Symbolum XLIII.

MATTHIÆ I.

Amat victoria curam.

Luſus atque luxus abſit Imperatori bono.
Luſus atque luxus eſt eorum qui viuunt ſibi.
Publico ſed deſtinatis, ſiue bellum eſt, ſeu quies,
Cum labore cumque cura iuge contubernium eſt:
Imo ſtantibus mori ſæpè eis neceſſitas.

Digitized by Google

EMORTVALIVM PRINCIPVM DOCTORVMQVE APPENDICVLA.

ADalbertus, Pannonia & Polonia conuerſa ad fidem, dum idem tentat in Boruſſia, martyrium ſuſtinet 9. Kalend. Maii 996.

Adamus Crato Fuldenſis, Theologiæ Doctor & Profeſſor, obiit 9. Septemb. 1558. Marpurgi.

Adamus Figuli, Canonicus Eccleſiæ Studgardianæ, venerandus ſenex, 5. Auguſt. 1541.

Adelbertus Comes Franconiæ damnatur capitis à Ludouico IV. Imp. 13. Septemb. 907.

Adolphus Echoltzius, ille qui Aureliæ nationi Germanorum præſcripſit leges & ſtatuta viuendi, I.V.L. & Coloniæ Canonici Iuris Profeſſor, obiit 1563. ibidem.

Albanus Thorinus Medicus inſignis Baſileæ, obiit 23. Febr. 1549. ætatis 60.

Alexander Vgolinus, peditum præfectus ſclopeti glande traiicitur in obſidione patriæ, Id. April. 1554. Senis, ætatis 29.

Albertus Comes Bambergenſis, ſecuri percuſſus eſt, proditus perſuaſione Hattonis Epiſcopi Moguntini, 5. Idus Decemb. 904.

Albertus Treſchius, I.V.D. Aulici iudicii Aſſeſſor, 27. Ianuar. 1591. Stutgardiæ.

Aliſa, ſiue Athela, Arnulphi Principis Flandriæ vxor, obiit 960. funerata Blandinii in ſacello Deiparæ Virginis, 16. Kalend. Octob.

Aloyſius

Aloyſius Lippomanus Venetus, Epiſcop. Metonæ & Veronæ; 1559.

Ambroſius Moibanus, Theologiæ Doctor & Paſtor Eccleſiæ Vratislauienſis, 16. Ian. 1554.

Ambroſius Volandus I. V. D. Ducum Wirtembergenſium Conſiliarius, 4. Febr. 1551. Stutgardiæ.

Amelberga virgo ſingularis exempli, obiit 6. Idus Iulias, 772. ad Tamiſiam in agro Waſienſi.

Andreas Ierinus Epiſcop. Vratislauienſis, Princeps pacificus, doctus & ſapiens, die 4. Nouemb. ſtil. nou. 1596. Vratislauiæ, Epiſcopatus ſui an. 11.

Andreaſſus Caſtellus, S. Eccl. Baro regni Neapolis Magnus Conneſtabilis, ac S. Michaëlis Miles torquatus, Dux contra Gibelinos egregius, obiit Interamnę in patria, 1498. 16. Septembr. ætatis 81. erat ſtatura ſeptem pedibus altior.

Anſelmus Cantuarienſis Epiſcopus, C. S. E. 11. Kalend. Maii, 1096. adminiſtrationis 16. ætatis 86.

Antonius Niger Vratislauienſis, Medicinæ D. aliquando Phyſices Profeſſor Marpurgi, obiit Brunſuigæ, 5. Iunii, 155-.

Antonius Perenotus Cardinalis Granuellanus, Epiſcop. Atrebatenſis, caputq; omnium in Belgio Antiſtitum, moritur ætatis anno 70. die S. Matthæi, 1586. in Hiſpania. fuerat etiam Archiepiſcopus Mechlinienſis; quam dignitatem ante abitum è Belgio reſignarat; eamque aſſecutus eſt Ioannes Hauchinus Parochus ad S. Gudulæ Bruxellis, 9 Kalend. Febr. 1582. ſuſtinuitq; per annos ſex, mortuus Nonis Ianuar. 1589.

Antonius de Stralen Conſularis Antuerpianus, tanquam proditor iuſſu Ducis Albani publicè capite plexus, Viluordæ, 2. Iunii, 1588.

Antonius Varenbulerus Abbas Hirſaugiæ, nocte diem ſextum Maii ſecuta, 1591 ætatis 37.

Aranus Cybo, egregius Dux Alphonſi Regis Neapolitani contra Ioannam Reginam, obiit 1457. ætatis 69. Capuæ.

Digitized by Google

Ariadenus Ahenobarbus Mytilenæus, multis Italiæ mari proximis portubus fœdè direptis, obiit triumphantis more Byzantium regreſſus ad Imper. Turcarum Solymannum, 1545.

Anno 20. ætatis ſuæ 37. cadit dolo propinquorum ſuorum, Regem non ferentium Arminius, Romanis formidatus, liberatórque haud dubiè Germaniæ; cuius encomium petatur è Tacito libri 2. Annalium fine.

Arnulphus Comes Flandriæ obiit 964. 6. Calend. Aprilis poſt 48. annum principatus ſui. cum ſenior grauiter laboraret calculo, confluerentque ad eum, lucri cauſſa vndique medici; non ſuſtinuit ſecari, vt conſulebant; ne dum indulgentius, inquit, quæram viuere (Latinè enim peritus erat) incipiam inclementius mori.

Arnulphus Iunior, Comes Flandriæ obiit 30. die Martii 988. alii 989. quo immaturè defuncto, omnia domeſticis in Flandtia motibus, vt Principe ſolet puero, laborari cœptum: dum proceres ea liberè poſſidere volebant, quæ hactenus tenuerant iure feudali.

Arrianus, qui Alexandri Magni hiſtoriam deſcripſit, 219. ſub Gordiano vixiſſe putatur: quia id innuere videtur Iulius Capitolinus in vita Gordiani. Alii eum in Antonini Pii tempora reiiciunt, & Iuriſconſultum fuiſſe perhibent.

Aurel. Prudentius Poëta Chriſtianus, naſcitur 348. vt ipſe ſcribit, *Conſule Salia.*

Balduinus Barbatus Comes Flandriæ obiit 3. Cal. Iunias, 1036. regni anno 48.

Balduinus Caluus Comes Flandriæ obiit 4. Nonas Ianuar. 918.

Balduinus Iunior, Arnulphi filius, Comes Flandriæ obiit è variolis in caſtris Lotharii Francorum Regis contra Normannas, Calend. Ianuar. 961.

Balduinus

Balduinus Montenſis, Comes Flandriæ exceſſit 16. Calend. Auguſti 1070. magno ſui relicto deſiderio: quod vxor eius Richildis non permitteret tutores agere ex formula teſtamenti; nouaque vectigalia inſtitueret, quaternos tota Flandria denarios exigens à ſingulis lectis. inde prouincia tota abiit in partes; Gallica ſequente ipſam matrem; Flandrica Robertum tutorem: qui bello ipſam proſecutus multa centena hominum millia perdidit, non ſine cæde grandi nobilitatis, regionumque vicinorum extrema vaſtatione. *Væ terræ, vbi Rex puer.*

Balduinus Pius Flandriæ Comes obiit Calend. Septembris, poſtquam vnum & triginta cum magna gloria & popularium ſuorum amore regnaſſet annos.

Balduinus Romanorum Imperator, Comes Flandriæ, obiit in obſidione Hadrianopolis quarto Nonas Ianuarias, 1205.

Balduinus Securis Flandriæ Comes in bello contra Anglos vulnus accipit in capite, è quo nono poſt menſe obit 15. Calend. Iulias 1119. Primus ferè fuit, qui ſuperbiam nobilitatis legibus compeſcuit, duellis ſæpius concurrentis, & plebem pariter indignis modis exhaurientis. Itinera ſecura præſtitit. Brugis filius Præfecti apud Orſcampum duos pauperculæ viduæ boues pretio non ſoluto abduxit à foro. hunc abreptum vnà cum duobus falſariis monetæ in feruentem tinctoris lebetem dedit præcipitem.

Balthaſar Bidembachius Grumbergenſis Haſſus, Wirtembergico Duci à concionibus ſacris, 17. Auguſti 1578. Stutgardiæ. vixit annos quadraginta quinque, menſes 7. dies tres.

Balthaſar Loſerus Medicinæ Doctor, & Stutgardiæ vrbis Phyſicus, 19. Februarii, 1592. ætatis ſexaginta ſeptem. annor.

Bartholomæus Bergomas Dux inſignis, quique Italiæ primùm intulit vſum bombardarum rotis inſiſtentium, cum 20. amplius annos Venetorum copiis præfuiſſet, vixiſſetq́; 76. obiit 1475. relicto Senatu Veneto ex quadrante herede.

Bartholomæus Dux Munſterbergius, profecturus Viennam ad regum conuentum, in Danubio, haud procul Hainburgo fluctibus obruitur 2. April. 1515.

Bartholomæus Elias Patauinus, ſatis honeſto inter ciues ſuos loco natus, diu multùmque litigarat. vt tandem cauſſa cadit, neque habet vnde ſatisfaciat aduerſariis, nedum eis quorum pecunia tabulas aluerat: deſperans honeſtè pro dignitate deinceps viuere poſſe, tres paruulas filias, quarto Idus Iunii, 1552. lecto cubantes interficit; falſa ſpecie miſericordiæ crudeliſſimus. Mater ſuperueniens, vt exanimatur, ville ad ſe rediens patriis è finibus ſe proripit, ac tandem in vico Grignano, inter prima Alpium iuga, ſibi ipſi mortem conſciit.

Bartholomæus Siluaticus, I.C. ac Profeſſor Patauinus, C.S.E. 1576.

Baſilius Pithopœus Dauentrienſis Profeſſor deſtinatus in artibus liberalibus, obiit Lugduni Batauorum, 30. Martii, quem inſecuta eſt 12. April. vxor Adelheida Wilhelma, 1576.

Bernardus Copius Stromburgenſis Weſtphalus, I.V.D. Græcæ linguæ Profeſſor, & ſummi Iudicii Adſeſſor, obiit 12. Nouemb. 1581. Marpurgi.

Bernardus Gerardus du Hailland, Hiſtoricus Galliæ ſuæ egregius, obiit Pariſiis, 23. Nouemb. 1610.

Boleslaus Bohemiæ Dux, obiit 7. Idus Februar. 999. Apud eum nullus eccleſiaſticam, nullus politicam dignitatem obtenuit pro pecunia. in eius oculis nemo vtilis diſplicuit, nemo inutilis placuit.

Bonauentura Stelzerus Eccleſiaſtes Eslingæ 8. Aprilis, 1567. vnus ex illis Vlmenſibus concionatoribus, olim ab Imp. Carolo V. captiuis abductis.

Camillus Vitellius Dux clariſſimus, doctus militaria ſub Virginio Vrſino, dum in Apulia Circellum oppidum, applicata muris ſcala, tranſcendere nititur, molari prope lapide à femina ſupernè deiecto, ne quicquam protegente galea, opprimitur, 1495.

Camillus Vrſinus Pontificis M. Dux egregius, moritur Romæ 3. Nonis Aprilis, 1559. ſenex ſeptuagenarius.

Canis Scaliger I. Dux contra Actiolini vltimi ſæuitiam egregius, deceſſit Veronæ nondum ſenex, 11. Cal. Sextilis, 1329. cùm auidius hauſiſſet ex frigido fonte.

Canis Scaliger II. ab impio fratre occiditur, 1374.

Carolotta Borbonia, vxor Gulielmi Principis Auriaci, obiit 5. Maii, 1582. Antwerpiæ, cum maritus eius 18. Martii lethaliter vulneratus fuiſſet in capite per Ianum Iauregium.

Carolus Comes Flandriæ, ad aram inter preces obtruncatur ſecuri, 2. Martii. 1126. ab Burchardo Stratenſi præpotenti Brugenſe, habitu mendici eò penetrante: cui paullò ante vitam donarat, ſeditionibus ac rebellionibus apertè operato, optimus Princeps.

Carolus Dux Aurelianenſis moritur pridie Nonas Ian. 1465. ætatis circiter 70.

Carolus Gontaldius, Eques duorum Ordinum Regis, Dux Bironius, Par Mareſcalcusq; Galliæ, Gubernator Burgundiæ, Miles ſui ſæculi fortiſſimus, decapitatur Pariſiis in Arce ob crimen læſæ Maieſtatis, 31. Iunii, 1602.

Caſpar Baro Poteliſtanus, pridie Kal. Quinctilis, 1587. Roſtochii, ætatis 54.

Caſpar de Bazano dictus Slick, Baro, Sigiſmundi, Alberti, Friderici Imppp. Cancellarius, 1449. die Sabbathi poſt feſtum S. Vlrici Epiſcopi. Viennæ.

Caſpar Contarenus, S.E.R. Cardinalis, legationibus ad Impp. Regesque clariſſimus, C.S.E. 9. Kal. Sept. meridie, 1543. prope Bononiam in Sacello Diuæ Mariæ à Monte.

Caſpar Rudolphius Kanſtadenſis, Dialectices Profeſſor eximius, obiit 25. Auguſti, 1561. Marpurgi.

Caſtrucius Caſtracanis, Antelminella nobili familia or-

tus Lucæ, Dux excellens ſui temporis,obiit in patria,1328. dum exercitus eius obſidet Piſtorium.

Chilianus Voglerus Iuriſconſ. & amplius 30. annis Profeſſor Inſtitutionum,16. Martii, 1585. ſeptuagenarius Tubingæ.

Chriſtophorus à Blumedal equeſtri familia Prignicenſi ortus,& I. V. D. Epiſcopus Lebuſienſis & Raceburgenſis, obiit 14.Decemb.1551.

Chriſtophorus à Teuffenbach,Baro Mayrhofiæ Auſtriacus,militiæ per Hungariam ſuperiorem dux & præfectus, occupato inprimis Fillecko, victoriaq; pugnæ Hatuanenſis celebris, menſe Octob. Pragæ,1598.

Claudius Barlemontius Hautepennę Dominus obiit 15. Iulii, ex vulneribus receptis dum ſuccurrere cupit Angeli caſtello,ab Hohenloio vi occupato. vnde caſtello nomen inditum *Creuecœur*. ob luctum mortis ipſius.

Claudius Belleuræus I. V. D. Senatus Gratianopolis olim Præſes,Iuſtitiæ vindex acerrimus, 6. Nonas Octobris, 1557.Lugduni.

Claudius de la Berlotta inter Hiſpanarum partium dux minimè poſtremus,præfectus Greuelingæ,traiicitur globo caput in obſidione caſtri Iſabellæ circa finem Iulii 1600. Lotharenus erat;prius Chirurgus.

Conſaluus Ferdinandus Cordubenſis,Magnus Dux Regis Catholici,duplicis quartanæ morbo correptus , obiit Granatæ poſtridie Calend. Decemb.1515. ad tumulum ſtetiſſe ferunt ſupra 100.vexilla hoſtibus erepta.

Conradus Brunus Schonbuchenſis,ad D. Petrum Præpoſitus,25.Iulii 1552.Bebenhuſæ in Wirtembergico.

Cunradus Matthæus Alsfeldianus,I.V.D. Rhetorices Profeſſor, & Dicaſterii Aſſeſſor, obiit Marpurgi 28. Nouemb. 1580.ætatis 61.

Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis (in cuius ſcriptis ſingula propè verba ſpirant martyrium) capite truncatus Martyrii coronã & gloriã obtinuit 258. de quo Prudentius hymno

Digitized by Google

hymno 13. Caſſiodorus refert Cypriani martyrium ad Valerianum IV. & Gallienum III. Coſſ. qui nobis in hunc annum cadunt. Cuſpinianus ex ignoto ſcriptore refert Cypriani martyrium ad ſequentis anni Conſules: Euſebius ad annum Chriſti 259. de Cypriani conuerſione & morte lege orationem Nazianzeni.

Dionyſius Rikel, Franciſcanus Theologus inſignis, cuius ſcripta exſtant, obiit apud Belgas 12. Martii, 1471. plane ſenex. Hic pauperum ſtudioſorum domum burſalem Heydelbergæ incepit, quam *Dionyſianam* dixere: nunc transformatam in ædem Caſimiranam.

Eberhardus Barbatus primus Dux Wirtembergicus, 5. Calend. Martii 1496. habuit præceptorem Ioannem Nauclerum, qui prohibitus fuit à tutoribus ne eum Latinum faceret, ſatis eſſe ducentibus ſi vernaculam linguam legere ac ſcribere didiciſſet: quod ille vir factus, tulit moleſtiſſimè.

Eberhardus Bidenbachius, Eccleſiaſtes Tubingæ, 22. Auguſti, 1591.

Eberhardus Bilichius, Carmelitarum Prouincialis, Theologus ſubtilis, in Tridentina Synodo moritur, 13. Ianuarii, 1552.

Editta vxor Ottonis Magni Imp. obiit 948. Sepulta Magdeburgi.

Eliſabetha Veromandia, Philippi Comitis Flandriæ vxor longo & inſanabili implicita morbo moritur ad octauum Cal. April. 1182.

Elſtrudis, Regis Ilfredi filia, vxor Arnulphi Magni Comitis Flandriæ, obiit 7. Idus Iunias 929.

Farinata Vbertus Florentinus, Gibellinæ factionis Dux egregius, obiit in exilio 1265.

Ferdinandus Aualus Piſcara nobiliſſimus Dux, obiit 1525. eius funus Piſcario ductum pridie Calend. April. Mediolanum, nec multo poſt conditum cadauer Neapoli.

Digitized by Google

Ferdinandus Gonzaga Melphitanus Princeps, moritur 17.Decemb.1507.ætat 51.

Florentius Comes Hollandiæ,à Brabantinis bello occiditur,14.Kal.Iunias,1061.funeratus in Monaſter. Egmondano.

Franciſcus Branca, I.C. ac Profeſſor Patauinus; obiit 1575.

Franciſcus Carmagnola, patriæ nomen Sulalpinæ Galliæ,pro gentilitio emeritus,Venetorum Dux, proditione ſuſpectus ſupplicium ſubiit capitale,1431.

Franciſcus Contatenus Patritius Venetus, Theologiæ Profeſſor Patauii,obiit 1589.

Franciſcus Erhardus Vlmenſis, Syndicus Tubingenſis, 4. Nouembr.1565. cuius corpus penè pendebat ſex centenarias.

Franciſcus Gonzaga,Aloiſii Mantuæ Marchionis filius, Dux pro Venetis aduerſus Carolum VIII.acerrimus, obiit in patria,1520.

Franciſcus Magnus Etruriæ Dux, Coſmi filius; moritur 9.Octob.1587.

Franciſcus Maria Feltrius de Ruere,è Iulii II.P.M.fratre, ac Ioanna Friderici Vrbinatium Ducis filia natus; obiit menſe Octob.1439.

Franciſcus Zambertus Venetus,Metaphyſices Profeſſor primùm Ticini, deinde Theologiæ Patauii; ibidem obiit 1594.

Folquinus Morinorum Epiſcop. obiit 14. Decemb. 554. apud Heecleſbecam in Mempiſco.

Fridericus Comes Solmenſis,qui laudabiliter diu inſeruiit Ordinibus Belgiæ fœderatis,obiit 24.Febr. Arenſbergi in Weſtphalia,1602. cum properaret in Germaniam cogendis 2400.Equitibus.

Fridericus Feltrius,è contubernio Nicolai Picinini,Dux inſignis, nec Orator minor, è caſtris Tifernatium Ferrariam delatus,obiit 1481.

Fride-

Digitized by Google

Fridericus Gonzaga, primus Dux Mantuę, creatus à Carolo V. Imp. obiit in patria, 1540.

Fridericus Marchio Brandeburgenſis filius Achillis Germanici, mor. 1536. 4. April.

Fulcardus primus Præpoſitus Eccleſiæ S. Petri Inſulenſis, à Lisle, obiit pridie Nonas April. 1080. poſtquam præfuiſſet annis 25.

Fulco Rex Hieroſolymorum equo delapſus, moritur 4. Idus Nouemb. 1142. Galterus Brugenſis Epiſcopus Pictonum, obiit 11. Kalend. Febr. 1306. Hic cum quodam tempore æs grande conflaſſet in veſtiendis egenis, quidam ipſo neſciente totum perſoluit; nec conſtare potuit quiſnam fuiſſet.

Georgius ab Andlaw primus Rector Academiæ Baſilienſis, obiit 7. Martii 1466.

Georgius Groſſenbrotus Auguſtanus, Maximiliani Cæſaris Quæſtor extraordinarius, obiit Fieſſæ oppido Epiſcopatus Auguſtani, 1501. eius ſtirpis vltimus: cuius exſequias 20. Iulii proſecutus eſt ipſemet Imperator.

Georgius Heerwordius, Patricius, I. V. D. Canonicus Ratiſbonenſis, 4. Non. Auguſti, 1508. ætatis 47. menſ. 9. dies 12.

Georgius Hizlerus Giengenſis, Profeſſor linguæ Græcæ & eloquentiæ, 22. April. 1591. Tubingæ.

Georgius Rekrod, bellator ſtrenuus, & felix, die 28. Nouemb. 1559. Herleshuſii arce ſua prope Iſenacum.

Georgius Thurius Vngarus, vir magnanimus & incomparabilis nationis ſuæ bellator, inſidiis Turcicis prope Caniſiam, cui præerat, circumuentus, fortiſſimè pro patria dimicando cæſus occubuit, 1570.

Gerardus Cellenſis, dictus Sanctus, obiit apud Bronium Hanoniæ Monaſterium à ſe conditum, 3. Octob. 959. erat Auſtraſius, hoc eſt Francus Orientalis.

Giſbertus Batenburgius, Baro, vnà cum fratre Theodoro, publicè decapitantur Bruxellis, iuſſu Ducis Albani, 1. Iunii 1568.

Gualterus Hertius Profeſſor Theologiæ, ac deinde Epiſcopus Norwichenſis obiit 16. Maii 1472. hic quamdiu vixit duodecim Scholaſticis Cantabrigiæ ſuppeditabat omnia vitæ neceſſaria.

Guido Comes Flandriæ, Margaretæ maritus, obiit Compendii in cuſtodia Gallicana Nonis Martiis 1304.

Gulielmus Bidenbachius Theologus, ſepultus Bebenhuſæ 6. April. 1571. ætatis 32.

Gulielmus Comes Hannoniæ, Hollandiæ ac Zelandiæ vincitur interficiturque à Friſiis 26. menſis Septemb. 1345. iuxta Staueram.

Gulielmus Dux Brunſuicenſis, Henrici Leonis filius, obiit 25. Iunii 1213. relicto vnico hærede Otthone puero x i. annorum.

Gulielmus Dux Mantuæ obiit 4. Auguſt. 1587.

Gulielmus Hannoniæ Dux obiit pridie Calend. Iunias 1417. ob mœrorem obitus generi ſui intoxicati Ioannis Delphini.

Guilhelmus Tertzka, Baro Bohemus, bellator fortis, qui poſtquam in bellis Vngaricis ad Strigonium, ad Hatwanum, & tandem in obſidione Agriæ ſtrenuè rem geſſiſſet, arceque à præſidiariis dedita, à Turcis ibidem cum reliquis præfectis captus fuiſſet, mœrore animi extinctus, obiit Beligradi in Turcica captiuitate, circa menſem Aprilem, 1597.

Henricus Borbonius Dux Monpenſerius, poſtquam extremum vitæ biennium aluiſſet lacte nutricum, moritur fine Februarii 1607.

Henricus Leo Dux Brunſuicenſis obiit 6. die Auguſti 1195.

Henricus Manſuetus Dux Brunſuicenſis, frater Gulielmi ſenioris, anno ætatis 25. nuptias celebrat cum Helena Cliuenſi, 1436. Brunſuigæ.

Henricus Princeps Glogouienſ. obiit 21. Februar. 1476. ſine vlla ſobole.

Henricus Ritter ex Thalen, Starrenwadel cognominatus,

tus, Aſtrologiæ Doctor & vaticinator præteritorum celeberrimus, 7. Idus Iulias, 1505.

Henricus Satler Theologus ac Canonicus, 5. April. 1532. Stutgardiæ.

Henricus Senior Dux Brunſuicenſis, in oppugnatione arcis Orth in Friſia bombardæ ictu caput amittit pridie S. Ioannis Baptiſtæ, 23. die Iunii, 1513.

Henricus III. dictus Fidelis, Princeps Glogouienſis, obiit 9. Decemb. 1309.

Henricus Weickerſreuterus Theologiæ Doctor & Abbas Hirſaugiæ, 8. April. 1569.

Herbardus Aurſbergius Baro, rerum domi militiæque præclarè geſtarum gloriâ præſtantiſſimus, 10. Cal. Octob. 1575. occidit in prælio contra Turcas in Coruatiæ extremis finibus ad Budatshkum.

Hercules II. Ferrariæ Dux, ex Nicolao III. eiuſdemque tertia vxore Richarda natus, obiit ſeptuagenarius, 1504.

Hermannus Buſchius Nobilis Weſtphalus, Poëta & Orator, C S. E. obiit Dulmaniæ tempore obſidionis Monaſterienſis, 1533.

Hermannus Chriſtophorus Rouſworm, S. Cæſ. Maieſtatis Conſiliarius bellicus & copiarum præfectus, in Curia veteris Pragæ publicè decollatur 19. Nouemb. ſtilo veteri, 1605.

Hieronymus Gebwilerus Ludimagiſter Hagenoæ per annos quinquaginta, qui edidit monumenta Ducum Auſtriæ, Alſatiæ, Argentinæ, &c. 11. Calend. Iulias, 1545. ætatis 72. Hagenoæ.

Hieronymus Oſorius Olyſiponenſis, Siluenſis Epiſcopus, Hiſtoricus ac Philologus egregius, C.S.E. 20. Auguſt. 1580. Tauaræ.

Hieronymus Schurffius I. C. celeberrimus, 6. Iunii, 1554. ætat. 74. Francofurdi ad Viadrum.

Hieronymus Surianus Venetus, Senator, Patauinæ Academiæ præfectus, ſepultus ibidem 11. Calend. Octob. 1596.

Iacobus Cappelbeccius, Iuriſconſul. ac Profeſſor, ſenex ætate iam cæcus, 14. Ian. 1586. Tubingæ.

Iacobus Lerſnerus, I. V. D. Academiæ Cancellarius, & Iudicii Haſſiaci Adſeſſor, obiit Marpurgi 5. Martii 1579.

